# REPETI-
# TIONIS CAP.
## RAYNVTIVS EX-
## tra de Teſtamentis,

*PARS SECVNDA,*

Authore Gulielmo Benedicto Iuriſconſulto Clariſsimo.

*Quæ particulæ huius Capituli in hac Secunda parte explicentur, indicat proximè ſequens pagina.*



*LVGDVNI*

Apud Bartholomæum Vincentium.

*M. D. LXXV.*

Cum Priuilegio Regis.

# REPETITIONIS CAP. RAYNVTIVS EXTRA DE TEſTAMENTIS,

*PARS SECVNDA,*

Authore Gulielmo Benedicto Iuriſconſulto Clariſsimo.

*Quæ particulæ huius Capituli in hac Secunda parte explicentur, indicat proximè ſequens pagina.*



*LVGDVNI*

Apud Bartholomæum Vincentium.

*M. D. LXXV.*

Cum Priuilegio Regis.

# SECTIONES CAP. RAYNVTIVS. QVÆ IN

*hac Secunda parte explicantur.*

*


Adiiciens vt Alterocha. fol.3.
Et ſoboles, quam geſtabat in vtero. folio 5.
Eidem impuberi ſuccederent. fol.11.
Si abſque liberis moreretur j. fo.13.
Si abſque liberis moreretur ij. fo.16.
De vulgari ſubſtitutione. fo.eod.
De pupillari ſubſtitutione. fo.32.
De exemplari ſubſtitutione. fol.43.
De breuiloqua ſeu reciproca ſubſtitutione. fo.49.
De compendioſa ſubſtitutione. fo.54.
De Fideicõmiſſaria ſubſtitutione. fo. 61.
De Legatis & fideicommiſſ. particularibus. fo.73.
Mortuo itaque teſtatore j. fo.81.
Mortuo itaque teſtatore ij. fo.112.
Cuidam Petro tradiderunt. fo.130.




## Adiiciens vt Alterocha.

HAEC fuerunt verba ſubſtitutionis in
teſtamento Raynutij factæ: qui Ad-
iectæ eius filiæ impuberi, Alterocham
alteram eius filiam (cui vltra dotem
domum & hortum reliquerat) ſubſti-
1 tuit. † Poteſt enim quilibet teſtator hæredem ſuum
iuſtiſsimè vel quemlibet aliũ putà legatarium quem
inſtituendo aut ei relinquẽdo honorauit, grauare, &
onerare in toto, vel in parte eius, quod ei reliquit:
adeò quòd licet eccleſia ab onere collectarum ſit im
munis de iure, tamen teſtator legando ei poſſeſsio-
nem poteſt licitè diſponere, quòd pro re legata col-
lectas ſoluit, & cætera laicalia onera, vt pulchrè cõ-
ſuluit Petrus de Anchar.conſilio ccxviij. incipiente,
dubium facit in prædicta quæſtione. vbi hoc probat
optimis rationibus. Videatis gloſ. in c. ſi quis baſili-
cam.de conſecratione. diſtin.j. & Fely.in cap.eccle-
ſia. xxiiij.col.de conſtitutio.verſ.quintò quæro.in fi-
2 ne quæſtionis. † Et hoc verum, quòd teſtator poteſt
hæredem ſuum grauare, prouiſo tamen quòd non
fuerit filius, quem pater in toto, quatenus concernit
legitimam, grauare non poteſt, vt plenè vidiſtis in
verbo, *Reliquit.* ſed ſolùm quatenus relictum excedit
legitimam ſibi iure debitam. Sic fecit noſter Raynu-
tius, qui Adiectam eius filiam quã hæredem inſtitue-
rat vniuerſalem onerauit reſtituere hæreditatem Al-
terochæ & eius ſoboli, *Si abſque liberis moreretur.* &
valuit dicta ſubſtitutio. vt infrà latiùs dicetur. Si au-
tem Adiectam non inſtituiſſet hæredem, aut nihil ei
reliquiſſet, illam grauare in aliquo non potuiſſet. l.ab
eo.C.de fideicom.& inſtitutio.de ſingulis rebus per
fideicomiſ.reli.§.itaque.vbi talis ponitur regula.quẽ
non honoro grauare nõ poſſum. Præterea quem ho-
noro in plus grauare non poſſum, quàm apud illum
remanere debeat onere deducto. l. ciuitatibus.§.ſin.
vbi Bart.& idem Bart. in l. non amplius. in princ.ff.
de legat.j.& in l. Pamphilo. §.finali.ff.de legat.iij.&
Salic.in l.fina.C.quando dies legat.cedit. De quibus
regulis plenè dicam ſuper verbo, *Si abſque liberis mo-
reretur.* ij.in materia fideicommiſſariæ ſubſtitutionis,
tractando de fideicommiſſis ſeu lega. particularibus.
& hæc ſubſtitutio, ſicut hæredis inſtitutio non ſine
cauſa fuit per Raynutium in teſtamento facta, vt in-
3 telligatis † ꝙ ſicut inſtitutio ita & ſubſtitutio niſi in
teſtamento fieri non poteſt, vt plenè habuiſtis ſuprà,
*Teſtamentum.* iij. nam talia fieri non poſſent in codi-
cillis, vel cauſa mortis donatione, ſcilicet vt valeat
iure directo: cùm in alia vltima volũtate quàm teſta
mento hæreditas nec dari, nec auferri poſsit. l.hæredi
tatem.C.de codic.& §.penul.inſtitutio. illo cod.tit.
Salic.in l.humanitatis.in fine. C. de impuber. & aliis
ſubſtitutio. Sed indirectè vt valeat tanquam fideicõ-
miſſum, bene dari poſſet & adimi, taliter quòd etiãſi
verbis directis & multò fortius, ſi verbis cõmunibus,
in codicillis vel alia vltima volũtate quàm teſtamen-
to daretur, intelligitur data vel adempta, non quidẽ
directè, vt verba ſonant, ſed indirectè. nam tũc qua-
dam benignitate verba directa vel cõmunia trahũtur
ad fideicõmiſſum. l.Scæuola. vbi.gl.Bar.& Ang.ff.ad
Treb.& ita intelligitur text.in l. vnica.§. ſinautẽ ali-
quid.C.de cadu.tol.volens in quacunq; vltima volũ-
tate ſubſtitutionẽ poſſe fieri. Sanè tamẽ intelligatis,
quia talis ſubſtitutio in codicillis facta quæ quamuis
directè facta obliquatur, nec plus durabit, quã dura-
ret directa, ſi iure directo valere poſſet: ideo ſi eſt
ſubſtitutio vulgaris, ſolùm durabit vſque ad hæredi-
tatem aditã. l.poſt aditã.C.de impub.& aliis ſubſtitu.
ſi autẽ eſt pupillaris, & certum tempus adiectũ fuit,
putà vſque ad decem annos, & ſic minus pubertate,
& tunc illud tẽpus non egredietur. l. ſi ita quis ſubſti-
tuerit.ff.de vulg.& pupil.& l.ſi fundum per fideicom
4 miſ.§.ſi.ff.de leg.j.& plenè not.in d.l.Scæuolæ. † Præ-
tereà tunc ſubſtitutio verbis directis facta in codicil-
lis obliquatur, vt ſaltem valeat tanquam fideicõmiſ-
ſum, qñ cõſtat quòd defunctus codicillari & non te-
ſtari volebat. ſi verò teſtari volebat, & hoc cõſtat, ſed
aliqua deficit ſolennitas, ꝑpter quã valere nõ poteſt,
vt teſtamentũ, licet valere potuiſſet, vt codicillus, tũc
nõ valebit etiam vt codicillus, quia actus agentiũ ni-
hil operantur vltra intentionem eorum. l. nõ omnis.
ff. ſi cert.peta. vnde ſubſtitutio in tali voluntate facta
ſortiri non poteſt directè nec indirectè effectũ, ſecũ-
dum gloſ.in §.j.inſtitutio.de vulg. ſubſtitutio.& in l.
poteſt.ff.de vulg.& pupil. Quam tamẽ intelligatis ve
ram, niſi teſtator in tali teſtamẽto minus ſolẽni clau-
ſulam appoſuerit codicillarem: quo caſu licet teſtari
decreuiſſet, eius voluntas, quæ ex defectu ſolennitatis
valere non poteſt, vt teſtamentũ, ſaltem valebit vt co
dicillus propter clauſulam codicillarem. l.j. vbi ple-
nè Bart.ff.de iure codic. per quam apparet defunctũ
voluiſſe & teſtari & codicillari, quãuis hæres eligere
teneatur quam viam acceptare intẽdit. l.ſi C.de codi-
cil.& plenè habuiſtis ſuprà in verbo, *Teſtamentum,*
iij.in fi. Si autẽ non cõſtaret de mente defuncti, ſcili-
cet an teſtari voluerit, vel codicillari, tũc ſi in illa vo-
luntate appoſuit inſtitutionẽ vel exhæredationẽ, quę
niſi in teſtamento directè fieri non poſſant, tunc prę
ſumitur potius voluiſſe teſtari ꝙ̃ codicillari. l. nõ co-
dicillũ.C.eo.titu.& ſi prædicta nõ apponantur, præ-
ſumitur ꝙ voluerit codicillari. l.illud.§.tractari.ff. de
iure codicil.not.gloſ.& docto.in d. l. nõ codicillum.
Ioan.de Pla.& Ang.in §.j.inſtitutio. de vulgari ſub-
ſtitutio.facit gloſ.valde not.in l.verbis.ff.de vulga.&
pupil.qualiter verba directa obliquantur, videbitis in
verbo, *Si abſque liberis.* in tractatu compendioſę ſub-
5 ſtitutionis. † Poſtremò menti tenebitis, ꝙ licet com-
muniter ſubſtitutio directa vt valeat iure directo fie-
ri non poſsit in codicillis, tamen fallit in tribus caſi-
bus. Primò ſi ſtatutum ciuitatis aut patriæ conſuetu-
do permitteret eam in codicillis fieri: quia tunc vale-
bit tanquam directa, ſecundum Bald. in l. de quibus.
viij.col.verſi.item quęritur.ff.de legibus. quia tũc va-
let inſtitutio directa ſecundum eum. & ſubſtitutio a-
liud non eſt, niſi ſecunda inſtitutio, vt infrà dicam.

Secundò fallit in codicillis inter liberos à patre fa-
ctis, vel alios ab inteſtato ſuccedentes: qui ſi ex ſubſti
tutione in codicillis facta vocentur, directè ſuccedũt
& totũ capiunt, aliqua quarta nõn deducta ſecundũ
Bart. ſingulariter in l.militis codicillis.ff.de teſta. mi-
li.dicẽs ita de facto fuiſſe obtentũ. de quo plenè Lud.
Rom.conſi.clxxix.iij.col.idem dicũt aliqui, & tertiò
debere ſeruari in piis cauſis, quiꝰ ſicut & liberis po-
teſt hæreditas directè dari de iure in codicillis. Sed
contrariũ decidit Bal.in l.j.verſi.ſed hîc quæro an hę
reditas.C.de ſacroſan. eccle. Videatis quæ plenè dixi
ſuprà codẽ, *Teſtamentum.* iij. vbi etiã directa fieri po-
6 teſt in codicillis per militẽ. † Or domini, quia prin-
cipalis noſtra intentio & omnimoda deuotio eſt, hãc
quotidianam ſubſtitutionũ materiam, vt iamdiu eſt,
cupiuiſtis, & dictim expoſcebatis declarare: Iuſtinia-



ni fre-

ni fretus conſilio in §.his itaque.inſtitutio.de iuſtitia
& iure.in præſenti materia quædã pro declaratione
iam dictorum & inferius dicendorum præmittã ge-
neralia præludia, vt ſingula ſubſtitutionum puncta
enucleari faciliùs, ac intelligi poſsint. Materiã enim
tam peculiarem & fructuoſam illotis(vt ita dixerim)
manibus,conniuẽtibus atque oculis pertranſire, ne-
phas eſſe videretur,dicit tex.in l.j. ff. de origine iuris.
& l.legaui.ff.de libera.lega.in cuius quidem materiæ
laudem & commendationem fertur aperuiſſe os ſuũ
Albe.vir ille in practica magnus,in rubri.ff.de vulg.
7 & pupil. † dicens hanc materiam eſſe valde vtilem
ad burſas aduocatorum ampliandas:nam habet ſe in
corpore iuris ſicut mare Anglicanum. Eſt enim ſe-
cundum eum alta materia,in qua ſubtilitates ſine nu
mero: ſicut in mari procellæ intumeſcentes, iuxta il-
lud Pſalmiſtæ, pſalmo xcij. Mirabiles elationes ma-
ris.& Angelus in eadem rubr.dicit quòd Bald. frater
eius cum hac materia lucratus fuit vltra viginti mil-
le ducatos.Ego autem legi Raph. Cuma.ibi referen-
tem ſe viua voce à Baldo audiuiſſe,quòd ex ea cõſu-
lendo lucratus fuerat plus quàm quindecim mille du
catos: ideo eſt aduertenda, & ſummo ſtudio intelli-
genda, ac memoriæ tenaciter commendanda, vt di-
cit text.in d.l. legaui. eſt enim ſufficiens ſola ad vos
8 ditandum & veſtros in æternũ. † Vnde obſecro vos
omnes,vt tam peculiare opus audiendo non connu-
meretis tegulas domus,minúſque in aere caſtra ædi-
ficetis,ſed attentè cuncta rimetis: Quoniam de ſub-
ſtitutionibus non guſtabit aſinus, imò nec ſcholaris
vagus.Igitur ad rem de qua agitur reuertendo, ſcire
debetis quòd nos habemus præteritionem, exhære-
9 dationem,inſtitutionem,& ſubſtitutionem.†Primò,
dixi quòd habemus præteritionem, quæ triplex eſt.
quædam eſt præteritio propria, quo ad formam &
quo ad effectũ,quæ ſic diffinitur: Præteritio eſt ſilen
tiũ circa inſtitutionis beneficiũ vel exhæredationis.
vnde quãdo pater eſt erga filiũ neuter,quia nec fauo-
rabilis nec odioſus, tunc dicitur filiũ præterire, ipſũ
non inſtituendo,nec exhæredando:quo caſu non di-
citur legitimè teſtamentum ſuum ordinare, cùm ſuo
tunc non fungatur officio pietatis,ſecundũ quod fi-
lium ſi gratus erat,inſtituere tenebatur. Pariter non
exercet iuſtitiæ debitum, quo filium ingratum & de-
merentem poterat exhęredare.l.inter cætera.ff. de li-
be.& poſthu.& fuit pleniſsimè dictum ſuper verbo,
10 *In teſtamento relinquens.* † Quædam eſt præteritio
propria,quo ad formam,ſed non quo ad effectum:&
hæc eſt duplex.Nam quædã eſt,quæ cauſatur ex iure
priuilegiato: qualis eſt illa, quæ fit per militem filiũ
prætereuntem, vnde præteritio militis eſt formaliter
præteritio,ſed effectualiter eſt exhæredatio,quia ha-
betur pro exhæredatione,vbi teſtatur in expeditione
belli cui tunc remittitur omnis teſtandi ſolennitas.l.
milites.C.de teſta.mili.ſi autẽ non eſſet in actu belli,
tũc licet ſua præteritio habeatur pro exhæredatione,
tamen debet filium præterire cauſa legitima inſerta,
aliâs teſtamentum nõ valet,inſtit.de exhæreda.liber.
11 §.ſi in expeditione.vbi plenè not. † Alia eſt præte-
ritio propria quo ad formã,ſed nõ quo ad effectum,
quæ cauſatur à iure cõmuni,& etiã habetur pro exhę
redatione,vt in linea materna.nã mater vel auus ma-
ternus,& ſic deinceps prætereundo filiũ vel nepotẽ,
aut è conuerſo filius matrẽ,videtur eum exhæredare,
ita quòd tãtùm operatur pręteritio matris,ſicut exhę
redatio patris.quod eſt hodie verũ, ſi in tali præteri-
tione cauſa legitima inſeratur. Aliâs eſſet teſtamentũ
nullum.in Auth.non licet.C. de libe. præter. & not.
gloſ.in §.exhæredatos.in Auth.de hæredibus:& Fal-
12 cidia. † Secundò dixi,ꝙ habemus exhæredationem,
quæ ſimiliter eſt triplex.quædã eſt exhæredatio pro-
pria,veluti quando pater filiũ,quem in poteſtate ha-
bet,mala mente exhæredat,tanquam ingratum & de-
merentẽ,cauſa legitima in exhæredatione inſerta,de
qua plenè dixi ſuper verbo,*In eodem teſtamento relin-
quẽs*.ij.& talis exhæredatio ſic diffinitur: Exhæreda-
tio eſt alicuius inuiti ab hæreditate quæ ſibi debeba-
tur,excluſio.l.ſi patronus teſtamẽto.§.quis non ma-
13 la mẽte.& l.Paul.la ij.ff.de bonis liber. † Alia eſt ex-
hæredatio impropria: veluti ſi pater bona mẽte non
animo nocendi,ſed potiùs filio prouidendi eum ex-
hæredat.l.multi.ff.de lib.& poſthu. de qua dixi ſuper
verbo,*Reliquit*.in xij.limit.Or an iſta ſit hodie corre-
cta, conſiderato ꝙ filius debet in aliquo inſtitui,ple-
nè decidit Bart.in l. cùm ex filio.& ibi Bal. ff.de vul-
ga.& pupil.& Bar.& Bald.in l.ſi filiis matrem.C. de
inoff.teſta.& dixi ſuper dicto verbo,*In eodẽ teſtamen-*
14 *to relinquens*.ij. † Quędã eſt exhęredatio improprijſ-
ſima: veluti qñ aliquis extraneus, qui non erat de ne-
ceſſitate inſtituendus vel exhæredandus, exhęreda-
tur.Vnde ſi quis fratrem ſuũ,vel filiũ baſtardum,aut
ſimilem exhæredat,talis exhæredatio dicitur impro-
priiſſima,velut de illis ſuperfluè facta,quibus de iure
non debetur aliqua legitima.l.quidam cùm filium.ff.
de verb.oblig.not.glo.in l.j.ff. de bono. poſſ.contra
tabul.extraneus enim appellatᷣ omnis ille cui ex bo-
15 nis defuncti teſtatoris legitima non debetur. † Ter-
tiò dixi,ꝙ nos habemus inſtitutionẽ quę ſimiliter eſt
triplex.Prima eſt inſtitutio propria, veluti cùm quis
inſtituitur in tota hæreditate, vel quota eiuſdem.l.
16 quoties.§.hæredes.ff.de hæredibus inſtituendis.† Se-
cunda inſtitutio dicitur impropria, veluti cum filius
inſtituitur in legitima,vel in eo quod legitimatur re-
ducitur,putà dotem, vel propter nuptias donationẽ.
l.quoniam nouella.C.de inoff.teſta. Nam poſito, ꝙ
legitima ſit pars & quota, non tamen dicitur quota
hæreditatis,ſed quota bonorum ab omni ære alieno
extracta.l.cùm à matre.vbi not. C. de rei vendic. &
l.ſi.§.in computatione.C.de iure delib.& quòd legi-
tima ſit quota bonorũ,ſed nõ hæreditatis,tenet Bart.
in l.ex facto. circa mediũ.ff.de hæred. inſtitu.& Bal.
in d.l.cùm à matre.facit tex.vbi gloſ.Angel.& Imol.
& Paul.in l.ita tamen.§.ſi patronus.ff.ad Trebellia-
17 nũ.† Tertia dicitur inſtitutio impropriiſſima,quo-
ties inſtituto hærede vniuerſali,alius extraneus in-
ſtituitur in re certa:quo caſu talis inſtitutio non eſt
quota hæreditatis,neq; bonorũ adeũte hærede vni-
uerſali,vt d.l.ex facto.& l.quoties.ita elegãter dicit
Bal.in l.Gallus.in fine.ff.de lib. & poſthu.Videatis
18 Ang.in §.j.inſti.de hære.inſtit. † Quartò & vltimò
dixi,ꝙ nos habemus ſubſtitutionẽ,de qua lõgo tẽ-
19 pore loquuturi ſumus: circa quã ſciendũ eſt,†ꝙ in-
ſtitutio & ſubſtitutio ſe habẽt,vt primus & ſecũdus
grad⁹:quia inſtitutio eſt primus gradus hęredũ per
teſtatorẽ ad ſucceſſionẽ vocatorũ. Subſtitutio verò
dicitur ſecũdus gradus, aut vlterior poſt inſtitutos
à teſtatore vocatorũ.l.j.ff.de vulg.& pup.Nam ſub-
ſtitutio nihil aliud eſt,quàm conditionalis inſtitu-
tio.l.in ratione.§.incertę.ff.ad leg.Falci. Per quod
demõſtratᷣ ꝙ capitulũ inſtitutionis diuerſum eſt à
ſubſtitutione.Ita ꝙ per approbationẽ vnius nõ in-
telligitur aliud approbatũ, ſecundum Alexand.in j.
parte,



parte,conſi.cxxiij.incip. Diſcuſsis hæſitationibus. &
intelligatis ſubſtitutionem vulgarem facere ſecundũ
gradum, quia pupillaris non facit dictum ſecundum
gradum, cùm per illam non ſuccedatur teſtatori,nec
in eius hæreditate. ideo dici non poteſt ſecundus gra
dus in paterna hęreditate,ſed bene facit duas tabulas.
l.ij.§.interdum.ff.de vulg.& pupil.ſubſti. ſecundum
20 Docto. †Et ſit inſtitutio per talia verba, vel ſimilia,
Inſtituo mihi Titium hæredem: vel ſic, Titius mihi
hæres eſto: vel Titius ſit mihi hæres.l.j. ff.de hæredi-
bus inſtituendis. iunctis his quæ ſuprà habuiſtis in
21 verbo,*Cætera bona*.ante finem.†Subſtitutio autem fit
per hæc, vel ſimilia verba, Si Titius mihi hæres non
erit,Seius ſit mihi hæres. Hoc enim caſu Titius dici-
tur inſtitutus,quaſi in primo gradu vocatus.Seius ve-
rò dicitur ſubſtitutus, veluti ſecundo gradu vocatus.
Si autẽ teſtator etiam talia verba ſubiungeret:& ſi Se-
ius mihi hæres non erit, Caius ſit hæres: tunc etiam
Caius dicetur ſubſtitutus in tertio gradu vocatus: ſi-
militer facere poterit teſtator quartũ & quintũ gra-
dum ſubſtitutionum, & deinceps in poſterum,inſti-
tut.de vulgari ſubſtitutio.§.j.& l.poteſt.ff.de vulg.&
22 pupil. † Et tales ſubſtitutiones fieri poſſunt nedum
hæredi inſtituto,& cuicunque alteri venienti ex teſta
mento,ſed etiam ſuccedentibus ab inteſtato, vt dicit
text.in l.ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus. ff.de
hæred.inſtit.vbi dicitur, ꝙ ſi teſtator ita dicat: ſi ille
qui ab inteſtato ſucceſſurus eſt, nolit eſſe hæres, talis
ſit hæres: valet quidem teſtamẽtum,quãuis nõ ſit ali
quis expreſsè hæres inſtitutus,ſecundum Bart. ibi, ꝑ
illum text. & ſic quamuis nulla præceſſerit hæredis
inſtitutio,tamen valuit ſubſtitutio, cùm videatur eſ-
ſe quædam tacita inſtitutio ex mente teſtatoris, qui
ſubſtituendo venienti ab inteſtato, videtur ipſum in-
uitaſſe,argu.l.cõficiũtur.ff.de iure codicil.& ſic præ-
ceſsit ibi tacita inſtitutio, ſecundum aliquos.l. cohę-
redi.§.ſi.& l.ſi pater impuberis.ff.de vulg.& pupil.fa
cit gloſ.ſingularis in l.quandiu.ff.de regu.iur.quæ di-
cit,ꝙ tunc venientes ab inteſtato vocantur ex teſta-
mento velut tacitè inſtituti. & ſufficit hæc tacita in-
23 ſtitutio ad validitatem vulgaris ſubſtitutio. †Et in
hoc conſentiunt doctores, quòd ad validitatem ſub-
ſtitutionis,imò totius teſtamenti, tacita ſufficit inſti-
tutio,qñ ſcilicet ſubſtitutio eſt facta tali, q. de neceſ-
ſitate iuris non debebat à teſtatore inſtitui, vel exhæ-
redari,quales ſunt extranei,vt collaterales conſangui
nei, qui neceſſariò non ſunt inſtituendi,nec exhære-
dandi,vt vidiſtis ſuper verbo,*In teſtamẽto relinquens.*
Sed dubium eſt non modicum, an hoc idem locum
habeat, ſi pater filio in poteſtate exiſtenti vel alteri
deſcendenti primum locum ſuitatis tenenti, vel ecõ-
uerſo filius patri alteri vel immediatè aſcẽdenti, qui,
vt ibi vidiſtis,ſunt neceſſariò inſtituẽdi,ipſis expreſsè
nõ inſtitutis,ſimpliciter ſubſtituerit:& ſic (vt dictum
eſt) cẽſentur tacitè inſtituti: an talis tacita ſubſtitu-
tio ſufficiat ad ſubſtitutionis & teſtamenti validitatẽ.
& certè Barto.in l.Gallus.§.j.ff.de lib.& poſth.deci-
dit ꝙ ſic, dicens ſufficere patri ſi hoc modo teſtetur,
Si filius meus me viuo moriatur,talis ſit hæres. Nam
quemadmodum ſi teſtator dixiſſet, ſi legitimus (id eſt
qui mihi ab inteſtato ſucceſſurus eſt) nolit, vel non
poſsit eſſe hæres,talis ſit hæres: teſtamentum valeret.
Ita in caſu noſtro erit dicẽdum in filio eadem ratio-
ne, quia moriendo viuo teſtatore non poteſt eſſe hę
res,ideo ſubſtitutus erit hæres,per d.l.ſi quis ita inſti-
tuatur.& l.cùm ex teſtamento.§.hæc verba.ff.de hæ
red.inſtituẽ.& l,quamuis.C.de impub.& aliis ſubſti.
nec intereſt ipſius filij hoc caſu teſtamentũ patris nõ
valere,& nullum eſſe,ſecundũ Bart.in d.l. Gallus.§.
j.in ij.oppoſi.idẽ tenet in l.j.in iij.q.prin. & l.ſi quis
cum.§.ſin.ff.de vulg.& pup.quem ſequitur Pau.in d.
l.Gallus.§.j.& §.in omnibus.& in l.ſi quis ita.§.fin.
24 ff.de lib.& poſthu. † Pater enim ſubſtituẽdo filio, ſi
eo viuo moriatur,tacitè videtur ipſum filiũ inſtituiſ-
ſe,caſu quo patri ſuperuiuat. Nam cùm ſubſtitutio,
vt dictũ eſt,ſit ſecundus gradus,præſupponit primũ
gradũ, & ſic inſtitutionẽ.argu.l.ad rem mobilem.de
procurato.inde dicebat Bald.in l.j.in princ. ff.de iu-
ſti.& iur. ꝙ qui vult conſequens,ſemper præſumitur
voluiſſe & præſuppoſuiſſe ſuum antecedens:& ſic ta-
le teſtamentũ non erit nullũ,cùm eo caſu ſatis videa
tur filius inſtitutus,ſeu pro inſtituto habeatur. Quod
eſt verum ſecundum ipſos,ſi in tali teſtamẽto nullus
alter extraneus reperiatur vniuerſaliter hęres inſtitu-
tus.quo caſu(vt dictũ eſt) filius habetur pro inſtitu-
to,vt d.l.Gallus.ſed vbi reperiretur aliquis extraneus
hæres inſtitutus, tunc ille filius nõ obſtante ſubſtitu-
tione ſibi modo prædicto facta, eſſet præteritus, &
ſic teſtamentũ nõ valeret, cùm ſit verũ dicere ipſum
eo caſu non fuiſſe à patre inſtitutũ: nec etiam vide-
tur per dictã ſubſtitutionẽ ſibi factã tacitè vocatus,
attento ꝙ pater ſibi de alio prouidit, vt ſingulariter
decidit Bart.in d.l.cohæredi.§.ſi.ff.de vulg.& pupil.
Sed aduertatis,quia contrariã opinio. (ſcilicet filium
cui à patre fuit ſimpliciter ſubſtitutum ) non haberi
pro hærede inſtituto, ſed pro præterito,tenuit glo.ij.
in d.l. Gallus.& Bald.ibi.§.j.quã ſequitur Cy.Nico.
de Neapol.Bal.Ang.& Imol.Rapha.Cuma.in dicta
l.Gallus.& Bal.ibi.§.idem credendũ.& in l. poſthu-
morũ.ff.de iniuſto rupto teſtamẽto.& in repetitione
l. in ſuis.ff.de lib.& poſthu.& in l.hæres.& l.huma-
nitatis. C.de impub.& aliis ſubſtitutionibus.& Alex.
in d.l.Gallus.ſuper glo.ij.dicens hanc eſſe communẽ
& ſecuriorem opinio. ſecundũ quam ipſe conſuluit
in j. parte,conſil.cviij.inci. Viſo themate.iij.col.ver.
prædictis nõ obſtat.vbi etiã dicit hanc eſſe commu-
nem opinionẽ, à qua in iudicando nõ eſſet receden-
dum. Idem cõſuluit Pet.de Anch.cõſi.cxxxvj. incip.
Ponderandũ principaliter eſt. vbi hanc opinionem
optimis firmat rationibus,ac plures text. allegat,cõ-
cludens tale teſtamentum, in quo fuit filio ſimplici-
ter ſubſtitutum,eſſe nullum, etiam ſi pauperes Chri-
ſti,& ſic pia cauſa fuiſſet ſubſtituta, ſicut erat in caſu
dicti conſilij.Hanc etiam opinionẽ poſt multas con-
ſiderationes ſequitur Iaſõ in dicta l.Gallus.§.j.tamẽ
dicit ibi Rapha.quòd opinio Barto. poſſet ſuſtineri.
Vnde reſtat ſecundũ prædictos Doctores,teſtamen
tum patris eſſe nullum,niſi filius fuerit expreſsè inſti
tutus hæres,quãtumcũque fuerit ei ſubſtitutũ, etiam
ſecundum cõſilium Galli,adeo quòd in filio vel alio
primum locum deſcendentium vel aſcendentium te-
nente non ſufficeret illa tacita inſtitu. quæ inducitur
ex ſubſtitutione.Et pro iſta cõmuni opinione eſt tex.
in dicta l.Gallus.§.idem credendum. & §.in omni-
bus.vbi patet non violando literam, quòd ſi teſtator
habuit filiũ,& nepotem,& vxorẽ nepotis prægnan-
tem, ſi filium inſtituit,& nepotem præteriit,hoc mo-
do verba cõcipiendo in perſona poſthumi pronepo
tis: ſi filius & nepos me viuo moriantur,tunc prone-
pos qui naſcetur ſit hæres,certè teſtamẽtũ rumpitur
præteritione nepotis, ſi contingat filiũ mori viuo te
ſtatore,cuius contrariũ eſſet ſecundũ opinio. Barto,
ſecundum quam nepos inuitatus videtur ad inſtitu-
tionem. Præterea illa verba, Si filius meus me viuo

m'oriatur,ſunt conditionaliter prolata, ideo nullam
videatur inducere diſpoſitionem de filio. Et ita tenet
Bal.in d.l.hæres.& eſt gl.notab.vbi clarè Bar.in l.Lu
ciꝰ.ff.de hæred.inſtit. quam ſequitur & commendat
Iaſ.in d.l.j.iij.col.C.de pact.dicens eſſe ibi textũ pro
25 illa gloſ.ipſum inducendo prout ibi per eum. †Nam
in hæreditatibus verba conditionaliter prolata nul-
lam inducũt inſtitutionẽ,neque ſubſtitutionem, nec
perſona in cõditione poſita intelligitur inſtituta nec
ſubſtituta. Ideo per illa verba,Si filius meus ſine libe-
ris deceſſerit,ſubſtituo Caium, non dicũtur liberi fi-
lio teſtatoris ſubſti.niſi expreſsè ſubſtituerentur.quia
poſiti ſunt in conditione, quæ in hæreditatibus nun-
quàm inducit diſpoſitionẽ.Imò nec ibi ſumitur argu
mẽtum à contrario ſenſu,vt dicamus ꝙ filio cũ libe-
ris moriente cenſeantur liberi ſubſtituti, ſecundũ Ia-
ſonẽ,in l.j.in prin.ff. de officio eius,cui manda.eſt iu
iuriſdictio.ideo cùm non dicantur ſubſtituti,non ſuc
cedunt ex diſpoſitione teſtatoris mortuo eorum pa-
tre hærede: ſed ei ſuccedunt ab inteſtato,vel ex teſta-
mẽto,ſi quod fecit.& ſic bona per eorum patrẽ alie-
nata reuocare non poterunt, velut reſtitutioni ſubie-
cta, prout feciſſent ſi ex diſpoſitione teſtatoris tãquã
ſubſtituti viuerent.l.fina. §.penul.& ſi.C. communia
de lega.ſecus tamen eſſet in legatis. Quia ſi teſtator
alicui rem legaret,eidẽ ſi abſq; liberis decederet ſub-
ſtituendo iuxta l.ſi legata.C.de leg.poſteà mortuo le
gatario ſuperſtitibus filiis, tales filij intelligerentur
ſubſtituti ex diſpoſitione teſtatoris, vt ſingulariter
decidit Ange.in lectura Florentina,in l.in legatis.C.
de legatis.& ratio differentiæ eſt,ſecundum eũ inter
26 hæreditatem & legatum. †Quia hæreditas non po-
teſt nutu relinqui,ſed legatum ſic.l.nutu.ff.de legatis.
iij. & habuiſtis ſuper verbo, *In extremis poſitus*. Ideo
in legatis ſufficit filiorum nominatio conditionalis,
in qua bene ſumitur argumentum à contrario ſenſu.
Et ſic ſi habeat filios, tales filij non ſolùm excludent
ſubſtitutũ, vt dicit aliàs conſuluiſſe, quem ibi ſequiť
Iaſ.Sed etiam reuocabũt alienata,ſi quid fuerit de re-
bus legatis diſtractũ. De iſto autem puncto,ſcilicet,
an liberi in conditione ſubſtitutionis poſiti dicantur
tacitè filio ſubſtituti.Videatis Bar.in l. Cẽturio xiiij.
col.verſi. Vlterius quæro.ff.de vulg.& pupil. vbi A-
lexand.Ang.in §. extraneo. inſtitu.de pupillari ſub-
ſtitutione.Bald.& Iacob.de Aurelianis.in l.ab eo.C.
de fideicommiſsis. & intendo plenè dicere ſuper ver
bo,*Si abſq; liberis moreretur*.ij.in materia compendio-
ſæ ſubſtitutionis. Nec obſtat principali noſtræ deci-
ſioni d.l.Gallus. nec cætera iura per Barto.allega.qa
in illis præſupponitur filium fuiſſe inſtitutum,ſecun-
dũ gloſ.in d.l.Gallus.nec etiã obſtat d.l.ſi quis ita hæ
res inſtituatur,ſi legitimus.ff.de hæred. inſtit. in qua
Barto. & ſequaces ſuum faciebant principale ſunda-
mentũ: quia dicta lex loquitur in aliis hæredibus ab
inteſtato venientibus,qui non ſunt de neceſsitate in-
ſtituendi,nec exhæredãdi: ſecus autẽ eſſet in filio,vel
alio deſcẽdente primũ locũ ſuitatis tenẽte: quia niſi
expreſsè & explicitè inſtituatur, nõ valet teſtamẽtũ.
Nã tex.in d.l.ſi quis ita.vtiť his.Si legitimꝰ. & ſic de
filio nõ loquiť,qui ſolùm comprehẽditur per edictũ
vnde liberi.Cæteri verò collateraliter teſtatori con-
27 iuncti veniunt per edictum vnde legitimi. †Or cla-
rum eſt,quòd edicta vnde liberi.& vnde legitimi dif-
ferunt nedum nomine,ſed titulo,vt patet.ff.& C.vn-
de liberi.& vnde legitimi. iuncto quod decidit Cyn.
in l.ſi idẽ.C. de codicil. nec obſtat ſi replicaretur, ꝙ
tex.in d.l.ſi quis ita legiſlator vtitur in verbo, Vẽdica
uerint.per quod datur intelligi,ꝙ loquitur in filio cũ
illud verbũ potiùs adaptetur filio,quàm alteri ab in-
teſtato ſuccedẽti,quia filius eſt dominus bonorũ pa-
ternorũ in pũcto,ꝙ pater eſt mortuus, quia in ipſum
eo ipſo cõtinuatur hæreditatis paternæ dominiũ,l.in
ſuis.ff.de lib.& poſthu.Et eſt text.not.inſtit.de hære.
quæ ab inteſta.deferuntur. & ſic filio ꝓpriè pertinet
vẽdicare tanquã domino.§. ſic itaq; diſcretis. inſtit.
de actio.ſed reſpondetur,ꝙ ille tex.intelligitur, ꝙ ſi
legitimus hæreditatem non vendicauerit,ſupple,præ
cedẽte aditione per quã fit ipſo iure hæres, abſq; cor
porali apprehenſione: ſine qua ilico facta aditione
hæreditatis cõpetit cuicunq; hæredi tanquã domino
vẽdicatio rerũ hęreditariarũ.Pręterea illa ſunt verba
teſtatoris,de quo fuit facta d.l.ſi quis ita. Et teſtato-
res plerunq; loquunť impropriè. vnde ex talibus lo-
quutionibus vulgariũ,vt plurimùm imperitorũ ſumi
nõ debet argumentũ,nec vſus loquẽdi,ſecundũ Bal.
eleganter in titu.de ſucceſ.feudo.vt plenè dicã in ver
bo, *Eidem impuberi ſuccederent*. prope ſi.Similiter nõ
obſt.l.ex teſtamento.§.hæc verba.ff.de hæred.inſtit.
quia ibi facta fuit ſubſtitutio reciproca,per quam ver
ba teſtatoris generalia ſeu indefinitè prolata erant a-
pta nata comprehendere inſtitutionẽ.Pariter nõ ob-
ſtat d.l.quãuis.C.de impub.& aliis ſubſt. quia ibi nõ
inducitur diſpoſitio inſtitutionis à contrario ſenſu
cõditionis,ſed ab illis verbis,quod abominor. ibi in
textu poſitis. ex quibus reſultat,ꝙ licet valeat ſubſti-
tutio abſq; expreſſa inſtitutione per d.l.ſi quis ita.ta-
mẽ hoc locũ non habet in perſonis,quę de neceſsita
te debent inſtitui,prout ſunt deſcendentes, qui in po
teſtate teſtatoris ſunt, in quibus ſubſtitutio eis facta
nunquã præſupponit,nec includit inſtitutionem: &
hæc, (vt dixi)eſt cõmunis opinio,quam ſequitur An-
ge.in l.antè ꝗ.C.cõmunia de ſucceſsio.& firmať plu
rimum ex his quæ plenè dixi ſuper verbo, *In teſtamẽ-
to relinquens*.j,in tertio principali quæſito:& maximè
28 in iij.& xxij.limitationibus. †Nam inſtituere filium
expreſsè,eſt de forma ſubſtantiali teſtamenti pater-
ni, ita quòd non ſufficerent verba æquipollentia, &
minus tacita,& implicita. Quinimò debet formali-
ter inſtitui,vt ibi plenè dixi.ex quo ſequiť concluſio
noſtra vera,ꝙ quãtumcũque filio ꝑ patrẽ ſubſtituať,
nunquã cenſetur filius ꝓpter hoc inſtitutus, ſed tan-
quàm præteritus dicet teſtamentũ nullũ, ſecundum
cõmunem opinio. indiſtinctè verã de iure ciuili: ſi-
ue reperiãtur inſtituti hæredes extranei, ſiue ab inte-
ſtato ſuccedentes: & ſiue moriať filius viuo teſtato-
re,ſiue non. de iure autẽ prætorio tale teſtamentum
ſuſtentaretur duobus concurrẽtibus:primò, quòd in
illo teſtamento fuerint inſtituti hæredes ab inteſtato
veniẽtes:ſecundò,ꝙ filius ille præteritus cui ſimpli-
citer fuit ſubſtitutũ,decederet viuo patre,per tex.ſin-
gularẽ in l.poſthumus.ff.de iniuſto rup. teſta.de quo
plenè dixi ſuper ver.*In teſtamẽto relinquẽs*.j. in xxiiij.
& xxv.limit.Et hęc eſt pura veritas,ſcilicet,ꝙ nõ ſuf
ficiat filio vel alteri primũ locũ ſuitatis tenẽti, ſim-
pliciter ſubſtitui,ſecundũ quã opin.cõmu.ſemel vidi
iudicari in curia appellationũ Toloſæ,in qua fuit te-
ſtamentũ cuiuſdã vocati Calmelhas pronuntiatum
nullũ,ſeu ad ipſum nullus fuit habitus reſpectus, pro
eo quia filiã quã habebat vnicã non inſtituerat in ali-
quo hæredẽ,ſed ei ſimpliciter ſubſtituerat: ſuper quo
fuit magna altercatio ex eo, quia aliqui practicãtes ri
gidè ſubſtinebãt opi.Bar.fauore teſta.Sed maior pars
& ſanior conſiliariorũ obtinuit cõtra teſtamentum,
inſequẽdo cõmunem opinio.ſuperius relatã,adhærẽ
do,opi-



do opinio.recolẽdæ memoriæ dñi Bernardi de No-
gareto in vtroq; iure licẽtiati,patris iuuenũ practicã
tiũ,& dicti proceſſus relatoris,cuiꝰ anima requieſcãt
29 cũ beatis:quia multa bona ab eo didici. † Licet ergo
cõmunis opi.ſit vera,tñ ad magis acuẽdũ veſtros in-
tellectus,in mediũ referã conſiderationẽ quã Moder
ni fuiſſe aſſerunt: Iacob.de Petruciis in hoc pũcto,in
d.l.antequã.C.cõmu.de ſucceſsionib.vbi pulchrè,&
nõ minus ſubtililiter opinio.Bar.cũ cõmuni opinio-
ne nixus fuit concordare,multos conſiderãdo caſus.
Primò enim cõſiderauit,qñ filio eſt facta ſubſtitutio
ſecundũ prouiſionẽ Galli: hoc modo: Si filius meus
me viuo moriatur,talis ſit hæres.Nam tũc aduenien-
te caſu,ꝙ filius moriatur in vita teſtatoris,tunc fortè
ſecundũ eum ſaluari poſſet opi. Bar. ꝙ valeret teſta-
mentũ,ſaltẽ de iure prætorio. & verũ dicit,ſi ſecũdũ
conſiliũ Galli teſtatus fuit, ſcilicet ſubſtituendo filio
ſuo aliquẽ de ſuccedẽtib.ab inteſtato,vt d. l. Gallus.
§.j.vbi filio ſubſtituit nepotẽ,vt d.l.poſthumus.Et ſi
hoc modo Bart.intellexit ſuã opinionẽ, bene loquu-
tus eſt:quia pro ipſo eſt tex.in l.etiã ſi ius. §. libertus
ſi patronũ.ff.de bonis libertorũ.vbi libertus filio ſuo
ſubſtituit patronũ in defectũ filij ab inteſtato ſucceſ
ſurũ.Nam cõditio illa,ſi filius moriatur viuẽte teſta-
tore,videtur validare teſtamentũ,cũ conferat effectũ
teſtamẽti in caſũ illũ, quo filius nõ deberet inſtitui,
ſcilicet in caſum mortis filij, qui mortuus non de-
beret inſtitui.Vnde viuẽte patre filio mortuo teſta-
mentũ recõualeſcit iure prętorio.Quia etiã recõua-
leſceret,ſi cõditio illa adiecta nõ fuiſſet:Attẽto ꝙ ex
illo teſtamẽto hæreditas remanet veniẽtib. ab inte-
ſtato,vt d.l.poſthumꝰ.vbi Bal.hoc optimè declarat.
Si autẽ filius ſuperuiueret patri,clarũ eſt ꝙ teſtamẽ-
tũ nõ valeret quãtũcũq; ab inteſtato ſuccedẽtes fue-
rint ſubſtituti:nec eſt verũ,ꝙ filius dicať ex ſubſtitu-
tione ſibi facta inſtitutꝰ,imò habeť pro pręterito,&
hoc caſu malè loquutus eſt Bart. ſi eo tũc intellige-
bat teſtamẽtũ valere,& filiũ pro inſtituto haberi,qui
potius(vt dictũ eſt) habeť pro præterito, ſecundum
cõem opinionẽ.Secũdò cõſiderauit pręfatus doctor
caſum,quo pater filio nõ ſubſtituit ſecũdũ cõſilium
Galli,ſed ſimpliciter dicẽs hoc modo: ſi filius meus
hæres nõ erit,talis ſit hęres. Tũc dicit tale teſtamẽ-
tũ nõ valere per gl.in l.Lucius.ff. de hæred. inſtit.&
per ea,quæ notat ipſe Bar.in l.Cẽturio.ff. de vulg. &
pup.Tertiò cõſiderauit caſũ propriũ dictæ l. ſi quis
ita hæres inſtituatur ſi legitimus.ff.de hæred.inſti.In
qua Bar.ſuũ fecit fundamentũ, veluti ſi teſtator ſub-
ſtituerit veniẽtibus ab inteſtato quos neceſſe nõ ha-
bebat inſtituere:qui propriè vocãtur legitimi. & in-
dubitãter valet teſtamentũ,vt d.l. ſi quis ita. Quartò
cõſiderauit caſũ ſcilicet, ſi ſubſtituať extraneo, aliâs
nõ veniẽti ab inteſtato.& tũc videť ille tacitè inſtitu-
tus,vt teſtamentũ valeat.Quibus duobus caſibus ſal-
uari etiã poſſet opinio Bar. Nam in talibus perſonis
ſufficit tacita inſtitutio:ſed in filiis & cæteris liberis
primũ locũ ſuorũ hęredũ tenẽtibus,requiritur & ne
ceſſaria eſt expreſſa & formalis inſtitutio, vt vidiſtis
ſuper verbo,In teſtamẽto relinquẽs j. Et pari modo
eſſet teſtamentũ nullũ,ſi filius fuiſſet à patre ſubſtitu
tus alicui hæredi inſtituto.l.ex facto.§. Lucius.& l.is
qui.ff.de vulg.& pupil.& l. ita tamẽ.§.qui rogatus.ff.
ad Trebellianũ.licet videatur tex.in cõtrariũ in l.ſci-
mus,§.cùm autẽ.C.de inoff.teſt.ſed loquitur de iure
Codicis,quo ſufficiebat quicũq; relicti titulus,vt ple
nè vidiſtis ſuper d.verb.Nec eſt vera gl.ſuper verbo,
Celebrari.in d.§.cũ autẽ.ſecundũ Bar.ibi volentem
titulũ inſtitionis eſſe in filio neceſſariũ: quẽ ſequitur
Guid.Papæ.qõ.ccccxxv.Secùs autẽ eſſet ſi filius hæ-
redi inſtituto fuerit inſtitutus & ſubſtitutus qñcun-
que hæres decederet:quia tunc cùm reperiatur inſti-
tutus,in tẽpus mortis hæredis tẽpore illo de inſtitu-
tione filij ſublato,prout de iure habeť pro nõ poſito.
l.quoniã in prioribus.C. de inof. teſt. filius reperitur
in legitima parte inſtitutus,& in reſiduo hæredi ſub-
ſtitutus cõditione aduenĩete. Et iſto caſu poſſet ſal-
uari tex.cũ gl.in d.§.cũ autẽ.ſec.Bar.in l.ſi pater.C.
de inſti.& ſubſt. ſub conditione facta. & clarè deci-
dit Guid.Papæ.qõ.ccccl vj.& cũ his ſit nũc expeditꝰ
30 difficilis iſte articulus. † Et latiùs procedendo, ſcire
debetis, ꝙ ſubſtitutio in genere ſumpta eſt duplex,
ſcilicet, directa,& indirecta.Directa ſubſtitutio eſt,
quæ fit verbis directis,in qua locũ non habet aliqua
quartarũ deductio.Quinimo quilibet directè ſubſti-
tutus ad integrã vocať hæreditatem,nullo altero me-
diãte:id eſt,abſq; eo ꝙ de manu alterius hæreditatẽ
capiat:ita ꝙ nuda animi volũtate & diſpoſitione ſit
hęres & dñs hęreditatis ſine corporali apprehẽſione.
l.cũ hæredes.ff.de acquir.poſ.& no.glo. magna in c.
paſtoralis.de cauſa poſ.& proprietatis.& Dy. in c.j.
de reg.iu.lib.vj.Et talis ſubſtitutus ꝓpria authoritate
apprehẽdere poteſt hæreditatis poſſeſsionẽ abſq; eo
quod de manu hæredis inſtituti eã requirat,vt d.l.cũ
31 hæredes.ff.de acqui.poſ.†Alia eſt ſubſtitutio indire-
cta & obliqua,ſcilicet,illa quæ fit verbis indirectis &
obliquis,& per quã ſubſtitutus de manu alterius,ſci-
licet,hæredis inſtituti hæreditatẽ capit, vel de manu
ab inteſtato ſuccedẽtis:& ſic indirectè.l.eã quã.C.de
32 fideic.†Prima ſubſtit.ſcilicet,directa,eſt quintuplex,
videlicet,vulgaris, pupillaris, exẽplaris, cõpẽdioſa,
& breuiloqua ſeu reciproca.Quas quidẽ ſubſtitutio-
nes ꝓ nũc exẽpliſicare poteſtis, ſecũdũ gl.hîc,in ver
bo,*Si abſq; liberis more*.vbi etiã habetis exẽplũ de ſub-
ſtitione indirecta ſeu obliqua, quæ aliâs fideicõmiſ-
ſaria appellatur prout ibi Deo duce de ſingulis tra-
ctabo. Videatis ſimilẽ gl.in §.qua ratione.inſt.de pu
pil.ſubſtit. De verbis autem directis & obliquis, per
quæ ſubſtitutiones inducantur directę aut indirectę,
dicã infrà codẽ.in verbo, *Eidem impuberi ſuccederent*.

Laus Chriſto Ieſu domino noſtro.

## *SVMMAE SECTIONIS.*

## Et ſoboles quam geſtabat in vtero.

1 ☞ *Naſcituris relinqui poteſt.*
2 *Nati plures ex vno conceptu.& nu.3.*
4 *Præſcriptio currit contra exiſtentem in vtero.*
5 *Dos quando eſt pia cauſa.*
6 *Sanctificari in vtero quis poteſt.*
7 *Poſthumus ſuus vel alienus poteſt inſtitui.*
8 *Natus exiſtimatur qui eſt in vtero,vbi agitur de eius cõ-
modo.*
9 *Grauida condemnata,non fit ante partum exequutio.*
10 *Poſthumus quomodo naſcẽdo rũpat teſtamentum patris.*
11 *Teſtatore ingrediente religionẽ rumpitur eius teſtamentũ.*
12 *Legitimatio filij an rũpat teſtamentũ patris prius factum.*
13 *Poſthumum ſufficit generaliter inſtitui.*
14 *Poſthumi generalis inſtitutio an baſtardũ cõprehendat.*
15 *Poſthumus nec exhæredari poteſt,nec præteriri.*
16 *Poſthumus an dicatur, qui ſecto vtero extractus eſt.& nume.17.*
18 *Occidens monſtruoſum eſt homicida.*
19 *Poſthumus nõdum eſt homo, nec in patris eſt poteſtatate, nec baptizari poteſt.*
20 *Maria virgo non fuit concepta in peccato originali.*





21 *Bapti-*

21 *Baptiſmus quid.*
22 *Poſthumus legitimari poteſt.*
23 *Maria virgo non peperit cum dolore.*
24 *Planetæ ſeptem quid in fœtu operentur.*
25 *Menſe ſeptimo partus eſt vitalis.*
26 *Trinitas eſt rerum omnium fundamentum.*
27 *Parines ante nonum à nuptiis menſem non cenſetur meretrix.*
28 *Maria peperit decimo menſe.*
29 *Conceptionis Chriſti quatuor miracula.*
30 *Conceptionis Mariæ & Chriſti differentia.*
31 *Octimeſtris partus quare non viuat.*
32 *Abortum cauſans punitur, vt homicida.*
33 *Poſthumo poteſt libertas relinqui.*
34 *Poſthumo dari poteſt tutor, & etiam ſubſtitui.*
35 *Legatum filij non extenditur ad poſthumum. & nu.37.*
36 *Exhæredatis filiabus an comprehendatur poſthuma.*
38 *Poſthumus non eſt, niſi cōceptus ſit tēpore mortis teſtato.*
39 *Conceptus poſt mortē aui ex ſua perſona non ſuccedit, ſed patris tranſmittentis, & nu 40.*
41 *Tranſmiſſio eſt triplex.*
42 *Nepos conceptus poſt mortem aui non ſuccedit, ſi eius pater fuit exhæredatus.*
43 *Nepos in quibus caſibus auo non ſuccedat.*
44 *Nepos poſt mortem aui conceptus, an de nullitate agat.*
45 *Nepos ex primogenito, an excludat patruum in feudo. & num.46.*
47 *Succeſſorium edictum, hodie locum habet inter agnatos.*
48 *Filijs naſcituris poteſt acquiri inter viuos.*
49 *Alienari prohibita, etiam ſi de conſenſu omnium de familia alienentur, retrahent ex illis naſcituri.*
50 *Matrimoniale pactū, quòd primogenitus ſuccedat, valet.*
51 *Eccleſiæ nondū ædificatæ relinqui poteſt. & nu.52. & 53.*
54 *Prandium preſbyteris debitum an ſit dandum, ſi eorum numerus ſit auctus.*
55 *Furnarius qui certo pretio promiſit coquere toti familiæ, an aucta familia teneatur.*
56 *Pontem reficere obligatus, an teneatur, ſi auctus eſt.*
57 *Prægnans cogi non debet ire ad iudicium perſonaliter.*
58 *Mulier ſibi comam incidens inuito marito eſt ipſo facto excommunicata.*
59 *Vidua prægnans mittitur in poſ. bonorum defuncti.*
60 *Prægnante damnata expectatur partus.*
61 *Statutum permittens deprehenſam in adulterio occidi, an comprehendat prægnantem.*
62 *Vtero contentus non habetur pro nato, niſi ſua interſit.*
63 *Lactans videtur adhuc eſſe in vtero.*
64 *Vtero contentus habetur pro iam nato, etiam ad commodum extranei, in caſu.*

Sed quia nedum poſſunt de iure inſtitui & ſubſtitui iam nati, & in rerum natura exiſtentes, ac ad lucem producti, ſed etiam naſcituri, & adhuc in vtero exiſtentes, vt infrà declarabitur: ideo ſequitur in tex.

*Et ſoboles quam geſtabat in vtero.*

1 EX hoc datur vobis intelligi apertè, †quòd nō ſolùm relinqui poteſt filiis ac liberis iam natis, ſed etiam naſcituris cuiuſcunque ſexus in vtero matris adhuc exiſtētibus, prout hîc fuit proles Alterochæ vnà cū matre ſubſtituta, & valuit ſubſtitutio, quāuis incertū eſſet, quæ ſoboles naſceretur maſculina vel fœminina. Et (quod plus eſt) incertū erat, quot naſcerentur, cùm mulier plures ſimul vel
ſucceſſiuè cōcipere poſsit liberos. Nam traditū eſt
quatuor ſimul puellas à matrefamiliâs natas eſſe. a-
liqui verò tradidere quinquies quaternos enixā Pe-
nelopē. Et multas Aegypti mulieres vno vtero ſe-
2 ptenos. † Sic Paulus ter geminos ſenatores vidit
Horatios. Et Lælius ſcribit vidiſſe Romæ in pala-
tio Scrapinam mulierē liberam, quæ ab Alexādria
perducta erat, vt Adriano oſtēderetur, cū quinq; li-
beris. Ex quibus quatuor eodem tēpore enixa dice-
batur. Quintū autē poſt quadrageſimū diē, ita ele-
ganter refert tex. in l. antiqui libero. ff. ſi pars hære.
pet. & l. vtrū. ff. de rebus dub. & l. ſi pater. vbi citat
Ariſtotelē. ff. de ſolu. habet enim in matrice mulier
ſeptem vuluæ receptacula ſimul, ad ſeptē ſimul con
cipiendum liberos, ſecundū glo. in l. ſed ſi reſtitua-
tur. §. fi. ff. de iudi. nam refert Faſciculus temporum
quādam meretricem ſeptem peperiſſe infantes vno
partu poſt annum domini ccccliiij. quos in piſcinā
proiecit viuos, quorū vnus factus fuit rex Longo-
3 bardorum. † Ego autem plus legi in mari hiſtoria-
rum Gallica. ij. volu. c. xvj. vbi chronica narratur
Henrici imperatoris, quòd Margarita comitiſſa Ho
landiæ pro eo quia de mulieribus truffabatur, vltra
vnum parietibus, pertinaciter aſſerens impoſsibile
eſſe mulierem duos habere pueros, ſimul ab eodem
patre conceptos, anno domini M. cccxiij. regnante
Philippo Pulchro in Francia, in punitionem talium
verborum velut calumnioſa naturæ accuſatrix ſimul
concepit, & viuos peperit trecentos ſexagintatres li-
beros, ſicut paruos pullos, qui omnes fuerunt bapti-
zati. Vnde reſtat, quòd licet incertum eſſet de quali-
tate & quātitate ſobolis in vtero Alterochæ exiſten-
tis: tamen tenuit ſubſtitutio, vt ex ſequentibus appa-
rebit, quia talis proles poſteà in æuum producta, a-
gere fuit permiſſa contra hæredes Adiectæ hæredis
4 inſtitutæ. † Et ſic ius ſubſtitutionis quæſitum fuerat
ſoboli adhuc in vtero exiſtenti. Ideo dicebat Bal. in
repeti. l. j. verſi. ſuper octauo quæſito. C. de ſacro ſan-
ctis eccleſ. quòd relictum dotis factum puellæ non-
dum natæ, & ſic non nubili, non propter hoc eſt in-
terim minus pium quàm ſi factum fuiſſet iam natæ,
& nubili. Nam in eo verſatur pietas ſaltem natura, &
aptitudine, quanuis non effectu vel exequutione. ff.
de minori. l. etiam ei. vbi habet tex. iuncta glo. quòd
præſcriptio currit contra exiſtentem in vtero, ſicut
cōtra iam natum, licet ſe defendere nō poſsit. Quod
dicit mirabile Bald. in cap. primo. de præſcrip. Quod
qualiter intelligatur, decidit Bartol. in d. l. etiam. Ad
præmiſſa facit. l. placet. ff. de liberis & poſthum. & l.
ſi ſeruitus. §. futuro. ff. de ſeruit. vrba. prædio. & j. de
5 eccleſ. ædi. c. ad audientiam. † Et quòd dos ſit pia
cauſa, eſt text. in l. cum his qui Pamphilum. §. mulier.
ff. de condi. indeb. quod eſt verum ſi relinquatur
puellæ pauperi, in cuius fauorem aperuit os ſuum
Panormi. ſ. in procemio. ſuper verbo, ſeruus. in fi. ſin
gulariter decidens, ꝙ promittens centum pro puella
abſente, amore Dei maritanda, cum Deus vbique ſit
præſens intuitu cuius ſit promiſsio, talis promittens
efficaciter obligatur. Et ita valet promiſsio, ac ſi
præſenti & ſtipulanti facta fuiſſet. Facit glo. ſingula-
ris in lege prima. Codice de quadriennij præſcri-
ptione, volens promiſsionem imperatori factam vel
fiſco valere, quanuis abſenti, quia cenſetur vbique
præſens. Ergo idem erit, ſi promittatur puellæ ad-
6 huc in vtero exiſtenti. † Et ſic non eſt mirum, ſi va-
leat relictum in teſtamento ſoboli in vtero matris
exiſtenti. Fuit enim Ieremias in vtero adhuc exi-
ſtens



ſtens ſanctificatus: & Ioānes Baptiſta in vtero genitri
cis miraculosè gaudēs donū propheticę ſuſcepit, Luc.
j. Nam quoties agitur de cōmodo partus, ille qui eſt
in vtero ſemper habetur pro iam nato. l. q in vtero.
ff. de ſta. ho. Sicut natus interdū ſi ſua interſit, habetur
pro nō nato. l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & poſthu.
7 †Ita ꝙ ſicut ad teſtamenti paterni validitatē filius iā
natus debet in aliquo hæres inſtitui, vel ſi ingratus
exiſtat exhęredari, ſic etiā poſthumus in vtero matris
exiſtens, ne poſteà naſcendo rumpat teſtamentū, in-
ſti. quibus modis teſta. infir. §. j. facit lex maximū. C.
de libe. præte. Quod verū intelligatis, dum modò ſit
talis poſthumus, qui ſi naſceretur tempore teſtamen-
ti, naſceretur ſuus, ſcilicet in poteſtate teſtatoris, & in
primo loco ſuitatis, inſti. de exhære. liberorū. §. poſt-
humorū. facit tex. in §. poſthumo quoq;. inſti. de leg.
& de bonor. poſſeſ. in princi. poſthumus verò alienus
(id eſt talis, qui ſi naſceretur tempore teſtamenti non
naſceretur ſuus) inſtitui nō poterat ſecundū legē xij.
Tabularum. Ideo ſuperuenit prouiſio Galli Aquilij,
qua poſthumus qui nō erat ſuus tēpore mortis teſta-
toris, ſi naſceretur ſuus poſt mortem poſſet inſtitui. l.
Gallus. in princ. ff. de libe. & poſthu. & ita loquitur l.
penult. ff. de legat. j. ſuperuenit poſtea lex Vellea, quæ
prouidit, vt poſthumus alienus qui tempore teſtamē-
ti eſt alienus inſtitui poſſet, dū modò ſit talis, q poſt-
eà naſcitur ſuus. Et prouidit etiam de iam nato, qui
ſuccedendo in locum incipit eſſe ſuus. Deinde ſuper-
uenit conſilium Iuliani, in caſu difficili, quòd poſsit
inſtitui poſthumus alienus tempore teſtamēti, qui nō
naſcitur ſuus: tamen poſteà ſuccedendo in locū pri-
mi, ſuus efficitur, vt d. l. Gallus. §. ille caſus. Superue-
nerunt poſteà prætores, qui videntes iniquum eſſe, ꝙ
poſthumus alienus inſtitui non poſſet, prouiderunt
vt ſi eum inſtitui cōtingeret, admitteretur per bono.
poſſeſ. de iure præto. inſtit. de bono. poſſeſ. §. j. Poſtre
mò ſuperuenerunt imperatores, qui vidētes edictum
prætoris æquius eſſe, certas fecerunt circa hoc conſti-
tutiones, per quas hodie omnis poſthumus ſuus, vel
alienus inſtitui poſsit, licet nunquam efficiatur ſuus,
vt fuit hîc obſeruatum per Raynutium, qui poſthu-
mum alienum, ſcilicet ſobolem Alterochæ eius filiæ
in ſua poteſtate nō exiſtentem, ſed ſui patris, ſcilicet,
mariti Alterochæ ſubſtituit Adiectæ filiæ & hæredi
ſuæ: ita dicit Bartol. in d. l. Gallus. §. ille caſus. quem
ſequitur Angel. in d. §. poſthumo. inſtit. de exhæreda-
8 tione liberorū. †Et alia ratio, quare poſthumus etiā
alienus in vtero exiſtens poteſt hodie inſtitui & ſub-
ſtitui, nō aſsignatur, quàm ſupra dicta, ſcilicet, quòd
ille qui in vtero eſt, habetur ꝓ iā nato, quoties quæ-
ritur de ſuo commodo, vt d. l. qui in vtero. ff. de ſtatu
9 homi. vbi plus dicit Bar. †ꝙ ſoboles in vtero exiſtens
non ſolùm ſibi prodeſt, imò & matri ſuę in cuius vē-
tre exiſtit, adeo quòd ſi damnaretur ad pœnam mor-
tis, diferretur exequutio, donec peperiſſet. l. impera-
tor. ff. de ſta. homi. vt j. latiùs dicetur. quia ſi mater oc-
cideretur, partus in vtero exiſtēs periret ſine delicto
contra omnem æquitatem. Cùm filius non teneatur
de delicto parētum. C. ne filius pro patre. per totum.
Caſus in quibus differtur exequutio ſententiæ crimi-
10 nalis, habetis in glo. in c. cū apud. xi. q. iij. † Poſthu-
mus enim ſi inſtitutus non eſſet in teſtamento patris,
licet teſtamentum teneat, tamen naſcendo rumpitur
illud. inſtitu. de exhæredatio. liberorum. §. poſthumi.
Quòd intelligatis verum, ſi ſuperuiuat patri. Quo-
niam ſi præmoreretur, teſtamentum recōualeſceret
iure prætorio. l. poſthumus. ff. de iniuſto rupto teſta-
mento. & l. ſi poſthumus. ff. de liberis & poſthumis.
& idem ſi in teſtamento appoſita foret clauſula co-
dicillaris ꝑ verba futuri tēporis, ſic dicēdo: ſi teſta-
mentum meū nō valeat, aut valebit iure teſtamēti,
volo quòd valeat iure codicillorum. Quia hoc caſu,
ſi poſthumus nō fuerit inſtitutus in tali teſtamento,
talis poſthumus naſcendo, teſtamētum patris rum-
pit, & ei ab inteſtato ſuccedit. Sed virtute dictæ clau
ſulæ codicillaris hæreditas debebitur per fideicom-
miſſum hæredi inſtituto in teſtamēto, ſecundū Bar.
plenè in l. j. ff. de iure codicil. & Paul. conſil. lix. lx. &
lxj. Si autem clauſula codicillaris eſſet in teſtamēto
appoſita per verba præſentis temporis, putà, ſi non
valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum: tunc
teſtamentum mediante dicta clauſula non ſortire-
tur effectum, ſecundum Bar. & Ange. in Authen. ex
cauſa. C. de libe. præte. Salic. in l. j. C. de poſthu. hæ-
re. inſtit. Bal. in l. fi. C. de codicil. & Ang. Are. in §. j.
inſti. de codicil. & latè vidiſtis ſuper verbo, ***Inteſta***
11 ***mēto relinq.*** j. in xxvij. limitatione. †Et ſicut ꝑ natiui-
tatē poſthumi in teſtamento præteriti rumpitur te-
ſtamentū patris, ſic etiā rumpitur per ingreſſum reli-
gionis, ſi teſtator poſt teſtamentū factum religionē
ingrediatur. Cùm eo caſu monaſteriū loco filij cen-
ſeatur ei natum, vt pulchrè conſuluit Ludou. conſil.
ccxxxvij. per multas rationes contra Bar. concluden
do. Quod tamen verum intelligatis, vbi teſtator re-
ligionem ingrediens nō haberet filios carnales legi-
timos. Si autem filios haberet inter quos feciſſet teſta
mentum iuxta terminos Authent. ſi qua mulier. C. de
ſacroſan. eccl. tunc teſtamentum nō rumperetur per
ingreſſum religionis: imò potius confirmaretur. De
veritate tamē huius deciſionis, videatis plenè Panor.
xix. col. & Fely. xxvj. col. circa medium, in c. in præ-
ſentia. de proba. vbi dicit teſtamentum nō rumpi in-
diſtinctè. de quo dicatis, vt ibi: & plenè per Iaſo. in
d. Authen. ſi qua mulier. iiij. col. Et quę dixi in verbo,
12 ***Et vxorē nomine Adelaſiā.*** in j. prin. art. †Et per hoc
decidi poteſt, an filius naturalis legitimatus poſt te-
ſtamentū patris rūpat illud. de quo ꝑ Bald. in l. cū in
adoptiuis. C. de ado. & in c. innotuit. de elec. & Sali.
in Auth. Itē ſi quis ita. C. de nat. li. & Iaſ. ſuper rubr.
C. de poſth. hære. inſti. & Alex. ſup ru. ff. de l. & poſt.
13 & dixi ſ. in verbo, ***Et vxorē nomine Adelaſiā.*** †Reſtat
ergo ꝙ ſicut filius iam natus eſt per patrē in aliquo
inſtituendus, vel exhęredandus, ita & poſthumus: ne
poſteà naſcēdo rumpat teſtamentū velut præteritus.
Et ſufficit, ꝙ talis poſthumus inſtituatur nedū nomi-
natim, putâ, quicunq; mihi genitus fuerit, hæres eſto.
Sed inſtitui pōt in genere generaliſsimo, videlicet,
quicūq; de liberis mihi natus fuerit, mihi hæres eſto.
Nam talis inſtitutio poſthumi indefinita filios cōpre
hendit poſteà naturaliter genitos vel ciuiliter: putà
adoptiuos, qui appellātur poſthumi ciuiles. l. ſi quis
14 poſthumos. ff. de lib. & poſth. †Sed an talis poſthu-
morū generalis inſtitutio cōprehendat poſthumum
naturalem tantùm, putà baſtardū ex concubina ge-
nitum, Bald. in l. placet. ff. de lib. & poſth. tenet ꝙ nō,
ſiue teſtator tempore teſtamenti eſſet vxoratus, ſiue
non, per tex. in d. l. placet. ibi dum dicit ex quacunq;
vxore: quaſi dicat: ſecus eſſet ſi naſceretur ex concu-
bina. Sed Rapha. tenet cōtrariū. imò talis cenſetur in-
ſtitutus, ꝑ tex. in l. ex facto. §. ſi qs rogatus. ff. ad Tre-
bel. iuncta l. generaliter. §. cùm autē. & quod ibi dicit
Salic. C. de inſtit. & ſubſtit. Ego verò ſequendo Ang.
putarem conſiderandū qualitatē teſtantis, vt ſcilicet
ſi ipſe eſſet ſimilis qualitatis, quia naturalis tantùm
vel talis

vel talis conditionis, ꝙ habere filios naturales nõ fo-
ret ei dedecus, tunc ſub illis verbis generalibus cẽſe-
tur inſtitutus naturalis tantũ, aliâs ſecus. iuxta l. ſi. ff.
de iure deli. vbi Raph. & Ang. in d. §. ſi quis rogatus.
& ſic videtis, ꝙ ſi poſthumus ſimpliciter inſtitutus
fuerit, talis inſtitutio trahitur ad omnes, etiã ex futu-
ro matrimonio generandos, proinde & ac ſi dixiſſet
omnes vel quoſcunq; poſthumos. ſecùs tamẽ eſſet in
exhæredatione, quæ ſimpliciter facta de poſthumis,
non cõprehẽdit poſthumos ex futuro matrimonio,
ſecũdũ gl. & bene in d. §. poſthumi. in verb. inſtitui.
de exhæred. i. libe. pro qua facit l. ij. cũ quidã. ff. de li-
beris & poſthu. Licet alia gl. teneat contrarium in d.
l. placet. Nam hęredis inſtitutio eſt fauorabilis, & ſic
extendenda: exhæredatio verò velut odioſa venit re-
ſtringenda. c. odia. vbi ita decidit Dyn. de regu. iur.
15 lib. vj. † Ideo erat conſiliũ, ꝙ teſtator volens omnes
poſthumos eſſe exhæredatos, ſic diceret: exhæredo
oẽs & quoſcũq; poſthumos: etiã ex futura vxore. Ho
die verò poſthumus non poteſt à patre exhæredari,
nec à matre poteſt præteriri, quia cauſam nõ poteſt
cõmittere ingratitudinis, ſine qua nõ valet filij exhæ
redatio nec præteritio, in Authen. nõ licet. C. de libe.
præt. ſed inſtitui hæres bene poteſt: imò debet de ne-
ceſsitate inſtitui, aliâs naſcendo rũperet teſtamentũ.
16 † Eodẽ modo ipſum rũperet ille qui nõ naſcitur, ſed
ſecto vẽtre matris in puerperio morientis viuus extra-
hitur. l. quod dicit. ff. de lib. & poſth. & l. poſthumus.
ff. de inof. teſta. Etiam ſi vocem nõ emiſerit, dum ta-
men habeat pulſum, quãuis ilico in manibus obſtetri
cis deceſſerit. l. iij. C. de poſthu. hæredi. inſtit. prouiſo
tamen, quòd nõ declinet ad monſtrum. l. quæret ali-
quis. ff. de verbo. ſignifi. tales enim monſtruoſi (id eſt
qui contra formam humani generis naſcuntur) non
ſunt liberi. dicit text. in l. non ſunt liberi. ff. de ſta. ho.
vbi glo. docet qualiter tales concipiuntur: vnde tales
non rumpunt teſtamentum naſcendo. Sanè tamẽ in-
telligatis, ꝙ extractus ſecto ventre matris rumpit te-
ſtamẽtum, ſi viuus extrahitur. Quo caſu licet imper-
fectus naſcatur, veluti carẽs aliquo vel aliquibus mẽ-
bris, tunc rũpit teſtamentum, ſecundum Bald. in d. l.
17 quod dicitur. vbi etiã dicit, † quòd occidens tales ho
mines imperfectos vel monſtroſos perinde punitur,
ac ſi occideret hominẽ perfectũ & formoſum. Quod
eſt verum, etiam ſi haberet caput animalis bruti, vel
trãſuerſos humeros, ſecundũ Felyn. in c. ſi. de homi.
☞ [De quo plenè habetur ſuper verbo, *Quæ filiũ ex eo
ſuſcipiens.*] Si autem priuſquã extrahatur moritur, nõ
rumpit teſtamentum: vt d. l. iij. & not. Bart. in d. l.
quod dicitur. Et dicam pleniùs j. ſuper verbo, *Si abſq;
liberis.* ſecundò, in materia vulgaris ſubſtitutionis, in
quarta principali quæſtione, in fin. Et tangit glo. vbi
18 Ioã. de Pla. in verbo, Cæſar. in procemio inſti. † Ex-
tractus ſecto vẽtre matris non dicatur propriè poſt-
humus, vt d. l. poſthumus. vbi notat. ff. de inoffi. teſta.
Et ſic quicquid ſit de iure cõmuni, tamen non appre-
henderetur in ſtatuto loquente de poſthumo, cũ ver-
ba ſtatuti ſint propriè intelligenda. l. iij. §. hæc verba.
19 ff. de neg. geſt. † Præterea licet poſthumus in vtero
matris exiſtens nõ ſit homo, ſed duntaxat homo fieri
ſperatur. (Additio) Vnde concluditur verum quod
dicit Pmor. in d. c. ſi. quãuis olim communiter tene-
retur ſanctiſsimã Parthenicẽ, id eſt glorioſam etiam
poſt partum virginẽ fuiſſe in peccato originali con-
20 ceptam. Poſtea tamẽ mundatam. † Tamen hodie piè
creditur, & firmiter tenetur ipſam à cõmuni macula
illius peccati fuiſſe præſeruatam: in cuius ſignum fuit
expoſt feſtum glorioſæ Cõceptionis inſtitutum, cũ
ſpeciali officio, deinceps ab eccleſia celebrandum
prout annis ſingulis in aduẽtu Domini celebratur in
menſe Decembri. Quæ opinio plus cõuenit honori
filij & matris, ac chriſtianę pietati & robori fidei. Prę
tereà veroſimile nõ eſt, ꝙ Deus permiſerit eã tali ma
cula fœdari, cui filiũ cum cœlo ſubiecit, nec filiũ in
pſona Virginis æternũ coniugiũ cũ humana natura
celebraturũ ab anguſtia cõiugi cœlorũ regina ſub-
traxerit: imò potius cõmunicauerat ſua priuilegia. l.
princeps. ff. de le. in cuius myſterij laudẽ veritatẽ cõ-
plectens Baptiſta ille Mantuan. cecinit in hęc verba.

*His igitur ne membra malis obnoxia ſanctæ*
*Parthenices eſſent iſta pater obſtitit arte.*
*Antè tener ſacra fœtus quàm viueret aluo,*
*Conceptus ne prima nouos exordia pullis*
*Induerent maculis, mens ne ſyncera, niténsq;*
*Communem imbiberet labem, ne pigra liquore*
*Pectora lethæo fierent quæ lactea magno*
*Pabula, & amplexus fuerant latura tonanti:*
*Semine confuſus ſordes, & virus inuſtum*
*Diſſecuit, felici anima mox imbuit artus.*
*Sunt tamen audentes contrà ſentire, nec illos*
*Incuſamus, habent quo ſe tueantur, & olim*
*Iſta hominum communis erat ſententia: verùm*
*Iam ſenio exangui frigens ſua robora ſenſim*
*Perdit, & amiſſa iam maieſtate recedit*
*Sponte ſua, cedítq; nouo Latonia Phœbo.*
*At quoniam ſacræ legis de fontibus hauſta*
*Creditur, ex omni nondum eſt exploſa theatro,*
*Iudicio necdum ſancti damnata ſenatus.*
*Sed prior (vt nobis æquum ſentire videtur)*
*Dignior eſt, & grata magis nato atq; parenti.*
*Adde quòd & multis fert adiumenta, fidemq;*
*Roborat infirmam. nam nec veniſſe ſub aluum*
*Sorde laborantem tali ſublimia cœli*
*Numina nonnulli ingenio præſtante putarunt.*
*Relligio maior, pietas animoſior iſtam*
*Conſummata fides, legumq; peritia fecit.*
*Altera verborum textum & feſtigia tantum*
*Summa videns abſtruſa Dei myſteria neſcit.*
*Quod ſi ſyderei tanto ſplendoris honore*
*Fulget, vt æterno qui temperat ordine mundum*
*Geſtarit gremio lactauerit vbere dulci,*
*Strinxerit amplexu ſummóq; vocarit olympo:*
*Quare illam in noſtras opus eſt detrudere ſordes,*
*Et turpi infeſtare luto? mortalibus æquas*
*Cui pater æthereas mentes ſubiecit & aſtra.*
*Scrutandum potius, ſi quo præconia iungas,*
*Eius adinuentas per plurima ſecula laudes:*
*Nulli adeò viuax animi ſolertia, nulli*
*Tam felix aderit florentis gloria linguæ,*
*Vt Mariæ poſſit laudes æquare loquendo:*
*Quæ data ſunt illi nunquam mortalibus vllis*
*Antea conceſſit, nec poſt concedet olympus,* &c.

Ergo ſi Ioãnes in peccato originali cõceptꝰ in vtero
tamẽ ſanctificatus vſum habuit rationis priuſquã na-
ſceretur, vt dixi ſuper verbo, *Adiectæ impuberi.* à for-
tiori eſt credẽdũ intemeratã virginẽ à peccato origi-
nali præſeruatã, ilico ꝙ anima ſanctiſsima fuit em-
brioni infuſa, velut nulla ſorde maculatã vſũ habuiſ
ſe perfectũ rõnis, & cõſequẽter ab eo inſtãti ſemper
meruiſſe, ſecũdũ Ambroſiũ & Aug. quos ſequitẽ ma-
giſter Bartholomæus Piſanus in lib. beatæ Virginis,
fructu ſeptimo. Reſtat ergo ad propoſitũ reuertẽdo,
ꝙ exiſtẽs in vtero non eſt perfectè homo, ſed homo
fieri ſperatur, dicit text. fin. in l. cum inter veteres. C.
de fide



de fideicommiſſ. liberta. nec eſt animal. dicit text. in l.
fina. ff. de colla. bono. Cùm naſcendo tantùm fuerit in
patris poteſtate. inſtitut. de tute. §. cùm autem. & ætas
non incipiat in vtero, ſed computatur à die partus ſe-
cundum Bald. in cap. cùm in cunctis. tertia colum.
de electiõn. Tamen quo ad quædam in rerum natura
eſſe exiſtimatur. l. ſi viuo. ff. de ſuis et legit. hæredi. fa-
cit. l. j. ff. vnde cognat. Adeò ꝙ ſicut ante baptiſmum
iam natus, eſt peccato originali ſui parentis infectus
ita etiam in vtero exiſtens, qui etiam baptizari non
21 poteſt ante quã naſcatur. † Cũ baptiſmus ſit lotio ſeu
abſolutio quædam in aqua, quæ tãgere non poteſt in
vtero exiſtẽtem, de quo plenè per Scotum & cæteros
in iiij. Sententiarum, diſtinc. iij. q. j. ſicut etiam in an-
tiquo teſtamẽto nõ poterat circuncidi qui natus non
erat, nec tangi poterat. Et ſicut conceptus, eſt peccato
originali priusquã naſcatur infectus, ita etiam à Deo
ſanctificari poteſt, ſicut de Hieremia legitur. Hier. j.
ad quem inquit dominus, Priuſquã te formarem in
vtero, noui te: & antequã exires de vulua ſanctificaui
22 te, & prophetã in gentibus dedi te. † Inde dicit etiam
Bal. in cap. j. §. naturales. ſi de feudo fuerit controuer.
in fi. ꝙ in vtero exiſtens legitimari poteſt, & naſcetur
legitimus. Id idem de Ioãne Baptiſta legitur, qui tri-
plex mirabile munus gratiæ habuit in vtero adhuc
exiſtens. Primò gratiã qua in vtero ſanctificatus fuit,
vnde fuit ante ſanctus quàm natus: in quo cũ Hiere-
mia conuenit. Secundo gratiam habuit qua in vtero
prophetare meruit, ſicut quãdo in vtero matris exul-
tans, Deum adeſſe cognouit. Super quo Chryſoſto.
Prophetiæ, inquit, eſt pro merito conuerſationis & ſi
dei prophetiam accipere: nunquid prophetæ fuit vt
prius fieret propheta quàm homo? quia, vt dixi, exi-
ſtens in vtero non eſt homo. vt d. l. apud veteres. Præ
tereà cõſuetudo erat, vt prophetæ inungerẽtur. Tunc
cũ beata virgo Elizabeth ſalutauit, Chriſtus Ioãnem
in vtero prophetam inunxit. Vnde Chryſoſtomus:
Ideo Chriſtus fecit Mariã ſalutare Elizabeth, vt ſer-
mo procedens de vtero matris, vbi habitabat domi-
nus, & per aures Elizabeth ingreſſus, deſcenderet ad
Ioannem, vt illic eum vngeret in prophetam. Tertio
gratiam habuit qua ſuis meritis matri prophetiæ ſpi-
ritũ tradidit. De quo idem Chryſoſtomus, Quis pro-
phetarũm, inquit, cùm eſſet propheta, prophetam fa-
cere potuit; Helias quidẽ vnxit Heliſeum in prophe-
tam, non tamen prophetandi gratiam contulit. Hic
autem in vtero exiſtens diuini introitus ſcientia ma-
tri donauit, & os illius in verbo cõfeſſionis aperuit:
vt cuius ratio videbat perſonã, cognoſceret & digni-
tatem dicens: Vnde hoc mihi, vt mater domini mei
veniat ad me? hæc ille. In quibus duobus vltimis mu-
neribus Ioannes Hieremiã & cæteros prophetas ex-
ceſsit, & ſupra omnes excelluit, vt verificaretur quod
poſtea de ipſo Chriſtus dixit Matt. xj. Sed quid exiſtis
videre? prophetã? Etiam dico vobis plusquã prophe-
tam, ſuper quo Chryſoſt. ſic ait, Prophetæ eſt benefi-
cium prophetiæ à Deo accipere: nunquid prophetæ
eſt beneficium baptiſmatis Deo dare? Prophetæ eſt
vt ipſe de Deo prophetet. Nunquid prophetæ eſt vt
Deus de illo prophetet? Omnes prophetæ propheta
uerunt de Chriſto: de illis autem prophtatũ non eſt.
Ipſe autẽ non ſolùm prophetauit de Chriſto; ſed etiã
alij prophetæ prophetauerunt de illo: imò Zacharias
ipſius Ioãnis pater de ipſo proprio filio ſuo prophe-
tauit Lucæ j. Et tu, inquit, puer propheta altiſſimi vo
caberis: præibis ante faciem domini parare vias eius,
ad dandam ſcientiã ſalutis plebi eius in remiſsionem
peccatorum eorum &c. Omnes portiones verbi fue-
runt, iſte autem ipſe vox. Quantum autẽ vox proxi-
mior verbo, non tamen verbũ tantum. Ioannes pro-
pinquior Chriſto, non tamen Chriſtus. Vnde de ipſo
concluſit Chriſtus. Matth. vj. Amen amen dico vobis
non ſurrexit inter natos mulierũ maior Ioanne Ba-
ptiſta. Nec per hoc negat ſe maiorem. Chriſtus enim
maior fuit, quia filius mulieris non fuit, ſed virginis.
Cum mulier de cõmuni curſu accipiatur pro fœmi-
na corrupta ſecũdũ Lyrã ibi. Nec obſtat ꝙ in cruce
pendens eam vocauit mulierem Ioan. xix. dicens, Mu
lier ecce filius tuus: quia ideo eam vocauit cõmuni no
mine, ne ex teneritudine materni nominis, ſi eã ma-
trem vocaſſet, aggrauaretur animus Virginis vidẽtis
paſſionẽ filij. Pariter non vocauit eã virginẽ, quia cũ
priuilegiũ habuiſſet virginitatis poſt partum à filio
eadẽ teneritudine & maiori tã ſingularis à filio obtẽ-
ti priuilegij etiam grauata fuiſſet, ſecũdum doctores.
Hęc profectò eſt illa glorioſa ſemper virgo dei geni-
trix Maria, quæ nõ fuit peccato originali tacta; non
ꝙ fuerit ab illo ſanctificata in vtero, quinimo fuit ab
æterno præſeruata, licet ſemine viri concepta. & ita
hodie tenet Pariſiẽ. ſchola, & prędicat ſancta mater ec
cleſia & tenet Panũ. in c. ſi. iiij. not. de feriis. Super quo
refert Faſciculus tẽporũ circa chronicã Caroli quarti
Imperatoris, ꝙ anno Domini M. cccl. lector quidam
Paulus nomine, negando beatam Virginem fuiſſe abſ
que peccato originali conceptam, coram toto clero
& populo in Cracouia cecidit & expirauit, ſermone
nondũ finito, vt teſtatur magiſter Hẽricus de Haſsia.
quod factum plures terruit in hac materia ſcribentes.
23 hæc ille. † Vnde cũ beatiſsima virgo à peccato origi-
nali fuerit exempta, etiã nõ fuit pœnæ illius ſubdita,
quæ duplex eſt, ſcilicet pœna parturitionis, de qua
Gene. iij. In dolore paries &c. Mulier enim cũ parit
triſtitiã habet. Ioã. xvj. ſed virgo glorioſa indubitãter
peperit ſine dolore: nec aliquã habuit triſtitiam: nec
vt quidam fatui arbitrantur, iacens peperit filium ſuũ,
neque obſtetricum habuit adiutorium. de quo Hiero-
nym. aduerſus Heluidium: Nulla, inquit, obſtetrix
ibi fuit, nulla mulierũ ſedulitas interceſsit. ipſa pan-
nis inuoluit, ipſa mater & virgo &c. imò creditur ꝙ
appropinquante hora partus ſenſerit virgo puriſsima
tantam intus lætitiam, quantam non ſenſerat vnquam
omnibus diebus vitæ ſuæ. & omnes ſenſus tam ſpiri-
tuales quã corporales quadã inenarrabili ſuauitate re
plebantur. Et ſic repleta gaudio cũ immẽſo dulcore,
à nulla vnquam creatura guſtato, mellifluum peperit
filium ſuũ. De quo gaudio præuidit Eſaias xxxv. cap.
Germinãs germinauit, & exultabit lætabũda & lau-
dans. Secunda pœna peccati originalis eſt dolor mor-
tis, quæ, ſecundum Philoſo. eſt vltimum terribilium:
quo dolore ex peccato procedente non fuit cruciata
glorioſa ſẽper virgo Maria: quia à peccato & ſic cau-
ſa doloris præſeruata, ſicut alij ab omni corruptione
carnis fuerat extranea, ita ab omni dolore mortis fuit
aliena: cùm omnis pœna ſolos ſequatur delicti au-
thores. l. ſenſimus. C. de pœ. ergo reſtat virginẽ puriſsi
mã à labe peccati originalis fuiſſe ſingulariter pręſer-
24 uatã. Vnde † quãtũ tãgit ius ciuile ſiue eius doctrina,
ſunt ſeptẽ planetæ firmamẽto cœli affixi deſcenden-
do, ſcilicet Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mer-
curius, & Luna. ſecũdũ glo in l. omnes. C. de fer. Quæ
quidẽ planetæ poteſtatẽ maximã habẽt atque opera-
tionem in hominis generatione. Nam ſecundũ aſtro-
logos, Galenũ & cæteros medicos, cùm mulier cõce-
pit in primo mẽſe dominatur ibi Saturnus, qui ſemẽ
in matri

in matrice mulieris receptum coagulat, & condenſat
frigiditate & ſiccitate ſua, iuxta illud Iob x. Sicut ca-
ſeum coagulaſti me. In ſecũdo menſe Iupiter ibi mẽ-
bra & ſanguinem tribuit. & ſi ſit maſculus anima ra-
tionalis à Deo infunditur: ſcilicet quadrageſima die
à die conceptionis cõputanda, vt not. in l. diuus. ff. de
extraordi. crimi. In tertio menſe Mars ſubtiliat ſan-
guinem, & humores condenſat, ordinat & componit.
Et à Deo anima rationalis infunditur embrioni ſi eſt
fœmina: die octuageſima pariter à die cõceptionis cõ
putanda. v. diſtin. cap. j. nota. in c. ſi aliquis. de homic.
& l. ſi aliquis. ff. de pœnis. In quarto mẽſe Sol vitalem
calorẽ & ſpiritũ epati & cordi tribuit. In quinto men-
ſe Venus organa ſenſibilia & officialia membra, ſci-
licet aures & nares, & ſimilia perficit & diſponit. In
ſexto menſe Mercurius omnia foramina corporis cõ-
25 ponit. † In ſeptimo mẽſe Luna ſuis limitibus mẽbra
diuidit, & diſtinguit, & in hoc ſeptimo mẽſe, quia nõ
ſunt niſi prædicti ſeptem planetæ conceptui princi-
paliter operantes, naſcitur partus perfectus vitalis &
ſalubris. l. ſeptimo mẽſe. ff. de ſtatu homi. Septenarius
enim numerus eſt ſecũdum naturã & artem numero-
rũ perfectus & cõſentaneus. l. ij. §. ſed cũ omnia. C. de
veteri iure enucl. Præterea Ariſt. in libro ſecret. dicit,
26 quòd † primum ſuper quo ſunt omnes res fundatæ
eſt trinitas, & mediantur per quinariũ, ſed perficiun-
tur per ſeptenarium. Sufficit tamẽ intraſſe in hoc ſe-
ptimo menſe per duos dies. l. in teſtamẽto. §. ſin. ff. de
ſuis & legitimis hæredi. & dicta l. ſeptimo menſe. per
quã dicit Bal. in l. iura conſtitui oportet. cũ l. ſequẽti.
27 ff. de legibus, † ꝙ mulier nupta etiam ſi à die conſum-
mati matrimonij pariat ante nonum menſem, quo re-
gulariter & cõmuniter pariunt mulieres, non præſu-
mitur meretrix. quinimò ex marito & non alio prio
ri extraneo viro concepiſſe cenſetur. Si autem in hoc
ſeptimo menſe partus naſci diſtulerit, & naſcatur in
octauo menſe, tũc partus moritur. Quia Saturnus re-
diit ſuper eo, qui frigiditate & ſiccitate ſua partũ mor-
tificat. anima certè, quia ſpiritus eſt, in ſicco habitare
non poteſt. [De quo plenè dixit iſte doctor in ſuo
tract. cõtra Anglos, ꝙ nihil habeant in ducatu Aqui-
taniæ.] cap. Moyſes. xxxij. quæſt. ij. quod valde facit
pro Normanis, & Anglicis & Polonis, vt bibere for-
titer poſſint, ne anima habitet in ſicco ſecundum glo.
ibi, Si verò naſci diſtulerit in octauo menſe, & naſca-
tur in nono, tunc redit Iupiter, qui ſuo calore tempe-
rato partum refouet & cuſtodit, taliter quòd naſcitur
vitalis. Sed ſi partus diſtulerit naſci in nono mẽſe, na-
ſci poterit in decimo, in quo redit Mars, qui ſui calo-
ris & ſiccitatis beneficio, partum facit egredi iam ro-
buſtum. Facit tex. in dicta l. Gallus. in prin. ibi in decẽ
menſibus. & l. fina. C. de poſthumis hæred. inſtituen.
28 Et beata ſemper virgo Dei genitrix Maria portauit
Ieſum redemptorẽ noſtrum in vtero per nouem mẽ-
ſes cõpletos, & ipſum peperit in decimo poſt quinq;
dies, prout menſis accipitur pro triginta diebus: & ſic
Salomon decem menſium tempore in matris nutritus
fuit vtero, vt dicitur Sapientiæ vij. in princ. Longa ta-
men fuit differentia inter conceptionem Salomonis
aliorúmq; hominum, & conceptionem Chriſti. Quia,
vt vidiſtis, in regulari cõceptione aliorum hominum
conceptus ſucceſſiuè formatur: cui formæ planetæ &
corpora ſuperiora operantur: quia caro pura formari
29 non poteſt, niſi in tempore virtuti creata. † Sed in cõ-
ceptione Chriſti in vtero virginali quatuor miranda
fuerunt facta, quæ ex dictis beati Grego. ſuper illũd
canti. ij. Ecce iſte venit ſaliens &c. & Fran. de Mayro-
nis ſuper verbo, Ecce ancilla Domini. Primum fuit
corporis Chriſti, de puris ſanguinibus virginis cõce-
ptio & formatio. Non enim ſucceſſiuè & in tempore
formatum fuit illud corpus ſacratiſſimũ, ſicut cæte-
ra corpora humana: ſed in inſtanti totum. Secundum
fuit animæ Chriſti de nihilo creatio in eodem inſtanti
quo fuit corpus formatum. Tertium fuit animæ ad
corpus vnio ſiue infuſio. Non enim cõpletis quadra-
ginta diebus anima Chriſti fuit infuſa ſuo corpori,
ſicut in cæteris fit, ſed in eodem inſtanti quo fuit cor-
pus formatum. Quartum fuit humanitatis noſtræ à
diuinitate aſſumptio. Formato enim corpore & ani-
mato diuinitas in eodem inſtanti humanã aſſumpſit
naturam. & hoc eſt quod dicit Richar, in iij. diſtin. ij.
artic. ij. quæſt. iiij. ꝙ in eodem inſtanti fuerunt corpo-
ris conceptio, carnis & animæ vnio, & in ipſorũ con-
iunctione humanæ naturæ conſtitutio: eiuſdémq; à
diuinitate aſſumptio ad vnitatem perſonæ filij Dei,
Et fuerunt omnia hæc facta per virtutẽ ſpiritus ſan-
cti, qui infinitate virtutis ſuæ potuit ea facere in in-
ſtanti. Dicit tamen ibidẽ, ꝙ quãuis inter prędicta non
fuerit prius & poſterius ſecundum tẽpus, fuit tamen
ibi prius & poſterius ordine naturæ. quia ſecundum
philoſophum in prædicamen. Illud eſt prius natura
altero quod eſt cauſa ipſius, vel præſupponitur ab eo
& ſic in vtero Virginis fuit prius carnis conceptio,
quàm animæ creatio: cùm præſupponatur ab ea. Et
eadem ratione eſt prius animæ creatio quàm eius ad
carnem vnio, & vnio carnis & animæ quàm naturæ
humanæ cõſtitutio, & cõſtitutio humanæ naturę quã
eius aſſumptio ad vnitatẽ diuinę perſonæ. Nec tamen
intelligendum eſt, quòd conſtitutio illius naturæ hu-
manæ prius terminata fuerit ad aliquam actualem
ſui exiſtentiam in ſeipſam quàm in verbo: quia nun-
quàm nec in tẽpore, nec in inſtanti actu fuit exiſtens
in ſeipſa: aliâs enim non verè dici poſſet, filium Dei
fuiſſe conceptũ in virgine, quod falſum eſt. Hæc Ri-
chardus ille. Hanc mirabilem Chriſti conceptionem
oſtendit diuus Bernardus in quodam ſermone de na-
tiuitate Domi. In illa, inquit, aſſumptione noſtræ car-
nis fecit Deus mixturas tres mirabiles. cõiuncta quid-
dem ſunt tria ad inuicem, Deus & homo, mater & fi-
lius, fides & cor humanũ. In prima coniunctione tri-
nitas eſt in ſubſtantiis, & vnitas in perſona: ſicut in di
uinitate ſumma trinitas eſt in perſonis, & vnitas in
ſubſtantia. Et ſicut ibi perſonæ non ſcindunt vnitatẽ,
& vnitas non minuit trinitatẽ: ſic in iſta nec perſona
confudit ſubſtantias, nec ipſæ ſubſtãtiæ diſſipant per-
ſonæ vnitatem. Secunda cõiunctio eſt mater & virgo.
à ſeculo quippe nõ eſt auditũ, ꝙ virgo pepererit, & ꝙ
mater virgo permãſerit. Tertia eſt fides & cor huma-
num. Mirum eſt enim, quòd humanum cor duobus fi-
dem accõmodauerit, ſcilicet ꝙ Deus homo eſſet: &
ꝙ virgo peperiſſet. ſicut enim ferrum & teſta nõ poſ-
ſunt coniungi, ſic & hæc duo nequeunt miſceri, ſi nõ
miſceantur glutino ſpiritus ſancti. Quia igitur con-
ceptio Chriſti fuit mirabilis, ideo fuit inueſtigabi-
lis. Hæc ille. Eandem Chriſti conceptionem fuiſſe &
eſſe mirabilem, pariter oſtendit Petrus Rauenatenſis
in quodã ſermone ſic dicens: Hodie eſt ineffabile ſa-
cramentũ conceptionis dominicæ, credere magis cõ-
uenit, quàm referre. Nam quod natura nõ habet, vſus
neſcit, ignorat ratio, mens non capit humana, cœlum
pauet, terra ſtupet, creatura miratur, qualiter huma-
nus ſermo enarrabit? Quis enim attinget arcanum di
uinitatis, partũ virginis, cauſam rerum, ſeculorũ ne-
gotium, diuinitatis & carnis cõmerciũ, ac hominem
Deum



Deum? Hieron. etiam in ſermone ad Euſtochium, ait:
Fuit igitur mirabilis: quia fuit ſupra naturam, ex eo ꝙ
manẽs virgo concepit. Fuit ſupra rationẽ, ex eo quòd
Deum genuit: contra humanam cõditionem, ex eo ꝙ
ſine dolore peperit: contra cõſuetudinem, ex eo quòd
ſine peccato de ſpiritu ſancto concepit. hæc ille. Quæ
omnia ſatis demonſtrant differentiam conceptionis
30 Chriſti à cõceptione Salomonis. † Imò & beatiſſimæ
Virginis. habuit enim dominus excellẽtiſſimum mo-
dum & ſingularẽ conceptionis, procul differens à cõ-
ceptione Virginis ſuæ matris. Primò fuit conceptus
ſine virili ſemine de puriſſimis ſanguinibus Virginis
virtute ſpiritus ſancti. Virgo autem concepta fuit ex
vtroque parẽte, & ſeminum commixtione. Secundò,
Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis habuit corpus
perfectè organiſatũ, animã infuſam: fuit plenus ſcien
tiis, & virtutibus, ſecundum Lyram, Hieremiæ xxxj.
hoc autẽ non fuit in conceptione Virginis. Tertiò, ꝙ
Chriſtus non fuerit in peccato originali conceptus,
fuit & conueniens iure naturæ & neceſſariò, cùm nul
lus princeps ſuis ſit legibus ſubiectus. l. princeps. ff. de
legib. Beata autem virgo fuit concepta ſine peccato,
non ex natura nec ex debito, ſed ex gratia & ſui filij ac
ſponſi priuilegio, qui eidem ſicut imperator Auguſtæ
eadem priuilegia tribuit, quæ ipſæ oſtendit, vt dicta l.
princeps. cũ ſequẽ. Vnde Hieron. in pręfato ſermone:
In Maria totius gratiæ, quæ eſt in Chriſto plenitudo
venit, quanquam aliter: aliter dixit, quia quòd Chri-
ſtus habuit ex natura, hoc beata virgo recepit ex gra-
tia. Quartò, Chriſtus in ſua conceptione non indiguit
redemptione paſſiua, ſeu aliquo præſeruante, nec ha-
buit naturam pronã ad recipiendum maculam pecca-
ti originalis, & ſic nec radicaliter, nec formaliter ha-
buit, nec habere potuit peccatum originale, quia ex
ſemine virili nõ cõceptus, ſicut cæteri quos ſolos vin-
ctos tenet lex peccati. Beata autem virgo niſi præſer-
uata fuiſſet, peccatũ originale contraxiſſet: quia radi-
caliter habebat vnde contraheret, ſecundum Scotum
in iij. diſtinct. iij. Quintò, beata virgo fuit per gratiam
Dei liberata à rebellione quã habuiſſet caro aduerſus
ſpiritum: hoc autẽ nõ habuit Chriſtus, qui nullam ha-
bere poterat in carne rebellionem. Sextò, anima Chri-
ſti ab inſtanti cõceptionis fuit impeccabilis, & beata,
vt habetur in iij. Sententiarum, diſt. xij. Non ſic autem
fuit anima beatiſſimæ virginis, in qua fuit potentia
ad peccandũ, vt dicit beatus Bonauen. in iij. diſtin. iij.
Vnde reſtat Chriſtum & Salomonẽ in decimo mẽnſe
natos fuiſſe. Vltra verò decem menſes mulier conce-
ptum non portat in ventre, vt d. l. in teſtamento. §. ſi.
ff. de ſuis & legiti. hæred. Saltẽ vltra duos dies in men-
ſem vndecimum, vt in authen. de reſti. & ea quæ parit
in vndecimo menſe. §. vnum ſiquidem. vbi bona glo.
colla. iiij. In quo vndecimo menſe, redit ſol ſuper par-
tum, qui vitalem calorẽ & ſpiritum epati, & cordi re-
fouet. Hoc idem etiã tenet Philoſophus, libro de ani-
malibus: vnum, inquit, pariendi tempus ſtatutum eſt
omnibus animalibus: homo autẽ & ſeptimo, & octa-
uo ac nono parere poteſt, & quod plurimũ decimo,
nonnullæ etiã vndecimũ tãgunt. Ex quibus omnibus
iudicare poteritis, an ſit partus ipſius mariti vel non.
[vt plenè habetur infrà ſuper verbo, *Qui filium ex eo
ſuſcipiens.*] Idem dicit Petrus Iacobi in ſuis libellis ti-
tul. de condict. ex lege omnimodo pro legitima por-
tione delata filio ſub rubricella de generatiõe. Cuius
& ſuorũ aſtrologorum dicta aliqua patẽter vera non
eſſe demonſtrat Ioannes Picus Mirandula lib. iij. ſua-
rum diſputationum aduerſus aſtrologiam. xviij. capit.
in hæc verba: Falluntur, inquit, aſtrologi, ſi credunt i-
deo natos octauo menſe nõ viuere, quia ſingulis vte-
ri gerẽdi menſibus Saturnus dominetur planeta frigi-
dus & ſiccus, hoc eſt qualitatibus vitæ cõtrarius. Pri-
mum enim & illæ per manus traditæ planetarum do-
minandi vices rationem non habent, vt alibi ſuo loco
31 dicetur. † Et ꝙ octimeſtris partus non viuat omnino
rationẽ aliam habet, cuius medio Hippocrati potius
accedo, qui tractatu quem ſcribit de octimeſtri partu,
cauſam cur plerunque nõ viuat hanc eſſe ait, quòd eo
mẽſe difficilis ſit vteri geſtatio: tunc enim grauius ſe
habere prægnãtes & in matrice neſcio quæ pati gra-
uia & incõmoda: & ſi pariant duplici labore oppreſ-
ſas, & partus, & ægritudinis infirmiſſimas fieri. Vnde
neceſſariò ipſe quoque fœtus imbecillior factus rarò
diu viuat. Atteſtatur huic ſentẽtiæ, ꝙ ſi quæ inueniun
tur vegetiores validioréſque fœminæ, ſolent octauo
etiam mẽſe parere victuros, quales in Hiſpania inue-
niri ſcribit Auicenna: & Ariſtoteles in Aegypto. hæc
ille. Videtis eundem. libro eodem. xxv. capit. vbi pro-
batiuè concludit aſtra in his inferioribus nihil agere,
niſi per modum cauſæ vniuerſalis, ſed nõ in particu-
lari: imò diuerſitatẽ contingere dicit nõ à cœlo, ſed à
cauſis inferioribus, tum à proximis cauſis, tum diſpo-
ſitione materię: agente Deo: quod eſt ſuum ſemper in
omnibus. Et huic ſententiæ, ꝙ partus octimeſtris vi-
uere poſſit, aſſentire videtur Philoſophus in libro de
animalibus. Vbi infeſtantur, inquit, mulieres menſe
quarto, maximè octauo, & in his fœtus perierit, ipſe
quoque magna ex parte interemit. Hæc ibi. Similiter
ex præmiſſis reſultat, quando partus in vtero exiſtens
dicatur animal vel non. † Attamen qui mulierem per-
32 cutit, aut ei pocula cauſa abortionis præbet, & ſequi-
tur abortus, talis punitur, ac ſi iam natũ interfeciſſet:
habita tamen diſtinctione. l. ſi mulierem. ff. ad legem
Cornel. de ſica. & d. l. ſi aliquid. §. qui abortionis. ff. de
pœ. & capi. ſi aliquis. de homici. notat Bald. in dicta l.
quod dicitur. & Bar. in l. ſacrilegij. ff. ad legem Iuliam
peculatus. & bonus tex. in can. quod verò. cum ſequẽ.
xxxij. quæſtio. ij. † Præterea poſthumo ſicut iam nato
33 poteſt libertas relinqui, vt dicta l. cũ inter veteres. ita
ꝙ libertatis fauore ſi vni poſthumo relinquatur liber
tas, omnes qui poſtea naſcentur ex illo vẽtre erunt li-
beri: vt ibi. Necnõ die legati vel fideicommiſſi ceden-
te in perſona patris, iuxta l. quæ legata. ff. de regulis
iuris. tale legatum nedum trãmittitur ad ſuos hæredes
iam natos, ſed etiam ad poſthumos in vtero vxoris e-
xiſtentes. l. ſi in perſona. C. de fideicõmiſ. Pariter mo-
riente filio indebitè vel iniuſtè exhæredato, querelam
etiam nõ præparatam cõtra teſtamentũ patris tranſ-
mittit, nedum ad ſuos iam natos, verùm etiã ad poſt-
humos. l. ſi quis filium. C. de inoffic. teſtament. Simili-
ter hæreditas ſuorum parentum non agnita ad eos ſi-
cut ad iam natos tranſmittitur, ſecundũ Bartolum in
l. j. C. de his qui ante apertas tabulas. Et ſi inſtitutis à
matre prægnante, duobus filiis iam natis, poſthumus
poſt teſtamentum factum natus cenſetur cum duobus
iam natis æqualiter inſtitutus, ita ꝙ ſuccedet matri
in tertia parte: nec rumpet teſtamentum, ſi mater te-
ſtamenti mutandi non habet facultatem, quia morte
præuenta. caſus eſt ſingularis in l. iij. C. de inoffi. teſta.
& taliter, quòd ille poſthumus ſic pro tertia parte ſuc-
cedens, cùm habeatur pro hærede inſtituto, quamuis
in teſtamẽto non fuerit nominatus, ad ſuam virilem
partem conſequendam actionem habebit hæredibus
nominatis competentẽ, ſi experiri voluerit petitorio:
necnon ſi poſſeſſorio habet beneficium. l. finali. C. de
edicto

edicto diui Adriani tollendo, ſecundum Gulielmum
de Cuneo, ſingulariter in dicta l.iij.C.de inofficioſo
teſtamento. quod dictum reputat Angelus mirabile
in l.ſi quis ita hæres.ff.de hæredi.inſtituẽ. & in l.ante-
34 quam.C.cõmunia de ſucceſsio. † Et licet poſthumus
non ſit in poteſtate patris, donec naſcatur, vt dicta l.
finali.ff.de collatio.bonorum. tamen poteſt ei pater
ſubſtituere pupillariter.l.finali.C.de inſtitu.& ſubſti-
tutionibus. quia ſubſtitutio pupillaris dicitur teſta-
mentum, & prouiſio filij.l.Papinianus.§.ſed nec im-
puberis.ff.de inofficioſo teſtament. Ideo cùm agatur
de ſua prouiſione & fauore, habetur pro iam nato, vt
ei pupillariter ſubſtituatur ſecundum Salicetum in l.
ſi teſtamento.C.de impuber.& aliis ſubſtitutionibus.
& ſimiliter vt ei à patre tutor detur. Quinimo ſi pa-
ter ſimpliciter tutorem filiis ſuis dederit, nedum vi-
detur prouidiſſe filiis iam natis, ſed etiam poſthumis
cùm in hoc caſu agatur de ipſorum commodo. Inſti.
qui dari tuto.teſtamen.poſſunt.† Quod ſecùs eſſet in
35 legato: Nam pater legando filiabus, non videtur le-
gaſſe niſi iam natis:quia legatum relinquitur, vt pluri
mùm propter benemerita legatarij: poſthuma autem
non potuit mereri, ideo non cõprehenditur in legato.
Præterea legatum relinquitur propter affectionem
quam habet teſtator erga legatarium.quam affectio-
nem ſaltem tantam non poteſt pater habere ad filiam
naſcituram, ſicut ad iã natas:ideo non venit tunc ap-
pellatione filiarum. Meritò ergo facta fuit in fideicõ-
miſſo hic mẽtio de ſobole, quæ aliâs nõ venit, niſi ex-
primatur, vel niſi ex coniecturis appareret teſtatorem
de poſthumis ſenſiſſe. Et ita intelligitur l.qui filiabus.
§.j.ff.de lega.j.facit l.nomen filiarum.ff.de verborum
ſignifi.coniectura autem legitima per quam in dubio
teſtator legando filiabus præſumitur ſenſiſſe de poſt-
huma, eſt veluti ſi in aliqua parte teſtamenti mentio-
nem fecit de poſthuma. Nam poſteà legando filiabus
videtur etiam ſentire de poſthuma. Idem ſi pater am-
plum habebat patrimoniũ, ita ꝙ ex patrimonj quan-
titate habito reſpectu ad numerũ liberorum teſtator
tantum reliquiſſet poſthumæ. Argument.l.ſi filiæ.ff.
de legat.iij.idem ſi teſtator dixiſſet: filiabus lego. cùm
vnam ſolam filiam natã haberet:quia tunc dictio nu-
meri pluralis non verificaretur, niſi de poſthuma ſen-
ſiſſet, argument.l.ſin.ff.ad Trebellian. Idem ſi ſciebat
vxorem prægnantem.l.ſi cùm in vtero. C. de militari
teſtamento, ſecundum Bartolũ in dicta l.qui filiabus.
& idem eſſet ſecundum Paulum, ibi ſi teſtator filiabꝰ
ſuis legaſſet id, ad quod de neceſsitate tenetur: puta,
quia cuilibet filiarum dotem legauit, ad quam tene-
batur ex forma ſtatuti. Quo caſu in tali legato appel-
latione filiarum poſthuma cõprehenderetur: quia cũ
tunc in omnibus filiabus ſit par neceſsitas in tali lega-
to poſthuma continetur, ad cuius dotationem de ne-
ceſsitate tenebatur pater, ſicut videmus in datione tu
torum, quæ fit ratione filiationis. quæ par eſt in omni
bus, vt videtur etiã ſentire Bar.in dicta l.qui filiabus.
ſi bene ponderetur: dum dicit, ꝙ licet legatũ filiabus
factum, non cõprehendat poſthumã: tamen inſtitutio
facta de filiabus, bene comprehẽdit filias poſthumas,
cùm teſtator de neceſsitate teneatur ad eas inſtituen-
das, ſicut iã natas.l.placet.cum ibi notatis. ff. de liber.
& poſthu. vbi vt inſtitutio valeat, ad quam teſtator de
neceſsitate tenebatur, appellatione poſthumi compre
henduntur omnes poſthumi naſcituri, licet in alia di-
ſpoſitione non comprehenderentur: ſecus in legatis.
quia relinquere legata non eſt de neceſsitate, ſicut in-
ſtituere hæredes liberos. Idem tenet Raphael in dicta
36 l.qui filiabus.per l.Neratius.ff.de teſta.manumiſ.† In
exhæredatione autem filiarum an comprehendatur
poſthuma, tenent communiter Doct. ꝙ non l. Titius
in princi.ff.de libe.& poſthu.licet glo.ibi teneat con-
trarium & malè, ſecundũ eos. videatis Dynum in ca.
37 odia.de regu.iur.lib.vj.† Et quod dictum eſt de poſt-
huma, id idem intelligatis de poſthumo, vt ſcilicet in
legato filiis facto non comprehendatur. prouiſo ꝙ ſit
verus poſthumus, vt eſt ille qui naſcitur poſt mortem
teſtatoris, qui dicitur propriè poſthumus.l. iij.§.j.ff.
de iniuſto rupto teſta.& not.gloſ.in l.Gallus.ff.de li-
beris & poſthu.vbi Barto.in princi.ſi verò naſceretur
poſt teſtamentum ante mortem teſtatoris, qui etiam
& aliis pluribus modis dicitur poſthumus, vt dicit
plenè glo.in rubr.C.de poſthumis hæredi. inſtituen.
talis poſthumus indiſtinctè videtur admitti ad lega-
tum filiis relictum, ſecundum Bar.in l.ſi cognati.ff.de
rebus dubiis.& in l.cùm ita.§.j.ff.de legatis ij.quia qui
in vtero ſunt, pro iam natis habentur, vt dicta l.qui in
38 vtero.ff.de ſtatu hominum. † Quæ omnia vendicant
ſibi locum in filiis poſthumis nedum primum locum
ſeu gradum tenentibus: ſed etiam in nepotibus & aliis
vlterioribus, ſiue ſuccedant ex teſta. ſiue ab inteſtato:
dum tamen poſthumus qui ſuccedere intendit, vt le-
gitimus, vel vt cognatus, fuerit conceptus tempore
mortis illius, de cuius ſucceſsione agitur. Si autem eſſet
poſt mortem conceptus nũquam admitteretur, etiam
de iure prætorio.l.ſi quis filio exhæredato.in princip.
ff.de iniuſto rupto teſtamento. & ratio eſt, quia talis
nunquam fuit mortuo coniunctus, cùm illo viuente
non fuerit animal.l.j.§.proximior.ff. vnde cognat. &
bonus tex.in l.verum eſt.ff.de ſecund.tab. Et hæc vera
in ſucceſsione ab inteſtato: ſiue loquamur de iure ci-
uili, ſiue de iure prætorio. ſecus in aliis diſpoſitioni-
bus, in quibus quãuis non ſit illo viuo conceptus: ta-
men comprehenditur.l.Paulus.la ij.§.paulus.ff.de bo.
libe.ſecundum Bart.in l.item prætor.ff.de ſuis & legi
39 timis hæredi. † Et hæc dicta per Bartolũ intelligatis
vera, ſcilicet quòd conceptus poſt mortem illius de
cuius hæreditate agitur, ad legitimã venire nõ poteſt
ſucceſsionẽ ex perſona ſua, vt dictum eſt: ſed ex per-
ſona ſui patris virtute tranſmiſsionis bene poſſet ve-
nire, vt puta ſi mortuo auo ante nepotis poſthumi cõ-
ceptionẽ, ſucceſsio defuncti deferatur filio, qui demũ
cõcepto poſthumo moritur: certè talis nepos quanuis
poſt mortem aui conceptus ex perſona ſui patris ve-
nire poſſet virtute trãſmiſsionis: quia filius moriendo
hæreditatem ſui patris tranſmittit: licet non agnitam
ad iſtum nunc cõceptũ per l.j.C.de his qui ante aper-
tas tabul. Nam hæreditas non agnita ſicut tranſmitti-
tur ad ſuos iam natos, vt ibi, ita etiam ad exiſtentes in
vtero, qui quo ad iſtud commodum pro iam natis ha
bentur, ſecundũ Doct.in dicta l.ſi quis filio.& Dy.in
ſua magna diſt.in dicta l.Gallus.& d.l.ſi quis filiũ.C.
de inofſi.teſta.licet glo.ibi videatur tenere contrariũ,
40 & malè, ſecundum communem opinionem. † In hac
itaque tranſmiſsione concludatis ſecundum Rapha.
in dicta l.ſi quis. quòd non conceptus tempore mor-
tis illius de cuius hæreditate agitur, nunquam admitti-
tur ab inteſtato ad eius ſucceſsionem ex propria per-
ſona iure ciuili aut prætorio, vt dictũ eſt. Sed ſi quæ-
ritur de admittendo ipſum, ex perſona ſui patris vir-
41 tute tranſmiſsionis, tunc dicit † ꝙ triplex eſt tranſ-
miſsio. Quædam eſt tranſmiſsio quæ fit de iure iam
quæſito, quæ fit ordinariè ad quoſcunq;: & tunc non
curatur dicta diſtinctio, an ſint nati vel concepti.l.cũ
emancipati.ff. de collatione bonorum. de qua tranſ-
miſsione



miſsione & aliis eã concernentibus plenè habebitis
infrà, mortuo itaq; teſtatore. ij. Quædã eſt trãſmiſ-
ſio quæ fit de iure ſingulari & nõdum quæſito, vt in
deſcendentibus.& hęc eſt duplex. vna eſt quæ fit per
dictã l.j.C.de his qui ante apertas tabulas, & in hoc
communis opinio eſt, quòd trãſmittit etiam in non
conceptum propter votum parentum in deſcenden
tes etiam non cõceptos.l.cùm acutiſsimi.C.de fidei-
com.& vocabitur ille poſteà cõceptus non ex perſo
na ſua, ſed ex perſona ſui patris, ex quo ſequitur, ꝙ ſi
nepos tempore mortis aui non cõceptus hæreditatẽ
patris vel matris repudiauerit, volẽs duntaxat habe-
re auitam hæreditatẽ, hoc facere nõ poſſet, quia tem
pore mortis aui non erat cõceptus, & nunc ex perſo
na patris vel matris ſui venire non poteſt, cùm eius
hæreditatẽ repudiauerit, aliâs autẽ ſi fuiſſet tempore
mortis aui conceptus, habere poſſet aui ſucceſsionẽ,
ex edicto ſucceſſorio l.qui ſe patris, vbi plenè Cy.
42 Bar.Bald.& Sali.C.vnde liberi. † Sequitur etiam ex
præmiſsis, quòd ſi in caſu dictæ l.j.de his qui ante a-
pertas tabulas, filius eſſet exhæredatus nepos conce-
ptus poſt mortem aui, venire non poſſet ad auitam
ſucceſsionẽ ex perſona ſua, quia nondum cõceptus
tẽpore mortis aui, vt dixi: nec venire poterit ex pſo-
na ſui patris, cum iuſtè fuerit exhæredatus. Secunda
tranſmiſsio de iure ſingulari eſt, quę fit per dictã l.ſi
quis filium.C.de inof.teſta.vbi hodie dicitur ſingula
riter deciſum: quia ſicut filius à patre iniuſtè exhęre-
datus moriens tranſmittit querelã etiam nõ præpa-
ratam, in nepotem natũ, vel ſaltem conceptum tem-
pore mortis aui, vt ibi.& d.l. Idem etiãm erit ſi talis
nepos eo tempore non eſſet conceptus, vt communi
ter concluditur per Doctores, in d.l.ſi quis, quę licet
ſit noua & corrigat, ac limitatiuè loquaẽ in iam con-
cepto propter quod extẽdenda nõ videbaẽ ad non-
dum cõceptum, ſecundum glo.ibi & malè, tamen l.
ſancimus.§.ſi.eod. tit. generaliter loquitur. ꝙ quere
la teſtamenti inofficioſi filio competens ad ſuam po
ſteritatem tranſmittatur. Et ſic etiam ad non conce
ptum debet indiſtinctè intelligi: ita quòd tranſmiſ-
ſio ſit de liberis in liberos quãdocunq; cõceptos, vt
43 tenet ibi Cy. dicẽs ita de facto obtinuiſſe. † Et præ-
miſſa intelligatis vera, ꝙ nepos ex perſona filij eius
patris venire poteſt ad querelã, & demũ ad aui ſuc-
ceſsionem, etiã ſi conceptus fuerit poſt mortẽ aui, ni
ſi obſtet ei alterũ de quatuor, vel patris exhæredatio
propter ingratitudinem, vt ſuprà dictum eſt. vel re-
lictum titulo inſtitutionis factum eius patri, ex cuius
perſona nũc ipſe nepos venit, quo caſu petere nõ po
teſt ipſe nepos, niſi illud relictũ vel ſupplementum,
ſi ad legitimam non ſufficeret. Idem & tertiò ſi ob-
ſtaret patris repudiatio, vel ſilentium quinquennale.
Nã cùm in his quatuor caſibus pater eius, ſi viueret,
repelleretur, ita hic nepos ex perſona patris veniens,
vt elegãter dicit Bal.in d.l.ſi quis filiũ. Et idem eſſet,
etiam ſi iſte nepos fuiſſet cõceptus tempore mortis
aui, quia tunc in caſibus prædictis mortuo eius patre
ex cuius perſona veniens excluderetur, ſed ſi ex ſua
propria perſona veniret, admitteretur ad querelã in-
officioſi teſtamenti per edictum ſucceſſorium, exce-
pto altero de prædictis caſibus, videlicet ſi eius pa-
tri fuiſſet aliquid relictum in teſtamẽto aui: quo ca-
ſu non ageret nepos etiã ex ſui perſona contra teſta
mentum, ſed agere poſſet duntaxat ad illud relictum
titulo inſtitutionis factum, ſi ad legitimã ſufficeret.
ſin autem ageret ad ſupplementum, quia in hoc caſu
auus rectè teſtatus eſt filiũ ſuum in aliquo licet mo-
dico, inſtituendo. In aliis autem caſibus factũ ſui pa-
tris ſibi nocere non debet, quin veniat ad querelam
per edictum ſucceſſorium, ſecundũ Dy.in c.non de-
bet. de reg.iur.li. vj.& ante ipſum hoc tenuerat Azo
in ſumma.C.de inof.teſta.quos ſequitur Bal.in d.l.ſi
44 quis filium. in ij.q.& Sali.ibi in iij.oppo. †Si autẽ ta
lis nepos veniret per viam nullitatis, tãquam præte-
ritus, dicens teſtamẽtum aui nullum, non audiretur,
ex eo, quia tẽpore teſtamenti pater ſuus ipſum prę-
cedebat, & ſic auus non tenebatur ipſum inſtituere,
nec exhæredare: cùm dominium hæreditatis auitinæ
non continuaretur in eũ obſtaculo ſui patris in me-
dio exiſtentis. Vnde cùm nõ videatur præteritus, ve
nire nõ poteſt per viam nullitatis, ſed duntaxat per
viam querelæ inofficioſi teſtamẽti, cũ habeatur pro
exhæredato: quia omnis præteritio eius in quem do-
miniũ hęreditatis nõ cõtinuatur, habetur pro exhę-
redatione ſecundũ Bar.in l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.
quæ omnia ſunt notanda, cùm ſint de apicibus iuris,
ſecundum Bal.de quo plenè per Bar.in l.pater filiũ.
ff.de inoff.teſta. nam ex his habetis quanta ſit diffe-
rentia inter nepotes tempore aui conceptos, & po-
ſteà conceptos. Pro quo facit quod eleganter decidit
45 Bal.in l.iij.C.de ſuis & legi.hære. vbi dicit, † ꝙ licet
nepos ex primogenito filio excludat patruum in ſuc-
ceſsione feudi, vt plenè no.Bald.in l.cũ antiquiorib.
C.de iure deli.Panor. in c. licet.de voto & voti re-
demptio.& habuiſtis latiſsimè ſuper verbo, *In teſta-
mento relinquens*.j.in xviij.limi.tamen hoc eſt intelli-
gendum, ſi tẽpore mortis aui de cuius ſucceſsione a-
gitur, ille nepos erat natus, aut ſaltẽ cõceptus, ſi au-
tem poſt mortem aui eſſet conceptus, ipſe ſuccumbe
ret & patruus præferretur. Et hæc omnia vera in edi
cto ſucceſſorio legis: ſed an locũ habeat in ſucceſſo-
rio edicto cõuentionis dubitari poſſet. verbi gratia.
46 † Ego recepi feudũ pro me & liberis meis. quod in-
telligitur ſecundum ordinem gradus, vt ſcilicet poſt
mortem meam veniat ad filium, & demum ad nepo-
tem. me mortuo filius meus repudiat, vtrũ ex ſucceſ-
ſorio edicto veniat nepos? & certè ſic, quia filiꝰ renũ
tiando præiudicare nõ poteſt nepoti, cùm ſit proxi-
mior. arg. eorũ quæ no.in c.j.§.vaſallus culpã. ſi de
feud.fue.cõtro.& ff.de inof.teſta. l. ſi is qui. nã iſtud
feudum quãuis refutatũ remanet paternum.c.quidã
vaſallus.de vaſal.decrepitæ æta. Nec obſt.l.vlti.ff.de
47 ſucceſ.edi.quia correcta eſt. † Nam hodie etiam in-
ter agnatos locum habet edictum ſucceſſorium de
gradu in gradum.inſtit.de legi.agna.ſucceſ.§.place
bat. idem dico ad noſtrũ propoſitũ, ſi ille nepos tem
pore mortis aui erat in ſuæ matris vtero iam conce-
ptus, vel poſt mortẽ aui fuit conceptus, vocabitur ad
feudum renuntiatũ per edictum ſucceſſorium. Idem
erit in aliis deſcendẽtibus remotioribus poſt mortẽ
primi inueſtiti cõceptis: quia ex natura feudi veniũt
deſcendentes in futurũ, cui naturæ cooperatur par-
tum & antiqua inuęſtitura, vt not.in c.j.§.hoc autẽ.
qui feud.dare poſſunt. & idem eſt in emphyteuſi ec-
cleſiaſtica. quãdo emphyteuta recipit pro ſe & deſcẽ
dentibus ſuis. Nam extenditur ad ſuos deſcendentes,
etiam in futurũ concipiendos: in Authen. de rebus
eccleſiæ non alienãdis.§.emphyteuſis. ſecundũ Bal.
in l.ſi in perſona.C.de fideicom. quem ſequitur Pau.
48 in l.etiã.ff.ſolu. matri. † Ecce ergo qualiter per con-
tractũ & diſpoſitionẽ inter viuos prouideri poteſt,
& acquiri nedum filiis natis, ſed etiã poſthumis in
vtero exiſtentibus, vel nondũ conceptis, de quo ple-
nè & nõ minus pulchrè per Bal.in l. qui ſe patris. in

vltima quæſtione.C.vnde liber. & Bar.in l.quod di-
citur patrem.ff.de verbo.obli. & in l. item prætor. &
l.ſi Titius.ff.de ſuis & legi.here.ad hoc facit text. vbi
Bal.& Aluaro.in c.j.de duobus fratri.& Ioan.Fabri.
in l.j.C.ſi ſeru9 ita veneat,vt manumit.& Gui.Papæ
qõ.cclxvij.& qõne.cccccv.& licet Angel.in d.l.quod
dicitur.tenuerit contrarium:quia ſtipulatio & acquiſi
tio debet fieri per auum:ſed hoc caſu tẽpore ſtipula-
tionis acquirens ſeu ſtipulans non erat auus: ex quo
nepos adhuc non erat conceptus,vt d.l.ſi Titius.ff.de
ſuis & legitimis hæredibus. & l.j. §. ſi quis ꝓximior.
ff.vnde cogna.& ſic cùm videantur ceſſare verba le-
gis,ceſſare debet legis diſpoſitio.Attamẽ Imo.ibi di-
cit tutius eſſe tenere primam opinionẽ Bart.& Bald.
per l.Paulus.§.Paulus.ff. de bonis liber. vbi expreſſè
dicitur,quod quo ad alia quàm quo ad ſuccedendum
ipſi auo in hæreditate,non curatur an nepos ſit cõce-
ptus tempore mortis aui vel non. Cùm etiam hodie
quo ad ſucceſsionem effectualiter nõ curetur, vt no-
ta.in l.j.C.de his qui ante apertas tabulas. & per Dy.
in ſua magna diſtin.in l.Gallus.ff. de libe. & poſthu.
& in hac opinio.remanet Alex.in dicta l. quod dici-
tur.xj.col.verſi.Item addit hic Ange.ff.de verb.obli.
inde dicit ſingulariter Fulg.in l. quoties. C. de fidei-
49 commiſ. † Quòd licet valeat alienatio rei prohibitæ
alienari extra familiam, vbi talis alienatio facta fuit
de conſenſu omnium de familia, ita quòd non pote-
rit per eos reuocari,vt d.l.quoties.tamen nati ex iſtis
qui tali alienationi conſenſerunt, poterunt poſtea il-
lam reuocare:cùm intelligant omnes de familia non
ſolũ præſentes tempore alienationis, ſed etiã naſci-
turi.l. ſi cognatis.ff.de rebus dubiis.allegat l. peto.§.
fi.ff.de leg.ij.iuncta glo.& fuit de mente Ioã.de Ana.
conſ.xlvij.incip. illud præſupponitur, quos ſequitur
Iaſon in d.l.quoties. dicẽs hoc tanquam quotidianũ
50 eſſe digito ligandum. † Et hæc ſunt maximè vera.
ſcilicet quod acquiri poſsit naſcituris, quamuis non-
dum conceptis, vbi tales acquiſitiones & ſtipulatio-
nes conſuetudine patriæ roborantur. Vnde per hoc
dicimus, quòd valẽt pacta matrimonialia,quòd pri-
mogenitus ſuccedat.Tale enim pactũ valet inter no-
biles, ita ꝙ illius virtute primogenitus ex illo matri-
monio ſuccedet patri, licet tẽpore pacti paſſati non
eſſet conceptus,ſecundum Bal.in l.cùm Archimedo-
ram. C. vt in poſſeſsio.lega. Facit tex. in c.mulier.&
in c.filij.ſi de feudo fuerit controuer.& in c.j.de filiis
natis ex matrimonio ad morga.contracto.hoc idem
ſequitur Iaco.Alua.in d.c.mulier.& Bar.in ſi.& Bal.
in ij.opp.ac Sali.verſi.quæro j.in l.pactum.C.de col-
latio. de quo plenè vidiſtis in verbo, *duas habẽs filias.*
in materia pacti de ſuccedendo:quò vos remitto. Ex
quo ſequitur, quòd tam iure ſucceſsionis ex diſpoſi-
tione legis,qualis dicitur ſucceſsio ab inteſtato, vel ex
teſtamen. quàm per pactum: necnon vi conſuetudi-
nis, prouideri poteſt filiis nedum natis in matris vte-
ro exiſtentibus: ſed etiam nondum conceptis,intelli-
gendo vt dictũ eſt.Ad quod facit text.no.in l.ſeruos.
51 ff.de alimentis & cibariis legatis.vbi dicitur, † quòd
templo quod nondum eſt, ſed eſſe ſperatur, relinqui
poteſt. Præterea videmus, quòd priuilegium cõcedi
poteſt eccleſiæ quæ nõdum eſt.Non vt ſtatim ſit be-
neficium, ſed vt incipiat vires habere, cùm incipiet
52 eſſe capitulum. † Ideo eccleſia conſtruenda inſtitui
poteſt hæres,ſicut poſthumus alienus.l.Gallus. §.ille
caſus.ff.de liberis & poſthu.ſecundum Bar.in d.l.ſer
uos. Pro quo facit elegans dictum Bal.in l.j.ff.eodẽ,
vbi per illum tex.in verbo,fieri,dicit,ꝙ ſi teſtator in
teſtamento mandat fieri monaſterium de omnibus
bonis ſuis, talia verba operantur hæredis inſtitutio-
nem.Et ſic monaſterium quod nõdum eſt,hæres in-
ſtitui poteſt.allegat Bar.in l.centurio.ff. de vulga. &
pupil. Nec obſtat c.abbate ſanè.de re iudi.li.vj.quia
loquitur in donatione, quæ fieri nõ poteſt monaſte-
rio,quia donatio eſt cõtractus qui requirit perſonam
veram,vel fictam,cum qua contrahatur. Vnde ſi fie-
ret donatio alicui, qui promitteret poſteà reſtituere
templo,cùm ędificatum erit,nihil repugnaret.Lega-
tum verò vel aliud relictum perſonam non requirit,
cum qua quis loquatur, ſecundum Bar.in d.l.ſeruos.
& Panor.in c.iij.ẽ.co. vbi Barbatias plura dat exem-
pla. Videatis eundem Panor. in c.ad audientiam.de
eccleſiis ædificãdis, & Dominicum in d.c.abbate ſa-
53 nè. † Et hæc vera,quòd valet relictũ eccleſiæ non-
dum conſtructæ factum, ſi fuerit ei expreſsè relictũ.
Si autem teſtator non reliquiſſet expreſſè aliquid ec-
cleſiæ conſtruendæ, ſed reliquiſſet ſimpliciter eccle-
ſiis ciuitatis,tunc in tali legato appellatione eccleſia-
rum ciuitatis nõ venit eccleſia nondum tempore te-
ſtamenti conſtructa: cùm nõ appareat teſtatorẽ ſen-
ſiſſe de illa, ſicut vidiſti ſuprà, quòd in legato filiis
relicto non cõprehenditur poſthumus poſt mortem
teſtatoris natus,ſecundum Bal. Raph.& Imo.in d.l.
qui filiabus.ff.de lega.j.alle.text. in clementina, lite-
ras.de reſcrip.Ad quod facit,quod no.glo.& docto-
res in c.cùm capella.de priuilegiis. vbi deciditur an
exemptio cõceſſa eccleſiis loci comprehendat eccle-
ſiam poſteà cõſtructam.Cy.in l.placet.C.de ſac.ſan-
ctis eccleſiis.per Barto.in l.damni.§.ſi is,qui vicinas
verſ.Iacob.de Arena.ff.de damno infecto per Ioan-
nem Andræam in c. qui ſentit. de regu.iuris libro vj.
in Mercuriali.Et in addi.Spe.titu.de cenſi.§.nunc di-
cendum. Et hoc verum, quòd in legato eccleſiis fa-
cto non comprehenditur eccleſia poſt mortem teſta-
toris cõſtructa:imò nec etiam conſtructa poſt teſta-
mentũ factum, licet ante mortem teſtatoris, eo quia
teſtator tempore teſtamẽti cogitare non potuit,quot
eccleſiæ in futurum conſtitui poſſent in ciuitate.ideo
relictum non extenditur niſi ad eccleſias cõſtructas
tempore teſtamẽti, argu.l.ſi ita quis.ff.de auro & ar-
gento legato. iuncta doctrina Bar.ibi faciunt no.per
eundem Bar.in l.ſin.C.quæ res pignori obligari poſ-
ſunt.Et per Cy.in l.nõ modus.C.de ſerui.& aqua ſe-
cundum Alexã. in d.l.qui filiabus. circa principium.
54 ff.de leg.j. †Et per hoc dicebã hoc anno de quæſtio-
ne facti interrogatus. Quidam ruſticus reliquit anno
quolibet presbyteris loci ſuæ originis cuilibet certũ
quid & prãdium pro anniuerſario.Ex poſt augmen-
tatus fuit numerus presbyterorum : certè nihil debe-
tur presbyteris vltra numerum tempore teſtamenti
exiſtentem augmẽtatis, vt in propriis terminis deci-
dit Bal.in d.l.non modus.& Imo.in d.clemẽ.literas.
55 de reſcrip. vbi allegant iura & rationes. † Similiter
ſi aliquis furnerius promiſit coquere panem Titio &
eius familiæ ſub certa annua pẽſione: poſteà augmẽ-
tata familia non tenebitur panem coquere pro eadẽ
mercede,vt poſt longam diſputationem decidit Bar-
tholomæus Brixienſis in quadam dominicali quæ-
ſtione incipi. Quidam paterfamiliâs. quia cùm aga-
tur de magno præiudicio,non potuit prouideri in fu
turũ.de quo per Ioannem Andræ.in c.quãto.de cen-
ſi.&Iaco.Butri.in l.fi.C.de ſacroſan.eccle.Imo.in d.
clemen.literas. Et poſt latam diſputationem ita deci
dit.Barthol. Cæpo.in tractatu de ſeruitute vrbanorũ
prædiorũ,titulo de furno.& Iaſon in l.fi.C. de verb.
ſignifi.



ſignificat.ij.col.Pariter decidit Bald.in d.l. non mo-
56 dus.in fi.C.de ſeru.†de nobili qui promiſit cuidam
communitati pontem reficere, an teneatur ſi poſteà
creſcente aqua fuerit etiã pons augmentatus, furni-
re pro illo augmento. Cõcludamus ergo in puncto
noſtro, ꝙ quoties de commodo & vtilitate eius quę
ritur qui in vtero eſt, ſemper habetur pro iam nato.
Ideo dicũt Doctores in iiij.ſententiarum.diſtin.iiij.
q.j.quòd ſicut iam natus ſi ante baptiſmum pro fide
Chriſti occidatur, cenſetur baptiſmo ſanguinis ba-
ptizatus,& martyr effectus.Sic etiam erit de exiſten-
te in vtero matris, vbi mater prægnans pro fide vel
aliâs pro iuſtitia occideretur,baptizatus eſſet baptiſ-
mo ſanguinis, licet vt ſuprà dixi, baptizari non poſ-
57 ſet baptiſmo fluminis priùs quàm naſcatur. † Plus
videmus,quòd ſoboles in vtero exiſtens etiam com-
modum porrigit in matrem ſuam, in cuius vtero nu
tritur, quia videmus ſtante muliere prægnante cogi
non debet venire ad iudicem perſonaliter,quantun-
cunque actus ſit perſonalis.l.ij.§. ſi non ꝓpter vale-
tudinẽ.ff.ſi quis cautio. Licet enim mulier prægnãs
impedita videatur ſua culpa,quia permiſit ſe impræ-
gnari,tamen vitio parcitur naturali, quãuis prægnãs
eſſet ex vno ſcholari, ac ſi ex marito grauida eſſet,
ſecundũ Gulliel.de Cu. Præterea illa culpa mulieris
non fuit commiſſa ad iudicium impediẽdum, ſed ad
fines libidinis.l.verum.ff.de fur.ſecundum Bar.in d.
l.ij.Mulier inſuper prægnãs vel lactans, à carnis de-
bito excuſatur,ſi à marito exigeretur.Quia tempore
lactationis durãte mulier abũdat lacte,& niſi ipſum
mulgeret per medium pueri,oporteret eam infirma-
ri:ideo illo tempore prohibetur vir cõmiſceri natu-
raliter cum ea : imò ex tali coitu procreãtur morbo-
ſi,& interdum leproſi. Pariter ſtante in vtero ſobole
imminet periculũ de ſuffocatione. Facit tex. not. in
c.ad eius verò cõcubitum. v. diſtinct.vbi gl.dicit,ꝙ
idem eſt durante tẽpore menſtrui, quo vir etiã vxo-
re cogente non tenetur debitum carnis reddere: nec
econtrà vxor marito. Sed exponet ei cauſam quare.
l.quod dicimus.ff.de ſolutio. quod verum intelliga-
tis,niſi timeretur de fornicatione. xlij. diſtin. c. duo
mala.valde enim abſurdum eſt,quòd homines ratio-
nales hęc tempora nõ ſeruant,ſcilicet imprægnatio-
nis & puerperij ſuper omnia : quia mulieres ex hoc
quandoque non pariunt amplius:quia ſemen viri cũ
ſanguine mortificatur, ſi infra decẽ dies conueniũt,
ſecundum Augu.Quod beluæ non facerent irratio-
nales.Nam refert Ariſto.lib.ij.de Animalibus,quòd
fœmina elephantis imprægnata à maſculo omnino
non tangitur, imò poſt partum quieſcit per trien-
niũ,Subiungens ibi, quòd nullum animal poſt cõce
ptum fœtum admittit coitum, præter mulierem &
equam: tales enim monet Hieronymus contra Io-
uinianũ ſic dicens: Sũt,inquit,qui dicũt ſe cauſa rei-
publicæ & generis humani vxoribus coniungi & fi-
lios procreare:imitentur ſaltem pecudes.Et poſtquã
venter vxoris intumuerit, nõ perdãt filios nec ama-
tores ſe vxoribus præbeant,ſed maritos. facit text.in
c.origo.xxxij.q.iiij.Similiter nõ tenetur mulier præ-
gnans ieiunare,ſicut dicimus de adoleſcente minore
xxij.annis: qui propter naturæ debilitatem cibo in-
diget frequentiori.Tum etiam,quia cibus conuerti-
tur in augmentũ ſeu dilatationem membrorum : ob
quod iuuenis non eſt potens ad ieiunandũ.ſicut ma-
ior ſecundũ beatũ Tho.in ij.ij.q. xlvij. ar.iiij.quem
refert & ſequitur Panor.ſuper rub.de obſer.ieiu. Sic
ergo erit in muliere prægnante,quæ cibo indiget du
plicato,ſcilicet pro ſe & partu nutriẽdo: ideo ieiuna
re non tenetur, præſertim inuito marito. xxxiij. q.v.
c.manifeſtum. vbi gl.dicit vxorem vouere non poſ-
ſe ſine licẽtia mariti dormire cum camiſia,vel ſingu
lis noctibus ire auditum matutinas. De quo habetur
Numeri xxx.quia eſſe nõ poſſet ſine ſcandalo,ꝙ ma
rito prandente vxor ieiunaret, aut volẽte ire cubitũ,
ipſa accederet ad matutinas: vel ipſo volente eã am-
plecti ipſam reperiret cũ camiſia. Hoc idẽ ſequitur
Panor.in c.illud.de præſum. Ideo dicit text.ſingu.in
58 c.quæcunque.xxx.diſtin. †ꝙ mulier incidẽs ſibi co-
mam ſeu capillos, etiam cauſa deuotionis inuito ſeu
non conſentiente marito, eſt excõmunicata ipſo fa-
cto,maximè vbi ad cauſam capillorũ reddebatur for
moſior: & ſic magis placida marito: cui vt placeat
tenetur ſe ornare,vt plenè videbitis in verbo, *Cuidã*
59 *Petro tradiderũt.* j. co. † Vlteriùs dico, ꝙ ſobole in
matris vtero exiſtente, ipſa mater ſobolis intuitu in
poſſeſsionẽ bonorũ mariti defuncti mittetur,vt ei a-
limenta tribuantur.l. j. & per totũ tit.ff.de ventre in
60 poſſeſ.mitten. † Et quandiu mater ſobolem geſtabit
in vtero,quantũcunq; ipſa fuerit de crimine capitali
damnata,nunquã fiet exequutio in mortem,aut mẽ-
bri mutilationem,donec partum ediderit. l.Impera-
tor.la.j.ff.de ſtatu homi.& l.prægnãtis.ff. de pœnis.
ſed differt exequutio,donec partum ediderit. Quod
eſt verum, etiam ſi ex coitu adulterino & nephario
vel in carcere cõcepiſſet, prout plures mulieres im-
prægnari ſe faciunt in carcere ad fugiendum ſeu dif
ferendũ pœnã mortis.Et quãuis etiam non ſit cõce-
ptus adhuc viuificatus, vt quia embrioni nõdum eſt
anima à Deo infuſa,licet nõdũ ſit animal, ſed vnius
dici cõceptus: tñ quia lex indiſtinctè exequutionem
mulieris prægnantis differt, mulier decem vnius aut
pluriũ dierum prægnans occidi non debet, ſecundũ
Bal.in d.l.Imperator. Facit d.l.prægnanti. vbi dicit
Bar.ꝙ idem eſſet poſt partum, ſi nõ reperiretur alia
mulier,quæ puerum lactaret.Quo caſu ſeruari debet
mater ad puerũ nutriendũ, donec reperiatur nutrix.
Cũ eadẽ ſit ratio in partu edito cõſeruãdo,quæ erat
in ipſo adhuc exiſtente in vtero,argu.l.ſed ſi is.§.an
autem.ff.de Carbo.edict.ſecũdum Oldra. dicentem
ita de facto fuiſſe ſeruatum Paduæ. Et intelligatis, ſi
alia nutrix reperiri non poſſet propter defectũ perſo
næ. Si autẽ nõ reperiretur propter defectũ pecuniæ:
fortè quia nullus vult,aut nemo habet vnde ſoluat nu
trici ſalariũ:nec reperitur nutrix, quæ gratis nutrire
velit partũ, tunc nõ differretur exequutio: ſed debet
nutrici ſolui ſalariũ de publico.arg.l.j.C.qui ꝓ præ-
mio liber.acci.& ff.ad Sille.l.lege Cornelia.Et quod
dictũ eſt propter partũ differri mortis exequutionẽ,
idẽ intelligatis de exequutione torturæ,quæ etiã dif-
fertur donec pepererit fauore partus in vtero exiſtẽ-
tis. Et etiã differtur poſt partũ per xxx.dies, quibus
genitrix iacere debet. Poſt quẽ cùm per aliquot dies
ſit debilis,fortè moreretur, & iudex velut modũ ex-
cedẽs puniretur. Ideo melius eſt,ꝙ differatur,donec
ſit fortis.Nam ſi de facto torqueretur,licet partus nõ
periclitaretur,tñ cõfeſsio inde conſequuta nõ valeret,
poſtquã tortura fuit iniuſta,ſecũdũ Bald. in d.l.Im-
perator.vbi dicit ꝙ ſicut torqueri non debet,ſic nec
verberari, vel aliâs malè tractari aut quouiſmodo
opprimi.adeo ꝙ nõ poſſet cogi ꝓ teſtimonio ferẽdo
ire ad iudicẽ, ſi periculũ immineret ratione itineris.
61 †Vnde ſicut iudex eam pro crimine occidere nõ po
teſt, ſic nec alius authoritate ſtatuti permittẽtis bãni
tã impunè occidi: quia dilationẽ habet à lege, donec
pariat.

pariat. pater autem bene poſſet eam in adulterio depræhenſam occidere cũ partu. Et rationẽ differentię videatis ibi per eum. Per ſupradicta exempla habetis, qualiter ille q. eſt in vtero, prodeſt alteri ſcilicet matri. & ratio eſt, quia ſi matri nõ prodeſſet, ipſe partus dãnificaretur, adeo ꝙ fortè periret. Et ſic cũ agatur de ſobolis commodo, expectari debet eius natiuitas. Quoties .e. intereſt ſobolis, ꝙ non habeatur pro iam nata, tũc habetur prout in vtero exiſtẽs, vt ſcilicet proſit ſibi & cõſequẽter matri: quia ſi matri non prodeſſet, ſoboles ipſa dãnificaretur, vt in exemplis prædictis. ſic qñ eius intereſt, ꝙ habeatur pro nata,
62 perinde iudicabitur, ac ſi nata eſſet. †Sed vbi nõ ſua intereſt principaliter, nec in conſequentiã, ꝙ pro nata habeatur, ſemper habebitur ꝓ tali, qualis eſt ſcilicet in vtero exiſtẽs: & ſic vbi ſimpliciter agitur de cõmodo alterius, quanuis ſui parentis, in vtero exiſtens non habetur pro iã nato. l. excuſantur. §. qui autẽ. ff. de excuſa. tuto. vbi dicitur, ꝙ liberi in vtero exiſtentes nõ proſunt patri ad tutelæ excuſationẽ, nec quo ad dignitatẽ, vt ibi dicit gl. ideo Guli. de Cug. Bart. & Bal. in d. l. qui in vtero. ff. de ſta. homin. dicũt, ꝙ ſi ſtatuto cauetur, vt eſt Florẽtiæ, ꝙ capiens lupum, habeat decem pro quolibet lupo: & quis ceperit vnã lupã prægnantem duobus lupatinis, talis capiẽs vnicã decẽ tantùm habere debet. nec lupatini habebuntur ꝓ natis ad commodũ alterius, ſcilicet capiẽtis. Prętereà licet in vno corpore ſint plures animę, tñ labor vnius ſolius fuit in capiẽdo. & ſic vnicũ tantùm pręmiũ debetur. l. Scio. in prin. ff. de annuis lega. Quinimò plus dicit Bal. ꝙ ſi ceperit lupam cum lupatinis iam natis, vnicũ tantùm debetur præmium. arg. l. ſed
63 addes. §. ſi quis mulierẽ. ff. loca. †quia qui lacte nutritur, adhuc in ventre eſſe videtur. Prædicta enim faciunt ad quęſtionem. q. dã Caturcen. teſtamentum fecit dicẽs: ſi Titius abſq; filiis ex ſe natis deceſſerit, inſtituo eccleſiam ſancti Andreę hęredẽ: modò Titius deceſsit vxore ꝑgnante, quę poſteà peperit: certè nõ habebitur tunc poſthumus pro iã nato tempore quo pater eius deceſsit, quia in hoc caſu nõ agitur de cõmodo ventris, cui nihil fuit relictũ, cùm verba ſint negatiua. l. ex facto. ff. de hære. inſti. ideo cùm nõ agatur de cõmodo partus, inſpici debet virtꝰ & veritas verborũ. Or eſt clarũ, quia verè natus nõ erat tẽpore mortis Titij ſui patris, ergo ad hæreditatẽ admittetur eccleſia ſancti Andreæ ſecundũ Bal. in d. l. q. in vtero, quẽ ſequuntur Ioan. de Pla. & Ang. in §. cùm
64 autẽ. inſtit. de tute. †Vt tamen finis aliquã vobis relinquat admirationẽ, ſtupendũ adduco cõtra prædicta conſiliũ Petri de Ancha. conſil. ccclv. inci. Viſis diligenter puncto & contentis in eo. in quo decidit caſum in quo is qui eſt in vtero, habetur pro iam nato etiã ad vtilitatẽ penitus extranei. verbi gratia. Teſtator quo caſu maſculus non naſceretẽ, ſubſtituit Titium: certè iſta conditio ſecundũ eum tanquã partus naſcatur, haberi poteſt pro impleta, ſi ex vehementi cõiectura fœtus fœmineus ſit in vtero, & poſteà hoc apparęt ex partu: ita ꝙ Titius ſubſtitutus hæreditatẽ tranſmittet, etiã ſi eam adierit ante partũ: & ſic partu in vtero adhuc exiſtente ſubſtitutus adire poterit hæreditatẽ. ac ſi natus eſſet. Et demũ moriẽdo antequã partus naſcatur, talem hęreditatem velut aditã tranſmittit ad quoſcunq;: quia præcedens opinio veroſimilis iuncta veritati poſteà defectæ, facit illam opinionem haberi pro certitudine. Id idem conſuluit Petrus de Ancha. conſi. cccxciij. quem ſequitur Felynus in c. firmiter. j. co. C. de ſum. Trin. & in c. pręterea. de teſti. & idem in ſimili cõſuluit Oldra. conſil. cxxxix. inci. Ad habendũ aliqualem notitiam, vbi in v. q. decidit, ꝙ ſi duo adinuicem cõuenerint, vt illorũ qui ſuperuixerit bona præmorientis ſine liberis habeat titulo donationis. quæ quidem cõuentio valet ſecũdũ eũ, & Sali. in l. fi. C. de pac. licet talis donatio propter clauſulam ſine liberis, ſit conditionalis, ita ꝙ ſortiri nõ poteſt effectum, niſi in defectu liberorũ, tempore obitus præmorientis non exiſtentiũ: tamen ad purificationem talis conditionis, neceſſe non eſt expectare punctum mortis: imò cenſetur conditio exiſtere, quamprimũ alter ipſorum ſine liberis ad eum ſtatum peruenerit, ꝙ veriſimiliter incipiat certũ eſſe ipſum ſine liberis moriturũ. nec expectabitur tempus poſt mortem, imò ilico ꝙ certum erit, aut veriſimile illũ ſine liberis moriturum, exiſtẽtia conditionis anticipat actum moriendi, vt ex illo tempore dicatur perfecta donatio. & ſola illius executio protrahatur vſq; in punctum poſt mortem. Habet enim talis donatio hoc, ſcilicet liberos non exiſtere, pro cõditione quæ eo ſolo verificatur, ꝙ veriſimile eſt ipſum liberos habere nõ poſſe. & mortem habet pro die executionis, vt donec poſt mortẽ bonorũ donatorũ exactio differatur. Vehemens enim opinio iuncta ſequuta veritati idem operatur quod certitudo, ſecundũ gl. in l. ſi quis extraneus. §. ſciendum. ff. de acqui. hære. de qua ibi exclamat Bal. dicens, ꝙ multa ſunt de quibus haberi nõ poteſt vera certitudo. tamẽ opinio vehemẽs iũcta cũ veritate ſequuta, idem operatur qđ certitudo ſecundũ Old. in dicto §. ſciendum. & ſic in vtero exiſtens habetur pro iam nato in alterius cõmodũ: quæ omnia ſufficiant de ſobole in matris vtero exiſtente, de qua loquitur tex. noſter, ꝙ fuit ſubſtituta.

## Laus Chriſto Ieſu Domino noſtro.

*SVMMÆ.*

1 ☞ *Verbis teſtatoris inhærẽdum, ad iudicandum ſi ſubſtitutio eſt directa vel obliqua. & nu. 3.*
2 *Verba debent intelligi ſecundum intentionem loquentis.*
4 *Verba quæ dicantur directa.*
5 *Moriatur, eſt verbum directum.*
6 *Adijcio, adiudico, ſunt verba directa. & nu. 7.*
8 *Concedo verbum an ſit directum.*
9 *Princeps ſolo titulo ius transfert & poſſeſſionem.*
10 *Accreſcat, eſt verbum directum.*
11 *Inſtituo, ſit verbum directum.*
12 *Lego verbum, an ſit obliquum vel directum.*
13 *Obliqua & directa verba quomodo dignoſcantur.*
14 *Communia verba quomodo dignoſcantur.*
15 *Eo ipſo, dictio facit ſubſtitutionem directam.*
16 *Succedat verbum an ſit obliquum.*
17 *Significandi modum vocabulis dant lex, conſuetudo, & ipſe teſtator.*
18 *Verba non curamus, vbi conſtat de mente.*
19 *Loquendi vſus communis quid operetur, & vnde ſumatur. & nu. 20. 21. 22. 23.*
24 *Vſus communis loquendi qualiter probatur.*
25 *Subſtitutionũ verba vnde iudicẽtur directa vel obliqua.*
26 *Verba notarij etiam inter idiotas ſunt ſecundum iuris interpretationem interpretanda.*

## Et quia ſcriptum eſt,

*Diſponat teſtator, & erit lex.* in Auth. de nup. §. diſponat. colla. iij. ex quibus verbis reſultat teſtatorem liberam facultatem habere in teſtamento ſuis hæredibus ſubſtituendi per verba directa, quo caſu ſubſtitutio



tio iure valebit directo, aut per verba obliqua: & ſic valebit iure indirecto & obliquo, vel verbis communibus, quæ ſui natura trahi poſſunt ad ſubſtitutionẽ directam vel obliquam, cùm ſecundum naturã verborum ſubſtitutiones directæ iudicentur aut indirectæ: ideo ſubditur in textu.

## Eidem impuberi ſuccederent.

EX QVO apparet, quòd hæc ſubſtitutio facta Adiectæ teſtatoris filiæ, ſuit per verba communia, quæ pariter poſſunt ſe habere ad ſenſum directum & obliquum, ſicut eſt verbum, ſuccederent, hîc in tex poſitum, quod ab omnibus verbum commune iudicatur. ſecundum Barto. in l. centurio. in quinta principali quæſtione. ff. de vulgar. & pupil. Et quia, vt dictum eſt, ſubſtitutiones ex verbis quibus concipiuntur, iudicantur directæ vel obliquæ:
1 †Cùm teſtator ſẽper voluiſſe præſumatur quod verbis expreſsit: ideo verbis ſuis inhærendum eſt ad iudicandum, qualis fuerit ſubſtitutio directa vel obliqua, quoniam ab eis non receditur, vbi aliâs de mente non conſtat. l. non aliter. ff. de leg. iij. omnis enim ſcientia à cognitione incipit vocabulorum. ideo ſcire oportet quid ſignificent vocabula: hoc eſt quid ſit propriè dictum, vt pulchrè dicit Bal. in l. liberti libertæque. C. de ope. libe. ij. colum. Nam voces ſunt notæ earum, quæ ſunt in anima paſsionum, ſecundum Philoſophum in lib. i. Peri erme. & l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupel. lega. ideo vt dicit Angel. Inter omnia ſigna verba obtinent principatum: quia verba ſunt inſtituta, vt per ea quis in alterius notitiam intentionem ſuam proferat, ſecundũ Specu. titu. de aduocato. §. vj. vnde dicit Bal. in c. ſuper literis. de reſcrip. & in c. j. de teſti. vbi alle. Caſsio. volentem nullum eſſe mentis noſtræ maius teſtimonium: quàm qualitas inſpecta verborum. & idem Bal. in l. voluntatis. in fi. C. de fideicommiſ. dicit quòd non credimus hominẽ velle, niſi id quod dicit. & in c. j. de conſti. dicit idem Bal. quòd vbi habemus verborum ſonum, alio interprete non egemus: nam dicit idem Bald. in l. ea quæ. circa prin. C. quo. & quando iudex. quòd vox eſt mentis euidentiſsimum argu. inde dicitur Mat. xij. quòd ex abundantia cordis os loquitur. cor enim datum eſt homini ad ſignificandum Deo: labia autem ad ſignificãdum hominibus, d. l. Labeo. ff. de ſupel. legat. Prætereà vox eſt inſtrumentum voluntatis & intellectus rationalis, per quam omnis actus noſter comprobatur: cùm in verbis duo naturaliter conſiſtant, ſcilicet intellectus & certitudo. l. non figura. ff. de actio. & obli. ſecundum Bal. in c. ex trãſmiſſa. de reſti. ſpolia. & in c. Rodulphus. iij. col. de reſcrip. dicit, quòd illud quod ſcriptura non dicit, nec nos dicere debemus, cùm ſcriptura ſuos probet limites. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſſo. & in cap. venerabilem. de electio. vij. col. dicit illud quod non cantat inſtrumentum, nec ego cãtabo, more Venetorum volens ex hoc innuere iudicandum fore ſecundum verba loquentis vel ſcribentis. De quo pulchra poſuit idem Bal. verba in ſuo diuino ſchiſmatis conſilio, hodie in rub. C. ſi quis aliquem teſta. prohibue. impreſſo: vbi dicit. quòd lingua eſt intellectus, organum, & tuba, ac eius præco. Subiungẽs ibidem, quòd verbum voce prolatum eſt nuntius intellectus. non ergo immeritò actus noſtri iudicantur ſecundum verba quæ loquimur vel ſcribimus. Et ſi de ipſorum intellectu & ſignificato dubitetur, ad communem verbi intelligẽtiã recurritur: ita ꝙ cogitur vtraque pars verba prolata in eo ſenſu retinere, quem ſolent rectè intelligentes generare. c. ex literis. l. j. de ſponſa. & alibi dicit tex. optimus in c. humanæ aures. xxij. q. v. humanæ aures talia verba noſtra indicant, qualia foris ſonant. iuxta illud Iob xxxiij. Auris enim verba probat, & guttur eſcas guſtu diiudicat. & tex. melior totius iuris in d. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſup. leg. Nam quorſum nomina ſunt (inquit) niſi vt demonſtrent voluntatẽ dicẽtis? & quidẽ nõ arbitror quenquã dicere, quod non ſentit, vbi maximè eo nomine vſus ſit: quid appellari ſolet. Cęterùm nemo æſtimandus eſt dixiſſe, quod nõ mẽte agitauerit. hæc ille. Vnde dicitur Mat. xxvj. Nam
2 & loquela tua manifeſtum te facit. †Verba enim debent intelligi ſecundum intentionẽ loquentis. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu. & habi. quod eſt verũ, etiam in caſu impropriiſsimo, ſecundum Bar. ſingulariter in l. j. ff. ad legẽ Falci. quem ibi ad hoc ponderat Alexan. in iiij. col. & Iaſon in l. non ſolùm. iiij. col. ff. ſol. matri. videatis quæ dixi de loquela & lapſu linguæ, ſuprà in verbo, *Adiectæ impuberi.* loquendo de teſta-
3 mento furioſi ſapienter facto. †Ex quibus euidenter nobis demonſtratur, teſtatorem proferendo aut ſcribendo verba directa facere voluiſſe ſubſtitutionẽ directam, prout verba ſonant, & ſi obliqua protulerit, etiam indirectam & obliquã facere cogitauerit. Vnde dicit Bal. in l. ſi duas. ff. de excu. tuto. ꝙ ex ordine verborũ pręſumitur ordo intellectus, vt qđ prius eſt in voce, prius eſſe præſumatur in intellectu, iuxta illud Chryſoſto. ſuper Mat. Quale cor vnuſquiſque habet, talia verba loquitur. cui concordat Philoſophus iiij Ethico. Qualiſcunque vnuſquiſque eſt, taliter dicit, & taliter viuit, & operatur: ideo opportunum eſt pro fundamẽto huius materiæ verba & naturã illorũ cognoſcere, vt iudicare poſsimus qualis fuerit facta
4 ſubſtitutio. †Idcirco ſciendũ eſt, ꝙ nos habemus verba directa, ad quorum notitiam habendam ſex dantur regulæ, quæ demum per exempla declarabuntur.

Prima regula eſt, ꝙ illud eſt ius directum, quod petere nõ eſt neceſſe: imò abſque petitione cõpetit ipſo iure, ſecundum Azo. in ſum. de fideicommiſ. liberta. ad fi. Vnde hæres directè inſtitutus, non petit ius hæreditariũ, cùm hæres fiat ipſo iure. l. cùm hæredes. ff. de acqui. poſ. ſed petit res hęreditarias propter iſtud ius: ſed fideicommiſſarius quantumcunque vniuerſalis neceſſe habet petere ius hęreditarium, quod oportet in eum trãſferri antequam res petat hæreditarias. Secũda regula eſt, ꝙ omne verbũ quod importat tale ius, ex quo põt adiri hæreditas de iure ciuili, aut bonorum poſſeſsio peti de iure prætorio, eſt verbũ directũ. Nam prætor bonorum poſſeſsionem nõ defert ſuccedentibus per obliquum, vt patet per totum titulum de bono. poſſeſ. Tertia regula eſt, ꝙ omnẽ verbum per quod immediatè vniuerſaliter teſtatori ſucceditur, eſt verbum directum. vt no. in l. eam quã. C. de fideicom. Quarta regula eſt, ꝙ verbum directũ ſignificat ſucceſsionem deſcendere ab inſtituto ad ſubſtitutum immediatè, quo inſtitutus moritur, ſe-
5 cundum gl. in d. l. eam quam. †Ideo verbum moriatur eſt directum, quia ſignificat ius immediatè quæri per mortem inſtituti. c. ſi pater. eodem titul. libr. vj.

Quinta regula eſt, ꝙ omne verbum quod alterius excludit miniſteriũ in ſubſtitutiõe appoſitũ, eſt verbũ directũ, iuxta no. theoricã. l. ſi quis ita. ff. de vſufr.

Sexta & vltima regula eſt, ꝙ omne verbũ quod in-

cludit diſpoſitionem & illius diſpoſitionis exequutio
nem, quatenus iuris eſt, dicitur verbũ directũ. Modò
veniamus ad exempla dictarum regularum. Et dico
6 ꝙ de ꝓprietate ſermonis iſta ſunt verba directa. †Sci
licet verbũ adiicio: vñ ſi teſtator dicat: quñcunque fi-
lius meus deceſſerit, bona mea adiicio tali. iſtud eſt
verbũ ſui natura directũ denotãs per viam trãſitus in
aliũ recta via. Teſtator enim dicẽdo talia verba, vſus
eſt nõ ſolũ diſpoſitione, ſed ꝓprio miniſterio & exe-
quutione. ad hoc facit inſti. de eo cui liber. cauſa bo-
7 na adiiciũ. & l. j. de fideicom. liber. †Ergo idẽ ſi dicat
adiudico: quia hoc verbũ ſignificat vltimũ effectum
diſpoſitionis: & talia verba sũt directa, quę ſignificãt
& denotant per modũ producti in eſſe finali. ad hoc
facit l. ſed & ſi res. ff. de publiciana & inſti. de pub. iu.
§. fi. De verbo adiudico, videatis Panor. in c. ex par-
8 te. iij. col. de teſti. †de verbo concedo, Panor. in c. cũ
venerabilis. iij. col. de excep. Idem dico de verbo aſsi
gno. ff. de aſsigna. liber. §. j. & in c. ij. de offic. ordi. lib.
vj. de hoc enim verbo ait pulchrè Bald. c. j. in ti. quid
ſit inueſtitura in vſib. feud. ꝙ prolatũ ab inferiori i-
pſo iure transfert dñium, ac etiã poſſeſsionẽ, ſi profe
ratur in cõſpectu rei. de cuius trãſlatiõe agitur. l. ꝙ ſi
neq; traditi eſſent. vbi gl. ff. de peri. & cõmo. rei ven-
ditæ. Si verò tale verbũ ꝓferatur à Papa, vel alio prin
cipe ſupremã authoritatẽ habente, veluti ſi dicat, aſ-
ſignamus tibi tale caſtrum cum iuris plenitudine: vel
ponat alia verba æquipollẽtia extra conſpectum rei.
9 †In hoc caſu ei, cui ſit rei aſſignatio, nulla eſt neceſ-
ſaria facti poſſeſsio. Cũ per talẽ Papæ cõceſsionẽ &
ſimplicẽ loquutionẽ ſit ei trãſlata poſſeſsio: q̃a apud
Papã eſt omnis poteſtatis plenitudo. allegat not. xvj.
q. vj. c. volumus. argu. c. capitulũ ſanctæ Crucis. de re
ſcri. & quod no. Archi. in c. ſi clericus. de præben. lib.
vj. & no. in c. fi. de pecu. cleri. Aſſignare enim eſt ver
bum effectiuum: nam quicquid principi placet, legis
habet vigorẽ. inſt. de iure naturali. §. ſed quod princi
pi. Facit C. de legi. l. fi. & l. cũ pater. §. pater pluribus.
ff. de leg. ij. & l. fi. §. ſed quia noſtra maieſtas. C. com
munia de lega. de aſsignatiõe principis, quæ eſt iuris
collatiua, habetis melius quàm alibi in l. j. in fi. ff. de a-
qua quoti. & æſtiua. & l. principaliter. C. de libe. cau.
& l. parẽtes. eo. titu. & C. de ingenu. manu. l. ingenuũ.
& pulchra per Iaſon. in l. traditionibus. C. de pac. vbi
plenè poſt longã diſputationẽ decidit, an ex cõtractu
principis dominiũ trãsferat ſine traditiõe corporali.
de hoc verbo aſsigno, videatis Bal. in l. vbi adhuc. C.
de iure dot. in fi. & Bar. in l. ſi cõſtante. ff. ſol. matri.
10 † Idẽ in verbo accreſcat, qđ eſt verbũ directũ. ff. de
acq. hære. l. qui patri. C. qñ nõ peten. par. petẽ. accreſ.
l. j. Et idẽ dicendũ ſi teſtator diceret, cedo vel cõcedo:
aut, reſtituo. ſecundũ Bal. in l. humanitatis. C. de im-
pube. & aliis ſubſtitut. Idem eſſet de verbis do, vel di-
ſtribuo, quia per illa teſtator aſſumpſit ſibi quatenus
eſt iuris, exequutionem ſuæ voluntatis ſeu diſpoſitio-
nis. l. penul. de dona. & l. j. ff. de cõſtit. principũ. Nam
verbum dare vel diſtribuere plenũ & directũ ius ſigni
ficat: cũ dare aliud non ſit, quàm rem accipienti face
11 re, inſti. de actio. §. ſic itaque diſcretis. †Idem dico de
verbo inſtituo. ff. & C. de hære. inſti. per totũ. vbi pa-
tet ꝙ talis modus ſignificãdi huic verbo traditur à iu-
re: & idẽ eſſet de verbo, hæres eſto: ſiue per teſtatorem
exprimatur, ſiue tacitè intelligatur, iuxta l. fi. C. de hæ-
redi. inſti. & l. j. in fi. & l. quoties. ff. de hære. inſt. Hæc
enim dicuntur verba directa ciuilia, quia à lege ciuili
antiqua, ſcilicet xij. Tabularum inuẽta, quæ in aliqui-
bus maiorẽ habet in ſubſtitutionibus prærogatiuam,
quàm alia adiecta nõ ciuilia, ſecundũ Bart. in l. centu-
rio. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. Cætera verò dicuntur
directa nõ ciuilia. idẽ eſt de verbo dominus eſto, vt l.
his verbis. ff. de hære. inſtit. nam verbum dominij ſem
per intelligiẽ de directo. l. j. ff. ſi ager vecti. vel emphy-
12 teu. petatur. †Sed quid de verbo lego, an ſit directum,
ita ꝙ ſubſtitutio facta per hæc verba, quandocunque
filius meus deceſſerit lego omnia bona mea Titio, ſit
directa vel indirecta, ſeu obliqua. & Bar. in d. l. centu
rio, tenet ꝙ non eſt verbũ directum aptum ad inſtitu
tionẽ hæredis. l. mulier. §. fi. ff. ad Treb. quẽ ibi ſequi-
tur Imo. & hic. & Bal. Ang. & Imol. in l. cùm ex filio.
§. j. ff. de vulga. & pupil. vbi dicunt, ꝙ eſt verbũ obli-
quum. idem tenet Imo. in repe. l. j. § ſi ex fundo. ff. de
hære. inſti. & d. l. his verbis. eo. tit. referens ibi Salice.
ita tenuiſſe in l. fi. C. famil. erciſ. idem Ang. & Imo. in
d. l. mulier. §. fi. vbi de hoc eſt text. ſecundum Alex. in
d. l. centurio. licet Bal. in d. l. fi. ff. famil. erciſ. voluerit
tenere, ꝙ ſit directũ: quãdo ad omnia referẽ bona per
tex. in c. Raynaldus. j. eo. qui nõ obſtat. quia ibi ver-
bum legauit, non fuit prolatũ à teſtatore, ſed à papa,
& ponitur ibi impropriè, prout refertur ad patruos
hæredes, ſecundũ glo. ibi. & in c. ſi pater. eo. titu. libro
vj. Vel poteſtis dicere & melius, ꝙ ibi verbũ legauit,
de ſeipſo nõ importaſſet inſtitutionẽ vel ſubſtitutio-
nem directã, ſi teſtator aliud non adieciſſet, per quod
apparebat, ꝙ volebat illud verbũ importare inſtitu-
tionẽ directã: prout ibi apparet, ex eo quia teſtator pa
truos quibus bona legauerat, appellat hæredes. Vnde
per ſequentia declarantur præcedentia, & econtrà l.
ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. ſecundum Anto. de
Butri. ibi in eodem c. Raynaldus. Or teſtator indubi-
tanter dare poteſt ſignificationẽ verbis, qualẽ volue-
rit, vt ſtatim dicã. ad l. verbis legis. ff. de verbo. ſigni.
plenè reſpondet Bar. in d. l. cẽturio. vel aliter vt ipſe-
met in l. j. ff. de leg. j. nec etiam verbum lego, eſt com-
mune ſecũdum Bar. vbi ſuprà. & clarius tenet ibi Ale
xan. ergo erit obliquum, niſi teſtator aliud ſentiret, vt
dictum eſt l. quoniam indignum. C. eodẽ. vt plenè per
13 Alex. in d. l. j. ff. de lega. j. in princ. †Similiter ad co-
gnoſcendum verba indirecta & obliqua, & per conſe
quẽs ſubſtitutionẽ indirectam dantur quinque regu-
læ. Prima regula eſt, quòd omne verbum requirens al
terius factum ad transferendum ius in alterum, dici-
tur obliquum. Secũda regula eſt, quòd omne verbum
quod importat tale ius, ex quo hæreditas adiri nõ po-
teſt, nec bonorũ poſſeſsio peti, eſt verbũ indirectum
& obliquum. Tertia regula eſt, quòd omne verbũ per
quod immediatè nõ ſucceditur teſtatori eſt obliquũ.
Quarta regula eſt, quòd nullum verbum eſt ita dire-
ctum, ꝙ ſi fuerit in alterius miniſterio poſitum, nõ ef
ficiatur obliquum. ff. ad Trebel. l. ex facto. in princip.
Quinta regula eſt, quòd capere de manu alterius in re
ſtitutione iuris cõpetit ſubſtituto fideicommiſſario.
ſed mera reſtitutio facti quæ competit ius habẽti per
ſe, conuenit ſubſtituto directo. l. inter omnes. ff. qui ſa-
tiſda. cogan. modò videamus exempla de his verbis
indirectis & obliquis. & dico quòd qñ teſtator vtitur
verbis detur, aut reſtituatur, ſubſtitutio eſt obliqua &
fideicõmiſſaria. Talia enim verba vel ſimilia alterius
miniſteriũ includentia ſeu importantia, ſunt obliqua
per iam dictas regulas, vt plenè per Bar. in d. l. centu-
14 rio, in quinta principali quæſtione. †Poſtremò ad co
gnoſcendum verba communia duæ à magiſtris tradũ
tur infallibiles regulæ. Prima eſt, quòd omne verbum
generale, quod æquè propriè ſtat ſub directa ſigni-
ficatione & obliqua adiectum vniuerſitati, eſt com-
mune,



mune. ſed ſi adiiciatur ſpecialitati, eſt obliquum. l. co-
gi. §. generaliter. ff. ad Trebel. vbi plenè per Dynum.
Secũda regula eſt, ꝙ omne verbũ, quod quãdoq; re-
peritur in ſignificatiõe directa, & quãdoq; in ſignifi-
catione obliqua, eſt cõmune: q̃a eius ſignificatio cõ-
petit pluribus ſpeciebus ſubſtitutionũ. verbi gratia.
ſi teſtator vtatur verbo remaneat. l. ſi cùm ante. C. de
dona. ante nup. aut verbo, redeat. l. ſi duobus. ff. de ſta
tulibe. aut verbo, reuertatur. l. j. ff. de dona. ſeu verbo,
deuoluatur. l. ij. ff. de alimen. & ciba. leg. item in ver-
bo deueniat, aut verbo, perueniat: nã hæc verba ſunt
15 communia. †Niſi apponeretur dictio, eo ipſo: vt pu-
tà ſi teſtator diceret, ſi filius meus deceſſerit ſine hæ-
rede, eo ipſo bona perueniãt Titio. quia tunc ex ipſo
adiũcto verbum perueniat, efficitur directum: quia
exponitur eo ipſo, id eſt, ſine aliquo hęredis obſtacu-
lo vel adminiculo. & ita eum exponit Archi. in c. cũ
qui. de præben. libr. vj. idem de verbo pertineant, vel
reuertantur, quia ſunt communia. l. j. & iij. C. de pac.
inter empto. & vendi. conuen. quod eſt verum, niſi ta
lia vel ſimilia aut obliqua verba conciperentur ante
aditam hæreditatem. putà quia teſtator dixit: ſi inſti-
tutus non erit hæres, volo hęreditatem pertinere Ti-
tio, vel ad ipſum reuerti. nam tũc ſubſtit. eſſet directa
16 ſecundum Paulum ibi: licet Cynus contra. † Idem
de verbo ſuccedat. hîc in tex. poſito, quod eſt commu
ne, cũ quadã tamẽ diſtinctione: ꝙ aut refertur ad res
principaliter, & ſecundariò ad perſonas diſponendo
de bonis. putà ſi dicat teſtator, quãdocũq; filius meus
deceſſerit, bona mea ſuccedãt Titio: vel ꝓfertur im-
perſonaliter, vt quãdocũq; deceſſerit, ſuccedat talis.
ita ꝙ nõ dicitur ſuccedat filio meo: tunc eſt verbum
quod ratione adiũcti & connexi frequẽter interpre-
tatur obliquũ, vt hîc in tex. noſtro: vbi ratione illorũ
verborũ, ſi abſq; liberis moreretẽ, verbũ ſuccederẽt,
fuit interpretatũ obliquum & indirectũ, vt ibi vide-
bimus: præſertim in materia compendioſæ ſubſtitu-
tionis. Si autẽ verbũ ſuccedat, refertur ad perſonas,
vt quia teſtator dixit: quandocunque filius meus de-
ceſſerit, Titius ſuccedat filio meo. & ſic principaliter
diſponit reſpectu perſonæ: ſecundariò verò reſpectu
bonorum, tunc eſt verbum directum. Nam per fidei-
commiſſariam ſubſtitutionem, non ſucceditur hære-
di inſtituto, ſed teſtatori. l. cohęredi. §. cùm filię. ff. de
vulga. & pupil. Vnde ſi alia verba non reſiſtant, hæc
ſubſtitutio eſt directa. ita eleganter in loco ſatis pere
grino decidit Bal. iam dictas tradens regulas in l. fi.
C. de ſac. ſan. eccl. videatis eundem in rubri. C. de im-
17 pube. & aliis ſubſti. † Notabiliter ſubiungentem in
d. l. fi. C. de ſac. ſanct. eccle. ꝙ non ſolùm lex, ſed etiã
cõſuetudo in ſuo municipio dare poteſt intellectum
& quendam modum ſignificandi vocabulis, vt ſcili-
cet ſint directa vel obliqua, vt not. in l. librorum. §. ꝙ
tamen Caſsius. ff. de lega. iij. & d. l. quoniã indignũ.
vbi tex. de hoc no. C. e. facit l. Labeo. ff. de ſupellecti-
li legata. Sed quia prima facie ſtandũ eſt propriæ ver
borum ſignificationi: allegans mentem teſtatoris ali-
ter ſe habuiſſe, teneretur illud ꝓbare, ſecundũ Bald.
in d. cõſilio ſchiſmatis. Et ſi mens teſtatoris probare-
tur alia fuiſſe, quã verba ſonent, tunc potius ſtaretur
mẽti & intentioni ipſius, quàm proprio ſignificato
verborũ. Circa quod videatis quæ dixi ſuper verbo,
*In eodem teſtamento relinquens.* In quinta principali
limitatiõe. Nã ſi teſtator voluerit, ꝙ ſubſtitutio ver-
bis obliquis cõcepta trahatur ad directam, erit dire-
cta. l. quærebatur. ff. de teſta. mili. ſecundũ omnes ibi,
vbi Bar. inter cæteros infert, ꝙ ſi teſtator dixerit: vo-
lo, ꝙ hæreditas reſtituatur per vulgarẽ aut pupilla-
rem ſubſtitutionẽ Titio: tunc talis ſubſtitutio dicetur
directa, attento quòd dictas expreſsit ſubſtitutiones
quæ ſunt directę. Similiter decidit Bal. in d. l. humani-
tatis. C. de impu. & aliis ſubſtit. quòd ſi teſtator dicat:
quãdocũque filius meus deceſſerit, Titio hæreditatẽ
reſtituo: licet verbũ reſtituo, ſit obliquum. l. cohære-
di. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pupil. Tamẽ in caſu prę-
dicto erit directa ſubſtitutio: quia talis dicẽ mẽs te-
ſtatoris fuiſſe, ex quo ipſemet cõfert immediatè hæ-
reditatẽ Titio ſine miniſterio hæredis. Vnde ſi eſt fa-
cta mẽte capto, valebit vt pupillaris, vel vt vulgaris,
aut exẽplaris, quæ ſunt directæ. Et idẽ dicit ibi Bald.
ſi teſtator dixerit: Si filius meus hæres non erit, hære-
ditatẽ reſtituat Titio. Nam erit directa vulgaris, nõ
fideicõmiſſaria. Quia hoc verbum, reſtituat, hoc ca-
ſu importabit facti reſtitutionẽ, non iuris, vt d. l. in-
ter omnes. iuncta glo. ff. qui ſatiſ. cog. Et licet Guliel-
mus de Cug. in d. l. precibus. contrariũ tenuerit: tamẽ
Alex. in d. l. j. & l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pup.
tenent cum Bal. Quia cùm dicta verba ſint dubia, in
tali dubio debet ſubſtitutio interpretari directa vul-
garis ſecundum glo. ſingulariter in d. l. verbis ciuili-
18 bus. †Poſtquam ergo teſtator ita voluit, parendũ eſt
ſuæ voluntati, potius quàm inſiſtendũ verborum in-
terpretationi. Cùm plus attendi debeat ſignatũ, id eſt
intentio teſtatoris quàm ſignũ, id eſt quàm verba, vel
ſcripta, quæ nõ ſunt niſi notæ earum quæ ſunt in ani
ma paſsionũ ſecundum Philoſo. in lib. Peri ermenias.
Hinc dicitur Iob. iiij. Conceptum ſermonẽ quis reti-
nere poterit? quaſi dicat nemo. quia lingua apta nata
eſt exprimere mentis conceptũ. Cùm enim manife-
ſtus eſt ſenſus teſtatoris, verborũ interpretatio nuſ-
quã tantũ valet, vt melior ſenſus exiſtat, dicit textus
in l. ſi quis filiũ. in fi. C. de libe. præte. & in l. pedicu-
lis. §. Labeo. ff. de auro & argen. lega. dicitur, quòd nõ
mutat ſententiam rerum non neceſſaria verborũ in-
terpretatio. quia ad intentionẽ quæ eſt ſententia ſem-
per recurritur. Vnde Hieronymus in epiſtola ad Ga-
lat. Non putemus, inquit, in verbis ſcripturarum eſſe
euangelium, ſed in ſenſu: nõ in ſuperficie, ſed in me-
dulla, nõ in ſermonũ foliis, ſed in radice ratiõis. j. q.
j. Marchion. Nam voluntas plus quã verba intuenda
eſt, dicit tex. in l. cùm virum. C. de fideicõ. Et Impera
tor in l. cùm quęſtio. in fi. C. de legat. In omnibus, in
quit, teſtatoris volũtatem quæ legitima eſt, dominari
cenſemus. Ideo ſcribitur Prouerbiorum xix. Qui tã-
tũ verba ſectatur, nihil habebit. Qui autẽ poſſeſſor
eſt meritis, bona reportabit. Quia ſecundũ Bal. in j.
Imperator. la. j. ff. de ſta. homi. virtus humanorum a-
ctuum non ſtat in vno modico atramento, ſed in eo
quod maximũ eſt, ſcilicet in mẽte hominis, quæ ſpi-
ritus literæ dicitur diſpoſitionẽ viuificans. Quã litera
ſæpe occideret, ſi ſequeretur, iuxta illud Apoſtoli ij.
ad Corin. iij. Litera occidit, ſpiritus autẽ viuificat, id
eſt intellectus literæ eam viuificat, & vigor illius &
vita dicitur, ſecundũ Bald. in l. cõmiſſoriæ. C. de pac.
inter empto. & vendi. conuen. Et nõ immeritò, quo-
niã volũtas teſtatoris vel alterius cuiuſlibet diſponẽ-
tis cẽſetur regina, ideo dominatur verbis, cum melius
ſit & rationabilius verba deſeruire intentioni, quàm
econtra. l. in cõditionibus primũ locum. ff. de cõd. &
demõ. facit tex. no. in l. Publius. illo eo. titu. Nam iu-
ra inſunt ſenſibus, & non verbis. ſecundũ Bal. in Au-
then. defuncto. C. ad Tertyl. per. l. ij. in fi. C. cõmunia
de lega. ideo ſenſus ſequẽdus eſt, ne dum proprietas
verborũ attẽditur, ſenſus veritatis amittatur. c. præ

tereà.de verb.ſigni.Vnde alibi egregiè dicit tex.in c.
ſedulò. xxxviij. diſt. ſententias ita eſſe præponendas
verbis,vt præponitur animus corpori. Hinc dicebat
Bal.in l.fi.C.de neceſſa.ſeruis hære.inſt. ꝙ lex pede-
tentim voluntatē ſequitur teſtatoris,ſicut canis lepo-
rem.& in d.l.quoniā indignū. C. de teſtam. dicit idē
Bal.ꝙ de qualitate verborum nō eſt curandum, dum
modo conſtet de voluntate loquētis. Et idem Bal. in
c.mandatum. de reſcri.os aureum ſibi innatum diui-
nitus aperuit: mēs,inquit, eſt radix verborū, & ſub-
ſtantia prima:& cor eſt Imperator linguæ quā habet
ſub ſua iuriſdictione ſicut mancipium. Cedit enim
lingua cordi, & ſub iugo mētis verba cōſiſtunt, tan-
quā ſub ſuo vero originali. Et idem puto ſeruādum
in cōtractibus & quibuſcunq; aliis diſputationibus,
vt etiam in eis verba menti cōtrahentium cedant, vt
eſt pulcher tex.in l.fi.C.quæ res pigno. obli.poſſunt.
19 ✝Si ergo præmiſſa operatur mens & voluntas teſtato
ris,ſcilicet ꝙ verba alterētur,ſic etiam hoc facere po
terit patriæ vel ciuitatis conſuetudo,& communis v-
ſus loquēdi. Conſuetudo enim optima eſt legum ac
verborum interpres.c.cùm dilectus.de conſue.& l.ſi
de interpretation.ff.de legi.Et cōmunis vſus loquen-
di proprio præfertur ſignificato:vt d.l.Labeo.& tex.
no.ij. q.vij.c.quanquā.ibi, ſecundū vocabula quæ v-
ſus obtinuit.quē ibi ad hoc pōderat Dominicus.Fa-
cit tex.in c.quāuis omnes.de verb. ſig.ibi, vſus tamen
obtinuit.& inſti. qui dari tutores teſta. poſſunt. pro-
20 pe fin.iuncta gl.ibi in verbo, appellātur.✝Nā omnis
intellectus nō conſonās vulgi auribus,eſt extraneus,
& per conſequens non tenēdus,ſecundū Bal. in ver-
bo,opizoni.in tit.de pace Cōſtan.ideo dicebat Imo.
in c.inter corporalia.§.ſed neque.de tranſla. epiſco.
quòd ſi à cōtrahentibus proferātur verba, quæ vnus
ipſorum intelligit vno modo, & alius alio modo,ille
ſemper prȩualebit intellectus habens pro ſe cōmunē
vſum loquendi,etiam contra propriam verborū na-
turā. Nam in omni diſpoſitione quantūcunq; odio-
ſa & reſtringibili ſemper facere debemus interpreta-
tionem ſecundū communē vſum loquēdi in illo lo-
co ſecundum glo.in c.nonnulli. de reſcri. Ioan.And.
in nouel.in c.fundamenta.de electio.lib.vj.& Bar.in
l.nō dubium.C.de legi.& in l.omnes populi.ff.de iu-
ſti.& iure.& Panor.s.in procœ.iiij.col.& in c. nam &
21 tex.de verb.ſigni.& in c.per tuas.de proba.dicit, ✝ ꝙ
etiam in diſpoſitione ſtatutaria communis vſus lo-
quendi proprio præfertur ſignificato vocabuli, etiā
ſi ſtatuto caueretur, ꝙ verba ſtatutorum intelligan-
tur prout iacent. Quoniam adhuc eo caſu dictam re-
cipiunt à communi vſu loquendi interpretationem,
ſecundum Iaco.Butr.in procœ.ff.quem ſequitur An-
to.de Butri.& Pan.in d.procœ.& Bart. in d.l. omnes
populi.vj.principali quæſtione.de quo. Petr. de An-
cha.conſi.cccclxxiij. incip.Viſo puncto.& idem eſſet
ſecundum Bal.in d. l. omnes populi. quanuis ſtatuto
caueretur, ꝙ ſtatuta deberent ad literā intelligi quo
etiam caperent interpretationem à communi vſu lo-
quendi.Idem dicit Bal.in l.de quibus.ff.de legi. & in
l.data opera.C.qui accuſa.non poſſunt.licet ipſe aliis
verbis vtatur. in l. ij. C. de patribus qui filios diſtra.
Ad quod videatis Bar.in d.vj.q.in d.l.omnes verò.&
Imo.in l.Cæſar.ff. de publician.Si autem ſtatuto ca-
ueretur, ꝙ verba deberent intelligi ſecundū propriā
ſignificationem, tunc locum non haberet communis
vſus loquendi ſecundū Bar.in d.l.Labeo. quia com-
munis vſus loquendi non eſt propria ſignificatio, vt
ipſe latè probat, quod multum not.Ludou. ſingula.

ccccxxvij.inci.Cōmunis doctrina.facit quod not.Sa-
li.in l.cū in antiquioribus.C.de iure deli.& idē ſi di-
ceremus:ſi ſtatuto caueretur, ꝙ ſtatuta intelligantur
nullo extrinſecus addito, ſecundum Iaco.Butr. in d.
procœ.quē etiā in hoc ſequuntur Ant.de But. & Pan.
s.in procœ.& ſentit Bart.in d.l.Labeo.& Bald.in d.l.
22 omnes populi.✝Et ad cognoſcendū communē vſum
loquēdi attēditur maior pars ciuitatis vel loci ſecun-
dum Panor.in c.ex parte de cenſibus. iuncta gloſ.ibi
in verbo,primo caſu.quam dicit ad hoc not.& etiam
attēditur ꝙ talis cōmunis vſus loquēdi receptus ſit à
perſonis plus in ciuitate vel loco intelligentibus. Si
autē eſſet receptus à ruſticis,aut vilibus, & omnino
idiotis perſonis:talis vſus loquendi non attenderetur
cōtra propriam verborum ſignificationē & naturā.
Quia iura ſapientū & ſtatutorū deturpari nō debent
per ora ruſticorū & idiotarū,ſecundū Bal.ſingulari-
ter in c.j.de ſucceſ.feu.& in l.ij.verſic.nec puto.C.de
ſucceſ.edicto. in quibus ſeu eorū ſenſu non cadit va-
rietas nec veritas aut differētia vocabulorum,vt dicit
23 gl.in l.ꝙ ſi nepotes.ff.de teſta.tute. ✝Tales enim lo-
quutiones ruſticorum & imperitarum perſonarū nō
ſunt propriæ.ſed abuſiuæ.dicit tex. in l.item prætor.
§.j.ff.de ſuis & legi.hæred. & ita etiā intelligitur tex.
in l.ita vulneratus.§.j.ff.ad legē Aqui.& tex.no.in l.
ſi dictū.§.j.ff.de euic.ibi.non tamē vt vulgus opinaẗ
ſatiſdare debet:nam verificādi ſunt ſermones ſecun-
dum communē opinionē intellectū habentiū, ſecū-
dū Bal.in l.j.C. de ſeruis fugi.per text. in l.ſi ita quis.
in fi.ibi ꝙ vtiq; nemo ſanus probauit.ff. de euicti.ꝓ
dicto Bal.facit tex.in c.ex literis.lo.j.de ſpōſa.ibi. &
cogatur vterq; verba ꝓlata in eo ſenſu retinere, quē
ſolent rectè intelligētibus generare. Ad talem enim
inſenſatam vulgi opinionē & aſſertionē cauſari nō
debet cōmunis vſus loquendi, cùm de ipſa nō ſit cu
randum,arg.eorum quȩ no.in c.ad noſtram de pro-
ba.iuncta gl.j. nam ſæpe contingit, quod qui magis
indiſcretè & irrationabiliter loquitur, inter fatuos
magis acceptus habeatur, vt qui plurimum in maio-
ri numero quàm ſapiētes exiſtunt.iuxta illud Eccle-
24 ſiaſtes j. Stultorum infinitus eſt numerus. ✝ Vnum
tñ no. præfati Doctores, ꝙ ſicut verba quarūcunq;
diſpoſitionū interpretātur ſecundū cōmunem vſum
loquēdi,ita etiā verba legū quātumcūq; à peritis cō-
ditarū vbi in loco cōditȩ legis talis vſus loquēdi cō-
munis viget à maiori parte populi emanatus, vt di-
ctū eſt. Quē quidē cōmunē vſum loquēdi qui alle-
gat illū probare tenetur.& difficile eſt ipſum proba-
re ſecūdū Ioā.de Anania in c.j.de ſagitta. nā ad illū
probandū nō ſufficeret teſtes deponere, ꝙ ſic cōmu
niter dicit. ſed debēt deponere ſe ita cōmuniter dici
audiuiſſe,aliâs nihil cōcluderent, tanquā de proprio
ſenſu deponentes,ſecundū Bar.in d.l.Labeo.ff.de ſu
pel.leg.& Bald.in l.de quibus.circa finē.ff.de legi.&
plenè per dominū Anto.de Butri.in repe.c.fi.de cō-
ſue.vlt.col.de cōmuni vſu loquendi,vtendi.& intelli
gēdi,& qualiter debet ꝑ aduocatū articulari,& pro-
bari:& quāto tēpore inducit̃, ponit Bar.plenè in d.
l.Labeo.quē videatis per vos, cū nō ſit materia no-
25 ſtra.imò vobis ſufficere debet ad prȩſens.✝quòd ver
ba ſubſtitutionum de quibus hîc loquimur,iudican-
tur directa,obliqua vel communia ex eorum natura
& ſignificatione propria:aliquādo verò ex teſtatoris
volūtate ꝑ ipſum declarata:& interdū ex parte loci,
aut villæ,ſeu ciuitatis conſuetudine, vel cōmuni vſu
loquēdi à peritis & literatis ſumpto, potius quàm à
ruſticis.q̃a varietas dicēdi eſt in ſermone literali, &
non in



non in vulgari locutione:ideo non cadit vt dixi,in i-
diotā,qui neſcit niſi vulgare.Attamen ſi in teſtamēto
idiotȩ vel alia eius diſpoſitione in ſcriptis redacta re-
perirētur talia verba,quæ in ignarum non cadūt,de-
berent intelligi ſecundū interpretationē legum,quia
præſumendū eſt, ꝙ notarius ſcribendo inſtrumentū
appoſuit verba voluntatem teſtatoris importantia.
26 ✝ Vnde verba notarij etiam inter idiotas inſtrumē-
tum conficientis,ſunt ſecundum iuris interpretatio-
nē ſemper interpretanda,& intelligēda, vt clarè de-
cidit Bar.in d.l.quod ſi nepotes.quā ſimul legit cum
l.ſi quis filiabus.ff.de teſt.tutela. quē ſequitur Ange.
in §.ſi quis filiabus.inſtit. qui dari tutores teſta.poſ-
ſunt.per l.j.C.de vſuris.& l.ſciendū.ff.de verb. obli.
& l.j.C.de contrahen.ſtip.& Bal.in l.lege xij.tab.C.
de legiti.hæredib.dicit ꝙ ſecundum cōmunem vſum
loquendi interpretari debemus ſermones prolatos in
vulgari, ſed prolatos in literali ſermone debemus in
terpretari ſecundū artem literarū,vel ſecūdum groſ
ſum modum loquendi literaliter.ff.de leg.iij. l.libro-
rum.§.quod tamen Caſsius.& not. per Cy.in l.ſi cū
ante. C. de donatione ante nuptias. quæ omnia ſunt
notanda pro intellectu dicendorū in ſequēti notula.

Vnum tamen mente tenebitis, quod tetigi ſuprà.
Quòd vbi verba ſubſtitutionis ſūt dubia, ita quòd ex
eorum cōſuetudine aut ſignificato vel cōi vſu loquē
di vel teſtatoris volūtate nō poteſt apparere, an ſint
directa vel obliqua, ſemper in dubio intelligitur ſub
ſtitutio directa per tex.no.vbi Sali. & Fulg.in l.fi.C.
de hære.inſti.Nam ibi teſtator dicendo:Sempronius
Plocij hȩres eſto,potuit videri grauaſſe Plociū inſti-
tutū,vt hȩreditatē reſtitueret Sēpronio. & tamē Im-
perator ibi interpretatur, quòd ſubſtituerit directo:
ꝓut etiā de hoc eſt tex.clarus in d.c.ſi pater.eo.ti.lib.
vj.Nā verba in dubio debēt intelligi in potiori ſigni
ficato.l.j.§.qui in perpetuū. ff.ſi ager vectig.vel em-
phyt.petatur.& ꝙ in dubio interpretetur ſubſtitutio
directa,tenet glo.in d.l.verbis ciuilibus.ff. de vulg.&
pup.ꝑ tex.in d.l.fi.dicēs,ꝙdubia ſubſtitutio interpre
tatur directa:quod eſt notandum.De his verbis dire-
ctis,obliquis,& cōibus videatis per Bar.& alios in d.
l.centurio.& Ang.in §.extraneo.inſt.de pupi.ſubſti.

*S V M M Æ.*

1 ☞ *Hæreditatē reſtituere grauatus,intelligitur ſi abſq; liberis deceſſerit.& nu.2.*
3 *Teſtator præſumitur charitatem in filium continuare ad nepotem.*
4 *Amicus intimus eſt quaſi ſuus hæres.*
5 *Amicus ſine mandato agit in iudicio.*
6 *Amicitia intima plus operatur quàm conſanguinitas.*
7 *Filij hæredis quando non excludant ſubſtitutum.*
8 *Baſtardi hæredis non excludunt ſubſtitutum.*
9 *Baſtardi non veniunt appellatione filiorum, vbi agitur de honore vel commodo.*
10 *Adoptati vel arrogati ab hærede nō excludūt ſubſtitutū*
11 *Subſtitutus non excluditur per hæredis liberos ſi purè vel in diem certam rogatus eſt reſtituere.& nu.12.*
13 *Subſtitutus nō excluditur à liberis hæredis ab inteſtato ſuccedentis ob præteritionem.*
14 *Subſtitutus non excluditur à filio hæredis,qui ſimul cum alio fuit inſtitutus.*
15 *Filius hæredis non excludit ſubſtitutū in re particulari.*
16 *Filius hæredis incapax nō excludit ſubſtitutū. & nu 17.*
18 *Franciſcanus hæredis filius non excludit ſubſtitutum.*
19 *Filius hæredis de ordine prædicatorū excludit ſubſtitutū*
20 *Filius hæredi nat⁹ nō excludit ſubſtitutū,ſi exhæredetur.*
21 *Exhæredatus habetur pro mortuo ad ſuum commodum, non alterius.*
22 *Filius hæredis non excludit ſubſtitutum, quando tertius eſt grauatus hæreditatem reſtituere.*
23 *Pia cauſa ſubſtituta an excludatur ſuperuenientibus liberis.nume.25.*
24 *Legata quando reuocentur ſuperuenientibus liberis.*
26 *Confeſſio facta parte abſente quando valeat.*
27 *Relicta pro exoneratione conſcientiæ debentur non adita hæreditate.*
28 *Confeſſioni teſtatoris iuratæ quando non ſtetur.*
29 *Gabella non ſoluitur de relictis pro malè ablatis,quanuis de omnibus legatis ex ſtatuto ſoluatur.*
30 *Relictum pro malè ablatis non reuocatur per condemnationem capitis.*
31 *Pœnarum incurſarum ſolutio non onerat conſcientiam exequutoris teſtamenti.*
32 *Pœnæ non debentur in foro conſcientiæ.& nu.33.*
34 *Malè ablata per teſtatorem debent prius reſtitui quàm malè ablata per hæredem.*



Sed quia ſubſtitutiones tales, præſer-
tim quȩ deſcendentibus fiunt,ſæpe ac frequenter ſub
conditione liberorum non exiſtentiū à teſtatoribus
expediuntur,cum & ſi hoc non fieret nec exprimere
tur,adhuc in dubio prȩſumeretur teſtatorem noluiſ-
ſe alienam ſobolem præferri ſuæ, ſicut præferri no-
luit noſter Raynutius.l. cùm auus.ff.de cōdit. & de-
monſtra.& l.cùm acutiſsimi.C.de fideicommiſ.ideo
ſubditur in textu.

*Si abſque liberis moreretur. 1.*

ETIAM ſi hæc clauſula in teſtamē-
to Raynutij adiecta non fuiſſet, ſub-
audiebatur,& ſubintelligebatur. Nā
1 ✝ quoties aliquis de aſcendentibus a-
liquem liberorum grauat de reſtituen
do hæreditatem poſt mortem grauati, nunquam vi-
detur rogatus, ſi tempore mortis ſuæ liberos reli-
querit ex proprio ſemine deſcendentes. Liberi enim
ſuperſtites ſemper ab onere reſtitutionis liberantur,
quia charitas liberorum ſemper reſtringit verba in-
definita fideicommiſsi,ita quòd tacita conditio ſub-
intelligatur à lege, vbi grauamen de hæreditate re-
ſtituenda filiis imponitur, aut deinceps poſteris poſt
mortem eorum, vt quantumcunque poſt eorū mor-
tem fuerint ſimpliciter rogati, ſemper intelligantur
rogati ſi deceſſerint ſine liberis. Quoniam ex arden-
ti deſiderio parentum erga liberos pater grauans
ſemper præſumitur noluiſſe alienam ſobolem præ-
ferri ſuæ poſteritati. Quia ordinata charitas præfert
ſuos exteri nationi. Cùm veroſimile non exiſtat,
quenquam velle alienam ſucceſsionem ſuæ proli
præferre. Vnde ſi filius à patre vel nepos ab auo
matre vel auia, & deinceps in infinitum de reſtituen
2 do hæreditatem grauatus fuerit poſt mortem, ✝ ta-
lis reſtitutio ita demum locum habebit, ſi taliter
grauatus tempore mortis ſuæ liberos non habuerit.
l.cùm auus.ff. de condit. & demonſtr. & l. cùm acu-
tiſsimi.C. de fideicomm. Quod eſt verum, ſiue ro-
gatus fuerit de reſtituendo totam hæreditatem, vt d.
l.cùm auus.& l.cùm acutiſsimi. ſiue reſtituēdo par-
tem hæreditatis vel aliam rem particularē, vt eſt tex.
ſing.in l.generaliter.§.fi.C.de inſtit.& ſubſti.& ſiue

grauatus fuerit in teſtamento vt dictū eſt, ſiue in do-
natione cauſa mortis, vt dicit glo. ſingularis in l.j.C.
de dō.cau.mor. Prætereà ſimiliter locū ſibi vēdicat,
ſiue ille grauatus de reſtituēdo fuerit de liberis natu-
ralibus & legitimis, ſiue naturalibus tantū. Quia ba-
ſtardus à patre vel auo reſtituere rogatus relictum,
quod de iure capere poteſt. (De quo plenè habetur
ſuper verbo, *& vxorem*. in ij. prin. artic. ſucceſ. ab in-
teſtato.) Ita demū reſtituere cogitur & tenebitur, ſi
moriēdo liberos nō habeat, vt ſingulariter deciditur
per tex. in d.l. generaliter. §. fi. nam licet nō dicat te-
ſtator, ſi filius vel nepos deceſſerit ſine liberis, tamen
lex hanc clauſulā ſubintelligit. quia lex coniecturat,
ꝙ teſtator prædilexit ſuā poſteritatē, quàm ſubſtitu-
tum, vt d.l. cùm acutiſsimi. Plus dicunt Doct. ꝙ præ-
miſſa etiā locum habent, ſi filius emācipatus rogetur
reſtituere hæreditatem. Quoniam intelligitur ſi libe-
ros in poteſtate vel emācipatos tempore ſuæ mortis
non habuerit, cùm in hoc non inſpiciatur patria po-
teſtas, ſed ſola naturalis coniunctio, quæ pōderatur
in d.l. cùm acutiſsimi. Ex quo ſequitur, ꝙ liberi pro-
creati ab hærede deſcendēte reſtituere grauato ſub-
ſtitutū excludūt, etiam ſi talis ſubſtitutus ſit de filiis
teſtatoris: putà, quia pater vnū de filiis ſuis alteri fi-
lio poſt mortē ſubſtituit. Quo caſu filius filij hęredis
inſtituti ac hæreditatē paternā reſtituere grauati ex-
3 cludet patruū ſuum. † Quia teſtator præſumitur eā
charitatem quam ad ſuū habuit filiū, continuare vo-
luiſſe ad nepotē ex eo deſcendentem. Et idem in aliis
deſcendentibus vlterioribus ſecundū Bal. ibi & Bar.
in d. l. cùm auus. vbi de hoc eſt tex. no. & ſic proles
filij grauati excludit nedū extraneos ſubſtitutos, ſed
etiā alios quoſcūq; cōſanguineos ſubſtitutos. Quod
ſequitur Imo. & poſt eū Ludo. in d.l. ſi cui. ff. de do.
cau. Plus dicit Barba. in d.l. cùm acutiſsimi. ꝙ diſpoſi
tio illius legis habet locū etiā in tranſuerſali hærede
inſtituto hæreditatē reſtituere grauato, putà ſi frater
fratrem inſtitutū hæredem grauauerit reſtituere hæ-
reditatem. Quia intelligitur, niſi liberos habuerit, vt
probat multis rationibus, per quas idem conſuluit in
ſecunda parte conſi. xviij. inci. Clementiſsimi Dei pa
tris. vbi contra cōmunem opinio. concludit idē eſſe
in collatera. quod in deſcēdētibus: ſuper quo cogita-
4 bitis. † Plus aperta fronte dicunt aliqui moderni,
quod eſt mirabilius ſummè hanc materiā amplians,
ꝙ ſicut ſoboles filij à patre grauati reſtituere hæredi
tatē excludit ſubſtitutum, per d.l. cùm acutiſsimi. ita
etiā ſoboles amici in teſtamento ſui amici grādi ami
citia coniuncti hæredis inſtituti, & reſtituere hæredi
tatē grauati, ſubſtitutū excludet. Nā diſpoſitio dictæ
l. cū acutiſsimi. loquēs in ſuis, etiā militat in talibus
amicis intimis, qui continentur appellatione ſuorū,
ſecundū glo. ſingu. in l. ij. C. in qui. cau. colo. cenſi. ve.
5 lib. xj. vnde dicebat Cy. in l. exigēdi. C. de procu. † ꝙ
ſicut cōiuncta perſona in iudicio ad agendū admit-
titur ſine mādato pro cōiuncta perſona, ſic amicus
pro intimo amico. Pariter dicit Bal. in l. ſi iure. C. de
teſta. manumiſ. poſt gl. ibi ꝙ ardor liciti amoris clau-
ſulam operatur codicillarem, per gl. ibi, & in l. in te-
ſtamento. ff. de fideicom. liber. & Bar. in l. Titia. ff. de
verb. oblig. æquiparat magnū amicū coniuncto. & in
l. hæres meus. §. fi. ff. de condi. & demōſt. pro quo fa-
cit quod ſcribitur Prouer. xviij. in fine. vir amicabilis
ad ſocietatem magis amicus erit quàm frater. Tamen
ad præmiſſa inducendū non ſufficeret quælibet ami-
citia, ſed oportet ꝙ eſſet præcipua per tex. in ca. niſi
ſpecialis. ſuprà de offic. lega. vbi loquitur de ſpeciali
dilectione, id eſt præcipua & eleganti. & ita ibi in ij.
col. tenet Barba. & in repeti. d.l. cùm acutiſsimi. & in
6 c. Raynal. cxviij. col. & ſequitur ĵ. eod. & † ſic intima
amicitia plus operatur quā cōſanguinitas, aut cōiun-
ctio aſcendentiū vel collateralium, vt patebit ex nūc
dicendis in j. limitatione. Non igitur immeritò Cice.
in lib. de amicitia: Ego autē, inquit, in tantū vos hor-
tari poſſum, vt amicitiā omnibus anteponatis rebus.
& Seneca in ſua quadam epiſtola: Quid, inquit, dul-
cius quàm habere amicū, cum quo omnia audeas lo-
qui, ſicut te ipſum ipſo? Nā duorū amicorū idē eſt ani-
mus ac eadē voluntas, aliâs amicitia eſſet ficta. cōtra
illud Hie. in epiſt. ad Ruffi. presbyterū, Amicitia, in-
quit, vera quod ſentit, diſsimulare non debet, cū ami
cus ſit alter ego. Vnde Sene. lib. vj. de benefi. Neſcis,
inquit, quantū ſit amicitiæ pretiū, ſi nō intelligis te ei
daturū quē diligis, prout exēplo nobis tradidit Chri
ſtus, qui ſe turbę duodenę dedit ſuis manibus. & Ioā.
poſtquā ad diſcipulos dixiſſet, Lazarus amicus no-
ſter dormit, veniēs ad locū ſuper eo fleuit, atq; ipſū
à morte ſuſcitauit. Et ꝙ iura loquētia de cōiunctio-
ne carnali extēdantur ad cōiunctionē magnæ amici
tiæ, videatis Barba. in rep. c. cū Martinus. de cōſti. &
in c. ex parte decani. & c. nōnulli de reſcri. & in c. co-
rā. de offic. deleg. & de amicitia dixi š. *teſtamentū* iij.
7 † Diſpoſitio autē. l. cùm acutiſsimi. in qua dicitur
per liberos filij grauati ſubſtitutum excludi vēdicat
ſibi locū vbi deſcēdentes grauantur hęreditatē aſcen
dentiū reſtituere, vt dictū eſt. Secus autē eſſet, vbi de-
ſcendētes grauarēt ſuos aſcēdentes reſtituere hæredi
tatē. Putà filius patrē, vel nepos auū, & ſic de ſingu-
lis in caſibus in quibus teſtari poſſunt, vt š. in verbo,
*Matrem inſuper Clerā.* quoniā eo tūc locū non habe
ret diſpoſitio d.l. cùm acutiſsimi. Ex quo ſequitur, ꝙ
multominus locū haberet, vbi collateralis cōſangui-
neus aut penitus extraneus hæres per teſtatorē de re-
ſtituēdo hęreditatē poſt mortē ſuā grauaretur. Quia
etiam his caſibus ſubſtitutus præferretur ſoboli & li-
beris ipſius hæredis grauati. Cum eo tūc non militet
præſumptio, nec ratio d.l. cū acutiſsimi. quę ſolū ha-
8 bet locū in deſcendētibus reſtituere grauatis. † Se-
cūdò limitatur d.l. locū non habere in liberis natura
libus tātùm: putà baſtardis, vel ſpuriis. Quoniā tales
ſi hæredi reſtituere grauato ſupereſſent tempore ſuæ
mortis, nō excluderēt ſubſtitutū, per tex. ſingularē in
d.l. generaliter. §. fi. ibi, ſine iuſta ſobole deceſſerint.
C. de inſti. & ſubſti. Nam licet filij naturales tantum
ſubſtitutum, excludāt, quādo filius grauatus fuit pa-
ternā reſtituere hæreditatē ſub expreſſa cōditione, ſi
abſq; liberis deceſſerit, vt fuit in text. noſtro. habita
tamē diſtinctione, de qua in l. ex facto. §. ſi quis roga
tus. ff. ad Treb. De quo plenè dicā ĵ. in verbo. *Tandē
ſine liberis eſt defuncta.* Tamē quādo lex hāc clauſulā
ſubintelligit, prout facit in deſcēdētibus ſimpliciter
reſtituere rogatis: tūc non cōprehendūtur illegitimi:
quia filij qui veniunt per ſubauditū intellectū legis,
debēt eſſe legitimi, ſecūdū Bal. in d.l. cùm acutiſsimi.
hoc idē & clarius tenet Sali. in d.l. generaliter. §. cùm
9 autem. † Quoties enim agitur de honore vel cōmo-
do filiorum, tunc appellatione filiorū vel liberorum
non comprehenduntur baſtardi, ſecūdum gl. in ver-
bo, liberi. in clemē. j. de baptiſ. de quo plenè per Bal.
in d. §. cùm autem. & Panor. in dicto c. in præſentia.
de proba. Et dixi plenè ſuprà in verbo, *Raynutius de
Clera.* Et hoc verum, quòd proles illegitima non ex-
cludit ſubſtitutum, niſi à principe vel per ſequēs ma-
trimonium foret legitimata. & princeps eam legiti-
mando



mando expreſſiſſet per illam ſubſtitutū excludi. quia
tunc ipſum excluderet. ſecūdū Sali. in d. §. cùm autē.
Et plenè cōſuluit Alc. in j. parte cōſi. ij. Et in ſecun-
da parte conſi. lxxxvij. incip. viſis codicillis. Et an eo
caſu ſit in legitimatione ſubſtitutus vocādus vel nō,
dicitur pulchrè in d. §. cùm autē. & Iaſ. in l. Gallus. §.
& quid ſi tantū. ff. de libe. & poſthu. in fine. Videatis
Guido. Papæ. de hac limitatione pulchrè loquētem.
q. cccclxxxij. & quæ plenè dixi in verbo, *& vxorem
nomine Adela.* in ij. arti. in fi. Et de liberis per ſequēs
matrimonium legitimatis, ꝙ excludunt ſubſtitutum,
tenet Fely. in d.c. in præſentia. xv. col. dicēs hoc ve-
rum etiam ſi filius paternā hæreditatē reſtituere gra-
uatus in articulo mortis cōſtitutus cōcubinā ex qua
prolem ſuſcepit, deſponſaret, quia tunc indubitáter
legitimarētur in totalē ſubſtituti excluſionem: cùm
tale matrimonium valeat in vltimo vitæ hiatu cōtra-
ctū, vt vidiſtis ſuper verbo, *In extremis.* de quo ple-
nius per eundē Fely. in c. per venerabilē. qui filij ſint
10 legiti. † Tertiò limitabitis dictā l. locum non habe-
re in liberis deſcendentibus legitimis tantùm, putà
adoptiuis vel arrogatis. Quia exiſtentia talium libe-
rorū tēpore mortis filij paternā hæreditatē reſtitue-
re grauati ſubſtitutū non excludunt, ſecūdum Barto.
in d.l. cū auus. Vnde tales filij ciuiles ſeu legales nul-
latenus fideicōmiſſum impediūt. cū etiā ſi hæc clau-
ſula exprimeretur per teſtatorē, tales filij nō facerēt
deficere fideicōmiſſum, nec impedirent ſubſtitutum,
vt eſt caſus in l. ſi ita quis. §. is cui in tēpus. ff. de leg.
ij. ergo minus eū impedient, ſi nō fuerit hæc clauſu-
la in teſtamēto expreſſa, ſed ſolùm per l. cùm acutiſ-
ſimi. C. de fideicō. ſubintellecta, ne plus operetur ta-
citū ꝗ expreſſum cōtra l. nūquā. ff. de cōdi. & demō.
& l. cùm quid. ff. ſi cer. pe. ſecùs autē eſſet in filio ſpi-
ritualiter genito, qualis eſt monaſterium, quod ex-
cludit ſubſtitutū, ſi filius paternā hæreditatē reſtitue-
re grauatus religionē intraret. Quia mori non dici-
tur ſine liberis, qui moritur poſtquā monaſteriū fuit
ingreſſus, ſecundū glo. & Panor. plenè in d. c. in præ-
ſentia. quod eſt verum ſecundū Bal. ibi, ſi filius hęres
inſtitutus religionē profiteatur, & monaſterium in-
tret in eius ſanitate. Quia ſi monaſterium intraret
conſtitutus in articulo mortis, tunc ſubſtitutus non
excluderetur per monaſteriū, cùm profeſſio facta cē
ſeretur in fraudē ſubſtituti. l. filiæ meæ. ff. ſol. mat. idē
tenet Spe. de ſta. mona. prope. fi. & Pet. de Anch. in c.
ſicut nobis. de regula. & Io. Fab. inſti. de lib. §. mul-
tis. inducit illum tex. cōtra illos, qui in articulo mor-
tis faciunt ſe milites vel habitū ſuſcipiunt ſecundum
Ang. ibi. Tamē Fely. in d.c. in præſētia xv. col. dubi-
tat, ꝙ non obtineretur: quia aliàs ſequeretur ꝙ filius
qui tunc per ſequēs carnale matrimoniū legitimatur,
vt ſuprà fuit in proxima limitatione cōcluſum, præ-
ſumeretur legitimari in fraudē ſubſtituti, quod non
videtur verum, cùm profeſsio regularis in articulo
mortis facta non improbetur de iure, prouiſo ꝙ fiat
per ſanū mēte. c. fi. ĵ. de ſucce. ab inteſt. Facit tex. in l.
in eo qui teſtatur. ff. de teſt. vt plenè vidiſtis š. ſuper
verbo, *In extremis poſitus.* Soli ergo liberi naturales
& legitimi ſimul vel ſpirituales ſubſtitutū excludunt
per dictā l. cùm acutiſsimi. ſpirituales dico, vbi hoc ex
preſsè cauet iure, ſicut expreſſum eſt in illo qui mo-
naſteriū ingreditur, cui monaſterium eſt loco filij ad
ſubſtitutū excludēdū, vt dictū eſt. Secùs autē eſſet in
filio ſpiritualiter de ſacro fonte ſuſcepto, qui licet fi-
lius ſpiritualis dicatur ad matrimoniū impediendū,
ſecundū gl. in §. ſi aduerſus. inſti. de nupt. & infra de
cogna. ſpirituali. per totū, & etiam vt patrinus ipſum
alere in ſubſidiū patris naturalis teneatur, tamē quia
de eo expreſsè non cauetur, ꝙ in ſuccedēdo ſit filius,
ideo non excludet ſubſtitutum ſecūdum Bal in auth.
niſi rogati. verſ. ſed tūc ego quæro. C. ad Treb. videa-
tis quæ dixi ſuper verb. *Et vxorē nomine Adelaſium.*
in iij. prin. arti. ſucceſsionū ab inteſt. in fi. tractādo de
11 ſucceſsione filiorum legitimorū tantum. † Quartò li-
mitabitis diſpoſitionē prædictā locū nō habere etiā
in deſcendētibus naturalibus & legitimis reſtituere
hęreditatē alicuius aſcendētis purè, & nō ſub mortis
conditione rogatis: Quia eo tūc ſoboles illius rogati
& grauati nō excluderet ſubſtitutū, ſecundū gl. in d.
l. cùm acutiſsimi. quā ibi ſequitur Sal. & Bar. in d.l. cū
auus. Habet ergo locū dicta diſpoſitio, vbi filius gra-
uaretur vel alius deſcēdēs reſtituere hæreditatē poſt
mortē ſuā: q.a hoc ſolo caſu ſoboles grauati excludit
ſubſtitutū, vt dictū eſt. Et ratio differētiæ aſsignatur,
quia hoc caſu, qū filius grauaretur reſtituere hæredita
tē, poſt mortē ſuā: quemadmodū teſtator prædilexit
filiū ipſo ſubſtituto in eius vita, ſic etiā eſt præſumē-
dum, ꝙ ſobolē prædilexerit naturalē & legitimā ex
illo filio deſcēdentē, & illā præferre voluerit cuicūq;
ſubſtituto, vt d.l. cùm acutiſsimi. Sed vbi pater filium
grauauit reſtituere hæreditatē in vita ipſius filij cum
purè rogādo reſtituere, tūc clarè demōſtratur prędi-
lexiſſe filio ſubſtitutū, quē viuēti filio prætulit. ergo
& ſoboli videtur eū prætuliſſe, ſecundū Bar. in d.l. cū
12 auus. in prin. †. Et idem eſſet & quintò, ſi filius roga-
tus fuiſſet hæreditatē reſtituere paternā in diē certā
propter rationis ſupradictæ identitatē, ſecūdū Bar.
ibi. vltra quē de hoc eſt caſus in l. liberto. §. filiū. ff. de
13 annuis legatis, ſecūdum Alex. † Sextò limitabitis diſ-
poſitionem d.l. cùm acutiſsimi. locū nō habere, vbi
filio teſtatoris præterito extraneus hæres inſtitutus
rogatus fuiſſet hæreditatē reſtituere poſt mortē ſuā.
Quia eo caſu quantūcunq; filius præteritus teſtamē-
to declarato nullo, quo ad hæredis inſtitutionem per
Auth. ex cauſa. C. de lib. præte. ſit verus hæres patris:
& ad tale fideicōmiſſum teneatur, vt ibi plenè notat.
tamē quia ſuccedit loco hæredis extranei, in teſtamē
to patris ſcripti, cuius liberi nō excludunt ſubſtitutū
vt š. vidiſtis. Similiter liberi talis filij præteriti cum
non excludēt: imò quātuncunq; filius moriatur cum
liberis, locus erit fideicōmiſſo & reſtitutioni hæredi-
tatis. Quia d.l. cùm acutiſsimi. ſolùm habet locū, quā
do filius principaliter à patre inſtitutꝰ grauatur poſt
mortē reſtituere hæreditatē, & non qū fuit præteri-
tus, & citra patris voluntatē ſucceſsit. Quo caſu ſicut
pater filiū prætereūdo, parum de ipſo curauit, ei ex-
traneū præferēdo: eodem modo nō videtur voluiſſe
ſobolē talis filij præferre ſubſtituto, per ea quæ ſunt
dicta ſuperius in iiij. limitatione. Nā ſicut liberi hęre-
dis extranei hæreditatē reſtituere grauati, ſubſtitutū
non excluſiſſent: ſic etiā nec liberi filij hoc caſu loco
hæredis extranei ſurrogati, vt ſcilicet ſurrogatū na-
turā ſapiat illius, cuius loco ſurrogatur. l. ſi eū. §. qui
iniuriarū. ff. ſi quis cautioni. Plus dico, ꝙ etiā ſi talis
hæres extraneus per teſtatorē filio præterito, cui fuit
hæreditatem reſtituere rogatus ſub expreſſa cōditio-
ne, ſi abſq; liberis deceſſerit, & demū contingat teſta
mento quo ad hæredis inſtitutionē nullo declarato,
filium in hæreditate patris ſuccedere: tale fideicōmiſ-
ſum debebitur mortuo extraneo hærede ſine liberis.
quantuncūque filius hæres patris liberos habeat, qui
nullatenus excluderet ſubſtitutum. Nam cùm talis
conditio fideicommiſſi inhæreat perſonæ extranei
hære-

hæredis ſcripti, inſpiciendum eſt, ſi ipſe ſine liberis
decedat, nullo reſpectu ad filiũ habito eius loco ſuc-
cedentem. Et ita per multas rationes decidit Alexan.
in dicta authen.ex cauſa. verſicu. non obſtat.l. cùm
acutiſsimi.vt latiſsimè dixi ſuper verbo, *In eodem te-*
14 *ſtamento relinquens.* in xxvij. limitatione. † Septimò
limitabitis diſpoſitionem dictę l.locum non habere,
vbi aſcendens hæredem inſtituerit aliquem ex deſcẽ-
dentibus & extraneum ſimul, aut eis aliquid relique
rit, cóſq; rogauerit reſtituere poſt mortem relictum.
Quoniam eo caſu ſoboles deſcendentis cohæredis,
vel collegatarij non excludet ſubſtitutum, nec in tali
fideicommiſſo ſubaudiretur clauſula, ſi abſq; liberis
deceſſerit, argu.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.&
l.quanuis.C.de impube.& aliis ſubſti.nam tale fidei-
cõmiſſum ab ambobus relictum, debet eos æqualiter
grauare, vt dictis iuribus. Et ſic per conſequẽs cũ gra-
uet extraneum, etiam ſtante eius ſobole, ad quam te-
ſtator nullam præſumitur habuiſſe affectionem, ſic
etiam eodem modo videtur deſcendentem grauaſſe,
quãuis ſtante ſobole, quam ſubſtitutus excludet, ſicut
ſobolẽ extranei. Ita ſingulariter ſub dubio fortè de-
cidit Alex.in additio.Bald.& d.l.cùm acutiſsi. dicens
hanc eſſe nouam limitationẽ ante ipſum ab alio non
tactam, & idem eſſet ſi deſcendens cum altero ex aſcẽ
dentibus grauaretur: quia ſicut ſoboles aſcendentis
per deſcẽdentem grauati non excludit ſubſtitutum,
vt ſ. dixi.in j.limitatione, ita nec ſoboles deſcenden-
tis, vt æqualiter & pari modo fideicõmiſ.ambos gra-
15 uet, & ſimiliter conſtringat. † Octauò limitabitis
prædictam diſpoſitionẽ in d.l.cùm acutiſsimi. funda
tã, locũ non habere, vbi aſcendens aliquẽ de deſcen-
dentibus hæredem vniuerſaliter inſtituiſſet, & ab eo
fideicommiſſum particulare ſimpliciter reliquiſſet.
Quia eo caſu ſoboles illius grauati, nõ excludet ſub-
ſtitutum, quinimo ea non obſtante debebitur ſubſti-
tuto fideicõmiſſum. Nam licet ſoboles filij grauati
ſubſtitutũ excludat, etiam in relictis particularibus,
vt d.l.generaliter.§.fi.C.de inſti.& ſubſti. tamẽ illud
intelligitur, quãdo fuit inſtitutus in illa re tãtùm, in
qua fuit grauatus. ſecùs autem in caſu præſuppoſito,
in quo ſatis eſt, ꝙ vniuerſalis hæreditas penes liberos
grauati remaneat, ſecundũ Alex. ſingulariter ſub du-
bio fortè in additio.ad Bal.in d.l.cùm acutiſsimi.ea-
dẽ ratione idem dicẽdum eſt, ſi deſcendẽs in re certa
rogatus inſtitutus fuiſſet in certa parte hæreditatis.
Quia ſufficit, ꝙ remaneat penes hęredes ipſius graua
ti, vt in ea ſatietur votũ ipſius teſtatoris præſumptũ.
16 † Nonò limitabitis diſpoſitionem d.l. locum non
habere vbi deſcendenti grauato tempore ſuæ mortis
ſupereſſet ſoboles ad ſuccedendum incapax, & inha-
bilis, ac per legẽ excluſa à ſucceſsione, veluti ſi ei libe
ri ſupereſſent deportati aut banniti qui de iure ſunt
ſucceſsionum incapaces.l.j.C.de hæred.inſti.nam ta-
lis ſoboles ſubſtitutum non excluderet, nec faceret
conditionẽ fideicõmiſsi vel ſubſtitutionis deficere.
l.ex facto.ff. ad Treb. ſecundum Bart.in l.filius.§.cũ
quis rogatus.in fi.ff.de lega.j.ſubiungens ibi, ꝙ talis
deſcendẽs grauatus reſtituere hęreditatẽ dicatur mo-
ri abſq; liberis, ſi decedat habẽs filium cordigerũ de
ordine fratrũ minorũ, qui nõ poteſt aliquid habere
in cõmuni, nec in particulari, vt in clemẽ.exiui de pa-
radiſo.de verbo.ſig.& latè Bar.in ſuo tractatu mino-
17 ritarum. † Tales enim liberi bonorũ incapaces non
excludunt ſubſtitutum, cùm habeãtur pro mortuis,
per iura quæ ibi allegat.idẽ tenet Bal.in d.l.cùm acu-
tiſsimi.prope fi. Quos ſequitur Fely.in d.c.in pręſen-
tia.xxiij.col.de probationi.ad quę videatis quę plenè
ſcripta fuere ſup verbo, *In eodẽ teſtamento relinquẽs.*
in viij.& xvij.limitationibus.quãuis Sali. in l.j. C.de
cõdi.inſer. dubitando reliquerit ſuper hoc cogitãdũ.
18 † Vnum tamen menti tenebitis: quia licet exiſten-
tia filiorum de ordine minorum exiſtẽtium non ope
retur excluſionem ſubſtituti in ſui cõmodum, vt ſci-
licet ipſi fratres minores ſuccedãt, quod fieri non po
teſt propter eorum incapacitatem, vt dictũ eſt, tamẽ
bene operaretur talium liberorũ exiſtentia in com-
modum alterius ad confirmationem donationis vel
alterius cuiuſcunq; diſpoſitionis ſub cõditione libe-
rorum factæ, & in defectu eorum reſoluendæ, vtputà
ſi aliquis bona ſua vel caſtrũ donauerit Titio, ſi cum
liberis deceſſerit. Talis enim donatio per exiſtẽtiam
liberorum cõfirmabitur, ita ꝙ Titius donatarius de
bonis donatis diſponere potuerit, ſi cũ liberis deceſ-
ſerit: & propter eorum defectum donatio reſoluetur,
& bona ad hæredes donatoris reuertentur, ſeu penes
eos remanebunt. Certè hoc caſu exiſtentia talium li-
berorum cordigerorum ad ſuccedendũ incapacium,
operatur implementum conditionis liberorum non
in commodum ipſorum, vt in bonis donatis ſucce-
dant cùm ſint incapaces bonorũ, ſed operatur imple-
mentum cõditionis in confirmationem & irreuoca-
bilitatem donationis in commodum ſui patris, vt de
bonis donatis tãquam ſibi irreuocabiliter acquiſitis
liberè poſsit tãquam dominus diſponere in totalem
excluſionem hæredum donatoris, penes quos vel ad
quos bona ſic donata reuerterẽtur, ſi Titius donata-
rius ſine quibuſcumque liberis decederet. Nam hoc
caſu non requiritur exiſtẽtia liberorum ad effectum
iuris: ſed ſufficit ꝙ de facto liberos habeat viuos. Or
cordigeri licet ſint quo ad effectus iuris & quo ad ci-
uilia mortui, tamen quo ad effectũ facti dicũtur filij,
poſtquam re ipſa ſecundũ naturã ſunt filij, & bibunt
ac comedunt, & cætera naturalia de facto exercere
poſſunt. Et implementũ conditionis potius cõſide-
ratur reſpectu facti & naturaliter, quàm quo ad effe-
ctũ iuris.l.Mæuius.ff.de condi.& demõſtra. Certum
autem eſt (vt dixi) ꝙ conſiderato facto frater minor
viuit corpore, vſum habet bonorum, loquitur, & te-
ſtificari poteſt.c.nuper.de teſti.not.glo.inſtitu.de iu-
re perſona.circa medium. Ideo quia monachus come
dit & bibit, nõ finitur vſufructus per eius profeſsio-
nem, imò durat cùm neceſsitas viuendi & vtendi ad
victum duret, ſicut ante profeſsionem, vt no.in auth.
ingreſsi.C.de ſacroſanc.eccle. Ita ſingulariter in no-
ſtris terminis cõſuluit Pet.de Anch.cõſi.cccxcvij.in-
cip.in vnũ caſum reſoluitur donatio. Quod eſt notã
dũ ad multa. Et præmiſſa intelligatis vera, videlicet
ꝙ per exiſtentiã liberorũ cordigerorum non excludi
19 tur ſubſtitutus. † ſecus dicit Bal.eſſe ſi tali grauato ſu
pereſſent liberi de ordine prædicatorũ: quia tales be-
ne excluderẽt ſubſtitutũ, cũ capiãt hæreditates, licet
diu poſsidere eas nõ poſsint: & hoc ex ſuis cõſtitutio
nibus per Papã approbatis. Nã eorũ inſtitutio, id eſt,
principiũ quod regula vocatur, hoc non dictat: ſecũ-
dũ Fed.de Senis, in ſuis cõſi. Vniuerſitas ergo ſcilicet
eccleſia prædicatorũ eſt capax ſecundũ originalẽ re-
gulã, ſed poſt conſtitutionẽ eorũ capiũt non diu poſ
ſeſſuri, ſed vt vendant pro neceſsitatibus fratrũ. & ſic
paupertas in prædicatoribus nõ eſt ita arcta, ſicut in
minoribus. Similiter ſecundũ eũ, monachi & canoni
ci regulares ſubſtitutũ excludũt, cũ ſuccedere poſsint
l.fi.C.de epiſcopis & cler. De iſtis autem mendicãti-
bus, & qui dicantur, videatis plenè per Bald.in auth.
ingreſsi.



ingreſsi.C.de ſacroſa.eccle. & clarius in auth. ſi qua
mulier.illo eod.tit.Panor.& docto.in d.c.in præſen
tia. Bal.& Paul.in auth.niſi rogati.C.ad Treb. Imo.
in l.j.ff.eo.& in l.Lucius.ff.de hære.inſti.Calde. cõ-
ſil.xlvj.ſub rub. de teſta.& Pet.de Ancha.con.cccxj.
20 † Decimò limitabitis diſpoſitionem d.l.locum non
habere, vbi tali filio per aſcendẽtes reſtituere grauã-
to ſupereſſent filij exhæreditati duntaxat: quoniã ta-
les deficere non faciunt conditionẽ fideicõmiſsi, vel
ſubſtitutionis, neq; ſubſtitutũ excludunt, ſecundum
gl.in fi.in d.l. filius.§.cùm quis rogatus. quam ibi ſe-
quitur Bar.ff.de leg.j.& ratio eſt ſecundum eã, quia
dicta cõditio non exiſtentię liberorũ videtur fauore
filiorum appoſita, vel à lege ſubintellecta. & ſic nõ
poteſt eis fauere quãdo ſunt exhęredati, cùm nõ poſ
ſint hęredes eſſe, etiã ſi velint.l.j.§.ſi pater.ff.de cõ-
iun.cũ emancipa.libe. Sed aduertatis qa Bar.ibi in d.
§.cùm quis.reprehẽdit gl.in hoc paſſu.& bene ſecũ-
dum doct. dicẽs contrariã opinio. eſſe de iure verio-
rẽ, vt ſcilicet dicamus tales liberos exhæredatos ſub-
ſtitutum excludere, & in eis locum habere diſpoſitio
nem l.cùm acutiſsimi.prout etiã tenuit gl.ſibiipſi cõ
traria in l.ex facto.§.fi.ff.ad Trebel.Pet.Cyn.Bal.&
Salice.in d.l.j.C.de condit.inſer. Et ratio eſt quare li-
beri exhæredati quãuis ſuccedere non poſsint, ſubſti
tutum excludunt: quia in conditionibus adimplen-
dis inſpicimus merum factum. l.qui hæredi.in prin.
21 & l.Mæuius.ff.de condit.& demonſtr. † Nam licet
exhęredatus habeatur pro mortuo, quantũ ad ſui cõ-
modũ, quia ſuccedere non poteſt, vt d.l.j.§. ſi pater.
Tamen non habetur pro mortuo quo ad cõmodum
alterius, ſcilicet patris ſui, vel eius hæredis: ad quem,
deficiente fideicommiſſo, trãſibit hæreditas, excluſo
fideicõmiſſario ſubſtituto propter realem exiſtentiã
liberorum exhæredatorum, licet propter exhæreda-
tionem excluſorum. Concludunt ergo præfati doct.
quòd exiſtentia liberorũ ipſo iure ſucceſsibiliũ ſeu
ſucceſsionis capacium, excludit ſubſtitutum, ſiue ta-
les liberi ſuccedant, ſiue non: putà, quia non à lege,
ſed ab ipſo teſtatore excluduntur, ſicut exhæredati:
vel fortè quia ſuccedere nolunt, vt dicit Bart.in d.§.
cùm quis. Ex quibus ſequitur, ꝙ licet ipſi non dicãt,
quòd exiſtentia liberorum qui ſucceſsioni renuntia-
runt in vita parentum cũ iuramento, vel poſt mortẽ
parentum, ſubſtitutum excludũt, cùm non ſint inca-
paces effecti per legẽ, vt ſunt fratres de ordine mino-
rũ: de quibus ſuprà in proxima limitatione. Sed ſunt
22 incapaces, quia ſuccedere nolũt. † Vndecimò limita-
bitis diſpoſitionẽ dictæ l.locũ habere: quando filius
grauatur hæreditatem reſtituere poſt mortem ſuam.
Quo caſu ſubauditur conditio, ſi ſine liberis deceſſe
rit, vt ibi. Secus autem eſſet vbi alius tertius reſtituere
hæreditatẽ grauaretur, cũ filius teſtatoris deceſſerit,
quia tũc non ineſt illa cõditio l.qui filiũ.§. Sabinus.
23 quem ibi ſummè not.Bar.ff.ad Treb. † Duodecimò
& vltimò limitabitis diſpoſitionẽ iam dictã locum
non habere, vbi pia cauſa eſſet ſubſtituta, vtputa ſi fi
lius eſſet grauatus poſt eius mortem reſtituere hære-
ditatẽ alicui eccleſię, monaſterio, vel pauperibus, vel
alteri piæ cauſæ. Quia eo tũc quãtũcunq; filius poſt
eius mortẽ grauatus moriatur ſuſceptis & ſuperſtiti-
bus liberis, ſemper locus erit fideicommiſſo & reſti-
tutioni hęreditatis, ſecũdũ Iaſ.ſingulariter in l.licet.
ij.col.C.de pactis. vbi cõcludit piã cauſam filio ſub
ſtitutam excludere eius liberos, adeò ꝙ locum nõ ha
bebit diſpoſitio d.l.cùm acutiſsimi. Quia præterquã
in legitima, magis fauetur piæ cauſæ, quàm liberis.
Et ita ibi refert conſuluiſſe Pet.de Ancha.conſil.xlv.
incipiente, Prima facie. Sed aduertatis, quia Richar.
Malumbre, quem ſequitur Bal.in d.l.cùm acutiſsimi.
tenuit contrariũ, dicens, quòd ſoboles, id eſt, poſteri-
tas filij grauati, ſemper excludit ſubſtitutum, etiam ſi
pia cauſa ſubſtituta reperiatur. quia adhuc durat præ
ſumptio illa, quã teſtator præſumitur ſuam voluiſſe
præferre ſobolem: & ſic cauſa liberorum dicitur fa-
uorabilior quacunque pia.c.quicunque.xvij.q.iiij.&
not.glo.in l.ſi quis ad declinãdam.C. de epiſ.& cler.
nec eſt verum quòd Petr. de Anchar. contrariũ cõ-
ſuluerit, vt refert Iaſ.in d.l.licet. Quinimò conſuluit
ibi, quòd liberi deſcendentis reſtituere hæreditatem
grauati excludunt piam cauſam, vbi fideicõmiſſum
eſt vniuerſale. ſecùs ſi eſſet particulare, putà certę rei
vel ſummæ, nõ exceſsiuè vt dixi.ſ. in viij. limitatio-
ne. Et idẽ tenuit in lectura idem de Anchar. in c.in
pręſentia.de probatio. licet nõ ita clarè hoc decidat,
ſicut facit in dicto conſilio. pariter idem tenet ibi Fe
lynus in principio, ideo dicebat Bald.in l. filio præ-
24 terito.ff. de iniuſto rupto teſtamento. † quòd ſi quis
nullos habens liberos magna fecerit & exceſsiua le-
gata ſuis conſanguineis & eccleſiis, quæ veriſimili-
ter non feciſſet, ſi liberos habuiſſet, eo caſu per libe-
rorum ſuperuenientiam & natiuitatem ceſſant talia
legata. Quia teſtator præſumitur potiùs inuitaſſe li-
beros, quàm eccleſiam & alios. idẽ voluerũt Bart.&
Bal.in authen.ex cauſa.C.de libe. præteritis. & in d.
l.filio præterito. Circa quod videatis quæ dixi ſuper
verbo, *In eodem teſtamento relinquens.* in xxvij.limita
tione, poſt principium, vnde vtraq; parte ſatis, vt vi-
deatis, rationibus & authoritatibus fulcita, dubito
quid tenendum ſit, niſi pro concordia opinionũ ſin
gularia capiamus verba Angeli, in d.l.filio pręterito.
vt dicamus opinionem Richardi & Baldi, eſſe veram
ſcilicet quòd exiſtentia liberorum excludat piã cau-
25 ſam filio teſtatoris ſubſtitutam. † Niſi teſtator piæ
cauſæ hęreditatem reſtitui voluiſſet pro ſua cõſcien-
tia exoneranda, putà pro malè ablatis. Quoniam eo
caſu cõſcientia teſtatoris præferẽda eſt filiis, & qui-
buſcunque liberis, iuxta illud Iob ij.cap. Pellem pro
pelle, & omnia quæ habet homo donat pro anima
ſua, &c.& hoc modo verificari poteſt opinio Iaſ.ſu-
periùs relata. & ſecundum hanc ſingularem concor-
dantiam reperio conſuluiſſe Barbatiam in ij. parte,
conſi.xlv. xj. col. ad hoc facit quod refert Bart. Bri-
xien.in ſuo repertorio in verbo, confeſsio. vbi dicit
26 † quòd valet confeſsio quæ fit extra iudicium parte
abſente, quãdo fit pro exoneratione cõſciẽtiæ ipſius
cõfitentis alleg.Ant.de But.in c.ſi cautio.de fide in-
ſtrumentorum.ita tenere: quod eſt ſingulariter notã-
dum: quia hoc idem ſequitur Fely.in c. olim. iij.col.
in fine, verſi.fallit viij.de reſcrip. Facit quod ad iſtud
propoſitũ decidit Bal.in l.j. C. de falſa cauſa adiecta
lega.vbi dicit, ꝙ ſi moriens cõfiteatur ſe fuiſſe & eſſe
vſurarium, valet confeſsio & præiudicat ſuis hęredi-
bus.quẽ ſequitur Fely.in c.de hoc autẽ.de ſimo.facit
quod decidit idẽ Bal.in l.ſi quis.§.ex hoc.ff.de edẽd.
& pulchrè not.Sali.poſt Bal.ibi, xiij.quęritur.in l.ge
neraliter.C.de non nume.pec.per no.in c. quanquã.
de vſuris, lib.vj.& c.fin.de ſepul.& per gl. in c.quo-
ties cordis oculus.j. q. vij.& firmat Bal. in l.rationes.
ad fi. C.de proba.& Panor.pulchrè in c.ſi.vj. col.de
ſucceſsio.ab inteſta. Et aliqua habuiſtis ſuper verbo,
*In eodem teſtamento relinquens.* in vltima limitatio.in
prin. Ad præmiſſa facit, quia licet ſubſti.pupillaris
tacita non excludat matrẽ: tamen eam excludit, vbi
pia

pia cauſa pro exoneratione conſcientię malè ablato
rum eſſet ſubſtituta, vt plenè dicã ỹ. eo. in materia pu
pillaris ſubſtitutionis. in vj. prin. arti. tradẽdo tertiũ
effectũ dictę ſubſtitutionis. Ad hoc facit quod ſingu
lariter decidit Cy. vt ibi refert & ſequitur Bal. in l. fi.
§. donec. C. de iure delib. vbi dicit, ꝙ hęres, qui inuẽ-
tario durãte gaudet priuilegio, ne pro debitis aut le-
gatis, cõueniatur, nõ gaudebit dicto priuilegio ſi cõ-
ueniatur ꝓ legatis relictis ꝓ anima teſtatoris ſeu ma-
lè ablatis reſtituẽdis. De quo plenè ꝑ Iaſ. in l. eã quã.
27 C. de fideic. xiij. col. Similiter talia † relicta pro ex-
oneratione conſcientiæ facta debẽtur nõ adita hære
ditate ſecũdũ Bal. & Iaſ. in l. j. C. de ſac. ſan. eccl. vt di
cã ỹ. mortuo teſtatore j. in fin. imò dies taliũ relictorũ
ſoluẽdorũ cedit à tẽpore mortis teſtatoris aliqua alia
non expectata dilatione: caſus eſt ſingularis ſecundũ
Dy. in l. epiſt. §. mulier. ff. ad Treb. vbi hæreditas vi
capta reſtitui iuſſa ilico debetur. facit l. filios. iuncta
gl. ff. de vſu. lega. Et tutores ac exequutores ſine alio
ſpeciali mandato reſtituere poſſunt vſuras & cætera
malè ablata, vt dicit gl. in l. præſes. C. de tranſac. quã
ſequitur Bal. in l. etiã. C. de fideicõ. facit etiã quod ſin
gulariter recitãdo opiniões dicit Io. And. in additio.
Spec. ti. de iuriſd. om. iud. ver. quæ meri imperij ſunt.
vbi dicit, ꝙ licet in donatiõe caſtri eccleſię per prin
cipẽ facta, etiã cũ iuriſdictione, nõ veniat merũ im-
periũ, nec reliqua ſuperioritas, ſi expreſſè non fuit di
ctũ: tamẽ illa omnia veniũt in donatione facta eccle
ſiæ vel alteri piæ cauſæ ꝓ remedio animæ ipſius do-
nantis, niſi expreſſè fuiſſent ꝑ eũ excepta. Et videa-
tis dictã additio. ſuper verbo, paſtoralis, quæ lata &
pulchra eſt. Prætereà facit quod voluit Ang. in qui-
buſdã ſuis reportatis, in l. j. §. ad municipiũ. ff. ad leg.
Fal. vbi dicit, ꝙ relicta ad cõſcientiã exonerãdã pro
malè ablatis diminuũt legitimã filij. l. Papinianus. §.
quartã autẽ. ff. de inof. teſt. licet aliàs ſui natura legiti
ma filij nõ ſit per patrẽ onerabilis. l. quoniã in prio-
ribꝰ. C. de inof. teſt. Quo tñ caſu poſſet epiſcopus lo
ci bona teſtatoris diſtribuere inter ipſius teſtatoris
filios, qui eſſent pauperes, ſecundũ Bal. in c. j. §. iniu
ria. ſeu furtũ. de pace iuram. fir. Et intelligatis, ꝙ pa-
ter relinquẽdo bona ſua pauperib. ꝓ malè ablatis po
teſt filio legitimã tollere vel diminuere, vbi probare
tur teſtatorẽ illa malè ablata extorſiſſe & indebitè re
cepiſſe. Nã eo tũc opus eſt probatione: ꝗ cùm aliàs
nõ poſſet pater in ſuo teſtamẽto pręiudicare filio in
legitima, nõ ſtaretur eius ſimplici aſſertioni, aut cõ-
feſsioni, arg. eorũ quæ decidit Bar. in l. ſi fortè. ff. de
caſtren. peculio, ſecũdũ Barba. hic. Vltra quẽ plus di
28 co † ꝙ teſtatoris cõfeſsioni ꝓ malè ablatis relinque-
re cõfitentis nõ ſtaretur, etiã ſi hoc cõfiteretur cũ iu-
ramento, in auth. qđ obtinet. C. de ꝓbat. vbi cõfeſsio
teſtatoris iurata non nocet creditoribus. Or filius in
ſua legitima eſt patris creditor, ſecũdũ Bal. in l. quo-
ties. C. de hæredib. inſti. Ad prędicta facit quod deci
dit Ang. in l. cũ quis decedẽs. §. codicillis. ff. de leg. iij.
vbi dicit, ꝙ intantũ fauetur relictis pro ſatisfatione
malè ablatorũ ad cõſcientiã exonerandã, ꝙ talia re-
licta, quãuis in teſtamẽto ſui natura reuocabili fue-
rint relicta, nõ poterũt reuocari: quia vim habẽt debi
ti cõfeſſati in pręſentia patris, ita ꝙ de ipſis nõ dedu
cetur Falcidia, cũ dicãtur eſſe debitũ, imò pulchrè di
29 cit Bal. in l. ſi ſeru. ff. de hær. inſti. † ꝙ ſi ex diſpoſitio-
ne ſtatuti de legatis veniat ſoluẽda gabella, nõ ſolue
tur de relictis factis pro malè ablatis, cũ videãtur vt
debitũ relicta. Quod verũ crederẽ, ſi relicta eſſent fa
cta ꝓ certis malè ablatis ꝑ teſtatorẽ ſpecificatis, ſecũ
dum not. ꝑ Cy. & alios in d. l. generaliter. ſecùs ſi fa-
cta eſſent pro malè ablatis incertis: ꝗ tũc cùm talis
confeſsio ſeu diſpoſitio teſtatoris non fuerit apertè
accepta, nec recepta, nec iurata, nõ haberet niſi vim
legati ſimplicis ad pias cauſas. Et ꝑ cõſequẽs intẽtio
epiſcopi non eſſet fundata in pręiudiciũ filiorũ, niſi
probarẽtur ſecundũ Panor. in c. cùm ſit. iij. col. de Iu
dæis. & conſuluit Cald. cõſi. xxxiij. ſub tit. de teſt. Ad
idẽ facit quod decidit Bal. in l. fi. C. ſi à nõ cõpe. iud.
vbi dicit, ꝙ dãnatus ad mortẽ, licet nõ poſsit teſtari,
tamẽ ſi reliquerit pro ſuis malè ablatis, poterit iudex
ex officio ſuo talia relicta exequi. l. illicitas. in princi
pio. ff. de offi. ꝑſidiis. & idẽ Bal. in quodã ſuo cõſilio
30 inci. Teſtamẽta & relicta dãnatorũ. † dicit ꝙ relictũ
☞ ꝓ malè ablatis. [Vide pulchra. ỹ. ſuꝑ verb. *Mortuo
itaq; teſtatore*. j. in v. fallẽ. ad regulã ꝙ ad mortẽ dãna
tus eſt inteſtabilis.] incertis, nõ reuocatur per cõdẽ-
nationẽ ad mortẽ. & ratio eſt, quia poſito quòd fur
ꝓ malè ablatis nihil diſpoſuiſſet, tamẽ de bonis ſuis
fieret ablatorũ reſtitutio. Videatis Io. And. in c. quã-
quã. de vſuris. li. vj. quẽ ſequit̃ Aug. in add. ad Ang. in
tract. malefi. ſuꝑ verbo, Caput à ſpatulis amputetur,
31 & dicã in verbo, mortuo teſtatore. j. † Veruntamen
mẽti tenebitis ꝙ executor teſtamẽti habẽs ſatisface-
re de bonis teſtatoris ad ſuã exonerandã cõſcientiã,
nõ tenetur ſoluere pœnas ad cauſam debitorũ incur
ſas, vt ſingulariter decidit Bald. in l. id quod pauperi-
bus. in ix. q. C. de epiſ. & cler. & in l. quib. dieb. §. Do
minus. ff. de condi. & demon. ꝑ gl. ſingularẽ in c. fra-
ternitas. xij. q. ij. volentẽ in foro conſcientiæ ſufficere
ablatũ reſtitui abſq; ſolutione pœnæ. Vnde ſufficit
rẽ furtiuã reſtituere ſine pœna dupli vel quadrupli.
Ideo dicebat Bal. in l. j. C. de vectig. & cõmiſ. in fi. ꝙ
32 cõſciẽtia nõ ligat quos natura non oblig. † Pœnæ e-
nim inductæ ſunt ad vindictã, quæ ceſſat in foro cõ-
ſciẽtiæ ſecũdũ Pet. de Anch. in c. j. de cõſti. li. vj. & in
c. ſi ꝓpter tua debit. de reſcriptis eo. li. de quo plenè
Fely. in c. audiuimus. de ſimo. Pariter in foro cõſcien
tiæ quo ad rẽ extortã nõ tenet̃ hæres ꝓ delictis defũ-
cti vltra vires hęreditarias, etiã ſi inuẽtariũ nõ fecerit
ſecũdũ Io. Fab. in §. pœnales. ſuper verbo, cõteſtate.
33 inſti. de perpe. & tẽporali. actio. quem videatis, † ꝗ
ſingulariter loquitur in multis. Et intelligatis ſuffice-
re malè ablata ſolùm reſtitui in foro conſcientię, vel
extorquẽti ꝑ partẽ læſam remitti in foro cõſcientię,
illa remiſsio liberat ſicut reſtitutio, vt cõmuniter cõ-
cluditur in regula. peccatũ. de reg. iur. li. vj. Tamẽ tan
tus eſt fauor exonerationis cõſcientiæ, ꝙ etiã ſi vſura
rio ꝑ partẽ remitterẽtur vſuræ perceptæ, poſſet epi-
ſcopus tali nõ obſtãte remiſsione malè ablata extor-
quere, & pauperib. dare, per tex. ſing. quẽ ad hoc no.
ibi Bal. in auth. alearũ vſus. in fine ibi. ſi autem nolue
rint. & c. C. de religioſis & ſumptib. fun. & idẽ foret.
ꝙ nõ valeret remiſsio malè ablatorũ, neq; liberaret
auferentẽ & extorquentẽ, vbi lex quãuis poſitiua, ra-
tionabiliter prohiberet fieri ablatorũ remiſsionẽ, vt
in caſu c. ſtatutũ. §. notarium. & aliis ibi no. per gl. de
reſcriptis, li. vj. (Additio) Idẽ hodie in cõmiſſariis iu
ſtitiæ qui pro dictis habent taxata ſalaria per ordina
tionẽ regiã, vt vidiſtis ſuper verbo, *& vxorẽ nomine
Adelaſiã*. in j. arti. ſucceſsionũ ab inteſtato, & v. de-
cilio. circa fi. vbi dictũ fuit de ſalario ſingulorũ magi
ſtratuũ in iſto regno. Et conſiliarij in parlamẽto ꝓ
dicta extra vrbẽ capiũt tria ſcuta, de quibus facere te
nentur ſuã & ſuorũ expẽſam, quã à parte capere nõ
poſſunt vltra dictũ ſalariũ, etiã ſi pars vellet eã dare
vel factã remittere, vt cauetur in ordinatione regia
Ludo.



Ludo. xij. xxij. c. nec valeret remiſsio in foro cõſciẽ-
tiæ ſecundũ Dominicũ. & Philippũ Franchũ in d. §.
notariũ. & §. ſeq. pręſertim, ꝗ officiarij regis in eorũ
34 receptione iurat ſeruare ordinationes. † Poſtremò
notabitis ꝙ malè ablata, per teſtatorẽ debẽt prius re-
ſtitui de bonis hæreditariis, quàm malè ablata per fi-
liũ hæredẽ ſecũdũ Bal. & doct. in l. j. C. de bo. autho.
iudi. poſsid. quæ omnia ſunt notãda velut quotidia-
na, quæ locũ nõ habẽt in cõtractib. q gratia vtriuſq;
fiunt, in quibus nõ habet locũ d. l. cùm acutiſsimi. vt
plenè per Iaſ. in l. ij. viiij. col. ver. xiiij. quæritur. C. de
iure emphyteuti. Habetis ergo pro cõcluſione ꝙ vbi
deſcẽdẽtes etiã ſimpliciter rogãtur alicuius aſcẽden-
tis reſtituere hęreditatẽ poſt mortẽ, ſemper ineſt cõ-
ditio, ſcilicet ſi ille rogatus deceſſerit abſque liberis.
Nã ſi cũ liberis decedat, ſemper excluditur ſubſtitu
tus. quod qualiter intelligatur, patet ex pręmiſsis. Et
cũ his ſatis ſufficiẽter eſſe poteſtis inſtructi ꝗd iuris
ſi inſtitutiõi vel fideicõmiſſo hęc clauſula nõ fuerit
appoſita. Hic autem in teſtamento Raynutij fuit ex-
preſsè hæc clauſula ſeu cõditio in ſubſtitutione ap-
poſita, *Si abſque liberis moreretur*. vt patet in textu.

### *SVMMÆ SECTIONIS.*

### Si abſque liberis moreretur. II.

1 ☞ *Subſtitutio à Raynutio facta, an fuerit cõpendioſa.*
2 *Succedendi verbum eſt commune.*
3 *Vulgaris ſubſtitutio quomodo fiat. & nu. 4.*
5 *Vulgaris ſubſtitutio quibus verbis fiat.*
6 *Vulgaris ſubſtitutio quare ita appelletur. & nu. 9.*
7 *Vulgaris ſubſtitutionis definitio.*
8 *Vulgare quid dicatur.*
10 *Vulgaris ſubſtitutio quotuplex.*
11 *Tacita vulgaris quid.*
12 *Vulgaris contẽta in breuiloqua an ſit expreſſa vel tacita*
13 *Vulgaris ſubſtitutio partim expreſſa, & partim tacita.*
14 *Expreſſum dicitur tribus modis. & nu. 15. 16. & 17.*
18 *Vulgaris ſubſtitutio poſthumo facta.*
19 *Vulgaris ſubſtitutio omnino tacita.*
20 *Subſtitutio vna continet aliam ex interpretatione exten ſiua tantùm.*
21 *Porrigi eſt idem quod extendi.*
22 *Vulgarem ſub pupillari contentam eſſe omnino tacitam quomodo intelligatur.*
23 *Pupillaris ſubſtitutio vt ſit, duo requiruntur.*
24 *Vulgaris partim expreſſa, & partim tacita ſit dupliciter.*
25 *Vulgaris in vno caſu facta extenditur ad alium.*
26 *Subſtitutiones largiſſimè interpretantur.*
27 *Subſtitutio in vno caſu facta quando non extendatur ad alium. & nu. 28 & 29.*
30 *Subſtitutiones ſunt multum fauorabiles.*
31 *Peperiſſe an dicatur cui ſectus eſt venter,*
32 *Teſtatoris prouiſio extenditur.*
33 *Subſtitutio ſi poſthuma naſcatur, an habeat locum, nulla poſthuma nata.*
34 *Nolle & non poſſe æquiparantur.*
35 *Interpretatio nunquam debet præualere menti.*
36 *Subſtitutio in vno caſu facta quando non porrigitur ad alium. & nu. 37. 38. 39. 40 & 41.*
42 *Obmutuerunt paſſim viri eloquentiſſimi.*
43 *Subſtitutio facta in vno caſu, porrigitur ad alium, etiam in legatis.*
44 *Vulgaris ſubſtitutionis quis ſit effectus.*
45 *Vulgariter ſubſtituto non eſt locus quandiu eſt ſpes, quòd hæres adire poſſit.*
46 *Subſtitutum non excludit hæredis aditio ab inteſtato.*
47 *Subſtitutũ nõ excludit hæres, niſi totã hæreditatẽ adeat.*
48 *Hæreditatem an repudiare poſſit filius retenta legitima. & nu. 49. 50. & 51.*
52 *Legitimam repudians filius poteſt pœnitere.*
53 *Legitima retenta quando poſſit filius reſiduum repudiare. & nu. 54.*
55 *Hæres repudiare poteſt hæreditatem retentis legatis.*
56 *Fiſcus raro æquus.*
57 *Filius hæreditatem repudians, an feudum retinere poſſit. & nu. 58.*
59 *Bonorum appellatione continentur emphyteuſes.*
60 *Filia dotata dotem retinebit, etiam ſi pater hæreditatem repudiet.*
61 *Collatio bonorum quid.*
62 *Subſtitutus admittitur licet hæres ad adeundum poſſit reſtitui. & nu 63.*
64 *Subſtitutus vulgaris an excludatur, ſi inſtitutus alium hæredem faciat.*
65 *Hærede ad alium transferente ius deliberandi an ille ſub ſtituto præferatur. & nu. 66. 68. 69. 70. & 72.*
67 *Tranſmiſſio eſt triplex.*
71 *Dictũ doctoris intelligi debet ſecundũ iura quæ allegat.*
73 *Filiofa. ab extraneo inſtituta repudiante, an pater præferatur ſubſtituto. & nu. 74. 75 76. & 77.*
78 *Patre inſtituto & repudiante, an filium excludat ſubſtitutum. & nu. 79.*
80 *Monacho inſtituto adire nolente an monaſterium excludat ſubſtitutum. & nu. 83 & 84.*
81 *Monacho relictũ cenſetur contemplatione Monaſterij.*
82 *Aditio hæreditatis non ſola fit voluntate, ſed facto.*
85 *Monachus potius æquiparatur filio quàm ſeruo. & nu. 86*
87 *Monachus decedens ante aditam hæreditatem, an eam tranſmittat ad monaſterium.*
88 *Suitas non perditur per ingreſſum religionis.*
89 *Epiſcopus quo ad ius tranſmittendi paternam hæreditatem non cenſetur extra patriam poteſtatem.*
90 *Patriã poteſtatẽ tollit religio & dignitas, vbi eſt fauor.*
91 *Hæreditas extranei non adita, an tranſmittatur ad monaſterium vel patres.*
92 *Subſtituto vno vulgariter alio fidei cõmiſſariè, quis præferatur hærede repudiante.*
93 *Suitas quomodo tollatur per dationẽ vulgaris ſubſtituti.*
94 *Fiſcus an præferatur ſubſtituto, ſi hæres indignus repudiet.*
95 *Inſtitutus & ſubſtitutus in ſex caſibus ſimul admittũtur.*
96 *Vulgaris ſubſtitutio poteſt vires dare teſtamento. & nu. 97. & 98.*
99 *Vulgaris tacita locum habere poteſt, vitiata vulgari expreſſa. & nu. 100.*
101 *Prouiſio in vnum caſum quando extenditur ad alium.*
102 *Subſtitutio habet largiſſimam interpretationem.*
103 *Vulgaris continet tacitam pupillarẽ. & nu. 104. & 105.*
106 *Vulgaris pupillo facta quãdo non continet tacitam pupillarem.*
107 *Voluntas teſtatoris quibus modis probetur.*
108 *Prouiſio expreſſa hominis ceſſare facit tacitã prouiſionem legis.*
109 *Appellatio remota intelligitur de friuola.*
110 *Pupillaris tacita contenta in vulgari, & econtrà dicitur ſubſtitutio ſcripta.*
111 *Tacitum quid dicatur.*
112 *Vulgaris an contineat tacitam exemplarem.*
113 *Vulgari ſubſtitutione ſucceditur teſtatori, & non hæredi.*
114 *Vulgaris tacita in pupil. contenta, non comprehendit bona pupilli, ſed teſtatoris.*
115 *Hæres repudians quando retinere nequeat prælegata.*

116 *Pupillo*

116 *Pupillo hærede & teſtatore ſimul decedentibus, ſubſtitutus venit ex pupillari expreſſa ad bona pupilli, & ex vulgari tacita ad bona teſtatoris.*
117 *Subſtitutus an etiam vocetur ad partem, quæ accreuit alterius cohæredis repudiatione.*
118 *Vulgaris ſubſtitutus matrem excludit.*
119 *Vulgaris tacita an excludat matrem teſtatoris.*
120 *Vulgaris partim expreſſa et partim tacita an matrem excludat.*
121 *Vulgaris ſubſtitutio de neceſſario hærede facit voluntarium.*
122 *Vulgaris ſubſtitutio quomodo extinguatur. nume. 123. & 124.*
125 *Aditione hæredis quando extinguatur vulgaris.*
126 *Vulgaris pluribus facta an vno adeunte expiret. & nu. 127. 128. & 129.*
130 *Subſtitutus aditione excluſus, ſi hæres beneficio reſtitutionis repudiet, an admittatur. & nu. 131.*
132 *Sui hæredis exiſtentia, an vulgarem ſubſtitutum excludat, ſicut aditio.*
133 *Subſtitutus an præferatur inſtituto, qui iure ciuili hæres eſſe nequit, ſed prætorio.*
134 *Hæres qui iure tantùm prætorio vti vult, an excludat ſubſtitutum.*
135 *Hæres qui bonorum poſſeſſio. repudiauit, an iure ciuili venire poſſit, vt ſubſtitutum excludat.*
136 *Hæres conditioni parere nolens, facit locum ſubſtituto.*
137 *Vulgaris tacita quomodo expiret. & nu. 138.*
139 *Pupillaris inutilis an tacitam contineat vulgarem.*
140 *Pupillaris ſubſtitutio habet inſitam conditionem, ſi in pupillari ætate deceſſerit.*
141 *Vulgaris quare videtur iure improbari.*
142 *Vulgaris ſubſtitutio quare iure probetur.*
143 *Votum captandæ mortis dupliciter inducitur.*

## Si abſque liberis moreretur. II.

1 EX hoc textu clarè demonſtratur, † ꝙ
hæc ſubſtitutio fuit compendioſa, vt
ſcilicet quandocunque Adiecta teſta-
toris filia ſine liberis decederet, eidem
ſuccederent, Alterocha & eius ſobo
les, vt dicit gl. noſtra hîc in prin. Vel dici poteſt, ꝙ
hęc ſubſtitutio fuit fidei cõmiſſaria, vt probat tex. no
ſter dum dicit ꝫ. tanquam ex cauſa fideicommiſ. ita
ſentit gl. in verbo, ſubſtitutionis. ꝫ. eod. nam licet
hæc ſubſtitutio facta fuiſſet per verbum, ſuccederẽt,
2 † quod eſt verbum cõmune: attamen propter hanc
conditionẽ liberorum hîc poſitam, ſubſtitutio dici-
tur fideicõmiſſaria, attento maximè ꝙ dicta hæres
inſtituta deceſsit pubes effecta. Talia enim verba, ſi
abſque liberis, verbis cõmunibus adiecta ſubſtitu-
tionem faciunt fideicommiſſariã, ſecundum glo. in
verbo. fideicõmiſſo. in l. precibus. C. de impub. & a-
liis ſubſti. Quod an ſit verũ dicã latiùs ꝫ. in materia
cõpẽdioſæ ſubſtitutionis. Si verò hæc verba, ſine li-
beris nõ fuiſſent in noſtra ſubſtitutione appoſita, &
Adiecta teſtatoris filia hæres inſtituta deceſsiſſet in
ætate pupillari, hæc ſubſtitutio iure directo valuiſſet,
attẽto ꝙ hoc verbum commune, ſuccederent, refe-
rebatur ad perſonam hæredis inſtitutæ, vt plenè ha-
buiſtis in præcedenti notula. Ex quo habetis, ꝙ li-
cet in omni ſubſtitutione quæ fit deſcendẽtibus per
aſcendẽtes, tacitè inſit conditio, ſi hæres ſine liberis
deceſſerit, vt d. l. cùm acutiſsimi. & fuit ſ. plenè decla
ratum. Tamẽ propter illã conditionẽ ſubintellectã
ſubſtitutio non efficitur obliqua, niſi per teſtato-
rem exprimatur. Et ſic illa quæ tacitè inſunt ſi expri-
mãtur, aliud operãtur, licet regulariter contrariũ di-
camus, vt plenè per Bar. in l. hęc verba. ff. de lega. j. &
Panor. in c. cùm dilecta. de reſcrip. & in c. ſignifica-
ſti. de electio. & not. in l. nonnũquam. ff. de condi. &
demõſtra. de hac autẽ clauſula, Si abſque liberis &c.
dicetur ꝫ. eod. *Tandem ſine liberis eſt defuncta.*

### *Tractatus Vulgaris Subſtitutionis.*

3 SED † quia gl. noſtra hîc magiſtrali-
ter nobis tradit ſubſtitutionum mate-
riã, idcirco eius inſequẽdo ordinẽ de
ſingulis ſubſtitutionũ ſpeciebꝰ prout
noſtri acies ingenij atque intellectus
exigui capere poterũt, diſſeremus, ſtylo ac more tra-
ctãdi per Bar. in hac materia tradito, poſſetenus ob-
ſeruato. Videamus ergo in primis de vulgari ſubſti-
tutione. Circa cuius expeditionẽ tractãdũ eſt de ſex,
more Bar. in l. j. ff. de vulg. & pup. ſubſti. Primò enim
tractabitur de forma & modo huius ſubſtitutionis fa
ciendæ. Secundò, quibus concipiatur verbis. Tertiò,
quare appellatur vulgaris magis, quàm alio nomine.
Quartò, quotuplex eſt vulg. ſubſti. Quintò, quis ſit
eius effectus. Sextò & vltimò, qualiter finiatur & ex-
tinguatur. Et circa ſingulos articulos decidẽtur quæ-
ſtiones, ſecundum materiam ſubiectam adiacentes.
4 † VENIO AD PRIMVM, in quo dubitatur de
forma faciendi hanc ſubſtitutionẽ. Et reſpondet. gl.
noſtra quòd ſit hoc modo: Inſtituo te hęredem: & ſi
tu non eris hęres, ille ſit hæres. Hæc forma probatur,
inſti. de vulg. ſubſti. in prin. vel ſic dicẽdo: Titiũ hæ-
redem inſtituo: & ſi hæres non erit, ſubſtituo Seium.
vel ſic: Si Titius hæres non erit, ſubſtituo mihi Seiũ.
Nam debet teſtator ſimpliciter ſubſtituere, vel verba
ſubſtitutionis ad ſe referre: quia caſu ſubſtitutionis
contingente ſubſtitutus ſuccedit teſtatori abſq; me-
dio, cum hæres fingatur non inſtitutus, poſtquã hæ-
res eſſe nõ vult, vel eſſe nõ poteſt. Ideo ſi teſtator di-
ceret: Si Titius hæres nõ ſit, Seius ſit ei hæres, vel ſibi
illum ſubſtituo: tunc non valet vulgaris ſubſtitutio,
quia peccat in forma, cum per vulgarem ſuccedatur
teſtatori, & in bonis teſtatoris, & nõ hęredi inſtituto,
nec in bonis ſuis: imò ſi hæres eſſet, nõ poſſet ei ſub-
ſtituere. & ſic cũ dictio, ſibi vel ei, aut ſimilis verifica
ri nõ poſsit directò nec per obliquũ, ꝙ Seius ſubſti-
tutus ſit hæres inſtituti, q̃ noluit vel nõ potuit hæres
eſſe teſtatoris, ſequitur ꝙ talis ſubſtitutio nõ valeat,
licet ſecus ſit in pupillari ſubſtitutione, ꝑ quã ſucce-
ditur pupillo: quia licet pater teſtator eã faciẽdo ver-
ba peruertat, ſic dicẽdo: ſi filius meus in ętate pupilla
ri deceſſerit, Seius ſit mihi hęres: cũ deberet dicere, ſit
ei vel ſibi hæres. Tamẽ valebit talis pupillaris ſubſti-
tutio, & illa dictio mihi, habetur pro nõ adiecta, ac ſi
dixiſſet ſimpliciter, ſit hæres ſecundũ gl. in verb. mi-
hi. in l. j. ff. de vulg. & pup. & eſt tex. ſing. in l. ſi ita ſcri
ptũ. ſ. qui filio. ff. de bo. poſ. ſecundũ tabulas. quia li-
cet ſubſtitutus pupillariter nõ ſuccedat teſtatori im-
mediatè, tamen ei ſuccedit mediãte perſona pupilli.
Vnde ſatis dicitur hæres eſſe teſtatoris, poſtquã eſt
hæres hæredis, per tex. in l. fi. C. de hæred. inſtit. ſed in
vulgari ſubſtitutione ſubſtitutus dici non poteſt ali-
quo reſpectu hæres inſtituti, qui teſtatori nũquã ſuc-
ceſsit. Et hanc opinionem prima facie videtur tene-
re Iaſ. in d. l. j. iij. col. Sed aduertatis, quia Albericus
in repetitione rubric. ff. de vulga. & pupil. xxxvj. col.
in fine.



in fi. tenet contrarium, dicens, talem ſubſtitutionem
vulgarẽ eſſe validam de iure. Nam teſtator dicendo:
Subſtituo ſibi Seiũ, perinde erit, ac ſi nõ appoſuiſſet
diſtinctionem ſibi. Quo caſu valeret, vt vidiſtis in j.
exemplo. Mouetur Alberi. primò per illã gl. in d. l. j.
ſecundò per illũ tex. in l. ſi ita ſcriptũ. ſ. qui filio. ff.
de bo. poſſeſ. ſecundũ tab. vbi in pupil. ſubſtit. dictio
mihi, habetur pro non adiecta, vt ſubſtitutio potiùs
valeat, q̃ pereat. ergo idẽ eſſe debet in vulgari, vt pa
riter dictio ſibi, habeatur ꝑ nõ adiecta. & in hac opi.
videt̃ finaliter reſidere Iaſon vbi ſ. magnifaciẽs de-
ciſionẽ Alberi. quã refert alibi nõ legiſſe. de quo etiã
dicã ꝫ. in materia pupil. ſubſtit. in ij. principali artic.
& iũctis his quę plenè dicta fuere ſ. in verb. *Adiiciẽs*
*vt Alterocha.* In iiij. & vlt. mẽbro. Præſens articulus
remanet ſatis ſufficiẽter declaratus iuncto, ꝙ ſi teſta
tor dixerit: Sempronium inſtituo, & Caiũ ſubſtituo.
talis ſubſtitutio dicitur vulgaris per l. iam hoc iure.
ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. circa prin. & per l. Gallus.
ſ. j. ff. de libe. & poſth. & eodẽ modo diceretur vulga
ris, & ſi teſtator diceret: Titium hæredẽ inſtituo: & ſi
hæres non erit, rogo eũ vt reſtituat hæreditatẽ Caio,
per not. per Bart. in l. quærebatur. per illum tex. ff. de
teſt. milit. & clariùs per Bal. in l. humanitatis. verſic.
mirabile &c. C. de impub. & aliis ſubſti. Alleg. tex. in
l. omnes. ff. qui ſatiſd. cogan. ſecundũ Alex. in d. l. j.
vj. col. ff. de vulg. & pupil. Et hæc vera, ꝙ talis ſubſti-
tutio dicit̃ vulgaris, vbi teſtator ſimpliciter dixit: ro-
go eum, vt hæreditatem reſtituat Caio. ſecùs ſi dixiſ
ſet, quòd eã reſtitueret per fideicõ. q̃a tũc eſſet fidei-
commiſſaria. per l. cohæredi. ſ. cũ filiæ. ff. de vulg. &
pupil. ſubſti. nam illa verba ſi hæres non erit, intelli-
guntur ſcilicet voluntariè: quia tunc cogi poterit, vt
habeat hęreditatem quam demum reſtituat, per l. de-
bitor. ſ. j. & l. cogi. ff. ad Trebel. ſecũdũ Gul. de Cug.
qui formaliter in his terminis loquitur in l. precibus.
C. de impube. & aliis ſubſtitu. Circa quod videte quę
plenè dixi in verbo, *Fidem impuberi ſuccederent*, vbi
5 retuli dictum Bal. in d. l. humanitis. † Secundus arti-
culus erat, quibus verbis fiat hæc ſubſtitutio. in quo
gl. reperiuntur variæ. Nam gl. in ſ. qua ratione, inſti.
de pupil. ſubſtitu. dicit, ꝙ ſit verbis negatiuis. ſed gl.
noſtra hîc dicit, ꝙ ſit verbis affirmatiuis: per quæ cõ
cipit exemplum dictæ ſubſtit. ſed dicatis vos has gl.
ſic concordari. quia omnis ſubſtitutio vulgaris duo
habet extrema, vnum concernẽs perſonam eius cui
fit, ſcilicet hæredis inſtituti. Quo caſu habẽdo reſpe-
ctum ad perſonam illius cui ſubſtituitur, tũc ſubſti-
tutio ſemper cõcipitur verbis negatiuis per hæc ver-
ba, ſi Titius hæres non erit. Aliud verò eſt extremũ
concernẽs perſonam, quæ ſubſtituitur. & tunc reſpe
ctu illius, ſubſtitutio ſemper concipitur verbis affir-
matiuis per hæc verba, talis hæres ſit ſecundum Bar.
quem omnes ibi ſequuntur in d. l. j. ff. vulga. & pupil.
& Bal. in repet. c. ſi pater. eo tit. lib. vj. & intelligitur
ſi hæres non erit, quia noluit eſſe hæres, vel quia non
potuit. l. cùm proponas. C. de hære. inſtit. & iſtud nõ
poſſe etiam accipitur largè, videlicet quoquomodo
hæres eſſe nõ poſsit, ſiue hoc procedat ex parte teſta
menti, quia eſt nullum quo ad inſtitutionem ſeu vi-
tioſum. l. iij. ſ. fin. de libe. & poſth. ſiue hoc procedat
ex vitio perſonæ inſtitutæ, vt quia fortè ſpurius, qui
hæres non poteſt inſtitui à patre. l. ij. C. de hęred. in-
ſtitu. ſiue ex defectu ipſiuſmet perſonæ inſtitutæ, vt
quia fortè hæres inſtitutus nõ eſt natus. l. fi. C. de in-
ſti. & ſubſtit. vel natus deceſsit antequam hæreditatẽ
adiret. l. ab omnibus. ſ. cùm quidã. ff. de leg. j. vt ple-
6 nè dicit. Bart. in d. l. iij ſ. fi. in fi. † VENIO nunc ad
tertiũ in quo dubitabatur quare hæc ſubſtitutio vul-
garis appellatur. & ſciendum eſt, ꝙ licet hæc ſubſtitu
tio cõmuniter à doctoribus nõ diffiniatur, credat tñ
7 Iaſon ſic eam diffiniri. † Subſtitutio vulgaris eſt ſe-
cunda inſtitutio directa, quæ à quolibet, & cuilibet
fieri poteſt. quæ diffinitio eſt bona. Nam (vt tradunt
Logici) omnis bona diffinitio cõſtare debet ex gene
re & differẽtiis, ſecundũ Bar. in l. j. ff. de teſta. & in l.
j. ff. de teſti. & in l. j. in princi. ff. de acquir. poſſeſ. Or
nũc dico, quòd ſubſtitutio eſt inſtitutio, & ſic genus,
quia omnes tam inſtituti quàm ſubſtituti dicũtur in-
ſtituti. Dixi *ſecunda.* ad differentiam primæ inſtitu-
tionis hęredis, cui ſit ſubſtitutio, qui dicitur in prima
inſtitutione vocatus. Et ſubſtitutus venit tanquam in
ſecunda inſtitutione vocatus. & præſupponit inſtitu-
tionẽ ante ſe: quod qualiter intelligatur, vidiſtis ple-
nè in verb. *Adiiciens, vt Alterocha.* Dixi, *directa* ad
differentiam ſubſtit. fideicõ. quæ eſt indirecta, de qua
Chriſto auxiliãte, videbitis plenè in materia cõpen-
dioſæ & fideicõmiſſariæ ſubſtit. Dixi vlterius, *à quo-*
*libet & cuilibet fieri poteſt,* ad differentiam pupillaris,
quæ fieri non poteſt niſi à ſolo patre, & filio pupillo
ſoli in eius poteſtãte conſtituto: & etiam ponitur ad
differentiam ſubſtit. exemplaris, quæ fieri nõ poteſt
niſi à patre vel matre, & niſi filio furioſo, prout hæc
omnia probantur in ſ. j. & ſ. qua ratione. inſtit. de pu
pil. ſubſtit. hæc autem ſubſtit. fit à quolibet & cuilibet
de populo. Ex quibus reſultat deciſio noſtri articuli
quòd ideo hæc ſubſti. dicit̃ vulgaris. Primò reſpectu
teſtatoris eam facientis, quia à quolibet de vulgo, id
eſt, de populo fieri poteſt. l. in ratione. ſ. quod vulgo.
ff. ad legem Falc. Nam fieri poteſt etiam à milite, vel
pagano, à patre, vel extraneo, & quocunque alio, fœ
mina vel maſculo, dum tamen eam faciens ſit homo
vulgaris, id eſt, ad teſtandum habilis, ſecũdum Azo.
in ſumma. C. de impub. & aliis ſubſti. & glo. in rubri.
inſtitu. de vulga. ſubſtitu. Secundò dicitur vulgaris
reſpectu eius cui fit: quia cuilibet de vulgo, id eſt, de
populo hæredi inſtituto fieri poteſt, ſiue militi, ſiue
pagano, homini libero, vel ſeruo, conſanguineo, vel
extraneo. l. cùm proponas. C. de hæred. inſtit. & ſ. ſi.
inſtit de vulga. ſubſtit. Tertio modo dicitur vulga-
ris ea ratione, quia ſit verbis vulgaribus, id eſt, cõſue-
tis. l. vulgaris eſt quæſtio. ff. de furtis. &c. vulgaris. de
pœnit. diſt. j. & d. l. in ratione. ſ. quod vulgò. ſit enim
hæc ſubſtitutio per hæc verba vulgaria, Talis ſit mihi
hæres: & ſi hæres nõ erit, talis ſit hæres: vel talem ſub-
ſtituo. Nã quilibet de vulgo talia verba proferre ſcit,
tanquam vulgaria & apponi cõſueta in hac ſubſtitu-
tione, ſecundum Cyn. in l. precibus. C. de impube. &
aliis ſubſtitu. & Bart. in d. l. j. de vulg. & pupil. vbi re-
fert Gul. de Cugn. voluiſſe, ꝙ quinque modis dicitur
vulgaris. & cum dictis Barto. tranſeunt hîc dominus
Card. Ioan. de Lig. & Imol. & Bald. in repet. dicti ca.
ſi pater. licet aliqui inſurgant cõtra rationem prædi-
ctam per glo. ſingul. in l. quoties. C. famil. erciſc. dicẽ-
tem, ꝙ quilibet dicere neſcit, inſtituo. & minus dice-
re ſcit, ſi hæres non erit, talem ſubſtituo. Quoniam
reſpondetur per glo. ſingul. in dicta l. inter omnes. ff.
qui ſatiſdare cogantur. dicẽtem inter omnes, ſcilicet
ſapientes: ita dicamus in propoſito, quòd hęc ſubſti-
8 tutio eſt vulgaris, apud ſapientes, & doctos. † cùm
illud dicatur vulgare, quod emanat à conſuetudine
ſapientum, & non inſipientum ruſticorũ, ſicut com-
munis vſus loquendi nõ ſumitur ex variis loquutio-
nibus imperitorum, vt plenè dixi ſuprà eodem in

9 verbo, *Eidem impuberi ſuccederet̃*.prope finẽ. †Quar
tò dicitur vulgaris: quia verbis fit vulgaribus, id eſt,
directis.Et ſic eſt directa ſubſtitutio.Nam interdum
dicitur eſſe vulgare quod directum eſt, per text.cum
glo.in l.quidam cùm filium.ff.de hęre.inſti.& in tan
tũ eſt hæc ſubſtitutio directa, ꝙ etiam ſi fiat per ver-
ba cõmunia,ſemper remanet directa,ita ꝙ ſi teſtator
diceret,ſi talis hęres nõ ſit,talem ſubſtituo, licet hoc
verbum ſubſtituo,ſit commune, cùm trahi poſsit ad
vtrũq; ſenſum directũ,& indirectum ſeu obliquum:
attamẽ ſubſtitutio erit directa, quia ſubſtitutio vul-
garis eſt ſpecies ſubſtitutionis directæ, vt voluit glo.
noſtra hîc. Quintò dici poteſt vulgaris, id eſt, com-
munis,quaſi ius cõmune ſequens,quia nihil ſpeciali-
tatis habet.facit quod habetur in l.edicto.§.eſto.ff.de
iure fiſci. Sextò dicitur vulgaris, id eſt, approbata.
l.ſi ſeruus nauem.ff.de furtis. Alio modo, & vltimo
dicitur vulgaris,id eſt,expreſſa.l.libertates.ff.de fidei
10 cõmiſ.liberta. † QVARTO principaliter dubita-
tur,quotuplex ſit hæc vulgaris ſubſtit. & certè gloſſa
noſtra hîc ſentit ꝙ eſt duplex,ſcilicet expreſſa & taci
ta.hoc clariùs voluit glo.in d.§.qua ratione.inſtit.de
pupilla.ſubſtitu. & poteſt dici expreſſa vulgaris illa,
quæ colligitur ex verbis expreſsis ipſius vulgaris ſub-
ſtitutionis, vt in exemplis ſuprà poſitis in primo ar-
11 ticu.& hîc in glo. †Tacita autẽ vulgaris eſt illa quæ
continetur in expreſſa pupillari.l.iam hoc iure. ff. de
vulga.& pupil.Facit quod habetur eod.tit.l. Lucius.
& l.qui plures.& in hoc cõſentiunt omnes doctores.
vt ſcilicet vulgaris ſub pupillari cõprehenſa ſit,& di-
catur tacita.Nam pupillaris ſubſtit. facta filio pupil-
lo ſi in ætate pupillari deceſſerit, tacitè continet vul-
garem, videlicet ſi pupillus hæres patris nõ fuerit, vt
quia noluit, vel quia non potuit, quo caſu vocabitur
ſubſtitutus ex tacita vulgari comprehenſa ſub pupil-
lari expreſſa. Nam illa vulgaris ſub pupillari conten-
12 ta, dicitur verè tacita. † Sed dubitatur apud docto-
res de ſubſtitutione vulgari cõprehenſa ſub breuilo-
qua vel compendioſa,an dicatur expreſſa, vel tacita,
ſuper quo gl.ſunt variæ.Nam gl.in d.§. qua ratione.
inſtit.de pupilla.ſubſtit.tenet eam eſſe tacitam. idem
ſentit glo.in l.fi.C.de inſtit.& ſubſtit.& in l.in teſta-
mento.C.de teſta.milit.ſed gloſ.in l.Lucius.ff.de vul
ga. & pupil. tenet talem ſubſtitutionem eſſe expreſ-
ſam.Idem tenet glo.in l.fina.in fine.C.de impube.&
13 aliis ſubſtitu. †Vnde pro concordia dictarum gloſ.
vt vnaquæque illarum dicatur verum dixiſſe, capio
elegantem doctrinam Bar.in l.j.ff.de vulga. & pupil.
Pro cuius clariori intellectu ſecundum eum ſcien-
dum eſt,quòd ſubſtitutio vulgaris eſt triplex. quædã
eſt expreſſa,quædam tacita: alia verò dicitur partim
tacita,& partim expreſſa. & primò videamus de vul-
gari expreſſa: ad quod ſciendum eſt ſecundum Bart.
14 ibi, †& expreſſum dicitur tribus modis. primò illud
quod eſt expreſſum in genere.l.fina.C. quod cum eo
qui in aliena poteſtate,ſecũdum vnam lecturã. Nam
illud dicitur expreſſum, quod dicitur verbis genera-
libus.idem dicit Bald.in l.prætor.in princ. per illum
tex.ff.de no.ope.nuntia. vbi dat regulam quòd illud
eſt expreſſum,quod venit ex mente legis, vel ſub ge-
neralitate verborum. Nam ſi in contractibus in qui-
bus ſtricta fit interpretatio, illud eſt expreſſum quod
fit ſub generalitate verborum, vt d.l.fi.cum glo.mul-
tò fortius hoc erit in vltima voluntate, in qua fit lata
interpretatio.cap.cùm dilectus.de don. Et multò po
tius in ſubſtitutionibus, in quibus fit largiſsima. ſe-
cundũ gl.& doctores.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtùm.
15 ff.de liberis & poſthu. † Et quia iſtud dictum Barto.
eſt egregiũ, dum dicit, quòd expreſſum dicitur quod
verbis fit generalibus, ipſum limitabitis quatuor
modis,ſecũdum Alex. Primò per glo. ſingularem in
c.inquiſitores.ſuper verbo,expreſsè.de hæreti.lib. vj.
vbi ſingulariter dicit glo.quòd quãdo reſpectu certę
perſonæ fieri debet mentio expreſſa, non ſufficeret
mentionẽ fieri verbis generalibus: putà dicendo cõ
tra quaſcunq; perſonas cuiuſcunq; qualitatis exiſtãt,
ſed requiritur ſpecialis expreſsio per demonſtratio-
nem perſonæ.Idem no.dominus Anto.& Imo.in cle
men.cõſtitutionẽ.de elect.per illum tex.& conſuluit
idem Anto.conſil.xxj.incip.quia hic agitur.Secundò
limitabitis illud dictum non habere locum, vbi lex
requireret expreſſum verbis, quia tunc non ſufficeret
loqui generaliter per tex.in l.fina.§.defenſionem.C.
de admini.tut.vbi tutor qui tenetur expreſsè promit-
tere defenſionem pupillorum ſuorum, non liberare-
tur promittendo generaliter vtilia procurare: licet
ſub iſtis verbis cõtineatur defenſio,& ita decidit Bar.
in l.prætor.in princ.& in l.legitimos. in fine princi-
pij.ff.de legitima tute. Tertiò limitabitis quando lex
noua iuris antiqui correctoria aliquid requirit ex-
preſsè fieri:quia tũc nõ ſufficit,ꝙ in genere fiat, nec
per verba generalia exprimatur, ſed fieri debet no-
minatim & ſpecialiter ſecundũ Ange.ſingulariter in
§.ſi verò expreſsim.per illum tex.in authẽ. de hæred.
& Falcid. idem notat Ang.in §. illud.per illum text.
in authen.de triẽ.& ſemiſ.quẽ ſequitur Ludo. in re-
petitione authenticæ,ſimiliter.penulti.col. C.ad leg.
Falcid.ſed illa iura nõ probant dictum Ange.ſecun-
dum Alexã.& Franc.Aret.in l.j.ff.de vulga.& pupil.
ſubſtit.quia licet dicant debere fieri expreſsè, tamen
non dicunt,quòd debeat fieri nominatim.Quartò li-
mitabitis ſecundum Iaſon. quòd licet illud quod ge-
neraliter dicitur,dicatur expreſſum,tamẽ illud quod
venit in neceſſariam conſequentiam ſeu in neceſſa-
rium conſequens ad actum expreſſum, dicitur taci-
tum.Vnde ſi miles qui ſcit ſe habere filium, inſtituat
hæredem extraneum,in neceſſarium conſequens pri-
uat filium hæreditate: & tamen dicitur tacitè ipſum
priuare.text.eſt in l. ſicut certi. in verbo,tacitè.C. de
teſtamento mili. quẽ text.ad hoc nouiter ponderauit
16 Franciſ. Areti. ibi reputans menti tenendum. † Re-
deo ad doctrinã Barto.& dico, quòd ſecundo modo
dicitur id quod ſpecialiter & in ſpecie exprimitur. l.
j.§.inter filium.ff.de fal.& dicta.l.fina.ſecundũ aliam
lecturam.C.quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt.
17 †Tertio modo dicitur expreſſum quod ſingulariter
& indiuidualiter exprimitur, ſcilicet propriis nomi-
nibus,& vocabulis.l.quod in rerum.§.fin. vbi glo.ff.
de legat.j.ſecundum Bart. in dicta.l.j.in fin.ff.ſi quis
in ius vocatus nõ ierit.ad hoc facit gloſ.in dicto cap.
inquiſitores.de hæreti.lib.vj.& Barto.in dicta l.præ-
tor.in princip.ff.de noui operis nuntiat. Or nunc ex
prædicta doctrina Bart.infertur ad concordiã dicta-
rum gloſſa.vt dicamus, ꝙ ſubſtitutio vulgaris cõten-
ta in breuiloqua vel compendioſa ſubſtitutione eſt
expreſſa generaliter. verbi gratia: Titium & Seium
hæredes inſtituo,eóſque inuicẽ ſubſtituo.Hæc enim
ſubſtitutio eſt breuiloqua,duas cõtinens ſubſtitutio-
nes vulgares,ſcilicet vnam in perſona Titij, alteram
verò in perſona Seij:caſu quo hæres nõ ſit. Quæ qui-
dem duæ vulgares ſunt expreſſæ generaliter. quod
eſſet maximè verum ſecundum Franc. Aret. quando
breuiloqua non cõtineret niſi vnam ſubſtitutionem,
vt eſt quando ſit duobus hæredibus maioribus, vel
quando



quando ſit pſonis imparibus:putà filio teſtatoris pu
pillo & extraneo. Quo caſu talis breuiloqua vulgarẽ
tantùm continet ſubſtitutionem ſine pupillari.l.iam
hoc iure. ibi, in vulgarẽ tãtum ff.de vulg. & pupilla.
ſubſtit.& l.quãuis.C.de impube.& aliis ſubſtit. certè
tunc illa vulgaris contenta in breuiloqua non ſolùm
eſt generaliter vulgaris,imò ſpecialiter. Nam diſpo
ſitio facta per verba generalia,quæ niſi in vna ſpecie
verificari nõ poſſunt,cenſetur eſſe ſpecialis,per text.
in l.ij.ff.de liberis & poſthu.ſecundũ eum.ad hoc fa-
cit tex.ſecundum Iaſo.in l.ſi domino. vbi Bar.no.ff.
de lega.j.& in l.ſi hæres.ff. de optio.lega.facit text.in
c.ex parte.leg.j.vbi gl.fi. hoc notat.& Panor.de offi.
delega. Et idem dico in vulgari cõprehenſa ſub cõ-
pendioſa ſubſtitut. vt pari modo dicatur generaliter
expreſſa.puta ſi teſtator dicat, Titium hęredem inſti-
tuo:& quãdocunque deceſſerit, Seius ſit hæres. Hæc
enim ſubſtitutio eſt cõpendioſa apprehendens in ſe
vulgarẽ ſubſtitutionẽ, caſu quo Titius nõ ſit hæres.
Quæ quidẽ vulgaris dicitur expreſſa generaliter ſub
hoc generali verbo.quandocunq; deceſſerit:quaſi ſit
ſenſus, ꝙ ſi Titius antequã adeat hæreditatẽ deceſ-
ſerit,& ſic hęres eſſe nõ poſsit, Seius ſit hęres.Et hoc
modo intelligitur gl.in d.l.Lucius.& in d.l.precibus.
volẽs dictas vulgares eſſe expreſſas generaliter.ſecùs
autẽ diceremus capiẽdo expreſſum ſpecialiter, quia
tunc vulgaris in breuiloqua vel cõpendioſa cõtenta
nõ dicitur expreſſa,cũ in dictis ſubſtitutionibus vul-
garis ſubſtitutio non cõprehendatur verbis ſuis for-
malibus & ſpecialibus.Quæ quidem verba ſunt iſta:
ſi hæres non ſit,talis ſit hæres.In illis profectò ſubſti
tutionibus ſcilicet breuiloqua & cõpẽdioſa,talia ver
ba explicitè nõ reperiũtur expreſſa, licet ſub quadã
generalitate cõprehendantur. Ideo vulgaris ſub eis
cõprehẽſa dici nõ poteſt expreſſa ſpecialiter:& mi-
nus dicitur expreſſa ſingulariter,cùm in eis nõ repe-
riatur expreſſus aliquis caſus ſingularis, in quo ſit fa-
cta ſubſtitutio vulgaris,duos iuxta ſui naturã conti-
nẽs caſus, ſcilicet ſi hæres eſſe nolit, vel ſi hæres eſſe
nõ poſsit. Prætereà quẽ nõ poſſe eſſe heredẽ cõtin-
git, vel propter mortem vel aliud impedimentũ iuris
vel facti.l.cùm proponas.C.de hæred.inſtit. & §.fi.
18 inſtit. de vulga.ſubſtit. † Similiter vbi vulgaris ſub-
ſtitutio fit poſthumo, intelligitur ſi poſthumus non
naſcatur, aut natus viuo teſtatore moriatur.l. Gallus
in prin.ff. de libe. & poſthu. & l.fin.C.de inſtitu.&
ſubſtit. Vnde quoties in ſubſtitutione alter de præ-
miſsis caſibus exprimitur,talis ſubſti. dicitur expreſ-
ſa ſingulariter propter ſingularẽ caſum in ea expreſ-
ſum.Ideo hoc modo capiendo expreſſum, vulgaris
ſubſtitutio cõprehẽſa in breuiloqua vel compẽdio-
ſa nõ dicitur expreſſa,nec ſpecialiter, vt in caſu præ-
cedenti,nec ſingulariter in caſu iſto,ſed dicitur taci-
ta.& hoc modo intelligitur gl.in d.§.qua ratione. &
in d.l.in teſtamento.C.de teſta.mili. & l.fi.C.de in-
19 ſtitu.& ſubſtitu. † Secunda ſubſtitutio vulgaris dici-
tur tacita,& omnino tacita,ita ꝙ aliquo reſpectu di-
ci nõ poteſt expreſſa,nec generaliter,minúſque ſpe-
cialiter vel ſingulariter. & eſt illa quæ continetur in
pupillari expreſſa,vt d.l.iam hoc iure.in prin. Illa e-
nim nullo modo dicitur expreſſa ex vi aliquorum
verborũ ſpecialium vel generalium, ſed eſt ex legis
poteſtate & coniectura defuncti mẽte ſubintellecta.
Nam quoties teſtator filio ſuo impuberi pupillariter
ſubſtituit,ſcilicet ſi hæres ſit,& in ætate pupillari de-
cedat, eo caſu ſicut mens teſtatoris expreſſa verbis
fuit, ꝙ ſubſtitutus filio in ætate pupillari poſtquam
hæres fuerit morienti, ſuccedat etiam ex præſumpta
mẽte defuncti,videtur tali pupillo ſubſtitutum ſi hæ
res nõ erit,vel quia noluit, vel quia nõ potuit forſan
morte præuentus.Quia veroſimile eſt, ꝙ ſicut teſta-
tor ei prouidere voluit,ſi hæres eſſet & in ætate pu-
pillari decederet, prout verba ipſius pupillaris ſubſti
tutionis ſonãt, ita etiam voluerit ei prouidere ſi hæ-
res non eſſet. Quo caſu veniet ſubſtitutus ex tacita
vulgari cõtẽta in pupillari expreſſa, vt dicta l. iã hoc
iure.cùm pupillaris expreſſa tacitam cõtineat vulga-
rem,niſi in caſibus,de quibus dicã in tractatu pupil-
laris ſubſtit.in ſexto principali artic.in princ. Simi-
liter etiam ſuo vulgari expreſſa continetur pupillaris
tacita.Quia veroſimile eſt, ꝙ ſicut teſtator prouide-
re voluit filio ſuo vulgariter ſubſtituendo, ſi hæres
non eſſet, etiam ei prouidere voluit caſu quo hæres
eſſet,& in pupillari ætate, in qua teſtari non poteſt,
decederet: vt plenè videbitis infrà in tractatu pupil-
laris ſubſtit.in ſexto principali arti. tractando tertiũ
20 effectũ pupillaris ſubſtit. † Or,domini, aduertatis,
q̨a quod dicitur, ꝙ ſub expreſſa pupillari cõtineatur
tacita vulgaris,& ecõtra,procedit ex interpretatione
extenſiua, vt probat tex.in verbo,porrigi.in l. quan-
uis.C.de impube.& aliis ſubſtit.ſecundũ Ang.& Ia-
21 ſo.ibi. †Nam porrigi nihil aliud eſt, quàm extendi,
facit dicta l. iam hoc iure. Non autem hoc procedit
ex interpretatione declaratiua, quæ eſt quando mẽs
teſtatoris congruit, & verba non repugnant. Sed in
ppoſito quanuis mẽs teſtatoris pręſumpta bene col
ligatur, ꝙ ſub expreſſa pupillari contineatur vulga-
ris tacita,& econtra, vt dicta l. quãuis. attamẽ verba
repugnant: quoniam verba pupillaris ſubſtitutionis
repugnant vulgari, & econtra. ergo ſi vna continet
aliam, hoc prouenit ex interpretatione extenſiua, nõ
autem declaratiua. Et vtilitas huius inueſtigationis
ſtat ſeu reſultat ex verbis Bart.in l. omnes populi. in
vj.quæſt.principali.ff.de iuſtitia & iure. Quia ſi ſta-
tutum ciuitatis reiiceret ab vltimis volũtatibus om-
nes interpretationes, ſolùm intelligeretur reiicere
interpretationes extenſiuas, non autẽ declaratiuas,
quia q̨ declarat, nihil dat.l.hæredes palàm.§.ſi quis
poſt.ff.eo. Ex quo infertur quòd ſubſtitutiones quæ
cõtinentur ſub breuiloqua vel cõpendioſa veniunt
ex interpretatione declaratiua, eo quia mẽs & verba
patiuntur: ideo per tale ſtatutum non cenſerentur
reiectæ. Secundò infertur quòd ſubſtitutio vulgaris
ſub expreſſa pupillari cõtẽta, & ecõtra cùm dicatur
omnino tacita, ceſeretur per tale ſtatutum reiecta.
22 Sanè † tamẽ intelligatis, quòd vulgaris ſub pupilla-
ri contenta eſt omnino tacita: cùm verba pupillaris,
ſcilicet ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit,
repugnẽt ſubſtitutioni vulgari.Eſt verũ,quando pu
pillaris expreſſa modo prędicto fuit facta ſub his ver
bis:Si hæres erit,& in pupillari ætate deceſſerit.ſi ve-
rò teſtator in pupillari ſubſtitutione nõ appoſuerit
hæc verba,ſi hæres erit,ſed ſimpliciter dixerit, filio
meo pupillo,ſi in ætate pupillari deceſſerit,ſubſtituo
Caium: tunc in tali ſubſtitutione continerẽtur duæ,
quæ dicerentur expreſſæ,ſcilicet expreſſa pupillaris,
& expreſſa vulgaris: quia hæc verba, ſi deceſſerit in
ætate pupillari,recipiunt æqualiter vtrunq; ſenſum,
ſcilicet ſi deceſſerit in ætate pupillari hæreditate nõ
adita,antequam fuerit hæres,vel poſt aditam hæredi
tatem:& ſic cũ verba ſubſtitutionis vtrunq; ſenſum
patiãtur,& mens non repugnet,ambæ tales ſubſtitu-
tiones erũt expreſſæ:ita quòd talis ſubſtitutio modo
præmiſſo facta non erit pupillaris expreſſa, imò erit

compendioſa infra tempus pupillaris ætatis limitata vt ſingulariter decidit Bal.in d.l.precibus.verſi. vnũ etiam aduerte.C.de impub.& aliis ſubſtitu.quem ibi ſequitur Pau.ſummè illud dictũ extollens, & dicens aliâs ſic conſuluiſſe Florentiæ. Idem tenet Zabarel. cardi.hîc.& ſic habetis ſecundũ Bal.quòd mẽtio pupillaris ætatis in ſubſtitutione habita non arguit, ꝙ propter hoc ſit pupillaris ſubſti. ita ꝙ ſi teſtator dixerit, ſi filius meus moriatur in pupillari ætate,talẽ ſubſtituo:talia verba licet cõueniant pupillari ætati, tamen non ſequitur ꝙ ſubſtitutio ſit pupillaris, cũ etiã
23 conueniant vulgari,vt dictum eſt. † Ad hoc ergo vt ſit pupillaris in ſpecie duo requiruntur. Primò quòd in ea hæc verba apponantur,ſi hæres erit. Secũdò ꝙ verba ſequentia ſubiungantur : & in ætate pupillari deceſſerit,talem ſubſtituo. Nam iſto caſu nõ eſt niſi pupillaris expreſſa : & tamen pupillaris fieri poteſt etiam ſi pupillus non fuerit hæres ſecundum Iaſõ.in l.fin.C.de inſtit.& ſubſtitu.Sed aduertatis,quia in eo quod Bal.dicit , ſubſtitutionem pupillo filio factam abſq; illis verbis,ſi hęres erit,eſſe cõpẽdioſam & nõ pupillarẽ,non tenetur cõmuniter.imò Bar. in l.ij. in iiij.quæſt.ff.de vulg. & pupil.tenet illam eſſe pupillarem: quod probat per multa iura. & ita tenuerat etiã Iaco.Butri.in d.l.precibus.C.de impube.& aliis ſubſtitu.& Ange.in l.verbis ciuilibus.ff.de vulga.& pupil.& Sali.in l.ſi teſtamẽto. C.de impub.& aliis ſubſtitu.vbi cõcludunt ſubſtitutionẽ factã per hæc verba , ſi in pupillari ætate deceſſerit : nullo modo eſſe compendioſam : cùm non contineat niſi vnam ætatem , ſcilicet pupillarẽ duntaxat. & cõpendioſa dicitur quæ ſub verborum cõpendio ſeu breuitate plura complectitur diuerſa tẽpora , ſcilicet ætatis pupillaris,& adultæ,ac maioris,vt plenè dicetur infrà in materia cõpendioſæ ſubſtitutionis. Et hanc opinionem ſcilicet ꝙ dicta ſubſtitutio non ſit compendioſa,ſed pupillaris,tenẽt Alexãd.iij.col.& Iaſon xviij. col. in dicta l.precibus. In eo verò quod Bal. dicebat in tali ſubſtitutione pupillari facta ſine illis verbis,ſi hæres erit,duas eſſe ſubſtitutiones, ſcilicet pupillarem, expreſſam,& vulgarẽ,quæ non eſt omnino tacita,præfati Doctores ſequuntur ipſum dicentes,ſubſtitutionem vulgarẽ tunc in tali pupillari cõtentam nõ eſſe omnino tacitam,ſed expreſſam verbis generalibus, ſcilicet ſi filius in ætate pupillari deceſſerit , Titium ſubſtituo.Nam contingere poterit, ꝙ filius,viuo teſtatore,decedet, vel poſt eius mortem ætate eius pupillari durante,& ante aditã hæreditatẽ ſeu agnitam, & ſic ante quàm ſit hęres patris. Et ſic cõtingit caſus huius ſubſtitutionis vulgaris.& ita tenẽt Imo. hîc, & Alexan.in dicta l.precibus.in additione Bal. ex quo ſequitur maximus fructus: quia cũ talis vulgaris non ſit omnino tacita,imò eſt verbis generalibus expreſſa, de ipſa iudicabitur ſicut de comprehenſa in breuiloquo vel cõpendioſa,& per conſequens excludet matrẽ filij pupilli ab illius ſucceſſione,ſicut eã excludit ſubſtitutio vulgaris aut pupillaris expreſſa : quod non faceret,ſi eſſet omnino tacita, vt dicetur infrà in quinto principali articulo , tractando quintum effe-
24 ctum huius ſubſtitutionis. † Tertia eſt ſubſtitutio vulgaris partim expreſſa, & partim tacita , quod poteſt contingere duobus modis. Primò, quòd ſit partim tacita,& partim expreſſa quo ad verba: qualis eſt illa quæ in breuiloqua continetur , vel cõpendioſa: quæ(vt dictum eſt)dicitur expreſſa verbis generalibus, & tacita verbis ſpecialibus , vel ſingularibus, vt ſuprà eſt declaratum.Secundò poteſt eſſe partim expreſſa , & partim tacita quo ad caſus. Pro quo ſciendum eſt,quòd ſubſtitutio vulgaris duos in ſe cõtinet caſus,ſcilicet ſi hæres eſſe noluerit,& ſi hæres eſſe nõ
25 potuerit. † Adeo, quòd etiam ſi ſubſtitutio expreſsè in vnum caſum facta,putà in caſu,ſi hæres eſſe noluerit.extenditur ad aliũ caſum , ſcilicet ſi hæres eſſe nõ potuerit.& è conuerſo,ſi fiat in caſu impotẽtiæ,porrigitur ad caſum noluntatis , ita quòd in primo caſu ſi hæres inſtitutus noluerit eſſe hæres , vocabitur ex vulgari expreſſa in illo caſu : & ſi hæres eſſe non potuerit , ſubſtitutus vocabitur ex vulgari in illo caſu tacita. Nam licet dicta ſubſtitutio quo ad verba ſit expreſſa,tamen quo ad caſus,eſt partim expreſſa , & partim tacita. Ergo ſubſtitutio ſimpliciter facta omnes caſus comprehendit:quia veroſimile eſt,quòd ſicut teſtator ſibi prouidere voluit caſu quo hæres nolit eſſe,ita etiam ſi non poſsit , puta quia morte præuentus hæreditatem adire non potuit,vel aliis modis de quibus ſuprà in ſecundo articulo principali.Quo caſu ſubſtitutus vocabitur , niſi cauſam mortis præbuiſſet hæredi,quia tunc non admitteretur,imò ſubſtitutionis fructu priuaretur,ſecundum Barto.& doctores per illum textum,in l.ſi ab hoſtibus. §.finali. in fin.ff.ſoluto matrimonio.Reſtat ergo, quòd vnus caſus alium comprehendit.Nam paria ſunt nolle, & nõ poſſe.l.j.§. vſus. ff.de procurat. facit l. mulier.ff. ad Trebellianum. & quòd vulgaris ſubſtitutio in vno caſu facta,extẽdatur ad alium, eſt textus optimus in dicta l.finali.C.de inſtitutio.& ſubſtitutio.ſecundum lecturam Bartoli , vbi ſubſtitutio facta caſu quo poſthumus non naſceretur , extenditur ad caſum quo naſceretur , ſed hæreditate non adita decederet:quem textum ibi,ad hoc ponderant Barto. & Ang.& Guliel.de Cuneo,in repetitione dictæ l.precibus.in prima quęſtione principali.& Raynerius in tractatu ſubſtitutio.& Bald. in d.l.cùm proponas.C. de hæredibus inſtituendis. & ratio huius regulæ eſt
26 duplex. † Prima , quia in ſubſtitutionibus fieri debet largiſsima interpretatio ſecundum gloſ. & Doctores in dicto §. & quid ſi tantum. Secunda eſt, quia prouiſio teſtatoris in vnũ caſum facta,porrigitur ad alium,in quem teſtator veriſimiliter prouidiſſet, ſi de tali caſu cogitaſſet. textus eſt notabilis in l. Titius.§.Lucius.vbi Barto. & cæteri. ff. de liberis & poſthumis.facit l.tale pactum.§. fin.iuncta gloſ.ibi. ff.de pactis. ad hoc facit quod decidit Bald. in ſimili in l.humanitatis. verſiculo , Quartò quæritur vtrum exemplaris.C.de impuberis & aliis ſubſtitutionibus. vbi dicit , quòd exemplaris ſubſtitutio in caſu vnius furoris facta,porrigitur & trahitur ad caſum alterius furoris : de quo pleniùs videbitis infrà in tractatu exemplaris ſubſtitutionis,in tertio principali articulo in fine. Idem in propoſito noſtro tenent dominus Antonius hîc, Angel.& Imola, in dicta l. j. ff. de vulgari & pupilla. & eſt communis doctorum opinio. neque obſtant ſecundum Bartolum aliqua iura quæ obſtare videbantur in contrarium : quòd imò ſubſtitutio facta in vnum caſum non porrigitur ad alium:& primò non obſtat l. pater Seuerinam. ff. de cõditionibus , & demonſtrationibus. quia ibi loquitur in legatis , vt plenè dicam infrà in vltima fallentia.ſed aliud eſt in ſubſtitutionibus,vt hîc.vel meliùs ſecundum Bartolum, quia ibi loquitur in diſpoſitione pœnali,quæ cõcepta in vno caſu velut odioſa,nõ debet ad alium caſum extendi, argu. cap. odia.de regulis iuris,libro ſexto.ſecundum Imolam,in l.ex facto.ff.de hæredibus inſtituendis.Similiter non obſtat

l.ſi cùm



l.ſi cùm dotem.§.j.ff.ſoluto matrimonio.& l.cõmodiſsimè.ff.de liberis & poſthumis.vbi prouiſio facta in vnum caſum,in quo fuit expreſſè diſpoſitum, non porrigitur ad alium non expreſſum, qui eo quòd nõ fuit expreſſus, videtur in diſpoſitione iuris cõmunis pro non expreſſo remanſiſſe.Quoniam illud intelligitur,ꝙ non extenditur ad alium caſum diſſimilem. Vel melius ſecundum Petrum,licet conditio voluntaria impleri debeat in forma ſpecifica, cùm teſtator tunc tantùm cogitauerit de forma, quam voluntariè appoſuerit.l.qui hæredi.& l.Mæuius.ff.de cõditio.& demonſtratio.Attamen conditio neceſſaria ad ipſum actum,vel effectũ actus ſufficit,quòd adimpleatur in æquipollenti.verbi gratia,vt ſubſtitutio vulgaris locum habeat,neceſſe eſt quòd inſtitutus non ſit hæres. l.poſt aditam.C. de impub. & aliis ſubſtitutionibus. ſi ergo exprimitur vnus caſus , per quem non ſit hęres,putà ſi noluerit, talis ſubſtitutio porrigitur ad alium caſum,ſcilicet ſi hæres eſſe non potuerit,qui eſt ſimilis caſui expreſſo:quia per ambos caſus inſtitutus non eſt hæres , & ſic hi caſus effectualiter ſunt ſimiles ſecundum Bart.in dicta l.Gallus.§.& quid ſi tantum.iij.col.vel poſſet alio modo reſponderi ad dictã l.cõmodiſsimè. ſecundũ Barto. in dicta l. Gallus. in principio.quòd aut prouiſio in vno caſu expreſsè facta, ſi ad aliũ tacitum caſum extẽderetur, reſpiceret mutationẽ perſonæ ſubſtitutæ:& tunc verum eſt caſum omiſſum non cõprehendi ſub caſu expreſſo , vt ibi, aliâs autem ſecùs,vt patet in quæſtione noſtra,in qua licet caſus voluntatis trahatur ad caſum impotentiæ,& econtra : tamen ſemper eſt eadem perſona ſubſtituti. quod eſt notandum ſecundum Alexand. qui dicit multa reuoluiſſe dum ſemel in hoc puncto haberet cõſulere in quæſtione vnius comitatus cuiuſ-
27 dam magni domini in partibus Siciliæ. † Præterea & clarius ideo in dicta l.commodiſsimè.inſtitutio filij facta & expreſſa in vno caſu non extenditur ad alium, vt in caſu omiſſo cenſeatur inſtitutus ex eo , ꝙ de ſubſtantia teſtamenti paterni eſt , quòd filius expreſsè inſtituatur in aliquo,aliâs præteritio filij nati reddit teſtamẽtum patris nullum, & præteritio poſthumi ipſum rumpit per eius natiuitatem : quia talis inſtitutio filij debet eſſe formalis,expreſſa & ſpecifica, ita ꝙ non ſufficeret tacita, vt plenè vidiſtis ſuprà in verbo , *In eodem teſtamento relinquens*. j. in tertio principali quæſito , & in tribus primis limitationib. quas ibidẽ dedi ad regulã dicentẽ , quòd filius debet de neceſſitate inſtitui. Et ideo etiã poſthumus in teſtamento patris in vno caſu inſtitutus(putà ſi viuo teſtatore natus fuerit ) nullatenus cẽſetur inſtitutus in caſu omiſſo,ſcilicet ſi naſcatur poſt mortẽ teſtatoris. Quia etiã ſi inſtitutio in vno caſu expreſſa extenderetur ad alium,illa inſtitutio in caſu omiſſo nõ eſſet expreſſa,ſed tacita, quæ non ſufficeret vt dictum eſt. Ideo lex talem extenſionẽ facere non curauit inutilẽ.& credo quòd hæc ſit clarior & fundamentalis ratio,quæ dari poſſit ad d.l.commodiſsimè.vltra alios doctores.In ſubſtitutionibus autem tãtum operatur tacitũ,quãtum expreſſum. Vnde nõ immeritò ſubſtitutio expreſſa in vno caſu , vtiliter extenditur ad ca-
28 ſum omiſſum. † Hæc tamen concluſio Bartoli videlicet,quòd ſubſtitutio vulgaris in vno caſu facta extendatur ad alium,putà ſi facta fuerit in caſu noluntatis,extendatur ad caſum impotentiæ, & è conuerſo , fallit in ſequentibus caſibus. primò , quando per talem extenſionem reſultaret abſurdum , putà quia melioris conditionis eſſet extraneus ſubſtitutus, quia à teſtatore minùs dilectus præſumebatur,quàm inſtitutus qui fortè eſt de deſcendentibus teſtatoris, vt eſt caſus in l.ſi mater.§. ſi filius. ff.de vulgari & pupillari.ad hoc facit l.cùm acutiſsimi. C.de fideicõ. & quę plenè habuiſtis ſuper verbo , *Si abſque liberis moreretur*. j. & latiùs videbitis infrà in quinto caſu fallẽtiæ.
29 †Secundò fallit, ſi teſtator elegiſſet vnum indiuiduum de contentis ſub altero caſu caſuum contentorum in vulgari ſubſtitutione.Quoniam tunc ſubſtitutio vulgaris concepta in vno indiuiduo de contentis ſub vno caſu non porrigitur ad aliud oppoſitum, vel diſsimile , licet ſubſtitutio vulgaris in vno caſu concepta,aliâs porrigeretur ad alium, vt vidiſtis : ita eleganter decidit Angel.in l.j. §.j.ff.de vulgari & pupillari.allegat.l.pater Seuerinam. ff. de conditi.& demon.vbi idem tenet, ſubiungens idẽ conſuluiſſe Florentiæ, in tali contingentia facti.teſtator in ſuo teſtamento dixerat:filios meos inſtituo,& Titium ſubſtituo:& ſi Titius ſuſtitutus, me viuo,deceſſerit,ſubſtituo Seium.Accidit quòd Titius deceſsit , mortuo teſtatore : certè Angelus conſuluit eo caſu non venire Seium vltimum ſubſtitutum ad hæreditatem , ex eo quia teſtator cõcepit ſubſtitutionẽ eo caſu, quo Titius ſubſtitutus decederet viuo teſtatore: ſed ſi decederet mortuo teſtatore,non expreſſit, & conſequenter locus non erit ſubſtitutioni : allegat textum cum gloſſ.in dicta l.ſi mater.§.finali.facit l.ſi pater. la iij. eodem titulo.licet ſecùs eſſet, ſi teſtator indiuiduum non expreſſiſſet, ſed ſimpliciter Titio Seium ſubſtituiſſet.Quo caſu Titio mortuo in vita teſtatoris,aut eo mortuo hæredibus adhuc deliberãtibus,Seius veniret ad hæreditatem,& vocaretur ſecundum Paulũ, conſilio ccc.incipiente , Factum tale legitur. de quo plenè in l.quandiu.la ij.vbi plenè Bartolus. ff. de acquirenda hæreditate. Sed aduertatis , quia non obſtantibus motiuis Angeli, ego putarem opinionem Bartoli eſſe veriorem , vt ſcilicet ſubſtitutio vulgaris facta in caſu , ſi hæres viuo teſtatore deceſſerit , etiã locum habeat ſi poſt mortem teſtatoris moriatur, & econtra : cùm ſubſtitutio facta in vno caſu porrigatur ad omnes caſus ſecundum Bartolum , in dicta l. prima.§.primo. & dicta. l. pater Seuerinam. & in l. ex facto. ff. de hæredibus inſtituendis. & in l. cùm proponas. C. illo titulo.& dicta l. finali. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus ſub conditione factis. & hæc opinio probatur per textum dictæ l. Gallus. §.& quid ſi tantum. vbi ſubſtitutio facta de nepote in caſu mortis filij extenditur ad omnem caſum per quem filius deſinit eſſe in poteſtate teſtantis,& nepos obtineat primum locum. & ſic prouiſio facta in vnum caſum extenditur ad alium ſimilis effectus. pro quo facit dicta l.finalis.C. de inſtitut. & ſubſtitut. & dicta l.cùm proponas.& ita reperio conſuluiſſe Ludoui.conſi.lvj.incipiente, In caſu propoſito, vbi cõſuluit,ꝙ ſi teſtator concepit ſubſtitutionem in vnum caſum,ſcilicet ſi filius ſuus in rerum natura nõ foret, talis ſubſtitutio nihilominus comprehendit caſum, quando eſſet in rerum natura,& poſt aditam hæreditatem in pupillari ætate decederet. Allegat dictam l. Gallus.§.& quid ſi tantum. & dictam l. fin.C.de inſtitut.& ſubſtitu.ſimiliter conſuluit Paulus , conſilio cxlviij.iiij.col.vbi concludit, quòd ſubſtitutio vulgaris expreſſa in vno caſu,ſcilicet poſt mortem,locum habet etiam mortuo inſtituto in vita teſtatoris. Pro hac parte facit l.iam hoc iure. ff.de vulga. & pupilla. vbi eſt caſus,quòd teſtator faciendo vnam ſubſtitutionem videtur facere aliam. Quantò igitur fortiùs

ſi in vna ſubſtitutione vnum exprimat caſum, videtur
alium comprehendere. facit l. ſi mater. C. de inſtitu-
tionibus & ſubſtitutio. & l. ſi mulier. ff. ad Trebellia-
nũ. ideo dicebat Raynutius de Forliuio in tractatu
30 ſubſtitutionum, † quòd ſubſtitutio eſt multum fa-
uorabilis, adeo quòd ſemper interpretari debet vt va
leat. Et fuit originale dictum Guliel. de Cugn. in l.
precibus. C. de impube. & aliis ſubſtitutionibus. rela-
tum à Bald. in dicta l. cùm proponas. C. de hæredib.
inſtituendis. nõ ergo ſine cauſa in expreſsione vnius
caſus fit ad alium faciliter coniectura. l. ſi ſeruus plu-
rium. §. fina. ff. de legatis. j. & l. numis. ff. de legatis iij.
vnde in caſu noſtro capietur ſenſus, vt ſubſtitutio ve-
lut fauorabilis ſortiatur effectum. quia ille eſt ſenſus
legis, cui in dubio conſonare videtur voluntas teſta-
toris, cùm voluntas teſtantis talis eſſe præſumatur,
qualis de iure eſſe debet ſecundum Bal. in l. j. C. de ſa-
croſanct. eccle. Præterea teſtator præſumitur cogita-
re illud, quod lex diſponit ſecundum Bald. in dicta l.
precibus. per l. ſi duo. ff. de acquirenda hæreditate. Or
ſic eſt, quòd lex diſponit ſubſtitutionem vulgarem
in vno caſu expreſſam ad alium porrigi, vt dicto §.
& quid ſi tantũ. igitur ad idem videtur teſtator voluiſ
ſe: quod verum intelligatis, niſi aliàs expreſsè vel ta-
citè appareret de contraria teſtatoris voluntate aut
mente: quoniam tunc ſubſtitutio cõcepta in vno ca-
ſu non porrigeretur ad alium ſecundum gloſſam ſin-
gularem in d. l. ſi mater. vt vidiſtis ſuprà in j. caſu fal-
lentiæ, & dicã infrà in v. caſu. item ſicut ſi pater ſub-
ſtituat poſthumo, ſi non naſcatur talis ſubſtitutio ha-
bebit locum, etiam ſi filius naſcatur & decedat pupil
lus. Sic erit è cõuerſo, ſi pater prouideat in caſu, quo
filius naſcatur, vt dicta l. fina. C. de inſtitu. & ſubſti-
tu. & ad hoc allegat illam legem Guliel. de Cugn. quẽ
ſequitur Raynutius in dicto tractatu. Pro hac parte
adduci poteſt conſilium Bald. relatum à Salic. in l.
31 quidã. C. de poſthumis hæredibus inſtituendis. †Te-
ſtator inſtituit ventrem vxoris ſi maſculum pareret,
ei ſubſtituendo Caium, ſi in ætate pupillari decede-
ret: ſi verò fœminam pareret, prouidit ei de legitima.
Poſt mortẽ teſtatoris vxor prægnans moritur, ita ꝙ
exſecto ventre maſculus extrahitur viuens qui de-
mũ moritur: quærebatur an locus eſſet ſubſtitutioni,
attento quòd mater non peperit, & ſubſtitutio con-
cepta fuit ſub conditione, ſi mater pareret: & in hoc
caſu non videtur peperiſſe. l. anniculus. ff. de verborũ
ſignifi. ergo ſubſtitutio concepta in vnum caſum por
rigi non debet ad alium. Tamen Salicetus refert vbi
ſuprà Bald. conſuluiſſe contrarium: quia cùm teſta-
tor ventrem inſtituerit omnino, ita quòd inſtitutio
fuit perfecta, & quicquid adiungitur non fuit niſi
quædam demonſtratio, quæ nõ vitiat, licet per aliud
vera eius notitia habeatur. l. Titius. §. Lucius. ff. de li-
beris & poſthumis. Et hanc ſequitur Salicetus in di-
cta l. quidam mouetur, quia teſtator inſtituit ventrẽ
ex diſpoſitione iuris communis, vt præteritionem e-
uitaret. l. placet. ff. de liberis & poſthu. & dum adie-
cit, ſi maſculum pareret, hoc non fecit vt cõditionem
faceret in pariendo vel nõ pariendo, ſed voluit quòd
quoquomodo vẽter plenus eſſet, dum naſceretur ma-
ſculus, ille hęres eſſet. Et ſic voluit ſolùm facere diffe-
rẽtiam inter maſculum & fœminã. habito ergo effe-
ctu non curamus de modo, vt dicta l. ſi mater. cum
ſimilibus. Et euentum potius expectamus quàm ver-
ba. l. iij. C. de liberis præte. & quia ex vẽtre ſecto quis
dicitur naſci. l. poſthumus. ff. de inofficioſo teſta. & l.
32 quod dicitur. ff. de liber. & poſthu. † Præterea pro-
uiſio facta propter effectum de vno caſu extenditur
ad alium in fauorem teſtatoris, vt dicta l. finali. nec
obſtat dicta l. anniculus. §. fina. ff. de verbor. ſignific.
quia diſpoſitio dictæ legis locũ habet vbi mens teſta
toris nõ repugnat, aliâs ſecùs, vt in caſu noſtro. vel di
catis aliter, quòd aut ſumus certi de mente teſtatoris,
& illa ſeruatur. aut dubitatur de eius mẽte & volun-
tate, & tunc aut teſtator dixit ſi naſceretur. Quo caſu
quouiſmodo prædictorum dicitur natus, ſcilicet ſiue
naſcatur, ſiue exſecto ventre extrahatur. vt dicta l.
quod dicitur. Aut dixit teſtator ſi pareret: & tũc aut
diſpoſitio teſtatoris tendit ad vtilitatem ventris, de
cuius partu quęritur: & tunc quoquomodo vẽter ve-
niat ad lucem, locum habet diſpoſitio, quia teſta-
tor non curat de modo, ſed de effectu. vt dicta l. qui-
dam. aut teſtator nihil diſpoſuit in vẽtris vtilitatem,
& tunc quia illa conditio cenſetur voluntaria, non
eſt mutabilis à ſua forma, ſed ſeruari debet in forma
ſpecifica. Quo caſu locum habebit dicta l. anniculus.
in fine. ſecundum Salicetum in dicta l. quidam. ideo
dicit gloſſa notabi. in dicta l. anniculus. quòd ſi lega-
tur aliquid mulieri ſi pariat, tale legatum non debe-
tur ſi partus ex ſecto ventre extrahatur. Quoniã tunc
falſum eſſet dicere, quòd peperit. facit l. quæret ali-
quis. eodem titulo. Nam eo tunc nõ quæritur de vti-
litate partus, aut vẽtris, vt plenè habuiſtis in verbo,
*Et ſoboles quam geſtabat in vtero.* tamen dicĩ quis fi-
lium habere, licet ex ventre ſecto extrahatur. l. etiam
ea mulier. ff. de verbo. ſignifi. ideo ſi teſtator legaret
Titio centum, ſi filium habuerit, conſequetur legatũ,
quamuis filius de ventre ſecto extrahatur. Præterea
pro Bald. & Salic. facit: quia teſtator dicendo ſi vxor
mea peperit &c. conſiderauit frequentiam facti, cùm
frequentiùs mulieres pariant filios, quàm quòd ex ſe-
cto ventre naſcantur. ideo dicitur idem quando ex
ſecto ventre naſcuntur: quia ſi teſtator de hoc inter-
rogatus fuiſſet, idem in vtroque caſu diſpoſuiſſet. fa-
cit glo. ſingularis in verbo, conferantur, in clement.
vnica, de rerum permu. & in cap. ij. de ſupplen. negli.
prælat. & in cap. ſi quis diaconus. xxvj. diſtin. & in l.
tale pactũ. §. fi. ff. de pac. & in l. j. C. de his qui. ad ec-
cle. cõfug. & in authen. caſſa. C. de ſacroſã. eccl. & in
l. vnic. C. de raptu virgi. & in cap. j. §. ſi quis ruſticus.
de pace tenẽ. & tex. ſingularis. l. ſcire oportet. §. ſi ma
ximè. ff. de excuſa. tut. quæ omnia locũ habẽt in hoc
paſſu, in quo teſtatoris conſideratur affectio, qui po-
tiùs vxorem affectauit parituram, quàm in puerperio
morituram. Vnde reſtat vera concluſio, quòd ſubſti-
tutio in vno caſu quanuis indiuiduo cõcepta, porri-
gitur ad alium, ſecundum Barto. & communem opi-
nionem, quæ eſt æquior. pro qua facit elegans conſi-
lium Ange. conſil. xciij. incip. viſis & inſpectis omni-
33 bus. †Teſtator ſubſtituit in vnum caſum, ſcilicet ſi
poſthuma naſceretur vel plures. Accidit, quòd nulla
poſthuma nata fuit: quærebatur an locus eſſet ſubſti-
tutioni: idem Ange. vbi ſ. conſuluit, ꝙ licet ſub vno
caſu in ſubſtitutione expreſſo comprehendatur alius
caſus ſui natura aptus comprehendi, putà ſi teſtator
dixerit: ſi hæres eſſe noluerit, tunc cõprehendatur ca-
34 ſus, ſi hæres eſſe non potuerit, †cùm naturaliter nol-
le & non poſſe ęquiparentut. d. l. j. §. vſus procurato-
ris. ff. de procu. attamẽ ſub vno caſu expreſſo nõ com
prehẽditur alius caſus tacitus ſui natura nõ aptus cõ-
prehẽdi ſub expreſſo: & ita fuit in caſu propoſito. nã
caſus ſi poſthuma naſcatur, non cõprehendit natura
liter caſum ſi non naſcatur: imo illum potius repellit
velut contrarium, allegata dicta l. fin. ideo cùm teſta-
tor ex



tor expreſsè ſubſtituerit, ſi poſthuma naſceretur, ta-
lis ſubſtit. non extenditur ad caſum diſsimilẽ, ſcilicet
ſi non naſceretur. vnde hoc caſu ſubſtitutus excludi
tur. quod eſt verum ſecundũ Ange. ibi, de iuris rigo-
re, ſed de æquitate & puritate conſcientiæ nõ ſolùm
ſubſtitutus vocatur, ſi poſthuma naſcatur, quæ demũ
moriatur, ſed etiam ſi non naſcatur. Quia ſi teſtator
ſubſtitutum inuitauit nata poſthuma poſtea mortua,
eodem modo & eadẽ affectione eum inuitauit poſt-
huma nõ nata. Nam intentio teſtatoris quæ diſpoſi-
tionẽ regit & gubernat, eſt potiꝰ attẽdẽda, quàm vis
verborũ. l. in cõditionibus primũ locũ. ff. de condic.
& demõſtrationi. & plenè habuiſtis ſuprà in verbo,
35 *Eidem impuberi ſuccederent.* circa mediũ. †Et nunquã
interpretatio tantũ valet, vt melior ſenſus exiſtat, di-
cit tex. in l. iij. C. de libe. præter. adeo ꝙ dicit Angel.
in dicto conſilio æquũ eſſe ipſum ſubſtitutũ vocari
etiã in caſu omiſſo. Et ad hoc determinandum æqui-
tas & vermis conſcientiæ non mordebãt. Nec obſtãt
adducta per Ange. ſuprà in j. parte, dum dicebatur, ꝙ
caſus omiſſus non eſt de natura caſus expreſsi: quia
imò eſt de natura caſus expreſsi: ex quo venit per cõ
trarium, & ex mente diſponentis, vt ſ. dictum eſt, fa-
cit glo. in c. humanum genus. j. diſt. Nam aliâs ſeque-
retur, ꝙ vulgaris ſubſtit. quæ locũ habet, ſi inſtitutus
hæres non ſit, nunquam extenderetur ad pupillarẽ
quæ præſupponit pupillum cui per pupillarem ſuc-
ceditur, fuiſſe hæredẽ, & in pupillari ætate deceſſiſſe.
cum non eſſe hæres & eſſe hæres ſint contraria. & ta
men contrarium eſt veritas, vt ſuprà oſtẽſum eſt. Ad
hoc facit deciſio Bal. in d. l. humanitatis. verſi. ſupe-
rius alleg. vbi dicit, ꝙ ſubſtitutio exemplaris facta in
caſu furoris, porrigitur ad caſum dementiæ ipſius te
ſtatoris ceſſante furore. Et hanc opinionem tanquã
communem tenent hîc Imo. & Florianus in l. j. ff. de
vulg. & pupilla. licet idem Imo. tranſiuerit ibi cum
opin. Angel. quanuis de ipſo non faciat mentionem.
36 † Tertiò fallit regula noſtra in caſu l. qui ex duabus.
in prin. ff. de acqui. hæred. vbi quando pro parte pu-
rè, & pro alia parte ſub conditione inſtituo hæredẽ,
dato ei in defectu cõditionis ſubſtituto: qui hæres in
parte pura hæreditatem adiuit, & cõditione penden-
te, deceſſit, & ſic aliam partẽ hæreditatis morte præ-
uentus, pendente conditione adire non potuit. Nam
tunc licet prima facie videretur, ꝙ pendente condi-
tione inſtitutionis hæres moriendo illã portionem
trãſmittere nõ potuerit. l. vnica. §. ſi autem aliquid.
C. de cadu. tollen. tamen iure accreſcendi applicatur
portioni purè per hæredem quondam iam aditæ, &
ſic ſubſtitutus excluditur: quia caſus deficientis con-
ditionis extenditur ad caſum, quo inſtitutus moritur
conditione pendente, per illum tex. quem ibi ſumme
37 ponderant Bal. Ang. Imo. & cæteri Moder. †Quartò
fallit vbi talis extenſio reſpiceret odium filij exhæ-
redati, vt eleganter decidit Benedi. de Plumbino, in
repet. l. filius à patre. ff. de libe. & poſthu. pro quo al-
legat tex. in l. Gallus. §. in omnibus. illo eo. tit. iuncta
gloſ. in l. poſt mortem. ibi, eodem tit. Sed Alexander
contrà, dicens ibi hoc non probari, cùm ibi non aga-
tur de ſubſtitutione extendenda aut reſtringenda, ſed
de inſtitutione. Et poſito quòd de ſubſtitutione age-
retur, tamen illud ideo eſſet, quia aliâs induceretur
mutatio perſonæ ipſius ſubſtituti quo caſu clarũ eſt
extenſionem non fieri, vt vidiſtis ſuprà circa intelle-
38 ctum l. commodiſsimè. † Quintò fallit dicta regula
vbi per talem ſubſtitutionem ſeu illius extenſionem
tractaretur de excludendo perſonam magis dilectam
teſtatori: vel quæ talis eſt, in qua nomen familiæ &
domus teſtatoris conſeruaretur, cùm talis perſona in
qua nomẽ & arma teſtatoris cõſeruantur, magis ſibi
dilecta præſumatur, quàm ſit ipſe ſubſtitutus. Quo-
niã eo tũc licet in caſu ſubſtitutionis expreſſo videa-
tur teſtator maiorẽ affectionẽ habuiſſe ad ſubſtitu-
tum ipſum expreſsè ſubſtituendo: tum quia illa affe-
ctio non eſt rationabilis, nec æqua, nullatenus extẽ-
detur ad caſum omiſſum in perditionem nominis, &
dignitatis, familiæ & domus teſtatoris perpetuam. ita
ſingulariter conſuluit Petr. de Anchar. conſi. ccclvij.
incip. Ex ſerie teſtamẽti colligitur. vbi ſic conſuluit:
39 †Teſtator inſtituerat filios maſculos naſcituros, & ſi
eos ſine liberis mori cõtingeret, eo caſu vxorẽ ſuam
ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum: ſubdẽs,
ꝙ vbi filios maſculos naſci non cõtingeret, ſed filiã
vnicam vel plures, eo caſu dictam eius vxorem hære-
dem vniuerſalem inſtituit. Et tali aut talibus filiabus
pro dote iure inſtitutionis reliquit, quod dicta eius
vxor declarauerit: & cum hoc iuſsit eas eſſe tacitas &
contentas. fratri verò ſuo legauit quinq; ſolidos. Cõ-
tigit ꝙ nec filij nec filiæ nati fuerunt: ex quo quæſtio
reſultabat non modica, an illa inſtitutio eo caſu cõ-
cepta quo filiæ naſcerentur, porrigeretur ad caſum,
quo filiæ non naſcerentur, vt ſic mater tanquã ſub-
ſtituta vocetur, an verò frater teſtatoris ab inteſtato
admittatur. quaſi ille caſus quo filiæ non naſcerentur
à teſtatore omiſſus, remanſerit in diſpoſitione iuris
cõmunis, caduca facta ſubſtitutione ex defectu cõdi
tionis. Et poſt multa hincinde allegata cõludit matrẽ
vt ſubſtitutã nõ admitti in caſu omiſſo: ſed fratrẽ te-
ſtatoris ab inteſtato vocari. Primò, propter æquitatẽ
naturalem, quæ fauet vt frater admittatur. quia iura
dignitatem agnationis prętulerunt omni ſuccedenti,
maximè vxori, quæ non vocatur ad mariti ſucceſſio-
nem, niſi in ſubſidium omni deficiente parentela. l. j.
C. vnde vir & vxor. Secundò quia cùm lex nõ admit
tat tacitam pupillarem ſub expreſſa vulgari conten-
tam contra matrem. l. ſina. C. de inſti. & ſubſtit. & ſic
lex interpretatur vulgarem ſubſtitutionẽ in vno caſu
conceptam, vt alium nõ comprehendat, fauore ma-
tris in medio exiſtentis, vt d. l. fin. ſecũdum Bar. mul-
tò fortiùs ſic debet interpretari in fauorẽ fratris cõ-
tra vxorẽ teſtatoris, vt ſcilicet vxor non vocetur, fra-
tre in medio exiſtente. caſus eſt in l. in teſtamẽto. C.
de teſta. mili. vnde licet volũtas teſtatoris debeat præ
omnibꝰ dominari. l. cùm quæſtio. C. de legatis. tamẽ
quando teſtatoris ordinatio non conuenit æquitati,
nec bonis moribus, nec legibus aut ſtatutis, nullate-
nus debet extendi, ſed ſolùm intelligi eo caſu: quo lo
quitur argumentum glo. cùm quidam. ff. de liberis &
poſthu. & c. odia. de regulis iuris. lib. vj. Tertiò dicta
cõcluſio probatur ex natura caſus omiſsi, qui relin-
quitur diſpoſitioni iuris communis, ſiue omittatur à
contrahente, vt l. ſi cùm dotẽ. ff. ſol. matri. ſiue omit-
tatur à teſtante, vt d. l. cõmodiſsimè. ff. de lib. & poſt-
humis. ſiue à principe reſcribente, vt in c. ſuſceptum.
de reſcript. lib. vj. ſed caſus quo filiæ non naſcerentur
fuit in caſu noſtro omiſſus à teſtatore, ita ꝙ in eo ſi
contingeret nõ prouidit. ergo relictus videtur diſpo-
ſitioni iuris cõmunis, ſecundũ quã vxore teſtatoris
excluſa, frater nomẽ domus & arma portãs admitta-
tur, & vocetur ab inteſt. Nam caſus contingens præ-
ter ordinationẽ diſponentis, etiã ſi in eo eſſet maior
ratio diſponẽdi: nunquã includitur ſub diſpoſitione
ſecundum Cyn. in l. quod fauore. C. de legi. & not. in
c. quamuis & in c. cui nõ de ſacerdotali. de præbend.

lib.vj. Quartò ad præmiſſa facit optima ratio, quia
cum quæritur an caſus omiſſus habeatur pro expreſ-
ſo, cõcluditur, ꝙ quãdo expreſſus eſt per modũ con-
ditionis volũtariæ, talis caſus expreſſus debet imple-
ri in forma ſpecifica.l.qui hæredi. & l.Mæuius. ff.de
condi.& demõſtr.ſecundum Bar.& Bal.in d.l. Gal.
lus.§.& quid ſi tãtùm. ſed caſus quo filiæ naſcerent
fuit cõditio ſubſtit. voluntaria ex mera teſtatoris vo-
luntate adiecta: ergo impleri debet in forma ſpecifi-
ca, ſcilicet ſi filiæ naſcantur. Nec obſtat.l.penul. ff.de
ventre inſpici. & l.Thais.§.Spendophorus.ff.de fi-
deicõmiſ. libe. quia loquitur in vulgari ſubſti. ſimpli-
citer concepta, quæ vt dictũ eſt, cõplectitur omnes
caſus: vel loquitur in vulgari cõcepta in vnũ caſum,
cùm non ſupereſt perſona, cui lex magis faueat, aut
ęquitas quàm ſubſtituto, ſed in caſu noſtro ſupererat
frater teſtatoris.vt d.l.j.C.vnde vir & vxor. Attento
quàm maximè, quia in ipſo & nõ vxore conſeruatur
dignitas domus & familię nomẽ, quod fieri publicè
vtile eſt l.j.§.pen.ff.de vẽtre inſpic. Quare cõcludit
in prædicto conſilio, ꝙ cùm ille teſtator eſſet de no-
bili genere & antiqua domo, cuius nomẽ & dignita-
tem cõſeruari expediebat, ſatis improuidè & vxoris
amore bacchatus in eam bonorũ ſuorũ proprietatẽ
cõtulit, cùm ſufficeret (vt per diſcretos maritos fieri
conſueuit) integrum vſumfructũ bonorũ relinqui.
Vnde talis improuida diſpoſitio ad aliũ caſum ex-
preſſum extendi non debet. Ad hoc facit quod fuit
dictum ſuprà in primo caſu fallent. referendo gl.&
Bart.in dicta l.ſi mater.præmiſſę decisioni, cum qua
tranſiuit Alexãd.in d.l.j.ff.de vulga.& pupil.cõgruè
applicatur alia quæ fuit Io.And.in addi.Spec.tit.de
teſta.§.in primis.in fi. vbi caſum ſibi nouiſsimè oc-
40 currentẽ ſic narrat, & decidit. †Teſtator ſanus teſta
ri volens, ventrem vxoris, id eſt, filiũ primò naſcitu-
rũ inſtituit hæredem, cui decedenti intra pubertatẽ,
ſubſtituit filium ex vxore ſecundò naſciturũ, & huic
ſi infra pubertatẽ vel poſt decederet ſine prole, ſub-
ſtituit Caiũ fratrẽ ſuũ. Teſtatore mortuo natus eſt
poſthumus, qui demũ intra pubertatẽ deceſsit, ma-
ter & Caius de hæreditate cõtendunt: quæritur quid
iuris? Decidit ſubſtitutionẽ de filio naſcituro factã
inutilẽ ipſo nõ nato.ff.de reb. dub. l. vtrùm.in prin.
& ff.de leg.j.l.ſi duobus.§. fi. & ff.vnde cog.l.j.§. ſi
quis proximior. Ipſa ergo inutilis aliã vtilem facere
nõ poteſt, argu.l.nullus.C.de decurio.lib.x.& l. ſi in
venditione. ff.de peric. & cõmo.rei vend. Præterea
dictus Caius nõ fuit ſubſtitutus filio teſtatoris primò
naſcituro, ſed ſecundò naſcituro, cùm ergo ſecũdus
natus nõ fuerit, & ſic nunquã hæreditatẽ habuit, di-
ctus Caius ei ſuccedere nõ potuit. Et ita per alias ra
tiones multas & efficaces decidit ibi dictam quæſt.
quæ fuerũt Oldr.cõſil.clxxvij.incip. Teſtator in ſuo
teſtamẽto, vbi eandẽ quæſtionẽ decidit & ſimiliter
41 Ioã.And.alias plures huic ſimiles in d. addi. †Sextò
ſecundum aliquos fallit dicta regula in ſubſti.vulga-
ri facta in legato: quia non comprehendit niſi caſum
expreſſum, ſcilicet ſi noluerit, vt eſt caſus ſingularis
ſecundum vnam lecturam in d. l. pater Seuerinã. ff.
de condi.& demõſtr.& ſic non porrigitur ad caſum
ſi nõ potuerit, nec ecõuerſo, vt ibi, quod ſecus eſt in
hæreditate in qua vulgaris ſubſtitutio in vno caſu fa
cta aliam comprehẽdit, ne teſtator moriatur inteſta
tus.l.cùm proponas.C.de hæred.inſtit.vnde in dict.
l.pater Seuerinã. Paulus refert, & fuit præſens, ꝙ tẽ-
pore quo illuſtris doctor Bal.legebat Papiæ, quidã
dominus Philippus de Rhegio, qui fuerat præceptor
omnium ferè doctorum Papiẽſium, apud quos ma-
ximæ authoritatis erat, cũ multis annis poſtea legiſ-
ſet Paduæ, rediens Papiam in principio ſui aduentus
publicè pollicitus eſt, ſe velle reſpõdere de quolibet
in materia vltimarum voluntatum. Et cùm dominus
Bald.ibi præſens eſſet, interrogauit eum dicens, vbi
habemus nos, ꝙ ſubſtitutio vulgaris facta in legato
non comprehendit niſi caſum ſi noluerit, & non ca-
ſum ſi nõ potuerit? Breuiter ille dominus Philippus
obmutuit: coram quo Bald. tunc librum aperuit &
legit tex.in d.l.pater Seuerinam. vbi de hoc eſt caſus
ſecundum vnam lecturã. Ex quo illi cathedranti re-
ſultauit magna confuſio. Nunquã alicui conſulerem
quantumcunq; profundiſsimo & experto viro, ꝙ ta-
lia præſumeret, quoniã finis taliũ nil aliud eſt quàm
Babylon, quod interpretatur confuſio, iuxta illud,
Sæpe citò ruit, qui ſuper aſtra volat. Nam multæ li-
teræ interdũ quem ad inſaniã conuertunt, vt dicitur
42 Actu.xxvj. † Sic enĩ cõtigit Alano de Parabolis, qui
cũ totã poſitionem fidei in paucis cõplectẽs tradere
vellet, in publico obmutuit. Sic Demoſthenes Græ-
corum princeps oratorum, dum in publicum apud
Philippum Macedonum regem orationẽ habiturus
conueniſſet, nec verbũ quidẽ proferre ſciuit. Sic Lu-
cius Craſſus paternam vlturus iniuriam cùm apud
Quintum Maximum aduerſum Cneum Carbonem
cauſam acturus foret, ſic turbat⁹ eſt, vt totã cauſam
oblitus perhibeatur. Sic Cneus Sicinius pro Seruio
Mæuio apud prætorem Romanum virum clariſsi-
mũ dicturus, idẽ paſſus affirmatur. Omitto ꝙ Mar-
cũ Ciceronem in cauſa Miloniana illa tanta dicendi
felicitas omnino deſtituit. Præterea, ꝙ Theophra-
ſtus Philoſophus eloquẽtiſsimus apud Alexandrum
regẽ verba facturus nihil effari potuerit: ſic Petrus
Baylardi publicè ſe iactãs de quacũq; lege perfectũ
ſenſum elicere in caſu l.quinq; pedũ.C.finiũ regun.
miſerrimè tacuit, vt ibi refert gl. [De Gorgia ſolo
legitur, ꝙ in cõuentu hominũ dicere auſus eſt, qua
de re quiſq; audire vellet, quia ipſe doceret. vnde de
tali qui hoc præſumit vulgò dicitur, *Il eſt bien Gor-
gias*. de quo Valerius lib.viij.titu.quæ cuiq; magnifi-
ca contigerunt, ſic dicit, Gorgiæ verò Leontino ſtu
diis literarum & ætatis ſuæ cũctos præſtãti, adeo vt
primus in cõuentu poſcere, qua de re quiſq; audire
vellet auſus ſit, vniuerſa Græcia in templo Delphici
Apollinis ſtatuã ſolido ex auro poſuit. cùm cætero,
tum ad id tempus auratas collocaſſet, id eſt argẽteas
auro deſuper tectas. Hæc ille.] Nam tales qui alta
præſumũt, in modicis ſæpe deficiunt, vt apertè intel
ligãt, ꝙ omnis ſapiẽtia à domino Deo eſt. Eccleſia-
ſtic.& Sapien.x.dicitur, Sapientiam prętereuntes nõ
tantùm in hoc lapſi ſunt, vt ignorent bona, ſed & in-
ſipientiæ ſuæ reliquerunt hominibus memoriam, vt
in his quæ peccauerũt, nec latere potuiſſent. & Hie-
remię x.Stultus factus eſt omnis homo à ſciẽtia ſua.
Idcirco dicitur.j. Regũ ij. Nolite loqui ſublimia glo
riantes, quia Deus ſcientiarũ eſt dominus. Nam qui
in cogitationibus ſuis confidit, impiè agit. Prouerb.
xij. de talibus profectò dicitur Eſaiæ xlvij. Sapientia
tua decepit te, quia dixiſti in corde tuo, ego ſum. Ob
quod dicitur Iob v. Cõprehendam ſapientes in aſtu-
tia eorum. Et Eſaiæ xxix. Perdã ſapientiam ſapien-
tum: & prudẽtiã prudẽtiũ reprobabo.j. ad Corinth.
& Pſalmiſt.xciij. Nouit dominus cogitationes homi
num, quoniã vanæ ſunt. Nemo igitur (dicit Apoſto-
lus j.ad Corinth. iij.) glorietur in hominibus: ſed ſi
quis videtur ſapiẽs inter vos, ſtultus fiat, vt ſit ſapiẽs.
Sapien-



Sapientia enim huius mũdi ſtultitia eſt apud Deum,
vt ibi: quia ſecundum eum, ad Roma. viij. Sapientia
carnis inimica eſt Deo, & prudentia carnis mors.&
ad Coloſſen.ij.cap.dicit: Videte ne quis vos decipiat
per Philoſophiam, quæ ſcientia eſt hominum aliud
non credentium, quàm quod ſenſu patet. de talibus
profectò qui credunt ſe ſapientes in omni ſcibili, cõ-
cludit idem Apoſtolus ad Romanos primo ca. Eua-
nuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt in-
ſipiens cor eorum: dicentes enim ſe ſapientes, ſtulti
facti ſunt. & Eſaiæ quinto, Væ qui ſapientes eſtis in
oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudẽtes: quia
nõ debet quis eſſe prudens apud ſemetipſum, ad Ro-
manos duodecimo capit. Prout exẽplo nobis demõ-
ſtrarunt ſeptem olim Græciæ ſapientes: qui titulum
& præmiũ ſapientiæ cuilibet eorũ ſucceſsiuè oblatũ
ad deum Apollinem tranſtulerunt, ſumma animi
moderatione cognoſcẽtes, non hominibus, ſed Deo
ſoli hoc eſſe tribuendũ. Nam cùm Mileſij piſcatores
verriculũ, id eſt, rete in flumẽ iactare vellent, iactum
illud vendiderunt iuxta l.ſi iactum retis. ff. de actio.
empti. Quo extracto non piſces, ſed menſa magni
ponderis aurea capta viſa eſt. Emptoribus dicẽtibus
ſuam eſſe, qui iactum retis emerant. Piſcatoribus in
contrariũ, quòd non aurum, ſed piſces capi rete con-
ſuetos vendidiſſent. ſuper quo lite orta, & quia de re
inaudita nouiter orta & magni valoris quærebatur,
ad deum Apollinem, cuius ſimulachrum apud Del-
phos reſponſa dabat, delata: cõtendentibus ſic reſpõ
dit, Phœbũ de tripode, id eſt, mẽſa aurea tripes piſca
ta rogitas Mileſia pubes: Huic tripodẽ addico cuius
ſapiẽtia prima eſt, id eſt, maxima & ſumma. De quo
Valerius lib.iiij. titulo de moderatione animi, poſt-
quàm Pittaci ſapientiſsimi Philoſophi mentionẽ fe-
cerat: Huius, inquit, viri mẽtio ſubiicit, id eſt cogit vt
de ſeptem ſapiẽtũ moderatione referam. à piſcato-
ribus in Mileſia regione verriculũ trahentibus, qui-
dam iactum emerat, extracta deinde magni põderis
aurea Delphica mẽſa, orta cõtrouerſia eſt illis piſciũ
ſe capturã vendidiſſe affirmantibus, hoc ſcilicet em-
ptore fortunæ ductus emiſſe dicẽte. Quę cõtentione
propter nouitatem rei, & magnitudinem pecuniæ ad
vniuerſum eius ciuitatis populum delata, placuit A-
pollinẽ Delphicũ conſuli, cuinã adiudicari mẽſa de-
beret: deus reſpondit illi eſſe dandam, qui ſapientia
cæteros præſtaret. Tunc illi ſcilicet contendentes,
Thaleti ſcilicet illi ſapiẽti philoſopho mẽſam dede-
runt. Ille ceſsit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus
alij deincépsq; per omniũ ſeptem ſapientum orbem
ad vltimum ad Solonem peruenit, qui & titulum am
pliſsimæ prudentiæ & præmiũ ad ipſum Apollinem
tranſtulit. Hæc ille. Hanc menſam deo Apollini qui
deus ſapiẽtiæ dicitur, tributam & conſecratam plu-
res philoſophi videre affectarũt, & terras multas
peragrarũt, & inter cæteros Apollonius, de quo bar-
batus ille Hieronymus in epiſtola ad Paulinũ ſic di-
cit, Apollonius ſiue ille magus vt vulgus loquitur:
ſiue Philoſophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit
Perſas, pertrãſiuit Caucaſum, Albanos, Scythas, Maſ-
ſagetas: opulentiſsima Indiæ regna penetrauit. & ad
extremũ latiſsimo Phyſon amne tranſmiſſo peruenit
ad Bragmanas, vt Hiarcam in throno ſedentem au-
reo, & de Tantali fonte potantem inter paucos di-
ſcipulos de natura, de moribus, ac de curſu dierum &
ſiderum audiret dicentem. Inde per Aelamitas, Ba-
bylonios, Caldæos, Medos, Aſſyrios, Parthos, Syros,
Phœnices, Arabes, Paleſtinos, reuerſus ad Alexan-
driam, perrexit ad Aethiopiam, vt Gymnoſophiſtas
& famoſiſsimam ſolis menſam videret in ſabulo, id
eſt, litore ſabuloſo, in quo erat templum Delphici
Apollinis. Ecce, domini, quanta paſsi fuerunt olim
veteres pro ſapientia, qua adepta non ſapientes ſe
dixerunt: ſed ſoli Deo titulum ſapientiæ cum illius
præmio retulerunt, quia vidiſtis ſuprà dicentes ſe ſa-
pientes, ſtulti facti ſunt. Contra quendam ſcholarem
glorioſum inanis gloriæ cupidum mouetur glo. in l.
cũ ea.C.de tranſact. Præſumpſit enim ſapere & nihil
ſciebat: alta cogitabat, & ſemper ruebat, non conſi-
derans quòd alibi dicit Apoſtolus, Noli plus ſapere
quàm oporteat ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ: quo-
niã interdum tanta præſertim inuſitata ſapere vergit
in detrimentum. vt de quodam refert Iſidorus vt ha-
betur libro xvj.de proprieta.rerum, prope finem, in
capitu.de vitro. Qui vitrũ ſui natura fragile & facili-
ter frangibile fecerat flexibile, & malleo reparabile.
Vnde phialam coram Tyberio Cæſare de tali vitro
factã proiecit in terram: quam non ruptam ſed plica-
tam cum malleo reparauit & emendauit. Quem iuſ-
ſit Cæſar ilico decollari, ne dum hoc agnitum fieret,
aurum pro luto haberetur, & omne metallorum pre
tium vile crederetur: quia rẽ vera ſi vaſa vitrea non
frangerentur, meliora quàm aurea putarẽtur, quia ad
potandum auri & argenti metalla depellere conſue-
uit. Vide quę dixi de vitro ſuprà eodem ſuper verbo,
adiectę impuberi. loquẽdo de modeſtia linguæ illius
refrenatione. Sæpe enim qui talia glorioſa ſatagunt,
arte propria percutiuntur & pereunt: quia mala mẽ-
te & inani gloria mouentur, vt Perillo contigit tem-
pore Phalaris Agrigentini tyranni oratoris & decla-
matoris ornatiſsimi, cui cum Perillus ille æris inge-
nioſiſsimus artifex amiciſſimus eſſet, ex Athenis A-
grigentum ad eum venit, vbi cognita hominis ſæui-
tia vt eidem placeret, & ſe ſingulari peritia dotatũ &
eminentis ſuæ artis ſcientiæ oſtenderet, ex ære tau-
rum artificioſiſsimum fabricauit, & in eius latere ia-
nuam poſuit, vt reus in eo incluſus ſubiectis ignibus
torqueretur: atque ita ſonus vocis hominis exclaman
tis, non gemitus hominis, ſed bouis mugitus videre-
tur. Pro quo inuento cùm munus ab eodem qui no-
uis tormentis delectabatur poſtulaſſet, illum includi
iuſsit, & ſuppoſitis ignibus primus artificij ſui verũ
præbuit experimentũ. dicẽte Ouidio j. de arte aman-
di: Et Phalaris tauro violẽti membra Perilli Torruit:
infelix imbuit author opus. Poſtea ſubiungens: Nec
enim lex æquior vlla eſt, Quàm necis artifices arte
perire ſua. Nolite igitur eſſe, fratres chariſsimi, ſimi-
lium fatuorum ſectatores: ſed pro talento ſapientiæ à
Deo vobis datæ deuoti oratores, ei gratiã reddentes
exiſtere & ſapientia cõmuni ſemota omni curioſita-
te contenti eſſe. Nec ſcrutari quę vana ſunt, imò talia
quęrentibus nõ eſt reſpondendũ, ſed potius deriden-
dum, prout de quodam refert Aurelius Auguſtinus
libro xj. Confeſsionũ, quærente quid faciebat Deus
ante mundi creationem. Cui deriſoriè fuit per quen-
dam prudentẽ reſponſum, quòd Deus tunc faciebat
ignem ad ipſum fatuum comburendum, & eos qui
materias arduas intellectum humanum tranſcenden-
tes inquirerent. Nec peccauit ille ſic reſpõdens quæ-
ſtioni fatuæ, licet falſum reſpondiſſet: imò laudatur
ibidẽ. facit l.Domitius Labeo.ff.hoc titu.& in l.fi. C.
de legib. de talibus dicit ſummus Imperator: Eorum
vanam ſubtilitatem tam riſimus, quàm deteſtandam
eſſe cenſuimus. Facit capit.j.de renuntiatio. libro vj.
Attamen Deus tunc, dicit Auguſtinus non erat ocio-

  ſus,

ſus,ſed nobiles habebat intellectiones,& beatas cogi
tationes. Sic multi perierunt de corporis fortitudine
præſumentes, vt Milo Crotoniates & Polydamas
athleta,de quibus Vale.lib.ix.titu.de morte non vul-
gari,in fi.Iungã, inquit, illos quos & ꝓpoſitũ & exi-
tus pares fecit. Milo Crotoniates cũ iter faciẽs quer-
cũ in agro cuneis adactis fiſſam vidiſſet, fretus viri-
bus acceſsit ad eam,inſertíſque manibus diuellere,id
eſt,in duas partes arborẽ quercũ diuidere & ſepara-
re conatus eſt. Quas ſcilicet manus arbor excuſsis
cuneis in ſuã naturã reuocata cõpreſsit, eũq; ſcilicet 45
Milonẽ manibus retentũ & captũ tot gymnicis pal-
mis,id eſt coronis victoriæ aliàs aſſequutis, lacerãdũ
feris præbuit. Item Polydamas athleta tẽpeſtate ſpe-
luncã ſubire coactus, nimio & ſubito incurſu aquæ
labefacta ea ac ruẽte cęteris comitibus fuga periculũ
egreſsis ſolus reſtitit,tanquam humeris ſuis totius rui
næ molẽ ſuſtẽtaturus:potentiore ſed pondere omni-
corpore humano preſſus imbribus petitam latebram
dementis fati ſepulchrũ habuit. hæc ille. Poſſunt hi
præbere documentũ nimio robore mẽbrorum vigo-
rem mentis hebeſcere,quaſi abnuẽte,id eſt, renuente
natura vtriuſq; boni ſcilicet roboris & vigoris largi-
tionem. Ne ſupra mortalem ſit felicitatem eundem &
valentiſsimum & ſapientiſsimũ eſſe. Ex quibus clarè
mõſtratur in robore corporis aut ſapientia humana
non eſſe confidendũ,ſed à Deo omne auxilium,quia
vix magnũ reperitur ingeniũ ſine mixtura dementiæ.
43 †De noſtra autẽ materia,an ſubſtitutio facta in v-
no caſu porrigatur ad aliũ videatis latius per Iaſo. in
d.l.cùm proponas,C.de hære.inſt. vbi clarè loquitur.
& in d.l.j.ff.de vulga.& pupil.vbi concludit,quòd in
legatis ſicut in hæreditate locũ habet regula, ꝙ ſub-
ſtitutio in vno caſu facta, alium caſum cõprehendit, 46
cùm in legatis ſicut in hæreditate fieri poſsit hęc ſub-
ſtitutio vulgaris.l.vnica.in fine.C.de cadu.tol.& l. vt
hæredibus.ff.de leg.ij.Nec obſtat ſecundum eum d.l.
pater Seuerinã.quia non loquitur in ſubſtitu. ſed fuit
ibi tranſlatio legati facta de vna perſona in aliam, in
pœnam eius,qui parere noluit conditioni. Nam filia
ibi nubere noluit. Vnde in eius pœnã legatum ei au-
fertur,& in aliũ transfertur.ideo caſus ſi noluerit non
cõprehendit caſum ſi nõ potuerit in conditione lega
ti non expreſſum. Cuius ratio eſt duplex. Prima,quia
cùm tranſlatio legati fiat in pœnam: certè in pœna-
libus debet liquidiſsimè conſtare.l.in teſtamẽto la.ij. 47
ff.de condit.& demonſtra.quam ad hoc pro ſingula-
ri allegat Bald.in c.j.qualiter dominus proprie.priue
tur. Secunda ratio eſt,quia cùm ibi tranſlatio fieri de-
beat in pœnam, ſi nubere noluerit, vbi non eſt deli-
ctũ,prout nõ eſt,quando nubere nõ poteſt:per cõſe-
quens non debet ibi eſſe pœna l.aliud eſt fraus. ff. de
verb.ſig.& ita ad illũ tex.dicunt ibi Bar.& Moderni,
& Bal.in d.l.cum proponas.vlti. col. & iſte eſt verus
intellectus ad d.l. pater Seuerinam. iuncto ꝙ cõditiò
legati ſeruari debet in forma ſpecifica, & etiam defi-
cere.l.qui hæredi.& l.Mæuius.ff.de condit. & demõ.
& ſic conditio quę deficit per nolle,nõ poteſt videri
defeciſſe per non poſſe, vt ibi. An autem ſubſtitutio
vulgaris collata in vnũ tempus extendatur ad caſum
alterius temporis,dicatis ꝙ nõ,per l.ſi ita quis. ff. de
vulga.& pupil.& not.per Bart.in d.l.ſi mater.§.j.illo
44 eo.tit. † Quintò principaliter quærebatur quis ſit
effectus vulgaris ſubſtit. & reſpondetur ꝙ hæc vul-
garis ſubſtit.ſex habet effectus. Primus eſt, quia in
homine ſui iuris hærede inſtituto illa verba ſubſtitu-
tionis: ſi hæres non erit, intelliguntur, ſi hæres non
erit per ſe,vel mutata conditione: putà, quia effectus
ſeruus alium ſcilicet dominum hæredem non fecerit.
In hærede autem inſtituto qui eſt alieni iuris prædi-
cta verba intelliguntur,ſi aliũ hęredẽ non fecerit,vel
ipſe mutata conditione hæres non erit.l.iij. C.de hæ
red. inſtit.& l.ſi pater.ff.illo eod.tit.Pro cuius intel-
lectu cõſiderandum eſt, quòd ad hoc vt locũ habeat
vulgaris ſubſtitutio,oportet, ꝙ deficiat ſpes inſtitu
tionis,vt ſcilicet inſtitutus nõ ſit hæres,nec poſsit eſ-
ſe hæres,putà quia repudiauit hæreditatẽ, vel lapſum
eſt tempus adeundi eam. †Et intelligo, ꝙ repudia-
uerit omni iure, ſcilicet prætorio & ciuili venire ex
teſtamento,ſecundum Bart.in l.j. penult.col. ff. eod.
nam ſi renuntiaret adire de iure prætorio ex teſtamẽ
to,cùm vſque ad xxx.annos venire poſsit de iure ci-
uili per tex.in l.licet.C. de iure delibe. non admitte-
retũ ſubſtitutus,quicquid dixerit glo.in l. ſuum. C. de
iure delibe.quam ibi omnes reprobant. præſertim
Bar.in d.l.j.& in l.nec his.§.hæres inſtitutus.ff.de ac-
quir.hæred.Pau.& Iaſon.in l.iij.C.de impub. & aliis
ſubſti.Oportet enim antequã ſubſtitutus admittatũ,ꝙ
inſtitutus ſit omni iure excluſus ex teſtamento adire,
& ꝙ hæreditatẽ repudiauerit: quo caſu erit omnino
excluſus ſecundũ Bart.in d.§.hæres inſtitutus. Alio-
quin quandiu ſpes eſt, ꝙ inſtitutus eſſe poſsit hæres,
vulgaris ſubſtitutio locũ habere nõ poteſt. l. quãdiu.
ff.de acquirend.hæred. quod eſt verum quandiu po-
teſt & vult eſſe hæres ex teſtamẽto. ſi autẽ repudiaret
ex teſtamẽto expreſsè,vel tacitè, veluti adeundo hæ-
reditatem ab inteſtato, tunc locus eſſet ſubſtitutioni,
cùm verba ipſius ſubſtitutionis verificentur. Si hæres
non erit,ſcilicet ex teſtamento,vt eſt caſus in l.filium
emancipatum.vbi Angelus & Imola. ff. de acquiren.
hæreditate. †Non enim ſufficeret ei quòd eſſet hæ-
res ab inteſtato, ſed debet eſſe hæres ex teſtamento,
vt ſubſtitutum excludat, vt ibi. Aliter & aliàs ſubſti-
tutus vulgaris caſum inteſtati excludit, nec ad alios
fines hæc ſubſtitutio fit,niſi vt teſtator non moriatur
inteſtatus: d.l.iij.C.de impube.& aliis ſubſtit. quod
eſt verum, niſi teſtator aliquẽ ſubſtituiſſet, caſu quo
legitimi nec ex teſtamento, nec ab inteſtato ſucce-
derent. Quia tunc ſubſtitutus cauſam inteſtati non
excluderet, tex.eſt ſingularis in l. ſi quis ita hæres in-
ſtituatur,ſi legitimus. ff. de hæredibus inſtituend. ſe-
cundum Modernos in dicta l.iij. Et hoc eſt adeò ve-
rum, † ſcilicet quòd hæres debeat hæreditatem adi-
re ex teſtamento ad excludendum ſubſtitutum,ꝙ ne-
ceſſe eſt,ꝙ hæreditatẽ integraliter adeat, vel partem,
ſi tantum in ea inſtitutus ſit:ita ꝙ nõ audiretur inſti-
tutus in tota volens partem adire,& in ea parte ſub-
ſtitutum excludere.& in reſiduo locum facere ſubſti-
tutioni,ſed neceſſe habet in totum adire. Et ſic non
audiretur hæres volens pro parte adire, & pro parte
repudiare hæreditatem, quando inſtitutus fuit ſim-
pliciter, ſed etiã ſi expreſsè inſtitutus fuerit in diuer
ſis partibus & ſeparatim: quia ſi vnã ex iſtis partib.
acceptat,neceſſariò ſibi accreſcunt cæteræ portiones
inuito.l.quidam culogio.C.de iure deliberan.l.j. &
ij.ff.de acquirenda hæreditate. vbi plus deciditur, ꝙ
ſi hæres adeat hæreditatem teſtatoris, tenebitur adire
hæreditatem filij, cui ab eodem fuit pupillariter ſub-
ſtitutus. Plus dico, quòd iſtud procedit etiam ſi
hæres aliqua ex iſtis partibus haberet ſubſtitutum,
& vellet aliàs partes in quibus ſubſtitutum non
habet, acceptare, & illam partem dimittere ſubſti
tuto. Quia non poſſet,quod eſt mirabile. tex. eſt ele-
gans in l.ſi ſolus.in princip.ff. de ſuis & legitimis hæ-
redibus



redib.imò acceptãdo alias partes,ſibi accreſcet illa,
in qua habet ſubſtitutũ. Nam tunc ſolùm per datio-
nem ſubſtituti intelligitur data eſſe hæredi licentia
abſtinẽdi, quãdo fuit ei vniuerſaliter datus ſubſtitu-
tus,ſecùs ſi particulariter,vt ibi eſt tex.not.ſecũdum
Iaſo.in l.vnica.C. quãdo nõ peten. partes peten.ac-
creſ.licet Bar.in l. ſi ſolus. ſentiat contrariũ & malè.
idem tenet Iaſ.in d.l.quidã culogio.j.col. vbi clarius
loquitur,elegãnter ſubiũgens illud eſſe verũ, ſcilicet
ꝙ hæres inſtitutus in pluribus partibus, vnã adeũdo
acquirit omnia, niſi adeũdo partẽ proteſtetur, ꝙ nul
lo modo vult alias partes ſibi accreſcere:quia tũc nõ
ſibi accreſcẽt, imò aditio erit in totũ nulla, ſecundũ
Bar.Ang.& Imo.in d.l.j.ff. de acqui.hære.& videbi-
tis ĩ.in verbo, *Mortuo itaq; teſtatore*. j. Aduertatis ta-
men,quia quod dictũ eſt in aditione,vt vna parte a-
dita cæteræ partes accreſcãt, nõ haberet locũ in caſu
è conuerſo,ſcilicet in repudiatione: quia repudiãdo
vnã,nõ intelligitur alias partes repudiare ſecundum
gl.& docto.in l.ij.ff.de acqui.hære. Et ratio diuerſi-
tatis eſt ſecundũ Bar.in d.l. j. quia aditio hæreditatis
eſt fauorabilis,non autẽ repudiatio. Tum etiam quia
aditio eſt habitus, qui ſuſcipere poteſt incrementũ,
ſed non repudiatio,quæ eſt priuatio.ideo hæres non
48 poteſt adire vnam, quin ſibi accreſcant aliæ. † cùm
inſtitutio hæredis diuidi non poſsit, quin ſit in totũ 50
hæres vel nullo modo,taliter ꝙ etiã filius à patre hæ
res inſtitutus non poſſet dicere: hæreditatẽ repudio
ſalua mihi legitima: imò talis proteſtatio reſeruatiua
repudiationem impediret ſecundũ Bald.in d.l. iij.C.
de impube.& aliis ſubſtit.& dixi plenè ſuper verbo,
*Et vxorẽ nomine Adelaſiam.* in iiij. prælud.loquendo
de iure accreſcendi. Idem ſi capere vellet legitimam
titulo inſtit.& reſiduũ relinquere ſubſtituto, nõ audi
retur,quia (vt dictũ eſt) hæredis inſtitutio diuidi nõ
debet,vt d.l.j.& ij.ff.de acqui.hære.& cõſuluit Alex.
in j.parte cõſil.lxxv.incip. viſis & diligenter perſpe-
ctis.iij.col. Quinimò plus dicit Angel. conſi. lxxxiij.
incip.ſubtiliter & eleganter. ꝙ filius in ſola legitima
aut re particulari inſtitutus à patre nullo alio dato
hærede vniuerſali,vel ſi datus fuerit, repudiãte cum
eo tunc legitimæ vel rei particularis detracta men-
tione,habeatur filius pro hęrede vniuerſali.l.j.§.ſi ex
fundo.ff.de hære.inſtit.nõ poterit talis filius ample-
cti legitimã vel rẽ particularẽ, in qua eſt inſtitutus,
& repudiare vniuerſum: quia vnum nõ eſt ab alio ſe-
queſtrabile, ſecundũ eum. allegat Cyn.in d.l.iij.Iac.
de Are.& Bar.in l. quia poterat. ff. ad Trebel. Nam
eo tunc aſſumit talis particularis ſucceſsio nomen v-
niuerſalis, ita ꝙ deponit nomẽ ſingulare, & trãſit in
vniuerſale.l.cùm patronus.ff.de leg.ij.& l.ſi infanti.
C.de iure delib.adeò ꝙ Panor.hîc ꝓpe finẽ, dicit, ꝙ
præmiſſa nedum habent locũ in filio ſuccedente ex
teſtamẽto,ſed etiã ſi ab inteſtato ſuccedat:quo etiam
caſu non poſſet partẽ hæreditatis acceptare, & partẽ
repudiare,vel ſolam legitimã retinere.l. j. & ij.ff. de
acquir.hære. Oportet ergo in pũcto noſtro ꝙ ſucce
dens ex teſtamẽto totam hæreditatẽ adeat:aliâs ſub-
49 ſtitutus admittitur. † Nõ obſtãte l. ſi libertus patro-
no.ff.de bonis.lib. vbi videtur eſſe tex. in contrariũ.
Sed dicatis ꝙ ibi patronus erat totaliter à liberto gra
uatus,ꝙ portio remanens nõ ſibi ſufficiebat ad legi-
timam, quam habet in bonis liberti. & fortè eo caſu
idem eſſet in filio,vt ſi hæres à patre inſtit. eſſet vltrà
grauatus,ꝙ legitima deducto onere nõ ſibi remane-
ret ſalua,tunc onus repelletur quo ad legitimã, & in
reliquis partibus nõ parendo,locũ faciet ſubſtituto,
quod eſt notandum ſecundum Bald.in d.l.iij.de quo
pulchrè Pet.de Anch.conſi.cccxiij.incip.ex ſola vul
gari ſubſtitutione dicit diſpoſitionẽ d.l.ſi libertus pa
trono.locũ nõ habere in filio grauato: ſed eſt ſpecia-
le in patrono, ita ꝙ nõ poſſet filius habẽs ſubſtitutũ
retinere legitimã, & reſiduum dimittere ſubſtituto.
idem ſentit Paul.conſil.ccliiij.ij.col. in fine. videatis
Bar.in l. excuſatus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta.& in
l.quia poterat.ff. ad Trebel.& Ange.Areti.in §.fi.ij.
col.in fi.inſtit.de hæred.quali. & differ.& ratio diffe
rẽtiæ eſt inter filium & patronũ: quia hodie filio le-
gitima debetur de iure hæreditario & inſtitutionis.
Or inſtitutus non poteſt pro parte acceptare hæredi
tatem,& pro alia parte eã repudiare, vt d.l. j.& ij.& l.
ex aſſe.ff.de acqui.hæred. Imò,vt dictũ eſt,hæreditas
tota accreſcit pro parte adeũti etiã inuito.l. vnica.§.
is ita.C.de cad.tollẽ.dicta verò l.ſi libertus patrono.
loquitur in patrono,cui legitima non debetur in bo-
nis liberti iure hæreditario,nec inſtitu. ſecundũ Sali.
in l.quoniã in priorib.C.de inoffi.teſt.& eſt tex.quẽ
ipſe nõ allegat in l.ſiue libertus.§. excluditur.vbi gl.
& Bar.ff.de iure patro. Vnde nõ ſine cauſa aliud eſt
in filio,& aliud in patrono.facit gl.in l.ij. C.de bon.
poſſeſ.cõtra tab.liberti.& in §.præterea.in verbo,pa
trono.inſtit.quibus mod.ius patriæ poteſta.ſoluitur.
† Sed præmiſsis nõ obſtan.ego puto opin.Bal.in d.
l.iij.eſſe veriorem,ſcilicet ꝙ licet filius à patre hæres
inſtitutus, etiam cui eſt vulgariter datus ſubſtitutus,
nõ poſsit repudiata hæreditate retinere legitimam,
vel ea retenta hæreditatem repudiare, vt dictum eſt,
tamen bene hoc facere poterit, ſi à patre fuerit inſti-
tutus,habẽnſq; ſubſtitutũ vulgarẽ fuerit in legitima
onere legatorũ grauatus aut fideicõmiſſorum, ſi illis
ſolutis,nõ ſibi remaneret integra legitima.& idem ſi
eſſet à patre grauatus in aliqua re ſua propria: per
tex.qui reputatur aureus in d.l.ſi libertus patrono.ff.
de bonis libe. qđ expreſſè tenet Pau.in d.l.iij.de im-
pub. & aliis ſubſtitu. volens hoc procedere in filio,
quãdo legatũ ab eo relictũ erat tale, quo ſoluto non
poterat apud filium remanere integra legitima, ſiue
tale legatũ fuerit ab ipſo filio relictũ de bonis & hæ-
reditate patris ſoluẽdũ, ſiue de bonis propriis ipſius
filij.& ita etiã cõſuluit idẽ Pau.cõſi.cclvij.incip. vi-
ſis actis.v.col.idẽ tenuit Ang.in l.ſi pater.C.de inſti.
& ſubſtit.& Pau.in l.j.ff.de acqui.hære.qa ſi hoc lo-
cũ habeat in patrono, ꝙ legitima retẽta repudiare
poſsit reſiduũ hæreditatis liberti, multò magis locũ
habet in filio, cui plus & fauorabilius debetur legi-
tima in bonis patris.l.ſi quis legatũ. §. fin. iuncta gl.
in verbo,nõ poſſe.ff.de fal.facit l.ſcripto.ff. vnde li-
beri.& ita tenet Bart.in iiij.principali quæſt. Lud.&
Franciſc.Aret.in l.j. ff.de vulga. & pupil. ſubſtit.vbi
plus decidit Bart.quòd etiãſi grauamen filio à patre
illatum, non abſorberet legitimam in totum, adhuc
poterit filius lagitimam capere reiecto onere,& reſi-
duum hæreditatis repudiare, & ſubſtituto dimittere,
qui onus adimplebit ſi velit. & ita trãſit Alexan.in l.
quia poterat.ff.ad Trebellia.& in j.parte conſi.lxxv.
incip. viſis & diligenter conſideratis.iij.co.& Franc.
Aret.conſi.clx.incip. longa eſt diſputatio.xvj.col.&
Iaſon.in d.l.j.xiij.col.ff.de vulga.& puplla.& idem
Bar.in l.pro hæred.§.hęreditarios.ff.de acqui.hære.
& dicta l.ſi libertus patrono.nec eſt verũ ſecundum
Ludoui. quòd legitima filio debeatur iure hæredita-
rio & inſtitutionis:imò ei debetur ex cõditione ex l.
omnimodo.C.de inofficio.teſtamen.not.gl.in auth.
presbyteros.C.de epiſc.& cleri.& hęc ſit prima limi-
tatio

tatio ad regulam.in qua fuit ſ̃.concluſum quòd filius
à patre hęres inſtitutus nō poteſt retēta legitima re-
ſiduum hæreditatis repudiare, & locū facere ſubſti-
tuto:quia hoc eſt verum, niſi pater eū in teſtamento
ita grauaſſet, ꝙ nō haberet legitimā integrā, vt vidi-
51 ſtis. † Secundò limitatur dicta regula ſeu vera con-
cluſio,ꝙ filius non poteſt legitima retenta reſiduum
hęreditatis repudiare, quin etiam perdat legitimam,
niſi filius ĩ.trienniū poſt recuſationē hæreditatis pœ-
nituerit,& mutauerit propoſitum, & durante trien-
nio voluerit adire: quia tunc nec legitimam nec ali-
quid perdit per tex.ſingu.in l.fi.C.de repudi. vel ab-
ſtinen.hæred. quod verū intelligatis in filio in pote-
ſtate mortis patris tēpore cōſtituto: ſecùs in emanci-
pato ſecundum Angel.in quo locū non habet diſpo-
52 ſitio d.l.fi.ſecundum Docto.ibi cōmuniter†dicentes
filium emācipatum ſemel repudiantem ilicò eſſe per-
petuò excluſum à paterna hæredi. niſi fuiſſet in ſola
legitima inſtitutus,quā repudiaſſet,quia poſtea ſem-
per mutare poſſet propoſitū, vt ſingulariter dicit I-
mol. in d.l.quia poterat.per tex. ſing. in l.ita tamen.
§.ſi patronus.ff. ad Trebel. vbi hoc deciditur in pa-
trono,ergo multo fortiùs locū habebit in filio.arg.d.
l.ſi quis legatū.ff.de fal.& idē erit & multò magis in
filio in poteſtate conſtituto in ſola legit.inſtituto, vt
ſemper etiā vltra trienniū poſſit mutare propoſitum.
Quod eſt perpetuò notandū ſecundum Alexā.in d.l.
quia poterat.licet aliqualiter dubitet,eò quia d.l. fin.
C.de repudian.hæreditat.loquitur indiſtinctè,quòd
vltra trienniū non audiatur. de quo tamē plenius di-
53 cā in verbo,Mortuo itaq; teſtatore.ij. † Tertiò limi-
tatur dicta cōcluſio,locū nō habere in filio patri ſuc
cedente ab inteſtato,quia cū tūc ceſſat ratio,quòd ha
beat legitimā iure & titulo inſtitutionis hæreditario:
quinimò eā habet,vt quotā bonorū, & nō hæredita-
tis, per conſequens debet poſſe capere legitimam, &
reſiduū repudiare ſecundū aliquos.Tamē Panor.hîc
in fin.tenet oppoſitū,vt ſ̃.dixi. & eſt de mente Bald.
cum quo ibi tranſit Pau.in d.l.iij.& plenè Alexā.in l.
gerit.ff.de acquir.hæred.ſed plenius in d.l. quia pote
rat.ff.ad Trebel. Quartò limitatur dicta concluſio
locum non habere,vbi filius repudiando,retenta le-
gitima non deduceret rem ad cauſam inteſtati. putà
quia pater reliquit ei aliquid, quod aſcendebat vltra
legitimā alio vniuerſaliter inſtituto.Nam ſi filiū gra-
uauit in eo quod legitima excedit,poterit, retenta le-
gitima,reſiduum hęreditatis repudiare, quia per hoc
res nō deducitur ad cauſam inteſtati. ita ſingu. cōſu-
luit Franc.Aret.cōſi.clx.xvj.col.in ſi.alleg.Bald. in l.
ſancimus.C.de inoffi.teſta. Concluſio autem noſtra
intelligitur quando filius eſſet à patre hæres inſtitu-
tus,in totum aut certa quota hæreditaria, putà ſemiſ
54 ſe,triente,& quadrāte vel ſimili. † Quintò limitatur
dicta cōcluſio, niſi filius legitimam habuiſſet per viā
cōtractus & diſpoſitionis inter viuos.quo caſu reten-
ta legitima repudiare poſſet hæreditatem paternam ꝑ
text.in authen.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſt. vbi Ia
55 ſon ſic ponderat illum textum.in v.notabili. †Nam
hæres etiā extraneus repudiare poteſt hæreditatem,
& retinere prælegata & donationes ſibi aliàs factas,
argum.eorum quæ not.in l.quidam eulogio.C.de iu-
re deliber.& dicam ĩ.in iiij.effectu huius ſubſtitutio-
nis,niſi vellet nunc hęreditatem repudiare occaſione
tributi nō ſoluendi fiſco pro aliqua poſſeſsione hæ-
reditaria debiti.Quoniā eo tunc perderet cætera om-
nia quæ inter viuos quocunque titulo per prius à te-
ſtatore habuerat. text. eſt ſingu.in l. hæredes. C. de
omni agro deſer.lib.xj.per quē dicit ibi Bart.idē eſſe
in hærede inſtituto à debitore cōmuni vel ciuitatis:
qui ſi hæreditatē repudiet, priuatur omnibus bonis,
aliàs à teſtatore acquiſitis. & in hoc verificari poteſt
quod de fiſco dicit ſingu.Bal.in l.executorē.C.de exe
56 cutio.rei iudi.vbi dicit, †ꝙ licet fiſcus ſit imaginaria
perſona, tamen duræ ceruicis & ſemper rigoroſus
nunquā vel raro ęquus exiſtat, & idem decidit Lud.
in repetitione authen. ſimiliter. in prima parte. xiiij.
ſpeciali.C.ad l.Falci.in debitore decimarum ſoluen-
darum,ſi occaſione debiti decimarum non ſoluendi
hæreditatē repudiaret ſibi delatā, quia ſimiliter per-
deret omnia quæ aliàs inter viuos habuit à teſtatore:
cùm decimæ ſint tributa animarum egentium. c. tua
nobis.de deciſio.xvj.q.j.decimæ.quæ omnia vltra Ia
ſo.dicta ſunt notanda. An autem filius perderet eo
tunc legitimā à patre ex contractu habitam cogita-
57 bitis.Ex præmiſsis reſultat deciſio quæſt. † Si pater
in vita ſua acquiſiuit feudum vel emphyteuſim ꝓ ſe,
filiis,& nepotibus, ꝙ mortuo patre filij poterunt ac-
ceptare emphyteuſim,& repudiare hæreditatē: quia
emphyteuſim habent iure contractus inter viuos, &
non iure hæreditario,vt ſingu.decidit Spec.tit.de lo-
cato.§.nunc verò aliqua.verſic.clix.per tex. in d. au-
then.vnde ſi parens.vbi hoc tenent Bald.& Salice.de
quo plenè Alexā.in l.ſi patroni.vij.col.ff.ad Trebel.
Quod eſt verū ſecundum Paul. ibi,ſi pater acquiſiuit
emphyteuſim vel feudum ſimpliciter pro ſe & filiis.
c.vnico.an cognati vel filij repudia. paterna hæredi.
ſecùs ſi acquiſiuit copulatiuè: ſcilicet pro ſe filiis &
hæredibus, quia tūc requireretur ꝙ filij eſſent etiam
hæredes: aliàs nō admitterētur ad talē emphyteuſim
vel feudum.in authent.de nō alie.§.emphyteuſim. vt
latius tenet Bart.in l.vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de
operis liber.& in l.ſi nō fortē.§. libertus. ff.de condi.
indeb.vlti.col.& l.quod dicitur.ff.de verb.obl.Bal.in
authen.ſi quas ruinas.C.de ſacroſan.eccle. ſed aduer-
tatis,quia hæc doctrina videtur deſtrui per tex. in d.
cap.vnico.vbi indiſtinctè filius repudiata paterna hę
reditate feudum retinere nō poteſt.bene eſt verū, ꝙ
de conſenſu agnatorū quorū intereſt, & quibus feu-
dum defertur, poſſet dominus feudi filiū vaſalli, qui
paternā repudiauit hæreditatē de feudo inueſtire, vt
ibi dicit tex.cui ſtandū eſt.vt ibi per Iac. de Bello vi-
ſu.& Floria.in l.veniunt.ff.famil.erciſc.Specu.& Io-
an.Andr.ibi in addi.titu.de locato.alleg. §.nunc ali-
qua.verſic.clviij.& in c.in præſentia. in nouel. de ꝓ-
batio.& Panor.plenè in ij.parte.conſi.iij.ij.col.in ſo
lutione primi dubij,& Barba.ſuper rub.ſuprà de feu.
in fin.licet Iaſon.in d.authen.vnde ſi parens.tranſeat
58 cum doctrina Bar.ſubiūgens in iij.col.ꝙ † ſi mortuo
patre vnus frater aut ſoror quittaret cæteris fratribus
ſuis omne id quod conſequi poſſet de paterna hære-
ditate,non impediretur per hoc petere partem talis
feudi vel emphyteuſis,cū talia (vt dictum eſt) nō pe
tantur iure hæreditario, nec tanquam de hæreditate
paterna,ſed vigore cōtractus,ſecundū Bar. in l.item
videndum.§.fina.referens ibi Dyn.ſic conſuluiſſe.ff.
de petitio.hære.quē ſequuntur Bald.& Angel. ibi.&
Bal.in l.j.quinquageſimò quæritur.ff.de rerū diuiſio.
& in dicta authen.ſi quas ruinas. & Alberic. in l.tres
fratres.ff.de pact.plus dicit Bald.in d.cap.vnico.an a-
gnatus vel filius,ꝙ etiam ſi in tali renūtiatione inter-
uenit iuramentum, non excluditur renuntians filius
vel hæres à petendo feudum vel emphyteuſim, quæ
non comprehenduntur in tali renuntiatione iura-
ta, niſi expreſsè dicatur. Quod verum intelligo,ſi
filius



filius renuntiauit hæreditati paternæ, ſecus ſi bonis
59 renūtiaſſet paternis:†quia tunc appellatione bonorū
bene contineretur emphyteuſis, vt ſingulariter tenet
Spec.allegato verſic.clviij,per l.in bonis.ff. de acqui.
rerum do.& l.bonorū.ff.de verbo. ſign.quod eſt cor
di tenendū ſecundū Iaſ. vbi ſ̃. dicentem hoc non re-
periſſe ab aliis ponderatū. Videatis eundē in repet.l.
ij.xcviij.col.ver.tertiò quærit Sali.C. de iure emphy.
60 & plenè per eundē in prælud.feud.xvij.col. †Vnum
tamē mēti tenebitis,ꝙ extra dictos caſus, licet filius
paterna hæreditate repudiata retinere non poſsit le-
gitimā,tamen filia dotata hæres inſtituta dotem reti-
nebat, quantumcunq; paternā hæreditatem repudia-
uerit,quia in ea ius habet ex cōtractu inter viuos, ſed
filius ius non habet in legitima ſaltem reſpectu certæ
rei,ita pulchrè conſuluit Alex.in j.parte,conſil.cviij.
incip.viſo themate.iij.col.in princ. vbi plus dicit, ꝙ
etiā vltra dotem retinere poterit alia bona paterna,
in quibus ius & dominium ei non fuit quæſitū ante
teſtamentū, veluti ſi teſtator dixerit: Si filia dotē &
bona quæ ſibi nubenti tradidi, cū fratribus conferat,
eam pro parte hæredē inſtituo: certè tunc filia pote-
rit non cōferre, & ſic hæredē nō eſſe.& tamē dotē &
dicta bona retinebit, licet per teſtamentū fuerint ef-
fecta ſua:quod patet,quia pater diſponēdo ꝙ illa bo
na conferret, voluit de neceſsitate dominiū illorum
transferri in eā,cùm aliàs de iure nō poſſet dicta bo-
61 na cōferre,vt teſtator.†Quia collatio eſt rei propriæ
in cōmune latio.l.j.ff.de colla.bono. Omnia ergo,in
quibus filius dominiū habet perfectū & certū,retine-
re poterit repudiata paterna hęreditate. & cum filius
in legitima tale ius nō habeat, ſcilicet certū in rebus
certis,vt dicit pulchrè Bar.in l.ij.C.quādo,& quibus
quarta pars.lib.x. eā retinere nō poterit paterna hæ-
reditate repudiata,quę omnia ſunt notāda,quia quo-
tidiana.Vnde reſtat concluſio,ꝙ hærede inſtituto ve
niēte ad hæreditatē teſtatoris integraliter, cùm aliàs
pro parte ſuccedere nō poſsit, vt vidiſtis, nunquam
ſubſtitutio. vulgari locus erit, nec admittetur ſubſti-
tutus,ſiue talis inſtitutus veniat iure ciuili,puta ꝑ viā
aditionis,aut prętorio,puta petendo bono.poſ.ſecū-
dum tab.quod fieri poteſt.quāuis iure ciuili hęres ve
nire poſſet,vt eſt caſus in l.puberē.C. de iure delibe.
62 Plus † dico,ꝙ nedum veniente inſtituto actualiter
ad hæreditatē excluditur ſubſtitutus,vt dictū eſt, ſed
etiam non vocatur inſtituto adhuc nō veniente, ſed
tacente,donec certum fuerit, ꝙ hæreditatē repudia-
uerit:quia quādiu ſpes eſt,ꝙ inſtitutus veniat, ſcilicet
de iure cōmuni, vtpote quia adhuc infra tēpus iuris
conſtitutus adhuc adire poteſt, vel bono.poſſeſ.pe-
tere, ſemper tunc ceſſat ſubſtit. Si verò hæres inſtitu-
tus venire non poſsit de iure cōmuni, ſed ſolùm ex
gratia & diſpenſatione, vel in integrum reſtitu.puta
quia inſtitutus hæreditatem repudiauit,& ſic non po
teſt amplius iure cōmuni venire, tunc illico admitti-
tur ſubſtitutus, quāuis inſtitutus qui repudiauit adhuc
reſtitui poſſet ex gratia, aut principis diſpenſatione,
vel per viā in integrū reſtit. tanquā minor ad hære-
ditatem recuperandam quam repudiauit: nec expe-
ctabit illud ius ſpeciale gratioſum ſeu diſpenſatiuū:
ſcilicet vt hæres inſtitutus qui ſemel repudiauit reſti-
tuatur.l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinianus.& l.quod ſi
minor.§.Scæuola noſter.ff.de mino. Nam reputatur
quaſi impoſsibile illud, quod iure cōmuni obtineri
non poteſt,ſed ſolo principis priuilegio.l.iij.§.j.ff.de
fideicōmiſ.liber.& l.apud Iulia.§.fin.ff.de leg.j.facit
quod not.Bar.in l.inter ſtipulantē.§.ſacrā.ff. de ver.
obli.& in l.continuus.§.cùm quis eo.tit.& in l.j.& l.
obtinuit.& l.intercidit.ff.de cōdi.& demōſt.Si tamē
poſtquā ſubſtitutus eſt admiſſus,ipſe hęres inſtitutus
qui repudiauerat, ſit reſtitutus à principe contra ſuā
repudiationē,vel tanquā minor re integra,id eſt,bo-
nis non diſtractis hæreditatē auferet à ſubſtituto, vt
d.§.Scæuola.& d.§.ſed qđ Papinianus.ſecundū Bar.
cum quo cæteri tranſeunt in d.l.j. & iij. principali q.
63 ff.de vulga. & pupil. †Sed nunc eſt dubiū ſi inſtitu-
tus qui repudiauit, ſeu filius qui à paterna hęreditate
abſtinuit, poteſt venire ad reuocandū abſtentionem
per aliud remedium,quàm in integrū reſtit. puta per
remedium l.fina.C.de repudian.hæred. An hoc caſu
interim admitti poterit ſubſtitutus durante triennio,
de quo loquitur d.l.fina.Pro cuius intellectu ſcire de
betis vos canoniſtæ, ꝙ ſi extraneus hæres repudiet
hæreditatem, nunquam ad illam admitti poteſt ipſo
iure:quia nō eſt ferendus qui redire & amplecti deſi-
derat quod ſemel renuntiandum putauit. l. ſi quis.ff.
de reb.cred.niſi à principe vel tanquā minor ex iuſta
cauſa reſtitueretur. Si verò hęres inſtitutus qui repu-
diauit,eſt de ſuis,id eſt de liberis in teſtatoris poteſta
te,dum viuebat conſtitutis: tunc infra trienniū à die
repudiationis cōputandū re integra exiſtente, id eſt
bonis nō diſtractis,ſi maior eſt xxv.annis,poteſt pœ-
nitere, adeò ꝙ citra remedium in integrū reſtit. po-
terit ipſo iure abſtentionē ſeu repudiationem reuo-
care, & paternam hæreditatem recuperare,& ſi talis
hæres tempore repudiationis erat minor, hoc facere
poterit infra triennium, non à tēpore repudiationis
ſed à tēpore xxix.ann.finitorū computādorū, vt eſt
hodie caſus ſingularis in d.l.ſi. Or nūc eſt dubiū,an
quemadmodum durante tempore in integrum reſti-
tutionis per hęredem qui repudiauit petendæ ſubſti-
tutus, vt dictum eſt, admittitur, cùm illud tempus
gratioſum & priuilegiatū non expectetur, ſic etiam
admittatur ſubſtitutus durante illo triennio. Et certè
ſic:quia adhuc militat ratio Bartol.in dicta l. j. dum
hoc decidit in remedio in integrū reſtitutionis. Et in
propriis terminis firmant Bald. & Angel. in l. quan-
diū.la.j.ff.de acquirenda hęred.vltra quos Alex.ind.
allegat.text.& gloſſ.expreſſam in l.ſi quis ſuus. ff. de
iure deliberan.& hęc veritas: licet Pau.& Fulgo. ibi
& idem Paul.in d.l.finali.teneāt contrariū. Sanè ta-
men intelligatis, quòd durante illo triennio ſubſtitu-
tus admittetur, in caſibus in quibus per dationē ſub-
ſtitut.vulgaris non tollitur exiſtentia ſuitatis: de qui-
bus videbitis infrà,dum dicetur de vltimo effectu hu
ius ſubſtitutionis.& latius in verbo, mortuo itaque
teſtatore.ij. & ratio eſt, quia dicta l.finalis locū non
habet niſi in ſuo hęrede:& quantū ad effectum illius
legis nō eſt hodie ſublata differētia emācipationis &
patrię poteſtatis, vt ibi cōcludunt omnes Doctores,
per illum tex. de cuius intellectu intēdo plenè dicere
ſuper dicto verbo, *Mortuo itaque teſtatore*.ij.tractan-
do primam ſpeciem tranſmiſsionis hęreditatis: quę
64 ſit iure ſuitatis. † Plus dicunt Doctores vt ſuprà te-
tigi, quòd nedum excluditur ſubſtitutus ſi inſtitutus
hęres fiat, ſed etiam ſi hęres non fiat, ſed alium hę-
redem fecerit. antequàm ergo vulgaris ſubſtitutio
locum habeat, requiritur quòd inſtitutus non ſit hę-
res,nec ſit ſpes aliqua,quòd iure cōmuni poſsit hęres
eſſe.Et vlterius requiritur, quòd alium hęredem non
fecerit: quòd ſi fecerit alium hęredem, omnino ex-
cluditur ſubſtitutus, vt dicta l.cùm proponas. C. de
hęredibus inſtituendis.& §.fina.inſtitutio. de vulga.
ſubſtitut. Ex quo ſequitur deciſio ad plures quotidia
nas

65 nas quæſtiones. †Et primò ſi inſtitutus hæres dece-
dat ante aditã hæreditatẽ: tamen ad hæredem tranſ-
mittat ius delibe. per l.cùm antiquioribus. C. de iure
delibe. Quis in hæreditate nõ adita debeat præferri,
an hæres hæredis ad quẽ tranſmiſſum eſt ius delibe.
vel ſubſtitutus. Tu canoniſta pro intellectu dicendo-
rũ debes ſcire, ꝙ quãdo ſui ſcilicet in poteſtate teſta-
toris cõſtituti ſunt hæredes inſtituti, & decedũt prius
quã hæreditatẽ adeant, ſeu illi ſe immiſceant, cã per-
petuò trãſmittũt ad poſteros, ſiue ſcirent tẽpore mor
tis ſe hæredes eſſe inſtitutos, ſiue ignorarẽt. l.j. C.de
his qui ante apertas tab. Extranei verò hæredes q̃ nõ
erant in poteſtate teſtatoris, & ſic priuilegio ſuitatis
nõ gaudebãt: ſi poſtquã ſciunt ſe hæredes eſſe. j. annũ
moriãtur, tranſmittũt in ſuos hæredes vel extraneos
ius delibe. Si autẽ poſt annũ à tẽpore ſciẽtiæ morian
tur, vel j. annũ antequã ſcirent ſe hæredes, tunc non
tranſmittunt illud ius delibe. Cùm in perſona eorum
per lapſum anni iam fuerit finitum, vt d. l.cùm anti-
quioribus. C.de iure delibe. Præterea debes ſcire, ꝙ
licet ſui hæredes, vt dictũ eſt, perpetuò tranſmittant
hæreditatẽ ipſo iure, tamẽ petere poſſunt ius deliber.
vbi ſciunt ſe hæredes inſtitutos, ſecundũ Bart. in l.ex
militari. §.fin. ff.de teſta. mili. Et interdũ eſt vtile ei,
in quẽ ſit tranſmiſsio: quia tunc non habebit neceſſe
probare tranſmittentẽ fuiſſe in poteſtate teſtatoris,
quod probare neceſſe eſſet, ſi vti vellet iure tranſmiſ-
ſionis ex priuilegio ſuitatis, probando matrimo. ope-
rãs patriã pote. Quæ probatio eſt ſæpe difficilis. l.Lu
cius. ff.de cõdi. & demõſt. vt dicit Bal. in d.l.cùm anti
66 quioribus. in prin. †His ergo præſuppoſitis in propo
ſito dubio duas reperio principales opin. Prima fuit
Richardi Malũbre, quã poſtea ſequutus eſt Bart. licet
de Richardo nullã faciat mentionẽ in l.j. in iiij. prin-
cipali quæſt. ff.de vulg. & pupil. volẽtis hæredẽ hære-
dis præferri ſubſtituto, quia licet inſtitutus non fuerit
hæres, tamẽ fecit aliũ hæredẽ, cũ ex eius perſona vir-
tute iuris deliberãdi ad eũ tranſmiſsi alius adiit hære-
ditatem, & ceſſat ſubſtitutio. l. ſi pater. ff. de hæred.
inſtitut. allega. l.j. C. de his qui ante apertas tabu. ibi
alióſq; quoniã exponi debet, ſcilicet ſubſtitutos vel
cõiunctos. Facit tex. ſecundũ eũ in l.ſi quis filiũ. ij. re-
ſponſo. ff.de acqui. hęred. & glo. in l.ſi ꝓ dote. §. pe-
nult. ff.de leg. præſtan. volens potentiorem eſſe tranſ-
miſsionẽ, quàm ſubſtitutionẽ, prout etiam tenet ibi
Bar. debet ergo expectare ſubſtitutus, ꝙ hæres hære-
dis ad quẽ hæreditas trãſmiſſa eſt, ſeu ius deliberãdi,
repudiet vel alio modo excludatᷣ, vt tenuit etiã Bart.
in d.l.ſi pater. & C.de hęre. inſti. l.cùm proponas. vbi
Bal. ſequẽdo Bar. tenuit hanc opi. ſubtiliter loquẽdo
in hæc verba. Pone ꝙ hæres inſtit. non adiuit, ſed de-
ceſsit infra annũ, & ſic ius deliber. tranſmiſit ad eius
hæredẽ: certè hæres inſtituti adiens ex iure deliberã-
di ad eũ tranſmiſſo excludit vulgariter ſubſtitutum.
Nam licet inſtitutus hæres nõ fuerit, tamen ſuo mini-
ſterio ius deliberandi tranſmittendo aliũ fecit hære-
dem. ergo ceſſat vulgaris ſubſtit. ſecundum Bart. ſub-
iungens poſt pauca: fore aduertendum an ſubſtitutus
67 vulgaris impediat tranſmiſsionem. †Nam triplex eſt
tranſmiſsio, ſcilicet iuris deliberandi de qua in d. l.
cùm antiquioribus. & iſtam ſubſtitutus non impedit
ſicut nec cohæres extraneus, qui vulgari ſubſtituto ta
cito tamẽ cõparatur. l.ſi Titio & Mæuio. §. Iulianus.
ff.de lega. ij. & l.ſi fratris. C. de iure delibe. Secunda
tranſmiſsio eſt ex illo titu. C. de his qui ante apertas
tab. & tunc idem: quia ſubſtitutus vulgaris non impe-
dit hanc tranſmiſsionẽ, quia tranſmiſsio eſt quædam
ſucceſſionis prorogatio eiuſdẽ formæ & nature, vt
d.l.vnica. de his qui ante apertas tabulas. Tertia eſt
trãſmiſsio quæ fit iure neceſſario, ſcilicet ex vi & po-
tentia ſuitatis & exiſtentiæ ſui hæredis: & hic eſt di-
ſtinguendum, ſecundũ eum. Nam aut facta fuit ſub-
ſtitutio vulgaris diſtincta & expreſſa, puta quia di-
xit teſtator: ſi hæres eſſe noluerit, vel nõ potuerit. aut
facta fuit indiſtincta: vt quia teſtator dixit, ſi hæres
nõ erit. Et his duobus caſibus nõ tranſmittit vt ſuus:
imò talis ſubſtitutio tranſmiſsionẽ impedit. l.ſi filius
hæres. ff.de lib. & poſth. per Dyn. aut ſubſtitutio vul-
gãris fuit in vno caſu diſtincta & expreſſa, in alio au-
tem tacita, puta quia teſtator dixit, ſi hæres eſſe non
potuerit, talem ſubſtituo. & tunc tranſmittit ſi hæres
eſſe potuit, & ſe non immiſcuit. Quia hoc ſcilicet ꝙ
non fuit hæres, proceſsit ex nolũtate quę tacitè con-
tinebatur in caſu impotẽtiæ expreſſo in ſubſtitutio-
ne. Nam caſus tacitus trãſmiſsionẽ nõ impedit, ſicut
etiã ius accreſcendi, qui eſt caſus tacitus, eam nõ im-
pedit, vt d.l.ſi fratris. C.de iure delibe. hæc ille in d.l.
cùm proponas. & hãc opin. (ſcilicet ꝙ hæres hæredis
tranſmiſsione iuris deliberandi excludat ſubſtitutũ.)
ſentit gl. relata ad tex. vbi Bal. & Imo. in d.l. quãdiu.
l. j. ff.de acqui. hære. Bal. in l.ij. C.ad Orficia. & idem
Bal. in l.ſi. §.j. C.de bonis quæ libe. Imol. in d.l.ſi pa-
ter. ff.de hæred. inſtit. & hic. & Ang. Are. in §.j. inſtit.
de vulga. ſubſtit. & in tractatu teſtamentorum ſuper
verbo vulgariter dicens. in §. fi. inſti. de vulga. ſubſti.
hoc eſſe verum quando hæres hæredis ex iure delibe
randi ad eum tranſmiſſo vult adire, ſecus ſi repudia-
ret, quia tunc ſubſtitutus admitteretur. Si autẽ eſſent
plures hæredes hæredis inſtituti, ad quos ius delibe-
randi fuit tranſmiſſum, & omnes vellent adire hære-
ditatẽ, excluderetᷣ ſubſtitutus: ſed ſi vnus velit adire,
& alter repudiare, tunc in parte repudiantis admitti-
tur ſubſtitutus, qui præfertur cohæredi, ſecundũ Bal.
Rapha. & Imo. in l.ſi. per illũ tex. ff.de vulg. & pupi.
Quia inter illos hæredes primi hæredis inſtituti nul-
la eſt cõiũctio reſpectu hæreditatis primi teſtatoris,
cuius ſola deliberatio ad eos trãſiuit: ſed eſt dũtaxat
coniunctio reſpectu hæreditatis illius primi hæredis
inſtituti. Ad hoc facit l.cũ. fundũ. §.j. iuncta l.qui hę-
redi. ff.de cõditio. & demonſtr. Idem reperio tenuiſ-
ſe. Alexã. in dicta. l.j. ff.de vulg. & pupilla. ſubſtitutio.
Vnũ tamen circa hæc tenebitis menti, quòd nedum
primus hæres ſciens ſe hæredem eſſe moriens ante
aditam hæreditatem ius deliberandi ad ſuum hære-
dem tranſmittit, quãuis extraneum, vt dictũ eſt: ſed
etiam ille hæres hęredis ſi infra annũ tranſmiſsionis
moriatur, etiam ignorans ius tranſmiſſum ſibi cõpe-
tere, trãſmittit illud ad ſuos hæredes. & ſic de ſingu-
lis ſequẽtibus: quia cùm illud ius ſit ſemel trãſmiſsi-
bile factum, naturam quam ſemel acquiſiuit, ſemper
retinebit, ſecundum Bar. quẽ ibi ſequitur Bal. in dicta
l.cùm antiquioribus. Non enim ſolùm in hæredes
noſtros, verumetiam in hæredes hæredum iura no-
ſtra tranſmittimus per regulã antiquam poſitam in
l.fin. C.de hæredibus inſtituẽdis. & hoc eſt quod vo-
luit tex. in dicta l. cùm antiquioribus. dum indiſtin-
ctè ſuis ſucceſſoribus, & ita conſuluit Alexand. in ſe-
68 cunda parte conſil. iiij. v. col. † Secunda principalis
opinio in hoc puncto fuit Angel. in dicta l.ſi pater.
& l. iam dubitari. ff.de hæredib. inſtituen. & in l. j. ff.
de vulgari & pupilla. & in dicta l.cùm proponas. C.
de hęredi. inſtitu. dicẽtis, quòd hæres hæredis ex iure
deliberandi ad eum tranſmiſſo, non excludit ſubſti-
tutum: imò excluditur per ipſum, quia cùm ſubſti-
tuatur



tuatur homini libero & ſui iuris, nunquã excluditur
ſubſtitutus vulgaris niſi inſtitutus ſit hæres, vel muta
ta cõditione aliũ hæredẽ fecerit in cuius poteſtatem
intrauerit, vt d.l.ſi pater. inſtit. de vulg. ſubſtit. §. fin.
Sed hæres inſtitutus qui ante aditã hæreditatem de-
ceſsit, conditionẽ non mutauit. Imò verius dicetur
diſſoluta conditio, cùm mors omnia ſoluat in authẽ.
de nuptiis. §. deinceps. ergo aperta eſt via ſubſtituto.
Nec obſt. iura alleg. per Bart. ſuperiùs relata: quia in
eis licet hæreditas nõ eſſet adita: tamẽ habebatur pro
adita cũ poteſtate repudiãdi ſeu abſtinẽdi. Ideo quic
quid iudicatᷣ ibi, quo ad excluſionẽ ſubſtituti in per-
petuũ cũ verè adita eſt hæreditas, illud idẽ iudicatur,
cũ habeatur pro adita donec repudietur. Nã in d.l.ſi
quis filiũ. §.j. ff.de acqui. hære. licet ibi adita nõ eſſet
hæreditas, tamen habebatur pro adita propter facul-
tatem abſtinẽdi ſeu repudiandi: quia ſuus ſcilicet fi-
lius in poteſtate erat hæres inſtitutus: qui ſtatim poſt
dum Bar.plenè in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff. de

24 libe.& poſthu. †Quod ſanè intelligatis verũ de legi-
timatione facta poſt mortẽ patris, vbi facta eſſet de
voluntate ipſius patris, qui eam declarauit velle ante-
quã moreretur. & ita intelligere videtur Bar. dictum
ſuum ibi, dum allegat Authen. ſi quis.de natu.libe.&
cum hoc eum ſequuntur Imo.Franciſcus Arct.& Ia-
ſon.in d.l.ij.ff.de vulg.& pup.Sicut enim valent inſti-
tutio & ſubſtitutio factæ filio exiſtenti in hoſtiũ po-
teſtate, ſi poſt mortẽ patris reuertatur.l.illa.ff.de hæ-
re.inſtit.& l.lex Cornel. ff. de vulg. & pupil. & l. pa-
ter.cũ l.ſequẽ.ff.de capti.quia talis reuerſus præſumi-
tur ſemper remanſiſſe in patris poteſtate, vt ibi. Sic
ergo erit dicendũ de filio legitimato, qui fingitur eſſe
legitimus.Sali.verò in d.l. ſi teſtamento. de impu.&
aliis ſubſti. tenet contrarium in filio legitimato poſt
mortem patris ſubſtituentis,eo quia nunquam fuit in
poteſtate patris,nec fuiſſe fingitur,quia nõ ſubeſt ra-
tio ſic fingẽdi,vt ſubeſt in capto ab hoſtibꝰ, & ſic ſi-
mile Bart.non eſt bonum. Præterea pater huic legi
timationi non conſenſit, quod tamen eſt neceſſe in
patre viuente, vt filius legitimatus tranſeat in eius po
teſtatem, ſicut econtrà,in Authent.quibus modis na-
tu.eſſi.ſui.§.generaliter. Sed his non obſtantibus cõ-
muniter tenetur prima opinio,quæ fuit Bar.Nam vi-
demus, ꝙ licet poſthumus nõ ſit in patris poteſtate
quandiu eſt in vtero.l.ſi.ff.de colla.bono.Tamen po-
teſt ei pupillariter ſubſtitui, quia fuiſſe in poteſtate
fingitur,vbi de ipſius cõmodo agitur, vt in caſu no-
ſtro, argu.l.quæritur.ff.de ſtatu.homi.& eſt tex. in §.
non ſolùm.inſti.de pupil.ſubſti.& hanc communem
opinionẽ tenẽt Raphael,Imo.& Alex.in d.l.ij.ff. de
vulga.& pupil.& Angel.in §.j.inſtit.de pupil.ſubſtit.
videatis quæ dixi in verbo,& vxo. nomine Adelaſiã.
in ſecundo membro primi arti. Et ſicut hæc ſubſti-
tutio fieri poteſt liberis primi gradus, ſic etiã fieri po
teſt liberis inferioribus,veluti nepotibus,& deinceps.
25 †Cùm appellatione liberorum, omnes deſcendentes
contineantur,inſtit.qui dari tuto.teſta.poſſunt.§.fin.
quod tamen intelligatis verum ſecundum ea quæ di-
26 centur infrà,in quarto requiſito. † Ex quibus nunc
dictis clarè demonſtratur, ꝙ hæc pupillaris ſubſtitu-
tio extraneis fieri non poteſt: ſed ſolis teſtatoris, niſi
eſſet ſtatutum vel patriæ conſuetudo in contrarium,
quę valerent,& hoc diſponere poſſent:quia cùm hęc
ſubſtitutio ſit moribus & conſuetudine introducta,
aut ſecundum alios ſit de iure ciuili ſcripto,& tale ius
ſit mutabile,per conſuetudinem induci poſſet, quòd
extraneo fieri poſsit: cùm vnum ius ciuile tollat aliud
& alterare poſsit,inſti. de iure natu. §. ea verò. Ceſ-
ſante autem tali conſuetudine non poſſet hæc ſubſti-
tutio facta extraneo valere ſaltẽ iure directo. tamen
valeret iure fideicõmiſsi,cuius medio ſuccedentes pu
pillo ab inteſtato tenerentur reſtituere hæreditatem
extraneo & pupillariter ſubſtituto, ſecundum glo. &
Bartol.in l.verbis ciuilibus. ff.de vulga.& pupil.alle-
gant l.filius.§.vt quis hæredem.ff.de lega.j.& l.ex fa-
cto.in prin. ff.ad Trebel.& eſt communis opi.ſecun-
dum Alex.in d.l.verbis ciuilibus.iiij.& v.col. Quali-
ter autẽ intelligatur,ꝙ pater poſsit liberis ſuis ſubſti-
tuere pupillariter, videbitis infrà,in vij. requiſito,dũ
allegabitur l.fin.C.de ſent.paſ. & reſtit. Et an ſit ve-
rum,ꝙ hæc ſubſtitutio puberi facta vel extraneo va-
leat iure fideicommiſsi, videbitis latius in materia
27 compendioſæ ſubſtitutionis. †Secundò requiritur,
ꝙ ille ſit impubes cui fit hęc ſubſtitutio:&inde eſt,ꝙ
vocatur pupillaris, quaſi facta pupillo : ideo ſi fieret
filio maiori xiiij.an.aut filiæ xij. ann. excedenti, non
valeret nec iure directo,nec iure fideicõmiſsi:quia cũ
hæc ſubſtitutio finiri debeat & extingui adueniente
pubertate,ita ꝙ vltra non durat, non poſſet incipere
à pubertate.ff.de vſufruct.l.Titio cùm morietur. facit
l.ſi fundum per fideicõmiſſum.§.fin.cum l.ſeq. ff. de
leg.j.& ita tenet Ray.Guli.de Cug.& Bar.in d.l.ver-
bis. An tamen ſi talis ſubſtitutio fiat puberi,tunc cõ-
tineat vulgarem, plenè decidit ibi Alexan. & dixi ſu-
28 prà, in tractatu vulgaris in vlti.q. †Et intantum eſt
hoc verum, ſcilicet ꝙ adulto pupillariter non poteſt
ſubſtitui,ꝙ etiam ſi ſtatuto ciuitatis caueretur, ꝙ mi-
nor xx.annis teſtari non poſſet, pater adhuc non poſ
ſet huic filio inteſtabili ſubſtituere pupillariter : nam
in pupillo eſt duplex ratio,ꝙ ei ꝑ patrẽ ſubſtituatur,
tum quia propter ætatis defectum teſtari non poteſt,
tum etiam,quia liberos qui ei ſuccedant, habere non
poteſt. Or minor xx.ann. licet per ſtatutum teſtari
non poſsit,tñ liberos,& ſic hæredes habere poteſt na
turali prouiſiõe, & ſic per hominẽ ei ſubſtitui nõ po-
teſt.Nec obſtat ſi diceretur, ꝙ poſtquam teſtari non
poteſt,pater debet ei prouidere,quia illud eſſet verũ,
ꝙ prouidere ei poſſet exẽplariè, ſed nõ pupillariter:
quia non ſequitur ꝙ ſi nõ poſsit teſtari, pater poſsit
ei ſubſtituere, quoniam furioſus aut prodigus teſtari
non poteſt,inſtit.quibus non eſt permiſ.face.teſta.§.
præterea. & tamẽ nõ poteſt ei pupillariter ſubſtitui,
ſi adultus ſit,ſed ſolùm exemplariè. Nam ſic teſtari
prohibitus durãte ætate prohibente æquiparatur pro
digo,cui bonis eſt interdictũ,arg.l.ex caſtrenſi pecu-
lio.ad hoc facit quod decidit Bald. in l.matres. C. ad
Tertyl.vbi dicit,ꝙ ſtatuto diſponẽte ꝙ adulto debe-
tur tutor vſq; ad ætatẽ xx. ann. ſi mater habẽs filium
maiorẽ xiiij.ann. cui nõ petiit tutorẽ, filio moriente
ante xx.ann.non punitur pœna l.ſe autem.C.de leg.
hære.& l.omnem.C.ad Tertul. Vnde reſtat,ꝙ ſtante
dicto ſtatuto teſtari prohibente,vſque ad xx.ann.pa-
ter tali filio adulto non poterit pupillariter ſubſtitue-
re,ſecùs autẽ eſſet,ſi ſtatutũ diceret, ꝙ ætas pupilla-
ris duraret vſq; ad xx.ann. quia tũc durante illa æta-
te pupillariter ei ſubſtitui poterit,ſecundum Bal.in §.
j.inſtit.de pupil.ſubſtit.quem ibi ſequitur Ange.Are.
arg.l.Mela.ff.de alimen.& ciba.leg. & Alex. in d.l.ij.
de vulga. & pupil. Et idem eſſet vbi ſtatutum vel
conſuetudo nõ ſolùm prohiberet minorem xx. ann.
teſtari, ſed etiam diſponeret, ꝙ poſt pupillarem æta-
tem poſsit ei directè ſubſtitui etiã poſt aditam hære-
ditatem:quia tunc valeret ſubſtitutio.Nam (vt ſuprà
dictum fuit) cùm hæc ſubſtitutio ſit de iure conſue-
tudinario,& ſic poſitiuo,& non iure naturali inuẽta,
tolli poteſt per ſtatutum aut conſuetudinẽ, vt nullo
modo fiat.Cùm vna conſuetudo alteri derogare poſ
ſit.l.nemo.§.tẽporalis.ff.de reg.iur. Multo magis po
teſt alterari. vt alio modo vel vltra modum fiat, ſe-
cundum Alexã.in d.l.ij.in prin.& Iaſ.ibi, idem tenet
29 Bar.in l.cẽturio iiij.col.illo eo.tit. † Ex quo infert,
quòd ſi ſtatutũ ciuitatis diſponat,ꝙ filiæ fœminæ co
gantur omnia obſeruare diſpoſita à teſtatore, ſtanti-
bus maſculis, eo tunc poterit ſubſtitui directò poſt
pubertatem, etiã à non milite.quod ſequitur Anton.
de Butr.hîc,& Bal.in repe.c.ſi pater.eo.titu.lib.vj.&
Alex.in d.l.centurio. xix. col. Statutum enim multa
poteſt in his,quæ iuris ciuilis ſunt, inſtitutio. de iure
natu.§.ſed naturalia.verſic.ea verò. Nam etiam per
ſtatutũ induci poteſt, ꝙ pater poſsit dare filio puberi
curatorem taliter,ꝙ non egeat confirmatione, ſicut
nec tutor datus impuberi, quamuis ſecus exiſtat de
iure cõmuni.l.j.in ſi.ff.de confirman.tuto. inſtitu.de
cura.



cura.in prin.ſecundum Bal.in l.deniq;.ff.de mino.fa
cit quod no.pulchrè Ang.in l.captatorias.C.de teſt.
mili. vbi dicit,ꝙ ſicut per cap.cùm tibi.ſ.co.valet in-
ſtitutio captatoria ad pias cauſas, ſecundum gl.ibi,
& dixi plenè in verbo, *Condidit*.j.Sic etiã per ſtatutũ
aut conſuetudinẽ induci poſſet,ꝙ valeret in aliis ca-
ſibus ſimilibus. Facit quod not.idẽ Ang. in l.more.
30 ff.de acquir.hære.dum dicit, † ꝙ poteſt per ſtatutũ
diſpẽſari,ꝙ valeat aditio hæreditatis facta à pupillo
ſine tutoris authoritate. Sed an per ſtatutum diſpen-
ſari poſsit, ꝙ pupillus contrahere poſsit ſicut maior,
no.Bar.in l.nõ ambigitur.ff. de legi.& in d.l.deniq;.
in prin.& in l.omnes populi.in iij.q.prin.ff.de iuſti.
& iure.& in l.ſi quæramus.ff.eo.& Alex.in l.ſi.C.de
teſt.mil.& vidiſtis in verbo, adiectæ verò impuberi.
31 † Tertiò requiritur, ꝙ filius pupillus cui fit hæc
ſubſtitutio ſit in poteſtate teſtatoris. nã filio quãuis
pupillo in teſtatoris poteſtate non exiſtenti,non po
teſt pupillariter ſubſtitui : ideo baſtardis & ſpuriis
aut ſimpliciter adoptatis filiis nõ poteſt hæc ſubſti-
tutio fieri,cùm non ſint in poteſtate patris,vt ſ.vidi-
ſtis:niſi vt ibi dictũ fuit,eſſent legitimati:quia tũc ha
berẽtur pro legitimè natis.Similiter ſubſtitui nõ põt
filiis pupillis emãcipatis propter defectũ patriæ po-
teſtatis,licet teſtari nõ poſsint ꝑpter defectũ diſcre-
tæ ætatis,nec de lege cõmuni liberos habere poſsint.
l.impunitas.C.de pœ.l.auxiliũ.§.in delictis.ff.de mi.
32 †Sed dubiũ eſt,quo tẽpore filius cui pupillariter ſub
ſtituitur,eſſe debeat in poteſtate teſtatoris.& videtur
ꝙ ſatis ſit eũ eſſe in poteſtate tẽpore mortis,licet nõ
tẽpore teſtamẽti.l.ij.§.ſed ſi extraneũ.ff.de vulga. &
pupil.Sed dicatis, ꝙ requiritur ꝙ etiã ſit in poteſtate
tempore teſtamenti,ſeu ſaltẽ tempore ſubſtitutionis
ſibi factæ.l.ſi alienũ.§.in extraneis.ff.de hæred.inſti.
Et ſic requiritur,ꝙ duobus tẽporibus ſit in poteſta-
te teſtatoris, ſcilicet tempore teſtamenti, ſeu ſaltem
tẽpore ſubſtitutiõis,& tẽpore quo teſtator moritur.
Nec ob.tex.in d.§.ſed ſi extraneũ. quia intelligitur,
ꝙ ibi tẽpore quo teſtator inſtituit pupillũ extraneũ,
& ſic tẽpore teſtamenti paterni, ille pupillus nõ erit
in poteſtate:ſed poſt teſtamẽtũ ipſum adoptauit, &
poſt adoptionem ei pupillariter ſubſtituit:& ſic tem
pore ſubſtitutionis erat in poteſtate teſtatoris, licet
non in tempore teſtamẽti ſui.vt ibi,ſecundũ intelle-
ctum Franc.de Rampo. & Rapha. Nam vt ibi dicit
Raph.poſt teſtamẽtũ patris fieri poteſt hæc ſubſtitu
tio pupillaris,etiã ex interuallo, vt d.l.ij. §. priùs.de
vulga.& pupil.Et dubium ibi eſſe poterat ſecundum
eum, quia cùm ſubſtitutio hæc pendeat à teſtamẽto
paterno, videbatur trahi ad tempus teſtamenti con-
diti,& cõſequenter videbatur exigi habilitas tẽpore
teſtamẽti.Attamẽ tex.ibi decidit,ꝙ ſufficit illum cui
ſubſtituitur eſſe in poteſtate teſtatoris tẽpore ſubſti-
tutionis,licet tẽpore teſtamẽti nõ eſſet.ar.l.ij.ff.de iu
re cod.vbi põt in codicillis relinqui incapaci tẽpore
teſtamẽti,licet codicilli ex teſtamẽto pendeãt.Vnde
reſtat pupillũ cui ſubſtituitur debere eſſe duobus tẽ-
poribꝰ in teſtatoris ptãte,ſcilicet tẽpore ſubſtitutio-
nis,& tẽpore mortis teſtatoris. Sed gl.Bar. Ange.&
Imo.in d.l.ij.de vul.& pup.tenẽt ſufficere ipſum eſſe
in poteſtate,tẽpore mortis teſtatoris,per dictũ §.ſed
ſi extraneũ. Nã iura dicẽtia tribus tẽporibus requiri
capacitatẽ, intelligũtur vbi requiritur de capacitate
hæredis inſtituti,vt d.l.ſi alienũ.§.in extraneis. ff.de
hære.inſtit.licet Bal.aliter dixerit. Sed vbi requiritur
de alia habilitate,quã de capacitate,ſufficit ꝙ habili-
tas adſit tẽpore mortis : præſertim in caſu noſtro, ex
quo ab initio nõ fuit diſpoſitio nulla ex toto.quia li-
cet nõ valuerit à principio,vt pupillaris propter de-
fectum patrię poteſtatis:tamẽ valuit,vt tacita vulga-
ris.l.ſi.C.de hære.inſti.qa quoties ſubſtitutio pupil-
laris fit minori,ſcilicet adulto vel extraneo, cõtinet
in ſe tacitam vulgarem,vt d.l.ſi.ſecundũ Guli.quem
ſequitur Bar.in l.j.§.j.de vulga.& pupil.Et vidiſtis ſ.
in tractatu vulgaris.in ſi.in vlti.q.Et probatur à ſimi
li per doctrinã quæ elicitur ex tex.in l. vbi ita dona-
tur.ff.de dona.cauſa mor.iuncta l.cum precario.ff.de
prec.Si ergo ſubſtitutio facta extraneo,id eſt in pote
ſtate teſtatoris nõ exiſtẽti,valeat à principio,vt taci-
ta vulgaris,faciliter mutabiẽ in ſimilẽ cauſam, & cõ-
uertetur in pupillarẽ ſuperueniente patria poteſtate,
licet à principio aliquid inuenerit contra naturã pu-
pillaris,ſcilicet defectus patriæ poteſtatis.Ang.tamẽ
Arct.tenet primã opinionem in §.j. inſtitu.de pupil.
ſubſti.adhærẽdo opinioni Franc.de Rãpo.& Raph.
Sed poſteà in ſuo tractatu teſtamẽtorũ,in verbo,Pu
pillariter.dicit, ꝙ opinio Bar. & ſequacium ſeruatur
in practica tanquã cõmunis, licet alia ſit de iure ve-
rior. Sed nunc obiicere poſſet legiſta: hodie iure no-
uiſsimo ſublatã eſſe differentiã emancipationis & pa
triæ poteſtatis,per tex.in Authen. de hæred. quæ ab
inteſta.viij.colla.Et ſic curandũ non videtur,an hæc
ſubſtitutio fiat pupillo,in teſtatoris poteſtate exiſtẽ-
ti,aut emãcipato,vel alteri extraneo.Sed non obſtat,
quia illa differẽtia fuit tantùm ſublata quo ad ſucceſ
ſiones ab inteſtato:ſed in ſucceſsionibus ex teſtamẽ
to nihil eſt hodie immutatũ,vt plenè no.in d.l.Gal-
lus.§.& quid ſi tantum. Vnde ſicut olim nõ poterat
emancipato pupillariter ſubſtitui, ſic nec hodie po-
33 terit. † Ex quo reſultat, ꝙ ſicut olim mater non po-
terat filio pupillariter ſubſtituere,ita nec hodie,cùm
filiũ nõ habeat in poteſtate,inſti.de ado.§.fœminę.
& l.ſi mater.ff.de vulg.& pupilla.ſubſti.Fallit tamẽ
vbi eſſet ſtatutum vel conſuetudo, ꝙ mater haberet
filiũ in poteſtate:qa eo tũc poſſet filio ſuo pupillari-
ter ſubſtituere,per tex.in d.l.ij.ff.de vulg. & pupilla.
& inſti. de pupil.ſubſti.§.j. qui loquiẽ indiſtinctè &
indefinitè,non plus cõprehendens patrẽ,quàm ma-
trẽ,dũ tamen habeat filiũ in poteſtate, ſecũdũ Alex.
in d.l.ij.iij.col.in ſi.Sed Bal.in d.l.precibus.C.de im-
pu.& aliis ſubſti.tenet cõtrariũ, ſcilicet ꝙ etiã ſi ma-
ter habeat filiũ in poteſtate, nõ poſsit ei pupillariter
ſubſtituere:tñ nihil allegat, niſi quia ſtatutũ hoc nõ
dicit volẽs innuere, ꝙ in correctoriis nõ fit extẽſio.
l.præcipimus.in ſi.C.de appella. Ego autẽ ex dictis
Alexã.cõcordarẽ ſic opiniones,ꝙ aut mater nõ poſ-
ſet filio pupillariter ſubſtituere ſine patris præiudi-
cio:putà, quia pater adhuc viuit qui priuaretur vſu-
fructu & adminiſtratione bonorum filij aduentitio-
rum,in ætate pupillari mortui, & tunc ſeruetur opi.
Bald.vt ſcilicet mater filio ſubſtituere nõ poſsit. aut
mater ei ſubſtituere poſſet ſine patris præiudicio: pu
tà,quia pupillus eius filius patre carẽte.Et tunc locũ
haberet prima opinio,vt poſtquã ipſum in poteſtate
habet,etiã ei ſubſtituere poſsit. Ideo cùm in qbuſdã
terris ſint ſtatuta,ꝙ mortuo patre,filiꝰ recidat in ma
tris poteſtatẽ, eo tũc mater defuncto marito poterit
filiis ſuis impuberibꝰ pupillariter ſubſtituere, cũ eos
habeat in poteſtate:qa eadẽ eſt ratio in ipſa,ſicut in
patre,& ſic idẽ ius ſeruari debet.Et qa hæc eſt quæ-
dã prærogatio patriæ poteſtatis, quæ intelligi debet
cũ ſuis qualitatibus.l. itẽ quæritur. §. qui impleto.ff.
locati.& ca.is qui.de præbẽ.lib.vj.facit quod in ſimi-
34 li not.Bar.in l.ij.in prin.ff. de publ.iudi. † Præterea

hæc extenſio paſsiua locū habet etiam in ſtatutis per
identitatē rationis, ſecundū Bar. in l. omnes verò po-
puli. ff. de iuſti. & iure. Et regula tradita eſt in d. l. ij. ff.
de vul. & pupil. ꝙ habēs in poteſtate liberos pōt eis
pupillariter ſubſtituere, vt dicit tex. ibi, vt quis liberis
impuberibus. Et ponderandū eſt verbū, quis, quod
eſt aptū cōprehendere tam parentē maſculū, quā fœ-
minā. l. j. ff. de ver. ſigni. dū tamē filios habeat in pote
ſtate, vt eſt bonus tex. in §. j. inſti. de pupil. ſub. vbi lo
quendo de ſubſtituēte nō magis de patre quā matre:
ergo ſicut pater ita & mater habens liberos in ptāte
poterit eis pupillariter ſubſtituere. Ad hoc facit di-
ctū Bal. ſuperius relatū in ſecūdo reqſito, vbi ſi ſtatu
to caueat, ꝙ pupillaris ætas duret vſq; ad xx. an. vſq;
ad illud tēpus fieri poterit pupillaris ſubſtitutio. hoc
firmatur ratione: quia prorogatio procedit ceſſante
odio, pariter de perſona ad perſonā, ſicut de tempo-
re ad tēpus. l. j. & ij. ff. de iud. vt dicamus, ꝙ ſicut pote
ſtas ſubſtituēdi ꝓrogaē de certo tēpore ad maius tē-
pus vt dicit Bal. ſic etiā debet poſſe prorogari de per-
ſona in perſonā, ſicut de patre in matrē, ſecūdū An-
gel. in d. §. j. inſti. de pupil. ſubſti. Ad hoc facit quod
35 decidit Dominicus in cap. licet de ſepul. lib. vj. † ꝙ ex
cōſuetudine mater poſſet ſicut pater eligere pro filio
ſepulturā, quāuis tex. ibi, nō loquaē ibi niſi de patre.
Sed idē eſſet in matre, ſi ſtatutū aut cōſuetudo de ipſa
36 loqueretur, ſecūdū eū ibi. † An autem ſubſtitutio pu-
pillaris à matre facta ſaltē valeat iure fideicōmiſſi, ſi
filiū in ptāte nō habeat, prout de iure cōmuni nō ha-
bet, vel facta à patre filio emācipato. Certè gl. & Do
ctores, in d. l. verbis ciuilibus de vulga. & pup. tenent
ꝙ ſic infra tēpora pubertatis: ſed nō poſt pubertatē.
Et eſt cōmunis opinio, nō ſine ratione fūdata: quia
nō debet imperitia mulieris quę neſcit quid ſit pupil
laris aut vulgaris ſubſtitutio officere veræ & reali in-
tentioni ipſius, argu. l. codicillis. §. fi. ff. de leg. ij. & l.
37 quoniam indignū. C. iſto tit. † Nam & ipſe iudex ex
poteſtate ſibi à lege cōceſſa interpretari debet vltimā
volūtatē, vt potius valeat quā pereat. l. vtrū. ff. de re-
bus dubiis. & l. volūtatis. C. de fideicōmiſ. & l. fi. ff. de
teſt. manu. Aliâs crudelis foret, & penitus à rōne alie
na interpretatio, quæ fieret ad iudicia ſubuertēda de-
functorū, vt dicit tex. in l. iij. ff. de teſt. milit. Vnde &
ſi verba fideicōmiſſorū deficerēt, tamen eū ſermonē
pro fideicōmiſſo debemus accipere. l. vnū. ex familia.
§. itē Imperator Marc⁹. ff. de leg. ij. Et ita pulchrè in
hanc partē cōſulit Bald. in ij. par. conſi. cxiiij. Vnde
reſtat, ꝙ patria poteſtas eſt de ſubſtātia huius ſubſti-
tutionis, vt ſcilicet ille cui ſit, ſit in poteſtate ſubſti-
38 tuentis. † Ex quo videtur, ꝙ cùm Galli aut Britones
nō habeāt liberos ſuos in ptāte, vt de Gallis ſeu Fran
cis, dicit glo. ſingularis. inſti. de patria potc. §. j. quam
valde cōmēdat, & ſequitur Bal. in c. j. an maritus ſuc
ced. vxori in benefi. & Lud. Rom. in l. penul. C. qui te
ſta. face. poſ. & Panor. in c. fi. in fi. de cōuerſio. infide
li. Et de Britonib⁹ decidit Bal. in c. j. §. ſi duo. de duo-
bus fratri. de nouo benefi. inue. non poterunt eis pu-
pillariter ſubſtituere propter defectū patriæ poteſta-
39 tis. † Ideo Galli vocantur Franci: quod nomen à Va-
lentiniano Imperatore, qui eos primus Frācos, id eſt
feroces & fortes appellauit, ortū habuit. Poſt enim
Troiæ euerſionē copia Troianorū non modica ad
partes Pānoniæ deuenit, vbi ciuitatē Sicambriā con-
ſtruentes manſerunt: ibi donec ad tempora Valenti-
niani Imperatoris, Romano imperio ſemper infeſti:
qui demum à prædicto Imperatore (quia tributa ſol-
uere recuſabant) expulſi, aliquandiu iuxta Rhenum
fluuium in cōfinio Germaniæ & Alemaniæ habita-
runt: quos cùm idem Valentinianus multis præliis
ſibi ſubiugare attentaſſet, nec aliquatenus hoc perfi-
cere valuiſſet, eos appellauit Francos, id eſt feroces,
vt pulchrè narrat glo. in principali pragmaticę ſuper
verbo, Frācorū. vt pleniùs dixi in verbo, *Duas habēs
filias*. Vnde Iſidorus lib. ix. Etymologiarum: Roma,
inquit, graues generat, Græcia leues, Africa verſipel-
les, Gallia verò natura feroces, ingenióque acres.
40 † Gallorum quidem (vt Eutropius ſcribit) animi fe
roces ſūt, corúmque corpora in principio plus quàm
humana: ſed experimēto deprehenſum eſt, ꝙ eorum
virtus, ſicut primo impetu maior quàm virorum eſt,
ita ſequens minor quàm fœminarū. Alpina, inquit,
corpora albenti cœlo educata habent quoddam ni-
uibus ſuis ſimile. Cùm mox calore pugnæ ſtatim in
ſudorem eunt, & leui motu quaſi ſole laxantur. Et Si
lius Italicus de illis ſic dicit: Quinctiā ingenio fluxi,
ſed prima feroces vaniloquum Celtæ genus & muta-
bile mentis. & in can. quorundam. xxxiiij. diſtinct.
dicuntur irreuerentes. Pariter Cæſar commentario-
rum ſuorū de bello Gallico, lib. iij. refert intellexiſſe
omnes ferè Gallos nouis rebus ſtudere, & ad bellum
mobiliter celeritérq; excitari. & in lib. vij. dicit ꝙ ex
eis alios impellit auaritia, alios iracundia, & temeri-
tas, quæ maximè illi hominum generi eſt innata, vt
leuem auditionē habeant pro re cōperta. & ſequitur
allegat. libro iij. Et vt ad bella ſuſcipienda Gallorum
alacer ac promptus eſt animus: ſic mollis, ac minimè
reſiſtens ad calamitates perferendas mens eorum eſt.
De vno tamen ſcilicet de religione & iuſtitia eos, li-
bro vj. ſummè commendat in hæc verba: natio eſt
omnium Gallorum admodum dedita religionibus,
atq; ob eam cauſam qui ſunt affecti grauioribus mor
bis, quíque in præliis periculíſq; verſātur, aut pro vi-
ctimis homines immolāt aut ſe immolaturos vouēt.
Adminiſtríſq; ad ea ſacrificia Druydibus, id eſt illis
ſacerdotibus vtuntur, quia pro vita hominis niſi vita
hominis reddatur, non poſſe Deorū immortaliū nu-
mē placari arbitrātur. hæc ille. Nec huius innati Gal
lorū feruoris ad religionē oblitus eſt Valerius lib. iij.
titulo de fortitudine, de Caio Attilio loquens. Cùm
Romani Gallorum exercitu pulſi in Capitolium ſe
contuliſſent, ſenibus in planicie ciuitatis apertis ia-
nuis in curulibus ſellis cum inſignibus magiſtratuū
quos geſſerant, ſacerdotiorúmq; cōſedētibus: quorū
venerabili aſpectu à Gallorū hoſtium, qui religionis
ſemper fuerunt obſeruantiſsimi, iniuria tuti eſſent:
ad quos Gallos, olim Romani ſciētes eos religionis
doctiſsimos & obſeruantiſsimos à ciuitate vt floren-
tiſſima, tum & opulētiſſima decem principum filios
ſenatuſcōſulto ſingulis Hetruriæ populis percipien-
dæ ſacrorum diſciplinæ gratia tradiderunt, vt idem
refert Valerius lib. j. titulo de ſeruata religione, ca. ij.
In Hetruria enim quæ in Gallia Ciſalpina regio eſt,
duodecim erant populi, quorum ſingulis decem filij
principū & magnatū ciuitatis traditi fuere, vel ſecun
dum Ciceronē ſex tantū filij, qui fuerūt oēs numero
ſeptuagintaduo miſsi & traditi ſacrorum diſciplinæ
veſtigiū euidēs chriſticolarū à principio: quia Chri-
ſto duodecim fuerūt principales Apoſtoli ad fidem
ſacrā docendū, & lxxij. diſcipuli ad addiſcendū fidē
& ſacra nouæ legis, & poſteà vniuerſo pupulo diuul
gandū. Crediderūt pariter ipſi Galli & religioſiſſimè
animas hominū eſſe immortales, & perpetuò viuere,
41 vt dixi ſuper verbo, teſtamentum. iiij. † Gallia enim
à candore populi nuncupata eſt, teſte Iſidoro. Nam
γαλα



γαλὰ græcè, lac dicitur. Mōtes profectò & rigor cœ-
li ab eā parte ſolis ardorē excludunt, quo fit vt cādor
corporū non coloretur. Vnde quantò magis Gallia
erat olim erroribus gentilium illigata, tanto magis ſuū
nomen ſpiritualiter fuit mentita, donec per Chriſtū
facta eſt diſcipula veritatis. Et tunc vero candore fi-
dei illuſtrata veraciter Gallia eſt nuncupata, vt vati-
ciniū Eſaiæ cōpleretur, quo dicebatur: Populus qui
ambulabat in tenebris, vidit lucem magnā. Tunc pa-
riter tota Gallia ſuū verū ſortita fuit nomen. vt dixi
in verbo, *Duas habens filias*. Adeò induſtria atq; labo
ris patiens gens eſt, ſuis principibus ad ſeruiturē vſq;
ferè obediēs. Adeò ꝙ Celtiberi iſti populi ex Celtis,
id eſt, Gallis Celticis & Iberis in Gallia Celtica degē
tes ſuo principi pluſquā fideles, ſemper exiſtimarunt
nephas eſſe ſuo principe in acie mortuo ſupuiuere: ſi-
cut Cymbri quos Flamingos appellamus, lamentan-
tur in morbo decedere, & lætātur in bello mori glo-
rioſè. De quibus dicit Valerius, li. ij. tit. de inſti. Ala-
cris, & fortis Cymbrorū & Celtiberorū philoſophia,
qui in acie gaudio exultabant, tanquā glorioſè & fe-
liciter vita exceſſuri: lamentabantur in morbo, quaſi
turpiter & miſerabiliter perituri. Celtiberi etiam ne-
phas ducebant eſſe prælio ſupereſſe, cùm is ſcilicet eo
rum princeps occidiſſet, id eſt occiſus eſſet pro cuius
ſalute ſpiritū deuouerāt. Laudanda vtrorumque po-
pulorū animi præſtantia, ꝙ & patriæ incolumitatē
fortiter tueri, & fidē amicitiæ cōſtāter præſtandā ar-
bitrabātur. hæc ille. Eſt enim eorū ſcilicet Gallorum
natio cōuictu facilis, amicitiæ cuſtos, alioquin ſuarū
iniuriarū præſens vltrix & ad arma propēſior. Adeò
ꝙ vt Saluſt. dicit in Catilinario, Sicut facundia Græ-
ci, ſic Galli bello gloria Romanos anteceſſere. Imò
refert Marc hiſtoriarū, Plotiū rhetoricū Frāciæ oriū
dum, rhetoricā latinā Romæ primū docuiſſe: in bello
tamen ſemper præualuiſſe. Pariter olim (vt Iuſtinus
ait) in Aphrica, & Aſia, nullū ſine Gallo milite ſelici-
ter gerebatur. Nec vnquam Romani (vt Saluſtius in
Iugurtino ſubiunxit) cū Gallis pro gloria obtinenda,
ſed pro ſalute conſeruanda bellabant. Et ſic Romani
contra Gallos vix egrediendo, ſed tantū defendēdo
42 præliabantur. † Ideo cū in Gallia ſint oēs prompti ad
gladiū, & faciles, ſtatutū fuit & hodie ſeruatur, ꝙ ſi
vnus ex pluribus ſimul pergentibus, vel ſtantibus ho-
minē occiderit, quāuis certus ſit occiſor: tamen cōtra
omnes velut homicidas, licet non malè facere cogita
uerint, proceditur: nec liberātur ab occiſo, niſi indul-
gentiā à rege obtinuerint, quæ faciliter eis datur. Cū
hoc nō fiat, niſi ad reſtringendū audaciā percutiendi,
vt impleatur Catonicū illud dictū: Rumores fuge. ta-
men nullus teneretur de iure præter occiſorē: & ſi de
illo nō cōſtaret, nemo teneretur corporaliter, ſed be
ne tenerentur omnes pecuniariter. l. itē Mela. §. ſi plu
res. ff. ad legem Aqui. Eſt ergo Gallica natio natura-
liter bellicoſa, tamē ſacrorū reuerens: & Chriſtianæ
fidei, præter alias nationes deuotiſſima, cuius tutādæ
ſolicitudinē quaſi ex profeſſo Franci principes nullo
non tēpore, vt Gaguinus ait, ſuſceperunt. Extant eius
rei in omni quem adierūt loco nō vana trophæa, ſed
extructæ ab illis ſacræ ædes, & illis ad rē diuinam in
ſtituti ſacerdotes: longè profectò glorioſius rei be-
ne geſtæ monumentū. hæc ille. Et omne bonū, quod
Angli reges in regnādo habēt, à Francis obtinuerūt
tēpore Caroli magni, poſt obitū Briſtici Anglorum
regis: de quo Gaguinus lib. iiij. cap. j. ſic dicit: Erat his
diebus Ebritus Anglus, qui propter morū elegantiā
Briſtico Anglorum regi ſuſpectus habebatur. Quare
regis inſidias timēs ad Francos ſe cōtulit, vbi liberali
ter per tēpus acceptus, cū Briſticū mortē obiiſſe ac-
cepit in Angliā reuerſus Anglis imperauit. Id autē di
uina ꝓuidētia factū ſcriptor quidā Anglus Malmeſ-
berie monachus aſſeuerat his verbis: Quod Dei con-
ſilio factum, inquit, intelligo, vt vir ille ad tantum
regnum erectus regnādi diſciplinā à Francis accipe-
ret. Eſt enim gens illa & exercitatione viriū, & comi-
tate morum cūctorum occidentaliū facilè princeps.
Quinimò in patria illa forenſes diſceptationes galli-
co exarantur ſermone, vt dixi in verbo, *Et vxorem nō
mine Adelaſiam*. prope finem. Vel Franci dicūtur, id
eſt liberi, quia nuſquā ſubiici voluerunt imperatori,
nec tributis eiuſdē. Nam francum idem eſt, quod libe
rum à ſeruitiis & operis exhibendis, ſecundum Ioan.
And. in additione Spec. tit. de præſcri. Bald. in prælu-
diis feudorū. Panor. cōſi. lxxxiij. & Old. cōſ. ccxxxiij.
Ideo Bal. in l. Barbarius. xj. col. ff. de officio præt. pul
chrè dicit populū Gallicū fore omnino liberū, ſicut
43 Romanū. † Et inde eſt, ꝙ ab iſta libertate & franche
ſia in qua populus Gallicus dicitur conſtitutus, rex
noſter Chriſtianiſsimus, non ſolùm à patria vocatur
rex Franciæ: quinimò populo libero regnans, rex
Francorum appellatur. in quo verificari poteſt, quod
pulchrè dicit Bal. in cap. imperialē. §. fi. de prohi. feu-
di ali. vbi ſingulariter dicit, ꝙ rex Frāciæ quo ad ſub
ditos ſuos eſt in regno ſuo velut quidam corporalis
Deus. Et ſupra omnes reges eſt tanquā ſtella matuti-
na in medio nebulæ, vtpote in tēporalibus ſuperiorē
non recognoſcens. c. per venerabilē. qui filij ſint le-
git. ſecūdū Spec. tit. de feu. §. quoniā ſuper homagiis.
verſi. xv. quæritur. Et alibi dicit Cal. in c. j. de renun.
quia mundus totus regitur quadam vmbrâ. Nam rex
Francorū nō eſt niſi vbi tenet pedes, & tū vmbra ſua
regit totū regnū. Cui ſingulariter ſubditi fideliores eſ
ſe debent, iuxta illud Boetij in ſecundo de militari di-
ſciplina. Cum inquit, imperator Auguſti nomen acce
pit, tanquam præſenti & corporali Deo fidelis eſt ei
præſtanda deuotio, & impendendus priuilegiis famu
latus. Deo enim vel priuatus, vel militans ſeruit, cùm
fideliter eum diligit, qui regnat Deo authore. hæc
Bald. de pace tenēda, in prin. Sicut Frācorū rex oleo
diuino vnctus, vt vidiſtis, in verbo, *Duas habens filias*.
in magna additione. Immediatè habens imperium à
Deo nemini ſubiicitur: nec præſtat pro regno homa
giū: ſed ſoli Petro filialē obedientiā. Nec immeritò,
quoniā, vt dicit idē Bal. in prima parte, cōſ. ccccxvij.
& ſeq. Rex Frācię lege regitur intellectus. Subiungēs
Francorum regē, ſuper omnes reges Chriſtianorum
coronā obtinere libertatis & gloriæ. Et ꝙ ſuper pri-
ma vexilla inuictiſsimi Frācorū regis, nemo præſu-
mat honorem. & in tit. de prohi. feu. alie. idem Bal. re-
gem Franciæ dicit ſupra omnes reges eſſe tanquā ſtel
lam, vt dixi, matutinā in medio nebulæ meridionalis.
Ecce nobilis Bal. ſemper de rege Francorū laudabi-
44 liter eſt vbique locutus. † Nec eſt rex noſter Franco-
rum ſubditus imperatori, vt ei ſubiiciatur, aut ipſum
ſequatur. c. per venerabilē. qui filij ſint legi. Imò ſi cō
currerent, ſimul ambo lateraliter pergerent, ſecundū
Guid. Pa. qōne ccxxxix. vbi refert quendam, vidiſſe
ſemel Carolū ſeptimū Franciæ regem, & imperatorē
ſimul incedentes, ac per candē portā tranſeuntes, qui
lateraliter per portā trāſiuerūt ſimul. Similiter refert
Gaguinus lib. ix. c. ij. de Carolo Romanorū impera-
tore, & Carolo quinto Frācorum rege, in hæc verba:
Per eos dies Romanorū imperator Carolus viſendi
regis deſiderio, iter ꝑ Hānoniā Cameracūnq; faciēs


in Fran-

in Franciã venit.De cuius aduẽtu Carolus literis ac
ceptis,ad ſingula quæ trãſiturus imperator erat loca
præmiſsis,qui illũ honorificẽtiſsimè venerarẽtur,tã-
dem Biturigũ,& Burgundorũ Duces,Senonũ archi-
præſulẽ & Haricurtũ dominũ obuiã Siluanectũ pro
ficiſci iubet.Egrediẽti ſancto Dionyſio imperatore
Pariſiẽſis pręſes,mercatorũ prępoſitus,& pręfectus
vigi'ũ comitãte multa ciuiũ Pariſienſiũ frequentia,
cõpoſito ordine in equis occurrẽtes,imperatorẽ cõ-
ſalutãt.Rex verò poſtquã ex viculo Capella impera-
torẽ diſgredi accepit,miro apparatu & pompa,Du-
cũ quoq; & comitũ, ꝓcerũ inſuper atq; epiſcoporũ
ornatu,& numero vrbe ꝓceſſus, quibuſq; diſtinctis
officiis atq; veſtibus pro ſua dignitate & conditione
euntibus,dũ paulò ſupra molendinũ quod eſt ſecus
Dionyſianã viã perueniſſent:veniẽtibus in alter alte
rius cõſpectu principib⁹,aperto capite, datíſq; dex-
tris,ſeſe amiciſsimè venerantur.Mox ad Romanorũ
regẽ Carolus accedẽs impertita illi ſalute,imperato-
rẽ dextrorſum,regẽ verò filiũ ſiniſtrorsũ habẽs,ipſe
medius inceſsit,donec ad palatiũ vẽtũ eſt,vbi grãde
ſpatioſumq; cœnaculũ accipiẽdo imperatori, tapeti
busq; & menſis ornatiſsimũ Carolus eſſe imperaue-
rat. Poſtquã aliquot diebus feriatũ eſt, & mutuis ſe
colloquiis muneribusq; principes coluiſſent, firma-
táq; inter eos iureiurãdo amicitia eſt,diſcedentẽ im-
peratorẽ Carolus ad Mouſum vſque perducere ſua
impenſa iubet.quod eſt notãdũ in laudẽ noſtri Fran
corũ regis, pro quo quicunque orat,decẽ dies habet
indulgentiarũ, ab Innocẽtio iiij. cõceſſarũ ſecundũ
beatũ Thomã,in iiij.Sentẽtia. quẽ refert gl.in proœ
mio pragmaticæ,in princi.ſuper verbo,*Tueretur*. Et
Clemẽs Papa,centũ dies indulgẽtiarũ cõceſsit orãti
bus pro pace & ſalute regis & reipublicæ regni Fran
ciæ. Cuius bullæ vidi extractũ ſumptũ ab originali.
(Additio) Et anno præſenti M.cccccxiiij. Leo deci-
mus Papa modernus,vnũ annũ indulgẽtiæ cõceſsit.
Necnõ quicũq; cõtra eũ bellũ moueret indebitè,eſt
eo ipſo excõmunicatus. de quo Gaguinus idẽ li.iiij.
ſic dicit, Poſt id tẽpus Stephanus ſecũd⁹ põtifex Ro
man.vbe egreſſus Cariſiacũ ad Pipinũ ſe cõtulit,Pi-
pinũq; in regẽ Frãcorũ ſacrauit. Cauſa profectionis
fuit: Aſtulphus Lõgobardorũ rex grauiore tributo
Romanos premebat,indicto cuiq; capitali cẽſu atq;
annuo. Pontifici propterea ſuppetias ferre Pipinus
pollicetur.Stephanus autẽ,vt regi gratificarẽt, Pipi-
no benedixit, & poſteritati eius, atq; qui temeritate
aliqua aduerſus Francos bella mouerẽt,cõmunione
chriſtiana interdixit. hæc ille.Præterea alio potitur à
ſede apoſtolica priuilegio,ꝙ ſentẽtia interdicti gene
ralis ferri non põt, ſine Papæ mãdato ſpeciali. Nec
obſtat.c.nouit.de iud.quod priuilegiũ fuit ei cõceſsũ
per Gregoriũ & Clementẽ,ſummos præſules. Addi-
tio) Bullas huius priuilegij reperietis in regiſtro or-
dinationũ regiarũ cameræ inquęſtarũ parlamẽti To
loſæ,fo.xlvij.verſ.Imò nõ põt à quocũq; præſertim
regni ſui antiſtite excõicari,nec excõicat⁹ declarari,
vt declararunt Clemens quintus, & Martinus Papa.
Quod priuilegiũ etiã extẽditur ad officiarios regios,
vt ꝓ actu & exercitio iuriſdictiõis tẽporalis, & eius
exercitio nõ ſint excõicati,nec excõicari poſsit,arg.
45 not.in c.iudicatã.lxxxix.diſtin.✝Cùm idẽ priuilegiũ
habeat familia qđ dominus. ca. eccleſia.xij. qõ.ij.&
gl.in c.clericũ.xj.qõ.j.& not.in l.aſſumptio.ff.ad mu
ni.de quo ſtant plura arreſta,cõtra archipræſulẽ Ro
thomagen. officialẽ Rhemẽſem, & archiepiſcopum
Turonen. qui Balliuos excõmunicauerãt de his quæ
officiando fecerant:de quibus priuilegiis multa dixi
☞ ſuper verbo, *Et vxorẽ nomine Adelaſiam.* [De quo
habemus nunc clarius hoc deciſum per Ioannẽ Fer
raldum procuratorem fiſci Cenomanen. in ſuo tra-
ctatu,de iuribus & priuilegiis Francorũ regis,verſic.
Sextũ ſanctũ dicens contra archiepiſcopum Rotho
magen. fuiſſe de hoc arreſtum latum Anno Domini
M.cccxcix. & cõtra officialẽ Rhemenſem eodẽ an-
no, & contra archiepiſcopũ Turonen. qui balliuos
& ſeruiẽtes excommunicauerat. idem fuit dictum &
vlteriùs,ꝙ in monitionibus generalibus non cõpre-
henderentur officiales regni,& ꝙ ita declararet: di-
cit inſuper ſe præſentem fuiſſe dum anno Domini
M.cccccvij.die lunæ xvj.Aprilis,in parlamento Pa-
riſiis fuit declaratũ: ꝙ in monitione generali etiam
non cõprehenderetur grapharius & cõmentarienſis
caſtelleti,de his quæ ſciebant tanquã officiales regij,
& ita declarauit procu.epiſcopi Pariſ.] Vnde cùm ta
les regnicolæ & rex alium quã ipſum Deũ nõ reco-
gnoſcant,verè dicuntur Franci.quia nec imperatori
ſubiiciũtur,nec patriæ poteſtati. Ideo vidiſtis ſuprà
in verbo, *Matrẽ inſuper Clerã*. ꝙ Galli & Britones
etiam poſſunt de aduentitiis teſtari. cùm ſecundum
eorum legem nõ ſint in poteſtate parentum,quæ in-
uenta fuit iure Romano:quo Galli non vtuntur,niſi
pro ratione,ſecundum Bal.in c.fi.de cõſue.Et ſic nõ
videtur ꝙ poſsint filiis ſuis pupillariter ſubſtituere,
niſi dicamus quia cũ hodie in multis & ferè omni-
bus ſtudiis generalib.regni Frãciæ leges Romanorũ
legantur,ſecũdũ quas quotidie iudicatur patria po-
teſtas iure Romano inuẽta,ſatis videtur in dicto re-
gno apꝓbata,ſicut dicimus de vſibus feudorũ, poſt-
quã in ſcholis legũtur,vt plenè not.Bal.in præludiis
feudorũ.ij.& iij.col.Et ibi Aluarotus iiij.col.in fi.Li
cet enim Francigenæ nõ vtãtur lege Romana, quia
lex cui nõ ſubiiciuntur:tñ ea vtũtur,q̃a bona,æqua,
& rationabilis, ſecundũ Bal.in d.c.fi.viij.col.de cõ-
ſue.Facit quod dicit Ioan.Fab.in §.j.inſti.ad Tertyl
lianũ,ꝙ licet ex conſuetudine Franciæ vxor tranſeat
in poteſtatem viri,tamẽ remanet in poteſtate patris.
Præterea poteſt eſſe, ꝙ in regno Frãciæ filij nõ ſunt
in patria poteſtate, quatenus eſſe in patris poteſtate
eſſet eis præiudicium, ſicut eſſet ſi teſtari nõ poſſent
conſtituti in ætate legitima ſcilicet pubertatis. Nam
lex ſeu conſuetudo Franciæ liberorum fauore inole-
uit,vt liberè teſtari poſsint. Et vt pater nihil habeat
in eorum bonis aduentitiis,vt dictum eſt.Sed quate-
nus vtile eſſet filiis eſſe in patris poteſtate, tunc non
haberentur ſui iuris,nec pro emãcipatis: & ſic pater
poterit eis ſubſtituere pupillariter.Nam ſi eis ſubſti-
tuere nõ poſſet,non eſſet eis vtile,imò in eorũ verte-
retur præiudicium & dãnum: quia decederent inte-
ſtati,nõ propter patriã poteſtatẽ, ſed propter ætatis
defectũ.Cùm hæc pupillaris ſubſtitutio ſit teſtamẽ-
tum filij.l.Papinianus.§.ſed nec impuberes.ff.de in-
offic.teſta.quod eſſet cõtra l.quod fauore.C. de legi.
quia poſſe filio ſubſtituere pupillariter, eſt bonũ ra-
tionabile & vtile filio:ideo cùm in Frãcia lex Roma
norum ſeruetur,nõ quia lex, ſed quia bona & æqua,
per cõſequens in ea ſeruabitur hæc ſubſtitutio, velut
æqua & rationabilis.Sicut à ſimili dicebat Bald.poſt
gl.in l. nepotes. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.
ꝙ epiſcopus qui de iure non eſt in patris poteſtate,
hæreditatẽ paternam trãſmittit ad quoſcunque hæ-
redes tanquã ſuus hæres, cum in his in quibus verſa-
tur eius fauor & honor, nõ cenſeatur extra patriam
poteſtatem eſſe,ſed ſolùm vbi & quando ei expedit.





Sic ergo erit in caſu noſtro, vbi quo ad hanc ſubſtitu
tionẽ pertinet, expedit filio ꝙ nõ habeatur pro emã-
45 cipato.✝Et idẽ dico in ſtatuto & conſuetudine Tolo
ſana volente filiũ à patre ſeorſum cõmorantẽ,haberi
pro emancipato: quia intelligitur, ſi ei expediat eſſe
extra patriã poteſtatẽ:aliàs nõ,ſecũdum Bar.in l.item
in poteſtate.in fine.ff.de his qui ſunt ſui,vel alieni iu-
46 ris.quod eſt notãdum. ✝Similiter pater hæreticus cũ
filios non habeat in poteſtate,c.ij.de hæreticis,lib.vj.
non poſſet filio ſuo pupillo ſubſtituere pupillariter,
nec etiã pater ſchiſmatic⁹,ſecũdũ Bald.in l. nã ciuiũ.
ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.Nec etiã Iudæus fi-
liis ſuis nouiter baptizatis ſecũdũ glo.in c. Iudæorũ.
47 ✝Et intelligatis ſanè, ꝙ pater ſubſtituere non poteſt
filio emancipato per viã pupillaris ſubſtitutionis,ſed
bene poteſt per patrẽ eius inſtitutio omitti, & per fi-
deicõmiſſum ſibi in tempus pubertatis relinqui: quo
caſu tale fideicõmiſſum vel legatũ tãtundem impor-
tabit,quãtũ ſubſtitutio pupillaris. vt puta, pater filiũ
non habens in poteſtate, & alterũ in poteſtate, am-
bos tamẽ impuberes, poteſt ſolum filiũ in poteſtate
inſtituere hæredẽ:& ab eo alteri filio emãcipato,cum
pubes factus fuerit,dimidiã hæreditatis legare, vel a-
lio modo relinquere. Quo caſu ſi emancipatus in æ-
tate pupillari decedat,ſua dimidia remanebit filio hę
redi inſtituto, ac ſi ei potuiſſet pupillariter ſubſtitui,
per tex.not.in l.cùm ex filio.§.j.vbi plenè Bar.& A-
lexãd.ff.de vulg.& pupil.Nec cenſetur ille filius emã
cipatus interim præteritus, vt dicere poſsit teſtamen-
tũ nullũ,tanquã ſine cauſa præteritus:nec etiã in legi
tima: de qua ipſo iure omne grauamen & dilatio tol
litur.l.quoniã in prioribus.C.de inoffic.teſta.videtur
hæres inſtitutus,vt eam in ætate pupillari, tranſmit-
tere poſsit moriendo ad matrẽ.Quinimò tota ſua di-
midia penes filium in poteſtate cõſtitutũ remanebit,
ac ſi fuiſſet ſubſtitutus,vt ibi plenè. Circa quæ videa-
tis quę dixi ſuper verbo, *In eodẽ teſtamento relinquens*.
48 in xv.limitatione.Vnũ menti tenebitis, ✝ꝙ pupilla-
ris ſubſtitutio filio extraneo ſcilicet in poteſtate pa-
tris non conſtituto facta, vt quia emancipato aut ba-
ſtardo in his quæ capere poteſt,vel alteri in poteſtate
teſtatoris nõ exiſtenti,valet iure fideicommiſsi,ſecũ-
dum gloſ.in d.l.verbis ciuilibus. quam ibi ſequuntur
Bar.& Alex.& eſt cõmunis opinio.Sicque reſtat cõ-
cluſio,ꝙ filius cui pupillariter ſubſtituitur, debet eſſe
in poteſtate ſubſtituentis, aut ſaltem debet eſſe talis,
qui ſi natus eſſet, in poteſtate teſtatoris eſſet,vt poſt-
humus,cui cùm habeatur pro iam nato,quoties de ſui
cõmodo quæritur.ff.de ſtatu.homi.l.quæritur.poteſt
ſubſtitui, licet in poteſtate teſtatoris non ſit. l. fin. ff.
de collatio.bono.& d.l.moribus. verſic. planè.ff. de
vulg.& pupil.Et idem in milite, qui filio etiam eman
cipato pupillariter ſubſtituere poteſt. l. miles ita.§.
exhæredato.ff.de teſtã.mili.Sed valebit tunc ſubſtitu-
tio quo ad bona militis tantũ:ſed nõ quo ad bona pu-
49 pilli aliũde quęſita,vt ibi. ✝Quartò requiritur ad hãc
ſubſtitutionẽ,vt valeat,ꝙ ille cui ſubſtituitur,efficiã-
tur ſui iuris poſt mortẽ teſtatoris,ita ꝙ in poteſtatem
alterius non recidat. Vnde licet auus nepotẽ ex filio
habeat in poteſtate; tamen non poteſt ei pupillariter
ſubſtituere, quia poſt mortẽ aui talis nepos recaſurus
eſt in poteſtatem ſui patris,inſtitu.quib.mod.ius pat.
poteſta.ſoluitur.§.j.Et ratio eſt, quia pater pupilli fa
cere poterit teſtamentũ pro filio,qui propter ætatem
ſolam teſtari nõ poteſt,inſtitut.de pupil.ſubſtitu.§.j.
Sed poſito, ꝙ in tali nepote nõ eſſet defectus ætatis;
tamen teſtari nõ poſſet: quia eſt in poteſtate alterius
l.qui in poteſtate.ff.eo. & idem foret, ſi pupillus alia
ratione eſſet inteſtabilis,quã ratione ætatis. Putà, q̃a
poſt mortẽ patris doli capax effectus deportatur. l.j.
C.de hæred.inſti.& plenè Bart.in l.in pupillari.ff.de
vulg.& pup. Et dicã plenè infrà in vltimo principali
50 articulo.✝ Et intantũ eſt hoc verũ ꝙ nepoti pupillo
non poſſit pupillariter ſubſtitui, cũ ſit recaſurus in
poteſtatẽ ſui patris:ꝙ etiã talis ſubſtitutio ei facta nõ
valeret,etiam ſi miles eſſet,prout eſſe poteſt de iure.l.
ſi.C.de teſt.mili. Nã per hoc fieret iniuria patri ſuo,
in cuius poteſtatẽ eſt recaſurus,quia auferret ei pote-
ſtatẽ ſubſtituẽdi pupillariter militi ſecũdũ Bar. in d.
l.ij.de vulg.& pup.per illũ tex.qui loquitur indiſtin-
ctè, ꝙ filio in alterius poteſtatem recaſuro ſubſtitui
nõ poſſit.ſubiungens ibi ſecus eſſe, ſi ipſe auus teſta-
tor eſſet miles,qui nepoti militi ſubſtitueret:quo ca-
ſu valeret ſubſtitutio,arg.l.cũ filio.ff.de teſtã. mili.&
l.impuberi.ff. de admini.tuto. Quod intelligatis ve-
rum,ꝙ valebit ſubſtitutio, quo ad bona, quæ cõfert
ipſe auus miles nepoti ſuo militi pupillo,ſed nõ quo
ad alia bona ipſius pupilli, vt d.l.cũ filius.vbi eſt ca-
ſus nota.& l.miles ita.§.exhæredato.ff.de teſt.mili.ſe
cundũ Imol.hîc,& in d.l.ij.quẽ ibi ſequũtur Alex.&
Sali.in l.ſi teſtamento.C.de impube.& aliis ſubſtitu.
Ex quo infert Ang.in.d.l.ij.§.fin. poſſe contingere
caſum quo nepos ille impubes decedet pro parte te-
ſtatus,ſcilicet quo ad bona aui militis, in quibus ha-
bet ſubſtitutũ pupillarẽ,& quo ad alia bona decedet
inteſtatus.Cùm ille ſcilicet pater ſuus, in cuius pote-
ſtatem recidit,ſibi non prouiderit de aliquo ſubſtitu-
to pupillari.Sed nõ eſt verũ ſecundũ Alex.Quinimò
cũ illa ſubſtitutio valeat iure directæ militaris,nõ au
tẽ iure pupillaris, per l.in teſtamẽto. C. de teſta.mili.
per eã ſucceditur ſoli teſtatori,nõ autẽ pupillo, ſicut
per fideicõmiſſariam ſucceditur ſolũ in bonis teſta-
toris.l.cohæredi.§.cũ filiæ. ff. de vulg.& pup.meritò
nepos pupillus dicetur in totum deceſſiſſe inteſtatus,
quia cũ ipſe ſubſtitutus ſuccedat ſolũ in bonis teſta-
toris militis, dici non poteſt ſubſtitutus pupillaris.l.
is qui.& l.paterfami.& l.ſed ſi plures.§.ſi.ff.de vulg.
& pup.Poſtremò decidit Ang.ꝙ quando auus pupil-
lariter ſubſtituit nepoti,ſubſtitutio tenet à principio:
ſed ſi contingat ꝙ mortuo auo nepos recadat in po
teſtatẽ ſui patris,ſubſtitutio expirat.Et ita intelligitur
ſecundũ eum tex.in d.l.moribus. in verſi. nepotibus.
iuncto ver.ſi eos.ff.de vulg.& pup.qui prima facie vi-
debantur repugnare.quod an ſit verũ, poteſtis intelli
51 gere ex prædictis. ✝ Quinto requiritur, quòd ille cui
pupillariter ſubſtituitur, nõ deſierit eſſe in poteſtate
ante mortẽ teſtatoris,aliâs autẽ ſi ante mortẽ teſtato-
ris ſubſtituentis deſineret eſſe in poteſtate ſubſtitutio
euaneſceret, & expiraret. Quod verũ intelligatis ſi
per emancipationem exiret de patria poteſtate,vt d.
l.cũ filio.Et idem ſi alij daretur in adoptionẽ in caſi-
bus,in quibus per adoptionem iura patris naturalis
diſſoluuntur, & filius tranſit in poteſtatẽ adoptantis:
qđ eſt qñ datur in adoptionẽ cõiũctæ perſonæ, inſt.
de adop. §. ſed noſtra. Quo caſu expirat,ſubſtitutio
pupillaris,adeò ꝙ nõ valet etiã iure fideicõmiſſi;attẽ
to ꝙ ſemel valere incepit iure directo: & ſic locũ nõ
habet gl.in d.l.verbis ciuilibus. quæ loquitur qñ ſub-
ſtitutio iure directo nunquã valuit ab initio,ſecundũ
Bar.& docto.ibi.Hic autẽ ſemel valuit, ſed poſtmo-
dũ expirauit.Et hoc verũ, ꝙ per arrogationẽ tollitur
ſubſtitutio pupillaris. Tamen ſi pater arrogator filio
præmoreretur, adhuc viuente patre vero & naturali,
talis ſubſtitutio quæ ſemel fuit extincta non recõua-

leſcit de iure ciuili,etiã vt valeat iure fideicõmiſsi, vt
dictum eſt:ſed bene recõualeſcet de æquitate præto-
ria.arg.l.poſthumus.ff.de iniuſto rupt.teſta.ſecundũ
Bart.quem cõmuniter ibi ſequũtur doct.& Iaſ.in re-
petitione l.ſi arrogator.ff.de adoptio. Videte quæ la-
tius dicã infrà in ſeptimo principali articu.Bart.in d.
l.ij.de vulg.& pupil.poſt Guliel.de Cug.in d.l.preci-
bus.Imol.hîc,& Salic.in d.l.ſi teſtamẽto.C.de impu.
& aliis ſubſtit.dicẽtes, quòd nõ valet talis ſubſtitutio
ſemel extincta,etiã iure fideicõmiſsi: quod eſt intelli
gẽdum de iure ciuili,ſed vt dixi, bene recõualeſcit in
caſu prædicto de æquitate prætoria,vt valeat tanquã
directa: vt ſubſtitutus omnia habeat mortuo pupillo
infra pubertatẽ. Subiungens ibi Bar.ſi pater poſt fa-
ctam ſubſtitutionẽ filiũ cui pupillariter ſubſtituerat,
emãcipauerit, & poſteà eum arrogauit, ſubſtitutio
reconualeſcit per tex.in l.moribus.§.ſed extraneum.
eadẽ ratione vel maiori.ff.de vulg.& pupi.Si verò fi-
lius cui ſubſtitutum eſt,exiret de patria poteſtate per
dignitatẽ, tunc non extinguitur pupillaris ſubſtitu-
tio:quia omnia iura ſibi remanẽt firma, tam natura-
lia quã legitima,vt in auth.conſtit.quæ de dignita.li-
be.à patria poteſta.§.illud quoque.Or poſſe ſubſtitui
52 eſt de iure legitimo:ergo &c. †Præterea tunc per di
gnitatem filius efficitur ſui iuris, qñ eſſe ſui iuris eſt
ſibi cõmodum.Vbi autẽ eſſet ei commodũ eſſe in pa-
tria poteſtate, certè adhuc dicitur eſſe in poteſtate,ſe
cundũ glo.in l.ſi ex cauſa.§.Papinianus.ff. de mino-
ri.& Bar.notabiliter in l.itẽ in poteſtate.in fi.ff.de his
qui ſunt ſui vel alieni iur.Or pupillaris ſubſtitutio eſt
merus fauor filij,& cõtinet merũ commodum.ſecun-
dũ glo.& docto.in l.ex tribus.C.de inof.teſta.& bo-
nus tex.in l.Iulianus.vbi Bar.ff.de acquir.hære.Ergo
quo ad iſtud cõmodum cẽſebitur eſſe in poteſtate, &
ſic valebit ſubſtitutio.An autem expiret ſubſtitutio ſi
filius exeat de poteſtate patris,putà,per religionis in
53 greſſum,videbitis.j.in vltimo principali artic. †Sex-
tò requiritur,quòd pater ſibi faciat teſtamẽtũ, vt d.l.
morib.§.prius. ff.de vulga.& pupil. Et deinde faciat
teſtamentum pro filio pupillo,ſcilicet ei pupillariter
ſubſtituẽdo.teſtamentũ enim ſuis liberis nemo face-
re poteſt,niſi & ſibiipſi faciat. Nam pupillare teſta-
mentũ pars& ſequela eſt paterni teſtamẽti : adeo vt
ſi patris teſtamẽtũ nõ valeat, nec filij quidẽ valebit,
dicit tex.in §.liberis.inſtit.de pupil.ſubſtit. Quod eſt
verũ, ſi ambo teſtamẽta facta ſint vno cõtextu,ſecus
ſi ex interuallo: quia tunc pupillare perfectũ nõ cor-
ruit propter paternũ imperfectum, vbi eſt extraneus
54 ſubſtitutus, ſecundũ Rapha.† Nam fieri poteſt talis
ſubſtitutio vno contextu,cũ teſtamento patris,ita ꝙ
dicta duo teſtamenta, ſcilicet patris & filij habebun-
tur ꝓ vno & eodẽ teſtamẽto.l.patris & filij.ff.de vul.
& pupil.ſubſtit.qui tex.eſt nota.dum dicit,habeñ pro
vno.& non dicit vnũ,& idem eſſe. Nam ſecundũ An
gel.& Imol. aliud eſt tale, aliud verò haberi pro tali.
55 †quia verbũ haberi quãdam fictionẽ denotat.l. mer-
ces.ff.de verb.ſignifi.l.ij.C.de interdic.matri.& not.
Barto.in l.ſi maritus.la ij.§.legis.ff.de adulte.Ex quo
56 infert Ang. † Si ſtatuto caueatur, quòd pro quolibet
teſtamẽto,notarius habere debeat decẽ,vel pro quo-
libet teſtamẽto, decẽ ſoluãtur cõmuni nomine ga-
bellæ,tũc pro teſtamẽto paterno ſoluẽtur decem, &
pro ſubſtitutione pupillari,quæ dicitur teſtamentum
filij,ſoluentur alia decẽ.Quod tamen verũ intelligit,
vbi pupillaris ſubſtitutio fuiſſet ex interuallo facta
ſeorſum à paterno teſtamento. per l.ſi quis eũ.§.j.ff.
de vulg.& pupil.Secus autem, ſi vno contextu ambo
teſtamẽta eſſent facta,& ſub vna rogatione : quia tũc
ſoluerentur tantùm decẽ pro ambobus.Alexã.tamẽ
in d.l.patris.videtur tenere in vtroq; caſu ſiue ex in-
teruallo ſiue vno contextu facta fuerint duo, decem
deberi,vnũ pro teſtamento patris,alia verò decẽ pro
teſtamẽto filij,quia cùm ſint duæ hæreditates,ſcilicet
vna patris,& altera filij, ſtatutũ videtur habuiſſe re-
ſpectum ad duplex lucrum, quod percipit hæres ex
vtriuſq; hæreditate.Et ſic prout ſunt duo corpora hę
reditatũ, & nõ prout dicta teſtamenta ſunt vnũ quid
intellectuale.Iuxta ea quæ decidit Bart.in l.j.in fine.
ff.eod. Ad hoc facit bonus tex.in §.igitur.inſti.de pu
pilla.ſubſtit. Secundò infertur ex præmiſsis : quòd ſi
dicta duo teſtamenta fuerint vno eodem cõtextu fa-
cta,adeo habẽtur pro vno & eodẽ teſtamẽto, ꝙ ſi in
quolibet eſſent appoſita ſigilla teſtiũ,& teſtator amo
ueret ſigilla appoſita in pupillari, nihilominus vtrũ-
que teſtamẽtum firmũ manet ex illis ſigillis in teſta-
mẽto paterno appoſitis:quæ ſufficiunt pro debita ſo
lennitate vtriuſque. Tertiò infertur, ꝙ etiam eo ca-
ſu,qñ vtrunq; vno cõtextu fuit factũ,ſi teſtes ſimpli-
citer atteſtentur ſe fuiſſe adhibitos ad teſtamentũ pa-
ternum, etiam intelliguntur adhibiti ad teſtamentum
pupillare,licet hoc nõ expreſſerint,per text.in d.l.pa
tris.dum dicit:ſeptem ſigna patris ſufficiunt.ſecundũ
Rapha.Cu.Pau.de Caſt.& Alexã.ibi,licet aliàs ſecus
videretur,per tex.in l.penul.ff.eod. Nã teſtamentum
pupillare eſt pars & ſequela paterni teſtamenti,inſti.
de pupillari ſubſtitutio. §. liberis. ſuperius allegato.
57 †Ideo vbi teſtamentũ patris valet,etiam valebit te-
ſtamentũ filij eadẽ ſolẽnitate ſuffultum,& intantum,
ꝙ ſi teſtamentũ patris eſt minus ſolẽne,prout poteſt
inter liberos minus ſolenniter teſtari.l.hac conſultiſ-
ſima.§.ex imperfecto.C.eo.tit. Similiter valebit pu-
pillaris ſubſtitutio per patrẽ minus ſolenniter facta,
prouiſo quòd aliquis de liberis teſtatoris fuerit inſti-
tutus,aliàs ſecus, quia talis ſubſtitutio cõtinet fauorẽ
liberorum, vt ſic filius decedat teſtatus, vt probatur
in l.Iulianus.ff.de acquir.hęre.& d.§.ex imperfecto.
& ita tenet Bar.in d.l.moribus.§.j.quem ſequunẽ ibi
Rapha.& Imo.hic.Nam licet ſecũdum Salic.in d.l.ſi
teſtamento.C.de impub.& aliis ſubſti.iſto caſu ſcili-
cet in hac ſubſtitutione pupillari tractetur de hære-
ditate fraterna,non autem paterna. Cum ex pupillari
ſuccedatur pupillo, & non teſtatori. ob quod nõ vi-
debatur locũ habere dictus.§.ex imperfecto. Tamẽ,
quia hæc pupillaris impropriè dicitur teſtamentum
filij,vt eſt tex.in §.qua ratione.inſtit.de pupil. ſubſti.
in verbo,tanquam quæ eſt nota improprietatis. l.pe-
cuniam.ff.ſi certum peta.not.Bar.in l.j.ad finẽ. ff.de
offic.eius cui man.eſt iuriſdi. & glo.in c.ſolitæ.de ma
iori.& obe.Ideo ſi teſtamẽtum patris minus ſolenne
valet, etiam valebit ſubſtitutio in fauorem liberorũ
ſubſtitutorum. quia potius & magis ſapit naturã te-
ſtamenti paterni,quàm pupilli. Quod patet optima
ratione: quia quoties pupillaris ſubſtitutio impugna
ri poſſet,ſi eam iudicaremus teſtamẽtum pupilli, to-
ties debet iudicari teſtamentum patris,& ecõtrà, per
ptio eſt teſtatorem voluiſſe filium ſuum vxori præfer
re,arg.l.cũ acutiſſimi.C.de fideic. & ita videtur ſenti-
re glo.in d.l.precibus. in fin. quia maior affectio pa-
tris quæ eſt ad filium ſubſtitutum,vincit minorẽ affe-
ctionẽ,quæ eſt ad vxorẽ.Prætereà licet ad matrem ſit
affectio legis, tñ affectio teſtatoris vincit affectionẽ
legis,non dico iuſſum legis,ſed permiſſum legis.ita e-
leganter dicit Bal.in d.l.precibus, in ſi.facit l.peto.§.
ſi.ff.de leg.ij.& l.Lucius.ff.de hære.inſti.& l.genera-
liter.C.de inſti.& ſubſt.quod multum placet Bartol.
in d.l.moribus.§.j.vlti.col.in fratre pupilli ſubſtitu.
98 † Secus in fratre teſtatoris pupilli patruo, ſecundum
Gul.de Cug.facit l.iij.ij.reſponſo.ff.de lega.pręſt.Et
ita in his duobus tenẽt Pet.& Cy.in d.l.ſi.C. de inſti.
& ſubſti.& ibi Ang.& Sali.& idẽ Ange.in l.in teſta-
mẽto.C.de teſt.mil.Bar.Ang.& Paul.in d.l.precib⁹.
& Rapha.in d.l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. &
eſt cõmunis opin.quã ſemꝑ tenui,licet Bal. & Imol.

tenuerint contrarium,ꝙ tunc mater non excludatur
per fratrem pupilli ſubſtitutũ,& poſteà Alex.prima
facie diſtinxerit pro concordia opin.in d.l.moribus.
tamẽ finaliter videtur ſe cõcordare cũ cõmuni opi.
quià nõ eſt veroſimile voluiſſe teſtatorem præferre
velle vxorẽ matrẽ pupilli ſuo alteri proprio filio, vt
d.l.cũ acutiſsimi.In fine autẽ teſtatoris hoc locũ nõ
habet,vt ſcilicet per tacitam pupil.excludat ipſe fra-
ter matrẽ pupilli.& minus hoc locũ habet in cæteris
remotioribus agnatis,niſi in loco ſtatutum foret aut
cõſuetudo,ꝙ agnati matrẽ ab inteſt.excluderent:de
quo vidiſtis ſuper dicto verb.*& vxorẽ nomine Adela.*
in prin.Quoniã tunc ſtante d.ſtatuto quicũq; agna-
tus aliàs pupillo ab inteſt.ſucceſſurus matrẽ exclude
ret,ſi eidẽ pupillo vulgariter ſubſtitutus eſſet per ra-
tionẽ l.j.C.de his qui ſibi adſcribũt in teſta.Quia &
ſi teſtm̃ nõ fuiſſet,etiã ei futurus hæres eſſet. Nec eſt
tunc in fratre teſtatoris diſpar ratio:imò eadem ſicut
in altero teſtatoris filio,qui ex tacita pupil.contenta
in vulgari matrem excludit,vt videtis.Prætereà quia
præſumit̃ teſtator de ſtatuto patriæ cogitaſſe.l.hære
des.§.cũ ita.vbi Bar.& Bal.in d.l.precibus.C.de im
pu.& aliis ſubſt.& ſecũdũ illud teſtari.& ſic per taci
tã pup.matrẽ pupilli excludi voluiſſe.& per hoc di-
cit Ang.in d.l.precibus.idem eſſe ſi teſtator filio ſuo
vulgariter ſubſtituiſſet piam cauſam, puta eccleſiam
vel pauperes:quia tunc tacita pupil.cõtenta ſub illa
vulgari expreſſa excluderet matrẽ,cùm ſit veroſimi
le teſtatorẽ plus dilexiſſe animã ſuam, quàm vxorẽ
ſecundũ debitum ordinem charitatis, quæ incipit à
ſeipſo.l.preſes.C.de ſerui.& aqua.& ita tenet Pau.in
d.l.precibus.& ibi Alex.& in d.l.moribus.Sed aduer
tatis,quia Franc.Aret.d.cõſi.clv.incip.periculoſum
eſt.in fi.dupliciter limitat hanc deciſionẽ Ange.pri-
mò,vt ꝓcedat tm̃,vbi teſtator ſubſtituit pupillo pro
anima ſua,ſcilicet ꝓ exoneratione cõſcientiæ malè
ablatorũ, ſine quorum reſtitutione anima teſtatoris
ſaluari nõ poſſet.Et ita loquit̃ Ange.in d.l.precibus.
ſcilicet qñ teſtator conſcientiã habebat pollutam ex
conſciẽtia malè ablatorum incertorũ. Pro iſta limi-
tatione Iaſon ibi alle.ſingulare dictum Bal.in l.filio
præterito.ff.de iniu.rup.teſta.vbi egregiè decidit, ꝙ
ſcilicet teſtm̃ patris in quo ignoranter præterit filiũ
poſthumũ rumpatur illius agnatione,taliter ꝙ lega-
ta nõ cõſeruantur per auth.ex cauſa.C.de lib.præte.
qñ ſunt legata volũtaria,ſecus ſi neceſſaria facta pro
reſtitutione malè ablatorũ.Talia em̃ legata ſunt ne-
ceſſaria nõ præciſè,ſed cauſatiuè ſi vult animã ſuam
ſaluari.ideo ſuſtinẽtur per d.auth.ex cauſa. quia te-
ſtator præſumitur magis animã ſuã dilexiſſe, quàm
filios.Et hoc dictũ Bal.ſequũt̃ Ang.& Imo.in l.Ti-
tius.ff.de libe.& poſthu.Et idẽ Fran.Aret. cõſ.xciij.
incip.viſo legato.& quod ſcripſi plenè ſ.in verb. Si
abſq; liberis moreretur.j.in xj.limi.data ad l.cũ acu-
tiſsimi.C.de fideic.Tamen Iaſon in d.l.precibus.te-
net deciſi.Ang.generaliter fore intelligendã,ſcilicet
ꝙ quomodocunque teſtator filio pupillo vulgariter
ſubſtituat piã cauſam,licet ſubſtitutio facta non fue-
rit pro malè ablatis,mater excludatur ex tacita pup.
quia ſemper cenſetur talis ſubſti.facta ꝓ anima:quæ
licet non indigeat releuatione pro malè ablatis,atta-
men indiget pro aliorum peccatorũ remiſsione. Se-
cundò limitatur deci.Ang.per eundẽ Franc.Aret.in
d.conſi.vt procedat,qñ ſubſti.piæ cauſæ facta pupil
lo,eſſet facta vniuerſitati, ita ꝙ eccleſia vel alia pia
cauſa eſſet in vniuerſum ſubſtituta. Quo caſu pia
cauſa faciliùs admitteret̃ iure directo ex tacita pup.
excludendo matrẽ q̃ ſi facta non eſſet vniuerſitati &
nihil alle.Ideo Iaſ.vbi ſuprà,hanc limitationẽ repro
bat:quia erubeſcimus ſine lege loqui.l.illã.C.de col-
la.ait enim ſingulariter Bal.in c.in Geneſ.de elect.ꝙ
paria ſunt aliquid fieri contra legẽ,vel ſine lege.Re-
ſtat ergo deciſio Ange.ſimpliciter vera,ꝙ pia cauſa
filio pupillo vulgariter ſubſtituta,ex tacita pupil. in
vulgari contenta matrẽ pupilli excludit, eo mortuo
in pupillari ætate.ſicut frater pupilli filius teſtatoris
99 eam excluderet.†Et idẽ putat Bart.in d.l.moribus.
in fi.in matre teſtatoris pupillo vulgariter ſubſtitu-
ta,vt matrẽ pupilli in ætate pupillari defuncti exclu-
dat ex tacita pupillari,quia ab inteſtato puriter ſuc-
cederet pupillo,ſicut filius teſtatoris frater pupilli,
vt in auth.defuncto.C.ad Tertyl. tũ etiã quia eſt de
parẽtibus,arg.d.l.iij.ff.de legat.præſtan. idem tenet
Alex.licet ab inteſtato mater pupilli excluderet ma-
trem teſtatoris auiã pupilli,vt dicta authẽ.defuncto.
100 Et †idem eſſet,ſcilicet per tacitam pup.etiam de ex-
traneo factam matrem excludi,pupillo teſtator vul-
gariter ſubſtituiſſet Titium,& eum grauaſſet per fi-
deicõ.reſtituere hæreditatem Caio,ſecundũ Pau.de
Caſt.in d.l.in teſtõ.C.de teſta.mil.per l.Titia Seio.
§.Seia libertis.ff.de leg.ij.& l.alio.ff.de adimen. leg.
101 † Quartò præſumitur,& ſic ſufficiẽter probatur te
ſtatorem voluiſſe per tacitam pup. excludi matrem
ex conditione perſonæ matris & conſimilium perſo
narum,de quibus excludẽdis tractatur:veluti ſi ma-
ter erat inimica teſtatoris,puta quia rẽ habuerat cũ
aliquo ſcholari vel ſcriptore,aut alio adulteriũ com
mittẽdo.& idẽ ſi poſt mortẽ vxor teſtatoris aliquid
inhoneſtũ feciſſet,vt no.gl.& Doc.in l.fideicommiſ
ſum.C.de fideicõ.& l.ſororẽ.C.de his quib.vt indi.
& Iaſ.in d.l.ij.ff.de vulgar.& pup.licet Alexã.in hoc
vltimo aliud dixerit,qñ poſt mortem vxor teſtato-
ris inhoneſtũ commiſit.Idem eſſet ſi mater nõ eſſet
capax ad ſuccedẽdũ,& ſic filio ſuccedere nõ poſſet:
vt quia fortè non petiit tutorẽ filio ſuo pupillo infra
tempus iuris,vel fortè ſuccedere nõ vult, vt ſuperius
dixi.In his em̃ caſibus ſubſtitut⁹ vulgaris ex pupilla
ri tacita matrem excludit,ex voluntate teſtatoris ſal-
tem præſumpta,& pupillo ſuccedit,nõ ſolùm in bo
nis paternis,ſed etiã in bonis pupilli vndecũq; quæ-
ſitis,ac ſi expreſſè fuiſſet pupillariter ſubſti. ſecundũ
Bart.per illum tex.indiſtinctè loquentẽ,vt d.l.ſed ſi
plures.§.ad ſubſtitutos.vbi etiam hoc tenet Alex.ff.
de vulga.& pup.aliàs autem ſubſtitutus ex tali taci-
ta vulgari expreſſa cõtenta non ſuccederet, imò per
matrẽ aut alias perſonas ſuprà enumeratas exclude-
retur:quia vt dictum eſt,tacita pupil.ſub vulgari ex-
102 preſſa matrem non excludit. † ſecùs autẽ eſſet in pu
pillari comprehenſa ſub breuiloqua,quæ matrem &
ſupradictas excludit perſonas,ſecũdũ Bar.in d.l.Lu-
cius.ff.de vulga.& pup.Nam licet talis ſit tacita acci
piendo expreſſum ſpecialiter,tamen eſt expreſſa ge-
neraliter,vt plenè habuiſtis ſuprà in materia vulga-
ris in iiij.princ.artic.& videbitis latius infrà in tract.
breuiloquæ.Ideo dicit Bal.in l.precibus.in fi.ꝙ bre-
uiloqua habet in ſinu ſuo pup.directã. Homo enim
interdũ plus ſignificat quàm loquatur, & qñq; plus
portat in pera q̃ in manu.Et hoc verum ꝙ pupillaris
contenta in breuiloqua matrem excludit.qñ fuit fa-
cta ſimpliciter,puta,vos inuicẽ ſubſtituo.ſecus ſi fa
cta eſſet verbis negatiuis conueniẽtibus vulgari, vt
quia teſtator inſt.duobus filiis pupillis.dixit, ſi alter
veſtrũ hæres non erit,vos inuicẽ ſubſtituo. Quoniã
tunc pupillaris cõtenta ſub tali breuiloqua cenſetur
omnino



omnino tacita:& ſic nõ matrẽ,patrẽ nec fratrem ex-
cluderet. Ita ſingul. decidunt Barto. & Alex. in l.in
teſtõ.C.de teſta.milit.& Iaſon in d.l.precibus.xviij.
103 col.& in l.j.iiij.col.in fin.ff.de vulg.& pupil. † Præ-
tereà ſcire debetis,ꝙ pupillaris cõtineri nõ poteſt in
breuiloqua.niſi fiat duobus filiis pupillis in poteſtate
teſtatoris conſtitutis omnino paribus. l.ij. & l. quan-
uis C.de impub.& aliis ſubſti. Quo caſu talis pupil-
laris ſub breuiloqua cõtenta matrẽ excluderet dupli-
ci ratione:tum q̃a nõ eſt omnino tacita, ſed expreſſa
verbis generalibus,vt dictũ eſt : tum etiã quia veriſi-
militer præſumitur teſtatorẽ voluiſſe alterum filium
præferri matri pupilli præmorientis, arg.l.cũ acutiſsi
mi.C.de fideicõ.Si autem breuiloqua fieret perſonis
imparibus,putà duobus filiis,ſcilicet pupillo & adul-
to, vel duobus filiis, videlicet pupillo in poteſtate
cõſtituto,& alteri pupillo emancipato, vel in arroga
tionem dato hæredibus inſtitutis inuicem ſubſti. tũc
in tali breuiloqua non cõprehenditur pupil.ſed vul-
gagaris quæ adita hæreditate expirat, vt d.l.quanuis.
& l.poſt aditã.eo.tit.niſi probari poſſet teſtatorẽ qui
miles nõ erat,ſed paganus,voluiſſe pupillarem com
prehendi,quo caſu licet in perſona puberis ſeu adulti
vel in poteſtate nõ cõſtituti non cõprehendatur niſi
ſola vulgaris,quæ ſolùm ei cõuenire poteſt,tamen in
perſona pupilli in poteſtate conſtituti in breuiloqua
continebitur pupil.poſtquam probatur teſtatorẽ ita
voluiſſe.& ſufficit hoc probare per coniecturas,quas
vobis de proximo declaraui,quibus coniecturis pro-
batis,vel altera ipſarũ ſub breuiloqua perſonis diſpa-
ribus facta pupillaris cõprehenditur,per tex.in l. iam
hoc iure.ff.de vulg.& pupil.& d.l.in teſtõ.C.de teſta.
mili.Et talis pupillaris erit non tacita ſed expreſſa ſe-
cundum Rapha.Ful.& Pau.ibi.& per conſequẽs ma
trem excludet & cæteras antedictas perſonas pupil-
lo ante pubertatem moriente. Nam licet Angel. &
Ludo.ibi in d.l.in teſtõ.dicant talem pupil.eſſe tacitã
cõtra cõmunẽ opin.tamen omnes cõueniunt,ꝙ pro-
pter cõiecturas probatas matrẽ excludet,ſecũdũ Iaſ.
ibi.vij.col.Si autẽ talis breuiloqua fuiſſet perſonis diſ
paribus per militem facta, & probaret̃ per cõiectu-
ras,ꝙ voluit ſub eadem comprehendi pupillarem,ac
matrem pupilli excludi, tunc talis breuiloqua pupil-
larẽ cõprehenderet in perſona pupilli : & in perſona
alterius,ſcilicet adulti vel emancipati comprehende-
ret non pupil.quia illi fieri non poteſt,cum quo non
concurrunt qualitates in pupillari requiſitæ.Ideo cõ-
prehendet ſubſtit.militarem in perſona illius,quæ du
rabit poſt aditã hære. Et in hoc eſt priuilegiatus mi-
les,ꝙ in perſona illius cui pupillaris cõuenire nõ po
teſt breuiloqua contineat militarẽ, vbi aliâs non con
tineret niſi vulgarẽ. Et ſic probata voluntate militis
in his duabus perſonis imparibus,vltra vulgares in ta
li breuiloqua contentas locũ habebũt duæ ſubſtitu.
directæ inæquales,ſcilicet directa pupillaris in perſo
na pupilli,& directa militaris in perſona maioris,vel
emancipati,vt d.l.in teſtõ, vel militaris in perſona v-
triuſq; ſecundũ aliquos,& non bene:ſed vbi breuilo-
qua perſonis imparibus facta eſſet per paganũ, non
contineret niſi duas vulgares, quæ æqualiter vtrique
poſſunt cõuenire. & ꝓbata teſtatoris volũtate vltra
vulgares contineret in perſona pupilli ſubſtit. pupil-
larem,vt d.l.iam hoc iure.ſecũdum Iaſ. x.col.vbi ſu-
prà,de quò latius videbitis infrà in materia breuilo-
104 quæ ſubſt.†Et quemadmodum pupillaris contenta
in breuiloqua matrem excludit,cùm non ſit omnino
tacita,ſic erit etiam in pupillari ſubſtitu. contenta in
compẽdioſa,ſecundum Bart. & plenè videbitis infrà
in materia compendioſę ſubſtit. Vnde reſtat, ꝙ ſub-
ſtitutio pupillaris partim tacita, & partim expreſſa
quo ad verba qualis eſt pupillaris in breuiloqua aut
compendioſa contenta matrem excludit. Et idem de
partim tacita & partim expreſſa quo ad caſus.Et ratio
eſt, quia ſi teſtator voluit matrem excludi in vnum
caſum,ſcilicet ſi filius hæres erit, & infra pupillarem
ætatem deceſſerit,eadẽ ratione ex coniecturata men-
te defuncti voluit eam excludi, ſi hæres non erit, &
infra puberem ætatem deceſſerit ſecundum Bar.in d.
105 l.moribus.vij.col.in fi.verſi.vlteriùs quæro.†Quar-
tus effectus pupillaris ſubſtit.eſt, ꝙ pater ſubſtituen-
do filio ſuo pupillo, facit filio ſuo hæredem ſuum &
neceſſarium quem ſibi facit,vt d.l. moribus. §. prius.
in fin.& l.ſed ſi plures.§.quos poſſum.ff.de vulga. &
pupil.quod eſt not.quia ex hoc ſequitur,ꝙ ſi pater fi-
lio pupillo pupillariter ſubſtituat alium ſuum filium
qui poſteà mortuo pupillo decedat ante agnitam ſub-
ſtit.exiſtentia ſui hæredis in illo pupillariter ſubſtitu-
to operatur non ſolùm paternæ hæreditatis tranſmiſ
ſionem ad quoſcunque hæredes etiam extraneos. ſed
etiam hæreditatis pupilli ſecundum Bart.in d.l. mori-
bus.§.j.in fi.& plenius in l.filius qui patri.ff.de vulg.
& pupil.ſubſtit.& plenè dicam infrà in verbo,*mortuo
itaq; teſtatore.* ij. tractando materiam tranſmiſſionis
106 hęreditatis.†Nam licet hæreditas fraterna non trãſ-
mittatur ex potentia ſuitatis.l.quoniam ſororem. C.
de iure delibe. tamen fallit quando hæreditas frater-
na delata eſſet ex ſubſtit.pupillari:quoniam idem tũc
iudicatur, quod de paterna, ſecundum Bart. in l. ſed
ſi plures. §.quos poſſum.ff.de vulg.& pup. quem ibi
ſequitur Imo. & cæteri Doct. & Salic.in d.l.ſi teſta-
mento.C.de impub.& aliis ſubſtit. Plus dicit Bart. in
dicto. §. quos poſſum. ꝙ etiam ſi pater filio pupillo
vulgariter ſubſtituerit,quo caſu per dationẽ talis ſub-
ſtituti tollitur ius ſuitatis, & filius de neceſſario effi-
citur hæres voluntarius.l.ſi filius hæres.ff.de liberis &
poſthu.Tamen poteſt filio pupillariter ſubſtituendo
facere ſubſtitutũ hæredem ſuum filio & neceſſarium,
vt ille ſubſt. mortuo pupillo moriens ante agnitam
ſubſtit.hæreditariam tranſmittat ad quoſcunque,per
illum tex.indiſtinctè loquẽtem in dicto.§. quos poſ-
ſum. Quinimò fortius dicit Ang.in d. l. quoniam ſo-
rorem.& in l.qui duos.ff. d.de vul.& pup. ꝙ etiã idẽ
eſſet quo ad paternæ hæred.tranſmiſſionẽ delatæ im-
puberi in caſu dictæ.l. qui duos. videlicet qñ teſtator
habens duos filios impuberes dixit,ꝙ ſi ambo decede
rent impuberes,Titium ſubſtituebat. quia tunc mor-
tuo vno ex impuberib⁹ hæreditate paterna nõ adita,
nõ veniet ſtatim Titius, ſed alius frater impubes iure
tranſmiſſionis ſibi factæ ex potẽtia ſuitatis. q̃a tunc
dicitur ſupereſſe ex perſona quæ ex præſũpta mente
teſtatoris habet excludere ſubſtitutum.Facit ſecundũ
eum.l.qui duos.ff.de reb.dub.quod eſt ſingu.ſecundũ
107 Alex.in d.§.quos poſſum.qui ſequit̃ Ang.†Et intel-
ligatis,ꝙ iure ſuitatis frater ſubſtitutus eſt hæres ſuus
fratri ſuo pupillo quandiu durat eius primæua condi-
tio.ſi autẽ poſt mortẽ patris teſtatoris & ante mortẽ
ſui fratris impuberis dediſſet ſe in arrogationem al-
teri, ita quòd tempore quo cõtingit caſus ſubſtitutio
nis reperiret ſe in poteſtate arrogatoris, non eſſet
ſuus & neceſſarius hæres ſui fratris, vt tenet glo. quã
ibi firmat Ang.in l.iij.§.aperturæ.ff.de here.inſti.per
l.ſub conditione.ff.de libe. & poſth. ſuper quo Imo.
in dicto.§.aperturæ.elegãter dicit, ꝙ ſi frater ille qui
ſe dedit in arrogationem alteri, fuit nedum ſubſtitu-



ff ij tus,ſed

tus,ſed etiam in aliqua parte cohęres datꝰ impuberi,
& partē illā adiuerit,non poſſet pupillarē à paterna
ſeparare dando ſe alteri in arrogationē, ideo adhuc
erit ſuus hæres fratri pupillo,per l.quidam eulogio.
ad fi.C.de iure delib.cū quo trāſit Alex.in d.§.quos
108 poſſum. † POSTREMO videre oportet de ſepti-
mo & vltimo princ.artic.ſcilicet qualiter finiatur &
extinguatur hæc pupillaris ſubſt. Et dico ſecundum
doctrinā Bar.in l.in pupillari.ff.de vulga.& pupil.ꝙ
hæc ſubſt.quandoq; deficit ab initio,puta quia defi-
cit aliquid de ſubſtantialibus in ea requiſitis, de qui-
bus dictū fuit ſuprà.in quarto princ.artic. Quādoq;
deficit,& finitur ex poſtfacto.Et iſta eſt materia no-
109 ſtra. † Subſtitutio enim quæ ab initio ſua eſſentia-
lia habuit,finitur quatuor modis. Primò ex perſo-
na teſtantis ſeu teſtamenti.Secundò,ex perſona ſub
ſtituti.Tertiò ex pſona eius cui facta eſt ſubſtitutio.
Quartò ex ipſa ſubſtit.Primò deficit ratione perſo-
næ teſtantis ſeu teſtamēti,vt puta ſi teſtator fuit de-
portatus:quo caſu irritatur eius teſtamentū.l. ſi quis
filio.§.irritū.ff.de iniu.rupt.teſt. vel fecerit aliquod
teſtamentū pòſt:quia tollitur primum.l.ſi quis cum.
in fin.ff.de vulg.& pupil.Idem ſi teſtamentū fuit ru-
ptum per agnationē poſthumi.l.ſi pater filiū.illo eo.
titu.hodie tamen remanent tabulæ pupillares rupto
teſtamento agnatione poſthumi præteriti. per auth.
ex cauſa.C.de libe.præte.& dixi plenè ſuprà eod. ſu
per verbo, *In eodē teſtamēto relinquens*. j.in xxvij. &
vlti.limit.& tetigi ſuprà in vij.huius ſubſtitu.requiſi-
to in fine.Idem ſi hæreditas teſtatoris nō adeatur,vt
d.l.moribus.§.adeò.quoniam tunc perit ſubſtit. niſi
ſuſtineatur per edictum,ſi quis omiſ.cauſ.teſtamen.
vel niſi exiſtentia ſui hæredis opęretur cōfirmationē
ſubſti.per l.ſi filius qui patri.ff.de vulg.& pupil.Eo-
dem modo finitur,ſi teſtamentū rumpatur in totum
per querelam inoffi.teſt.l. Papinianus.§.ſed nec im
puberis.ff.de inoffic.teſta.ſed hodie conſeruatur per
110 dictam authentic.ex cauſa. † Secundò principaliter
finitur ex perſona ſubſtituti,puta ſi nō reperitur ca-
pax tempore mortis pupilli, vt l.ſi is qui hæres.ff. de
hære.inſti.quod eſt verum,ſi non in totum capax: ſi
verò eſſet capax in parte,& in parte non , puta quia
filius naturalis tantùm qui patri nō poteſt ſuccedere
vltra vnam vnciā,tunc ſuccedit pupillo fratri ſuo in
omnibꝰ bonis pupilli,ſed nō in bonis paternis vltra
portionem à lege taxatā:ideo reſiduum debetur ſuc-
cedētibus ab inteſtato.Similiter ſi ſpurius filio teſta-
toris pupillo fratri ſuo fuerit ſubſtitutus,nihil capere
poteſt de bonis teſtatoris patris ſui, cùm nō vitio &
culpa ſui ſit capax, ſed vitio & culpa parentum, bo-
na paterna debentur ſuccedentibus ab inteſta.ſecun-
dum Bar.Bal.& cōmuniter omnes in l.aufertur.§.j.
ff.de iure fiſci.& plenius in l.ſi.iij.col.ff.de his quib.
vt indig.& Bal.in l.j.C.de natu.lib. Sed bona pupil-
li, cui ſpurius eius frater fuit per patrē cōmunē ſub-
ſtitutus tali ſpurio pertinebunt: quia licet bonorum
patris ſit incapax,non tamē prohibetur fratri ſucce-
dere per pupillarem ſubſtit.quæ dicitur teſtamentū
filij,vt deciditur in l.ſi is qui ex bonis.ff.de vulga. &
pupil.vbi Bart.& Alex.& dixi ſuprà,in primo huius
111 ſubſtit.effectu.† Tertiò principaliter finitur ex per-
ſona pupilli cui facta eſt ſubſti.& hoc multis modis.
Primò,adueniente pubertate,vt dicta l.in pupillari.
ff.de vulg.& pupil.id eſt,quāprimùm attigit vltimā
diem quartidecimi anni.l.qua ætate.ff.hoc titu.Nam
poſtquam eo tempore pupillus incipit poſſe teſtari,
eoipſo deſinit ſubſt.pupillaris,quæ in eius prouiſio-
nem propter eius impedimentum teſtandi facta fue-
rat.ita dicit gl.in d.l.moribus.& Gul.de Cug.in d.l.
precibus.& Bar.in d.l.in pupillari.quos ibi ſequitur
112 Alexā. † Et onus probandi, ꝙ hæres mortuus fuerit
pubes vel impubes:incūbit ei,qui in maiori vel mi-
nori ætate ſuam fundat intentionē.l.ſi minorem. C.
de integ.reſti.mino.ſecundum Salic.in l.ſciant.C.de
legiti.hære.& Ang.in §.fin.vlti.col.inſti.ad Tertyl.
Secundò,finitur per euentum alterius ætatis pupilli
per teſtatorem taxatæ.vt l.ſi ita.ff.de vulgar. & pup.
Et intelligatis p teſtatorem taxatæ intra xiiij.annos.
Nam poteſt teſtator ſubſtit.limitare breuiori tēpo-
re:ſed non ampliare,ꝙ excedat pubertatē,cùm ætas
pupillaris ſit de forma ſeu quaſi huius ſubſt. vt vidi-
ſtis ſuprà,ſecūdum Iaſon.in d.l.in pupillari. Tertiò
finitur capitis diminutione minima ipſius pupilli.ff.
de adop.l.nec ei.§.eorū.puta ſi pupillus cui pupilla-
riter fuerit ſubſtitutū,datus fuerit in arrogationem
alteri,vt habuiſtis ſuprà,in iiij.princ.arti.in v.requi-
ſito.Tamen licet hoc caſu ipſo iure finiatur ſubſtitu.
attamē remanet in effectu valida,quia hæreditas pu-
pilli debet ex ſtipulatione ſubſtituto aut alteri qui
ei ſuccederet,ſi adoptio facta non eſſet.l.non aliter.
& l.his verbis.ff.de adop.& inſti.de adop.§. cū autē
impubes.Secùs eſſet,ſi pupillus pateretur maximam
capitis diminutionē, puta quia doli capax deliquit,
& deportatus fuit,vel ſeruus pœnę effectus:quia tūc
in totū ac in effectu & perpetuo extinguitur ſubſti-
tutio:& ratio differentiæ eſt,quia arrogatio fit in fa-
uorē pupilli,ideo per eā non tollitur effectus ſubſti.
ſed deportatio tēdit in eius damnū propter ſuū deli-
ctum.Merito tollit omnia quæ tendunt in ſui fauo-
rem,inter quæ eſt pupillaris ſubſtit.ſed non tolleret
ea,quæ tendunt in ſui grauamen: ideo non extingue
ret fideicōmiſ.ab eo relictū.l.ex facto.§. ex facto.ff.
ad Trebel. Nā talis ſubſtitutio fideicōmiſſaria ten-
dit in onus & grauamē filij, & commodum alterius
ſcilicet fideicōmiſſarij & teſtatoris, qui non delique
rūt.Ideo deportatione filij grauati nō finitur,vt ibi,
& in l.Statius.§.Cornelius.ff.de iur.fiſci.ita elegāter
113 decidit Bartol.in d.l.in pupillari. † Præterea finitur
hæc pupillaris ſubſtit.ſi impubes,cui facta eſt,mona
ſterium ingrediatur.& ante pubertatē profeſſus fue-
rit ex diſpenſatione papæ:quo caſu per profeſſionē
efficitur inteſtabilis,authē.ingreſſi.C.de ſacroſanct.
eccle.ſecundū Bar.in d.l.in pupillari.vlt.col.Et quia
etiā monaſterium habetur loco filij, ſecūdum cōmu
nem opin.in ca.in præſentia.de probat.Ideo ſicut ſi
haberet liberos in ætate pupillari expirat ſubſtitu.vt
infrà dicet,ita etiā in propoſito. Quod verū intelli-
gatis,ſi eſt ingreſſus religionem quæ habere poteſt
propriū in cōmuni. Si autem ingreſſus eſſet religio-
nem mendicātium,quæ propriū habere nō poteſt in
particulari aut cōmuni,vt in cle.exiui.de verb.ſigni.
tunc non extinguitur ſubſtit.imò effectum ſortitur,
perinde ac ſi pupillus mortuus eſſet naturaliter, per
not.per Cyn.in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſanct.
eccle.& Bar.in l.j.vlt.col.ff.eo.tit.quia vbi idem ope
ratur mors ciuilis, quod operatur naturalis, tunc de
vno ad reliquum procedit argumentū.l. Deo nobis.
C.de epiſ.& cler.& in auth.de mona.§.illud. verſic.
ſinautem.ſecundum Imo.hīc,& in dicta l.in pupilla
114 ri.† Si autem pupillus oblatus fuiſſet monaſterio per
parentes, cùm ex hoc non ſit profeſſioni obligatus,
quin pœnitere poſſit,vſq; ad annos diſcretionis ca.
cùm ſcimus.& cap.ſignificātibus.de regula.tunc per
talē ingreſſum non finiretur ſubſtitutio, cū interim
ipſo iure



ipſo iure nō teneat ingreſſus.c. beneficium. de reg.in
vj.Et ſic firma manet ſubſti. pupillaris ſecundū Imo.
& Alex.in d.l.in pupillari.Item finit ſubſtit.ſi pupil-
lus cui facta eſt ſubſtitutio , liberos infrà pupillarem
ætatē ſuſcipiat.l.ex facto.in prin.ff. de vulg.& pupil.
ſecundū Bart. in d. l. in pupillari. quem ibi ſequitur
Ang.per rationem.l.cùm acutiſsimi.C. de fideicom.
Nam vbi malitia ſupplet ætatem, poſsibile eſt in pu-
pillari ætate pcreare & ſuſcipere liberos. c. de illis.
de deſponſa.impube.imò glo. in ſumma. in ca. quod
intra annos xx. q. j. refert quendam puerum nouem
annorum ſuam grauidaſſe nutricem. allegat Grego-
rium hoc dicentem in dialogo quem etiā refert Ioā.
And.in c.puberes de deſpon. impub. & in c.fi.de eo
qui cógno.conſangui.vxo.ſuæ.licet Franci.de Zaba-
rel.Cardi.dicat in c.j.de deli.pue.ꝙ ſæpe legit in dia-
logo Gregorij,ſed non inuenit illud dictum. Pariter
refert Hiero.epiſtola lxxv.ad Ditanum, ꝙ Salomon
& Achaz in xj.ætatis anno liberos procrearunt.& ꝙ
cùm quædam mulier nutriens filium expoſitum cum
eo ſe ingurgitaſſet, induxit puerum illum xj. annorū
ad coeūdum.Hoſti.verò in d.c.fi.dicit non ſolùm vi
diſſe in fœmina,ſed etiam in maſculo,ꝙ in ætate pu-
pillari generaret filios naturales, quamuis legitimos
tantùm ſcilicet adoptiuos habere non poſſit in tali
ætate conſtitutus, inſt. de adopt. §. minorem. reſtat
ergo,ꝙ ſubſtitutio pupillaris finitur per natiuitatem
liberorum:quia quemadmodum ſi ipſe impubes ma-
ior fuiſſet,& teſtamentum feciſſet, tale teſtamentum
rumperetur agnatione poſthumi præteriti. l. ij. C. de
bono.poſſ.contra tabu.& l.j.& ij.C.de poſth.hæred.
inſtitut. & pariter reuocatur & extinguitur donatio
prius facta per ſuperuenientiam liberorum. De quo
plenè per Bar.in l.Titia.ff.de lega.ij. ſic etiam rumpi
debet ſubſtitutio pupillaris,quæ dicitur teſtamentum
filij:& ita etiam tenet Bal.poſt Guli.in dicta l.preci-
bus. Nam aliâs ſequeretur ꝙ hæc ſubſtitutio fauore
filij pupilli inducta odium operaretur , ſcilicet libe-
ros pupilli, quos pluſquā ſeipſum diligit,excludēdo,
quod eſſet contra l. quod fauore. C. de legi.idem te-
net Bal.in l.hæreditatis.verſi.quarta differentia.& ibi
Fulgo.C.de impu. & aliis ſubſtit. & in l. nec enim.§.
115 eorum.ff.de adopt.vbi ſingulariter iſtud dictū, † ſci-
licet quòd per ſuſceptionem liberorum finitur hæc
ſubſtitutio,limitauit eſſe verū , vbi impubes cui facta
eſt ſubſtitutio , ſuſciperet filios naturales & legiti-
mos,ſecus ſi naturales vel ſpurios.Quia tunc non ex-
pirat pupillaris,ſed bene expiraret fideicommiſſaria.
l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſtit.& ſubſtit.me-
lius facit l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebel. Et
pro iſta differētia inter pupillarem & fideicommiſſa
riam facit ſecundum Alex. & Iaſo. gloſ. ſingularis in
l.j.ff.de bono.poſ.contra tab.volens ꝙ licet filius mi-
nus legitimè natus quandoq; poſſet ex teſtamēto vel
ab inteſtato ſuccedere patri,tamen contra teſtamen-
tum nunquā admittitur pro qua facit tex. not. quem
116 ibi ponderat Bald.in l.fin. C. de naturali. libe. † Ex
quibus ſequitur , ꝙ valet ſubſtitutio pupillaris facta
filio pupillo de ſuis propriis liberis naſcituris ad in-
ſtar exēplaris,per dictā l.humanitatis. ſecundū Alex.
in dicta.l.in pupillari,in fi.ff.de vulg.& pup.& etiam
de quocunq; alio facta ſi ſine liberis in ætate pupilla
ri deceſſerit,ſecūdum Iaſo.ibi in fi. qui allegat Raph.
Cuma.ſic conſuluiſſe conſ. clxxxj. incip. proponitur
quòd Bartholomæus. Præterea finitur ſubſtitutio e-
mancipatione pupilli, ſi ante mortem patris pupil-
lus fuerit emancipatus. l.cohæredi. §. cùm filiæ.ff.de
vulg.& pupil. Quartò principaliter finitur ſubſtitu-
tio pupillaris ex defectu ipſius ſubſtitutionis,vt ſi fa-
cta fuit ſub conditione extrinſeca, id eſt expreſſa in
teſtamento.quæ deficit.l. ſed ſi plures in princ. ff. de
117 vulga.& pupil.† Nam etiam ſi ante decederet, ſub-
ſtitutus, ſpem ſubſtitutionis ad hæredes etiam ſuos
deſcendentes non tranſmitteret, quia licet hæreditas
quæ ſemel ex ſubſtitutione mortuo pupillo debita
fuit,tranſmittatur prout dixi ſuprà in quarto & vlti-
mo effectu huius ſubſt.tamen ſubſtituto præmorien-
te ipſi pupillo vel poſt pupillum ante conditionem
non tranſmittit ſpem ſubſtitutionis, etiā ad proprios
deſcendentes, vt d.l.ſed ſi plures.§. j. facit l.ſi ex plu-
ribus.ff.de ſuis & legi.hære.& idem eſt in ſubſtitutio
ne reciproca.l.Lucius.§.fin.ff.de vulg. & pupil.& in
fideicōmiſſaria, vt ſpes earum nō trāſmittatur etiam
ad deſcendentes.l.vnica.§. ſui autem aliquid ſub cō-
ditione.C. de cadu.tollen. & eſt glo.ſingularis in l.j.
C.de his qui ante aper.tab.pro qua eſt caſus ſecundū
Doct.in l.cùm virum.C.de fideicō.& l.hæredes mei.
§.cùm ita ff.ad Trebel.licet glo. voluerit contrarium
in l.is cui.ff.de actio.& oblig.ꝙ imò diſpoſitio cōdi-
tionalis tranſmittatur ad liberos, ſed non eſt verum
ſecundū Bal.& Alex.in l.cùm ex filio.§.j.ff.de vulg.
118 & pupil. † Ideo ius ſeu ſpes ſubſtitu. pupillaris non
venit in confiſcatione bonorum ſubſtituti,cùm in ea
non veniant iura futura.l.eius qui apud.§.j.ff.eo.& l.
ſi mandauero.§.is cuius.ff.mandati. & eſt glo.no. in
l.nam ad ea.ff.de condit.& demonſt.de quo videatis
Bald.in l.ij.C.de bon.proſcrip. & in l.ex facto.& ibi
Alex.ff.de vulg.& pup.§.fin.& dixi ſuprà ſuper ver-
bo, *& vxorem nomine Adela*.in quinto artic.ſucceſſio
num ab inteſt.videatis caſum mirabilem & ſtupendū
in quo ſpes ſubſtit. tranſmittitur ſubſtituto præmo-
riente ante implementum cōditionis , quem ſcripſi
ſuprà eo.in verb. & ſoboles quam geſtabat in vtero.
119 in fin.† Et hoc verum,ꝙ ſpes ſubſtitutionis non trāſ
mittitur ad hæredes ſubſtituti præmorientis , niſi eſ-
ſent ſibi hæredes iudicio teſtatoris, vt putà quia te-
ſtator illi ſubſtituto eos ſubſtituerat. Quo caſu ad il-
los hæres iudicio teſtatoris venientes bene tranſmit-
teretur ſpes ſubſt.vt l.cohæredi.§.j.& ibi Bart.in l.pa
terfamil.ff. de vulg. & pup. niſi ſubſtituti fuiſſent ſub
conditione,quæ defeciſſet: quo caſu ad eos ſpes non
tranſmitteretur.l.qui habebat.illo eo.tit.& dixi ſuprà
120 in j.prin.arti. huius ſubſtit. † Et eodem modo tranſ-
mittitur ſubſtit. vbi habet ius accreſcendi annexum,
& nō tractatur de præiudicio alterius tertij : quod eſt
quando ibi non eſt alius cohæres vel ſubſtitutus , de
☞ cuius præiudicio agatur. [ Vel fortè ſubſtitutus re-
pudiauit aut aliâs excluſus: nam ſi eſſet ſubſtitutus,
ius ſubſt. præferretur iuri accreſcendi , tanquam ex-
preſſum præfert tacito.l.ij.§.ſi duobus.ff.de bo. poſ.
ſecundum tab.ſecundum gloſ.in §.ſi verò.in auth.de
hæredi.& Fal.& in l.qui habebat. ff.de vulg. & pup.]
tex.eſt ſingu.ſecundum Bart.& alios ibi, in l.qui pa-
tri.ff.de acqui.hęre.quem idem Bar.dicit eſſe ſingula-
riſſimum & ad hoc mirabilē in d.l. vnica. §. ſi autem
aliquid ſub conditione,C. de cad.tol.illa tranſmiſſio
non venit per ius ſubſt.ſed per ius accreſcendi,vt cla
rè decidit Bart.in d.l.qui patri.cùm ius accreſcēdi ſit
ſui natura ad hæredes tranſmiſſibile, qa reſpicit por-
tionem & rem.l.hæc ſcriptura.§.ſi.ff.de condit.& de
monſt.& ſubſtitutio reſpicit perſonā : ideo cum per-
ſona ſubſtituti finitur,dicta l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis
& legi.hære.niſi iuncta fuerit cum iure accreſcendi.
vt dicta l.qui patri. nam etiam conditionalis ſubſtit.

iuncta cum iure accreſcendi tranſmittitur. l. qui ex
duobus.in prin.ff.de acqui. hære. ſecundum Bart. ibi
Iaſ.& Doct.in l.qui plures liberos.ff.de vulg.& pup.
de fideicommiſ. autem ſubſt.an tranſmittatur, videbi
tis plenè infrà eo.in materia ſubſt. fideicommiſſariæ.
121 † Et ſic eſt finis huius quotidianæ ſubſt. contra quã
& totam eius materiam arguitur vnico medio. & vi-
detur ꝙ hæc pupillaris ſubſtitutio ſit contra omnem
iuris diſpoſitionem: Certum eſt enim, quòd teſtamẽ-
tum non debet dependere ex alieno arbitrio, aliâs eſ-
ſet voluntas captatoria.l.captatorias. C. de teſta. mi-
lit.quinimò ipſe filius de conſenſu patris teſtari non
poſſet, ne eius teſtamentum dependere videatur ex ar
bitrio alterius.l.qui in poteſtate.ff.eo.& l. ſenium.§.
fi.C.qui teſta.fac.non poſſ.& dixi plene ſuprà eo. ſu-
per verb. *matrem inſuper Cleram.* ſed ſubſtitutio pupil
laris, quæ (vt vidiſtis,) dicitur teſtamẽtum filij, omni-
no dependet ex alieno ſcilicet patris arbitrio.ergo
valere non debet de iure, & ſic de tota eius materia
122 vana & inutilis de nihilo ſeruiens. † Sed hoc non ob-
ſtante dico hanc ſubſtitutionem fore vtilem, & nunc
à iure cõmuni approbatam: nam licet vltima volun-
tas ſit nulla ex alieno dependens arbitrio: vt dicta l.
captatorias.attamen illud eſt verum, niſi ſtatuto vel
cõſuetudine approbaretur, & ſic fieri permitteretur.
Nam cùm ſucceſsiones ſint de iure poſitiuo, ſaltem
quo ad titulum, vt plenè habuiſtis ſuprà eodẽ ſuper
verbo, *Teſtamentum*.j.ſtatutum vel patriȩ conſuetudo
poteſt ſuper his contra regulas iuris poſitiui diſpone-
re, prout vult & expedit, ſicut factum fuit in hac ſub-
ſtitutione, quæ licet dependeat ex alterius ſcilicet pa-
tris arbitrio, tamen conſuetudine fuit inuenta, & de-
mum iure Romanorum ciuili approbata, vt d. l. mo-
ribus.ff. de vulga. & pupil.ſicut videmus ex conſue-
tudine introduci poſſe in codicillis directò inſtitui, &
quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inte-
ſtatum, vel cum duobus teſtamentis ſecundum Bald.
in l.de quibus.ff.de legi.& plenè Alex.in dicta l.mo-
ribus.in prin.& de caſu noſtro eſt text. in l. captato-
rias.ff.de hære.inſtit.ibi ſenatus cenſuit. de quo ple-
nè dixi ſuprà eod.in verbo, *Condidit*.j.Et pariter poſ-
ſet hæc ſubſtitutio ſtatuto vel cõſuetudine tolli, cùm
vnum in ius ciuile poſsit per aliud tolli.inſtitu.de iu-
re naturali.§.ex non ſcripto.in verſi.ea verò.

*SVMMAE.*

1 ☞ *Exemplaris ſubſtitut. quid & quare ita appelletur. & nume 2.*
3 *Pupillaris & exẽplaris an cõueniãt in cauſa producente.*
4 *Exemplariter ſubſtitui poteſt furioſo ſicut & mẽte capto.*
5 *Exemplariter ſubſtitui poteſt muto, ſurdo & prodigo.*
6 *Exemplariter ſubſtitui poteſt minori per ſtatutum teſtari prohibito.*
7 *Exemplariter ſubſtitui poteſt filio ſanæ mentis in caſum quo demens aut prodigus ſiat.*
8 *Frenetico an poſſit exemplariter ſubſtitui.*
9 *Pupil. & exẽplaris an conueniant in materia producibili.*
10 *Exemplariter ſubſtituitur ijs quibus pupillariter, ſi ſint mente capti.*
11 *Exemplariter ſubſtitui poteſt religioſo mente capto.*
12 *Mater poteſt ſpurio exemplariter ſubſtituere.*
13 *Mente captus habens parentes naturales & patrem arrogatorem, poteſt decedere cum tribus teſtamentis.*
14 *Filij an parentibus furioſis exemplariter ſubſtituant.*
15 *Mater ſubſtituit filio exemplariter, niſi ad ſecunda vota tranſeat.*
16 *Pater etiam ad ſecunda voca tranſiens poteſt filio exemplariter ſubſtituere.*
17 *Exemplaris non requirit quòd ſiat impuberi.*
18 *Exemplaris non requirit eum cui ſit mortuo teſtatore effici ſui iuris, ſed quòd nõ ſit recaſurus in alterius poteſtatem. & nume.19.*
20 *Exemplaris ſicut & pupillaris requirit quòd pater ſibi prius faciat teſtamentum.*
21 *Exemplaris fieri non poteſt filio exhæredato.*
22 *Furioſus an propter delictum antea commiſſum poſſit puniri vel exhæredari.*
23 *Furioſus habetur pro mortuo.*
24 *Cadauer puniri poteſt.*
25 *Damnato ſeipſum occidẽte, eſt in arbitrio iudicis ſeipſum occidere.*
26 *Furioſus quid ſi tempore dilucidi interualli delinquat.*
27 *Exemplaris requirit aditionẽ hæreditatis ſicut pupillaris.*
28 *Exẽplaris an cõueniat cũ pupillari in modo procedendi.*
29 *Exemplariter qui poſſint furioſo ſubſtitui.*
30 *Furioſi filium vnum an pater ei ſubſtituat alijs præteritis. & nume.31.*
32 *Fratris appellatione an ille veniat, qui ex altero tantùm eſt latere.*
33 *Furioſi pater extraneum ſubſtituen. põt matrem præterire.*
34 *Exemplaris tacita quando locum habeat. & nu.35.*
36 *Exemplaris tacita probata.*
37 *Exemplaris partim expreſſa, & partim tacita.*
38 *Exemplaris an conueniat cum pupillari in effectu.*
39 *Exemplaris an trahatur ad omnia bona furioſi & patris.*
40 *Materna pietas æqualis paternæ in exẽplari ſubſtitut.*
41 *Homo dignior quàm fœmina.*
42 *Parentum appellatione venit mater.*
43 *Furioſo qui prius ſanæ mentis teſtamentum fecit, ſi pater poſtea ſubſtituat, quid iuris.*
44 *Pater prodigus an filio ſubſtituat exemplariter.*
45 *Exemplaris an matrem excludat.*
46 *Exemplaris an deſinat vt pupillaris.*
47 *Exemplaris ceſſat ceſſante cauſa.*
48 *Exemplaris ceſſante furore ceſſat, & reuerſo reuertitur. & nume. 49.*
50 *Exemplaris ceſſat natis liberis.*
51 *Exemplaris ceſſat delicto eius cui ſit.*
52 *Exemplaris ſubſtitutio eſt ſpecies diſtincta.*
53 *Exemplaris in quibus differat à vulgari.*
54 *Exemplaris in quibus differat à pupillari.*
55 *Exemplaris differt à reciproca.*
56 *Exemplaris differt à compendioſa.*

## Tractatus exemplaris Subſtitutionis.

TERTIA ſubſtitutio dicitẽ exem
1 plaris ad † exemplum pupillaris
ſubſtitutionis inuenta, & ſit filio
mente capto, ſicut ſit pupillaris fi-
lio pupillo. Quæ quidem ſubſtitu-
tio ſic deſcribitur per Salicet. in
l.humanitatis. C. de impuber.& aliis ſubſtitut.v.col.
Exemplaris eſt ſubſtitutio directa, per alterũ ex pa-
rentibus facta, libero eius mente capto de perſona ei
veriſimiliter ab inteſtato ſucceſſura, bona vtriuſque
comprehendens, vt ex ſequentibus latiùs declarabi-
tur, & cùm hæc ſubſtitutio ſit omni tempore duran-
te furore directa, poteſt quibuſcunque verbis dire-
ctis fieri, vt ſi filius meus in furore vel dementia aut
mutitate vel prodigalitate deceſſerit, talis ſit hæres.
Et etiam fieri poteſt verbis communibus, veluti, ta-
lem ſubſtituo. Quia cùm exemplaris valere poſsit
omni



omni tempore iure directo, cùm omne tẽpus furoris
ſit idem & non mutetur, non eſt differentiæ ratio aſ-
ſignanda ſecundũ Bal.in dicta l.humanitatis.& Ang.
2 Aret.in §.qua ratione. inſti. de pup. ſubſti. † Et hæc
ſubſtit. magiſtraliter appellatur exemplaris, quia ad
exemplum pupillaris inducta ſeu ſimilitudinem, quæ
cauſatur ex imbecillitate animi vtriuſque.Nam ſicut
animus & intellectus impuberis non iudicatur ſapiẽs
nec ſtabilis.l.fi.C.de teſta.mili.) & inde dicit Philo-
ſophus, nemo iuuenes eligit in duces, quia nõ cõſtat
eos eſſe prudentes) ideo lex prohibuit pupillum teſta
ri, & patri hoc facere permiſit pro ipſo.Eadem huma
nitate permiſit lex parentibus, vt filiis etiã puberibus
mente captis teſtamentum faciant, ſecundum Sali. in
dicta.l.humanitatis.iiij.col.in fi.ſubiungens in fin. d.
l.ꝙ nõ poteſt fieri nec reuocari in codicillis, cùm ſit
directa.l.hæreditatem.C.de codic.pro cuius declara-
tione ſunt quinque principaliter examinanda.Primò
qualiter prædictæ duæ ſubſtitutiones ſcilicet pupilla
ris & exemplaris conueniant in cauſa producente.
Secundò qualiter conueniant in materia producibili,
ſcilicet vtrùm omnia quæ requirũtur ad pupillarem,
etiam requirantur ad exemplariam. Tertiò, qualiter
conueniant in modo producendi, ſcilicet an exẽpla-
ris fieri poſsit tacitè vel expreſſè, ſicut pupillaris.
Quartò, qualiter cõueniant in effectu producti, an
omnes habeant effectus, quos habet pupillaris. Quin-
tò & vltimò, vtrum eiſdẽ modis finiatur & extingua-
tur exemplaris, ſicut & pupillaris. † VENIO ad
3 primum, ſcilicet an conueniant in cauſa producente.
& dicunt doct.quòd ſic: quia ſicut pupillaris fuit in-
ducta, quia pupillus non poteſt ſibi prouidere per te-
ſtamentum, ita & exemplaris. Quia mente captus &
ſimiles non poſſunt teſtando ſibi prouidere.l. huma-
nitatis.C.de impub.& aliis ſubſtit.& inſtit. de pupil.
ſubſtit.§.qua ratione. Vel dicatis ſecundum Bart. in
l.ex facto.iiij.col.ff.de vulg.& pup.quia non conue-
niunt in cauſa efficiente: quia pupillaris introducta
fuit moribus.vt l.ij.in princ.illo eo.tit.Exemplaris ve
rò introducta fuit lege vel conſuetudine principis,
vt dicta l.humanitatis. & ſic in cauſa efficiente diffe-
runt. In cauſa autem finali in genere conueniunt,
quia vtraque ſubſt. introducta fuit ad prouidendum
ei qui ſibi prouidere non poteſt. Sed ſi conſideremus
cauſam finalem in ſpecie, tunc non conueniunt: quia
pupillaris ſubſtitutio introducta fuit ad prouidendũ
ei, ſcilicet pupillo qui propter ætatem ſibi prouidere
non poteſt teſtando. Iſta verò exemplaris ad proui-
dendum mente capto etiam puberi, qui propter men
tis defectũ teſtari non poteſt, vt dicta l. humanitatis.
Nam mentis defectus eſt cauſa propter quam ſit hæc
ſubſtitutio ſimul cum impoſsibilitate teſtandi, quæ
4 reſultat ex morbo. † Ideo cõmuniter tenetur, quòd
ſicut mente capto poteſt exemplariter ſubſtitui, vt di-
cta l.humanitatis.ſic etiam ſubſtitui poterit furioſo,
qui propter defectum mentis teſtari non poteſt.l. fu-
rioſum.C.qui teſta.facc.non poſſ.c.fina.de ſucceſ.ab
inteſt. Nam ꝙ furioſo poſſit ſubſtitui, facit text.in l.
fin.in prin.iuncta gl.in verbo, ſubſtitutio.C. de cura.
furio.Præterea ratio faciendi hanc ſubſtitutionẽ fun-
datur in humanitate: vt dict l.humanitatis, quæ for-
tiùs militat in furioſo, quàm mente capto, ſecundum
Bar.in d.l.ex facto.ff.de vulg.& pup.& Bal.ibi, in di-
cta l.humanitatis.& vtrobiq; Alexan. & eſt cõmunis
opinio, licet Ang.in d. l. ex facto. contrarium tenue-
rit, motus quia d.l.humanitatis.loquitur in mente ca-
pto, qui furorẽ habet interius non proſiliens ad actus
exteriores alteri nociuos: ſicut facit furioſus proiiciẽ-
do lapides, & aliâs damnificando. Vnde cùm d.lex
ſit exorbitans à iure cõmuni, quo regulariter ſubſti-
tui non poteſt maiori directè, & loquatur in mente
capto, non debet poſſe extendi ad furioſum, præſer-
tim quia tex.habemus in l. ſi furioſi.C.de nupt.quòd
iura exorbitantia, loquentia in mente captis, locum
non habent in furioſis: & ſic ei ſubſtitui non poteſt,
niſi à principe impetretur, ſicut ſiebat antiquitus, vt
d.l.ex facto.ſed cùm in furioſo ſit maior ratio huma-
nitatis, prima opinio velut communis tenetur: quam
etiam ſequitur Iaſon in dicta l.humanitatis. ij. col. &
in l.ex facto.ff.de vulg. & pupil. Prouiſo, ꝙ furor ſit
perpetuus & continuus: quia ſi haberet interualla di-
lucida, quia ſibiipſi prouidere poteſt illo tempore di
lucido teſtando, non poſſet tali hæc ſubſtitutio fieri.
Et requiritur furor aut alius caſus non ſolùm tempo-
re teſtamenti, ſed tẽpore mortis, vt l.ij. §.ſed ſi extra-
neum.ff.de vulga.& pupil. ſecundum Barto. & Alex.
5 in dicta l.ex facto. & Bald. in d.l.humanitatis. † Et
eodem modo ſubſtitui poteſt hodie muto & ſurdo
ac prodigo per rationẽ d. l. humanitatis. Licet olim
iure Digeſtorum pater non poſſet eis ſubſtituere, niſi
à principe impetraretur ſecundum Bart. & Bal.in di-
cta l.ex facto.Bal.Paul.& Alexã.ac Iaſ.in d.l.huma-
nitatis.Dum tamen ſint tales mutus, ſurdus, & prodi-
gus, qui teſtari omnino non poſſunt.De quo in l.diſ-
6 cretis.C.qui teſt.facc.nõ poſ.idẽ tenet Imo.hîc. † Ex
quo infert, ꝙ ſi ex forma ſtatuti eſſet prouiſum, ꝙ mi
nor viginti annis teſtari non poſſet, illi tali poterit
exẽplariè ſubſtitui ſecundum eum. Quia talis prohi-
bitio teſtandi quandã importat bonorũ interdictio-
nem, quæ talem minorẽ facit æquiparari prodigo:
& ſic ei tanquã prodigo poterit exemplariter ſubſti-
tui, vſque ad xx.annos, ſecundũ Bar.in l.ij. ff.de vulg.
7 & pupil.& Alexan.in d. l. ex facto. † Plus dicit Sali.
in d.l.humanitatis.vij. col.quod etiã hæc ſubſtitutio
ſieri poteſt filio ſanæ mentis in caſum, in quem inſa-
næ mẽtis, aut prodigus efficeretur. Nam ſufficit eam
conferri in tempus & caſum, à quo incipere poſſet.l.
ſi cum.§.ſi.cum l.ſeq.ff.de dona.inter vir. & vxo.Ta
men requiritur ꝙ furor adſit tẽpore mortis teſtato-
8 ris, ſecundum Alexand.in d.l.ex facto.xvj. col. † Ex
his ſequitẽ, ꝙ non poſſet phrenetico exemplariter ſub-
ſtitui.ſecundum Bald.in d.l.humanitatis.in fin. quia
non laborat perpetuo modo, vt requirit ille tex. licet
Iaſon dubitauerit, attento ꝙ phreneticus teſtari non
poteſt, ſecundum Bald.in l.ij.in x.q.C.de reſcin.vẽd.
& ſic eadẽ ratio militat in phrenetico ſicut in furio-
ſo & mente capto, niſi intelligatur Bald. ibi ꝙ teſtari
non poſsit durãte phreneſi. ſed poſtea bene. Cũ Bal.
tranſit Alex.in d.l.ex facto.& d.l.humanitatis. dicens
ꝙ phreneticus eſt ille qui interdum habet iſtas fanta-
ſias. Idẽ Iaſon in d.l.ex facto.ſubiungẽs ibi xiiij.col.
quòd etiam fatuo non poſſet exemplariter ſubſtitui,
qui teſtari poteſt de per ſe ſecundum Ioã. Fab. quem
ibi ſequitur Angel.in §.præterea. inſtitu. quibus non
eſt permiſ.face.teſta.Nec obſtat, ꝙ fatuo datur cura-
tor, ſicut mente capto.l.j.in fin.cum l.ij.ff.de poſtul.
Quia reſpondetur, ꝙ datio curatoris non impedit te-
ſtamenti factionem, quo minus curatorem habẽs te-
ſtari poſsit etiã ſine curatoris authoritate, ſecundum
glo.in l.Aurelio.§.Caius.ff.de lega.ij.& eſt text. in l.
ſi frater.ibi, licet vigoris nõdum emerſiſſent veſtigia.
C.qui teſta.fac.poſ.ibi Pau.& Alex. not. ex illo text.
ꝙ maior xiiij. annis, licet habeat imbecillitatem in-
tellectus, tamẽ poterit teſtari, vt vidiſtis ſuprà in ver-


ff iiij bo, Ad-

bo, Adiectæ impuberi. Tamen dubitat Iaſon vbi ſu-
prà, cui videtur dura hæc deciſio. Tum quia in fatuo
nõ eſt ſanitas intellectus, tum etiã quia tex.in d.l. da-
bimus.§.fin.cũ l.ſeq.ff.de priuil.cre. æquiparat fatuũ
prodigo, muto, & ſurdo, quibus poteſt exẽplariè ſub
9 ſtitui. † SECVNDVS articulus eſt, an hæ duæ ſub-
ſtitutiones conueniant in materia producibili, ita ꝙ
requiſita in hac pupillari pariter requirantur in hac
exemplari. Et primò, quia in pupillari primò requiri
tur, ꝙ ille cui fit, ſit de liberis, ita etiam requiritur in
10 iſta. † Et dico ꝙ ſic: ideo ſicut pupillaris fieri põt li-
beris naturalibus & legitimis, & legitimis tantùm, ve-
luti arrogatis.inſti. de pupil.ſubſtit. in prin.& l.ſi ar-
rogator.ff.de adopt.ita etiam talibus liberis ſubſtitui
poteſt exemplariter, ſi ſint mente capti, furioſi, muti,
aut ꝓdigi, inteſtabiles, vt dicta l.humanitatis. Quid
autem in adoptiuis, hîc tangit Imol.vt etiam in dicta
l.ex facto. poſt Angel. Pariter ſicut pupillaris fieri
non poteſt liberis naturalibus tantùm, & minus ſpu-
riis, ſic nec etiam iſta fieri talibus poterit, licet Bar.&
Bal.in filio naturali tantũ voluerint hanc ſubſtitutio-
nem fieri poſſe.cùm in ea non requiratur patria pote
ſtas, quia fieri poteſt per matrẽ, vt dicta l. humanita-
tis.tamen prima opinio eſt verior, ꝙ etiam naturali-
bus tantùm fieri non poſſit, ſecundum Angel. Imol.
Alex.& Iaſo.in d.l.ex facto. quia filio naturali tantũ
nulla debetur legitima: cùm præter patris voluntatẽ
nihil capiat, vt dicit gl.ſingularis in l. j. ff. de bo. poſ.
cõtra tab.& eſt tex.in l.iij.C.de nat.lib.facit l.vxorẽ.
§.pater naturalis.ff.de lega.iij.& tñ tex. in d.l.huma-
nitatis.requirit ꝙ legitima relinquatur mente capto,
11 cui ſubſtituit: ergo, &c. † Præterea hæc ſubſtitutio
introducta fuit ad inſtar & exemplum pupillaris: &
ſic iudicanda eſt in omnibus illi ſimilis, niſi expreſsè
reperiatur differentia de iure. & ita etiam tenet Iaſon
in d.l.humanitatis. Nam videmus quòd fieri non poſ
ſet filio cordigero, eo quia nulla ei debetur legitima,
ſecundum Bald.in l.ij. C. de hæredi.inſtit. in fin. ſe-
cùs in aliis religioſis, qui poſſunt tenere bona in cõ-
muni: quia illis bene debetur legitima, & retinẽt om-
nia iura legitimi hæredis, vt l.Deo nobis. C. de epiſ.
& cleri. ideo talibus mente captis poſſet exẽplariter
ſubſtitui ſecundum Bal.in d. l. humanitatis. in vij. q.
12 & valebit ſaltem vt fideicommiſſaria. † Mater autem
filiis naturalibus vel ſpuriis ſubſtituere exemplari-
ter poteſt, cũ etiam ſpuriis debeatur legitima in bo-
nis matris. l.ſi ſuſpecta.§.j.ff.de inoff.teſt.& in §. no
uiſsimè. inſtitu. ad Orfitia. niſi eſſet mulier illuſtris,
cui eſſet dedecus tales filios habere. l. ſi qua illuſtris.
C. ad Orfitia. vel niſi eſſent nati ex damnato coitu:
quo caſu non ſunt liberi nominandi, nec à parẽtibus
alendi.in authent.ex complexu.C.de inceſt. nupt. &
ſic minus debetur eis legitima, & conſequenter ſub-
ſtitui exemplariter. Videatis Ange. Aret.in d. §. no-
uiſsimè. imò non poſſunt à patre vel matre in teſta-
mẽto hæredes inſtitui, aut ab inteſtato ſuccedere. Et
ſi inſtituerentur de facto, hæreditas applicaretur ve-
nientibus ab inteſtato, ſecundum Bart. in d.auth.ex
cõplexu.& in l.aufertur.§.j. ff.de iure fiſci.& plenius
in l.ſi.iij.col.ff. de his quibus vt indig. Bal. & Sali.in l.
ſi pater.C.de hæred.inſtitu.& Bal.in l.j.C.de natura.
liber.vt vidiſtis plenè in verbo, *& vxorem nomine A-*
13 *delaſiam.* † Ex quibus præmiſsis ſequitur quòd filius
mente captus habẽs parentes naturales & patrẽ arro-
gatorẽ, poterit decedere cum tribus teſtamentis, vno
à patre, alio à matre, & reliquo ab arrogatore exem-
plariter facto: & quilibet ſubſtitutꝰ vocabitur ad bo-
na peruenta furioſo ab eo, à quo ſubſtitutus eſt: in re-
liquis verò bonis aliunde furioſis aduẽtis, quis dicto-
rum ſubſtitutorum ſuccedet, dicã infrà in iiij. princ.
14 artic. Et † licet pater & mater poſsint liberis, vt di-
ctum eſt, exemplariter ſubſtituere: non tamen econ-
uerſo poſſunt liberi patri vel matri dementibus hanc
ſubſtitutionem facere, ſecundum Bart. per bonas ra-
tiones in d.l.ex facto.v.col. Et hæc eſt communis o-
pin.in qua omnes vnanimiter cõueniunt excepto Ia-
ſo.in d.l.ex facto.vij.col. Sed non curo. Secundò re-
quiritur in pupillari, ꝙ liberi quibꝰ fit, ſint in parẽtis
poteſtate: ſed in iſta exemplari hoc non requiritur.
Quia videtis ꝑ text.in d.l.humanitatis, ꝙ mater po-
teſt eam facere, & tamen non habet filios in poteſta-
te.inſti.de adop.§.fœminæ.vel fieri poteſt ab vtroq;
parente ſcilicet patre & matre ſimul, qui eãdem ſub-
ſtitutionem facere poſſunt filio communi. Quo caſu
ad eius confirmationem nõ requiritur mors vtriuſq;.
Quinimò conſenſus viuentis accidit iudicio mortis.
l.ſicut.§.venditionis.ff.quibus mo.pign.vel hyp.ſol.
ſecundum Ange. Are.in d.§.qua ratione.v.col. Non
curatur ergo patria poteſtas in hac ſubſtitutione. &
ſic fieri poteſt liberis emancipatis. Prouiſo, vt dictum
eſt, ꝙ ſint naturales & legitimi, vel ſaltem legitimi,
15 prout ſuprà habuiſtis. Et † prouiſo etiam, quòd non
fiat per matrem, quę tranſiuiſſet ad ſecũda vota: quia
in illa ceſſat humanitas, quæ eſt fundamentum huius
ſubſtitutionis, arg.l.lex quæ tutores.C.de admin.tut.
Lex enim de tali matre non confidit, vt etiam apud
eum filius educetur & nutriatur.l.ij. C. vbi pup. edu.
debe.adeò ꝙ etiam ſi mater prius filio ſubſtituerit, &
demum ad ſecunda vota tranſiuit, ſubſtitutio euane-
ſcit ſecundum Barto.in d.l.ex facto. vbi idem tenent
16 Angel. Rapha. & Iaſ.in matre. Secùs † autem in pa-
tre, qui exemplariter ſubſtituere poteſt, quãquam ad
ſecunda tranſiuerit vota, cùm propter hoc non pri-
uetur adminiſtratione bonorũ filij.l.ſi.C.de bo. ma-
ter.& l.generaliter.C.de ſecund. nupt. Facit gloſſ. in
authen.ꝙ mater.C.de reuoc.dona. Sed Ioan.de Imo.
hîc & in d.l.ex facto.tenet contra Bart. etiam in ma-
tre, vt propter tranſitũ ad ſecũda vota non priuetur,
ſi petierit tutorem vel curatorem dari filio mente ca-
pto. Nã cum tunc nõ priuetur ſucceſsione filij. l.ij.§.
filiis.ff.ad Tertyl.quod matris fauorẽ concernit: mul
to minus priuari debet poteſtate ſubſtituendi exem-
plariè, quod concernit fauorẽ filij, per quam rationẽ
plus dicit, ꝙ etiam poſito, ꝙ tutorem vel curatorem
filio non petiiſſet dari mente capto ante tranſitũ ad
ſecunda vota, non propter hoc adimitur ei poteſtas
ſubſtituẽdi exemplariè, cum hoc concernat fauorem
filij, qui vitio matris nõ debet puniri. Nã videmus, ꝙ
quantumcunque pater filium exhæredauerit mala
mente propter iniuriam filio irrogatam, non prohibe
tur ei pupillariter ſubſtituere.l.ij.§.j.ff.de vul.& pup.
& ita tenet Sali.in d.l. humanitatis. ꝑ plures alias ra-
tiones & Imo.hîc. Alex.verò nititur ſaluare opi.Bar.
diſtinguendo, ſed ſua diſtinctio eſt de directo contra
ea, quæ ſecundũ ipſum fuẽre deciſa ſuprà in materia
pupillaris in iiij.prin.artic. & in ſeptimo requiſito, &
ad punctum in vj. prin. arti.& in tertio effectu illius
ſubſt.verſic.ſecundò apparere poteſt. Or aduertatis,
quia pro concordia harum opinionum Ange.Are. in
d.§.qua ratione.valde mihi ſaturat intellectũ dicens,
ꝙ ſiue mater ſubſtituerit ante tranſitũ ad ſecũda vo-
ta, ſiue poſt, inſpicere debemus modum & formam
ſubſtit.per matrem factæ: quia ſi ſubſtituit venientes
ab inteſtato, vel aliũ quẽ veriſimiliter furioſus ſub-





ſtituiſſet, tunc valet ſubſtitutio, quia inuenta fuit hu-
manitate, & prætereà fauor eſt furioſo, vt habeat hæ-
redem, & ita intelligatur opi.Imol. & Sali.aut mater
ſubſtituet filio furioſo ſuum maritum, vel amaſium,
aut alterum de quo nõ eſt veroſimile, ꝙ furioſus hoc
feciſſet, ſi ſanæ mẽtis fuiſſet, & tunc non valet ſubſti-
tutio.& ita intelligatur opin. Bart. Nam hoc vltimo
caſu mater demonſtrat patẽter ſuum corruptum ani-
mum erga filium fauore ſecundi mariti, vt l. lex quæ
tutores.C.de admini.tuto.ſed in primo caſu oſtendit
conſtantiam & amorem non eſſe mutatum propter
tranſitum ad ſecunda vota. Vnde non debet filio no-
cere, cuius intereſt habere hæredem. Nam ſicut teſta-
mentum furioſi ſapienter teſtantis, valet ſecundum
aliquos: de quo dixi plenè ſuprà eo.in verb. Adiectæ
verò impuberi. ſic etiam valebit ſubſti.ab ipſa matre
ſapienter & diſertè in fauorem filij furioſi facta. &
17 ita tenerẽ, ſi daretur mihi iudicium. † Tertiò requi-
ritur in pupillari, ꝙ liberi quibus fit, ſint impuberes.
& certè iſtud non requiritur in hac ſubſtit. exempla
ri, vt d.l.ex facto. & d. l.humanitatis.quæ loquitur in
his filiis, qui poſſẽt ſuſcipere liberos: & ſic loquitur in
puberibus & adultis, quibus exemplariter ſubſtitui
poterit. Non tamen propter hoc negatur, quin ex-
emplariter etiam poſsit pupillis mente captis ſubſti-
tui, ſi fuerint emancipati. Quia cùm propter defe-
ctum patriæ poteſtatis non poſſet ſubſtitutio valere
iure pupillaris, valebit vt exẽplaris. Si autem pupillus
mente captus eſſet in patris poteſtate, tunc ſubſtitu-
tio valebit iure pupillaris, ſi demens moriatur infra
pubertatem, arg.l.qui habet.ff.de tute. Si verò moria-
tur in furore poſt pubertatem, valebit vt exemplaris,
ſecundum Guli.de Cug.in d.l.humanitatis. quod eſt
verum, ſi facta fuerit ſine temporis limitatione vt in-
frà dicetur. Nam licet ſubſtitutio quæ ſemel aſſum-
pſit vnum effectum, non trãſeat in alium, vt l. verbis
ciuilibus.& l. in pupillari.ff.de vulg.& pup.ſubſtitu-
tione. quæ ſemel valuit directè non tranſeat in obli-
quam, attamen vna directa bene tranſit in aliam dire
ctam, vt in caſu noſtro, vbi vtroque tempore ſubſti-
tutio eſt directa.l.iij.§.qui fideicommiſſa.ff. de hære.
inſti.& l.centurio.ff.de vulg.& pup.& ita dicit Barto.
in d.l.ex facto. cuius opin.tenet & defendit ibi Alex.
18 Quartò † requiritur in pupillari ſubſtitutione, ꝙ
per mortem teſtatoris pupillus efficiatur ſui iuris: &
iſtud non curatur in hac ſubſtitutione exemplari, de
cuius ſubſtãtia non eſt patria poteſtas. & ſic ſiue de-
mens cui ſubſtituitur ſit emancipatus, ſiue per mor-
tem ſubſtituentis efficiatur ſui iuris, vel aliàs, valet
19 hæc ſubſtitutio. † Quintò requiritur in pupillari
ſubſtitutione, quòd pupillus cui ſit ſubſtitutio nõ ſit
per mortem ſubſtituentis recaſurus in poteſtatem al-
terius: & ita etiam ſeruatur in hac exẽplari, quia ſo
lùm hoc caſu introductum eſt, vt quis poſsit alteri te-
ſtari, cùm impeditur propter dementiam vel ſimilem
caſum. Si verò propter alium defectũ, vtputà patriæ
poteſtatis, vel ſimilem, non poſſet mẽte capto ſubſti-
tui: quia ipſe non poſſet furore ceſſante per ſe teſtari.
ergo non poterit per alium.l.neque per ſe. C. de hær.
inſtit.ſecundum Bar.in d.l. ex facto. idem tenet Bal.
in d.l. humanitatis. ideo dicebat per hanc rationem
Gul.de Cugn. ꝙ ſi furioſus ante furorem fuiſſet con-
demnatus de crimine ex quo efficeretur inteſtabilis,
tũc non poſſet ei ſubſtitui exẽplariè: puta quia hære-
ticus.l.Manichæos.C.de hæreticis. aut deportatus. l.
20 ſi quis filio.§.irritum.ff. de iniuſt. rup.teſta. † Sextò
requiritur in pupillari, ꝙ pater prius ſibi faciat teſta-
mentum, & aliquem hæredẽ inſtituat. Et pariter hoc
ſeruatur in iſta exemplari. Nam cùm teſtamentum
patris ſit principale, hæc ſubſtitutio quæ eſt teſtamen
tum filij dicitur acceſſoria: ideo oportet, ꝙ confirme-
tur à ſuo principali.vt l.ex pupillari.ff.de vulg.& pu-
pil. Prætereà tex.in d.l. humanitatis. vbi hæc ſubſtit.
fundatur, requirit ꝙ parens ſubſtituẽdo exẽplariter
filio mẽte capto ſaltem relinquat ei legitimam: ergo
ſibi debet teſtari, niſi eſſet miles, vt l.miles ita. ff. de
teſta.mili. vbi dicitur, ꝙ in pupillari per militẽ fiẽda
non requiritur ꝙ miles ſibi teſtamentũ faciat, ſecun-
dum Bar.in d.l.ex facto. Sed Ang.tenet contrà in hoc
vltimo caſu, dicens ꝙ poſtquam de ſubſtãtia exẽpla-
ris ſubſtit. eſt, ꝙ mẽte capto, cui ſit relinquatur legiti-
ma, neceſſe eſt, quòd pater ſubſtituendo teſtetur ſibi,
aliàs ſine teſtamẽto non relinqueret ſibi legitimam.
Nec obſtat l.miles ita. quia loquitur in ſubſtitutione
pupillari, in qua non cogitur pater filio pupillo ali-
quid relinquere. imò poteſt ſubſtituere pupillo exhę
redato. Alex. in d.l.ex facto. videtur ſequi opinionem
Bartol. quia eoipſo, quòd miles facit ſubſtitutionem
exemplarem, licet ſibi non teſtetur, tamen cùm filius
ſit proximior ab inteſtato, ſatis videtur ei relinque-
re. l.ſi quis cùm teſtamentum. & l.conficiuntur. ff. de
iure codicil. Præſertim quia ſecundum tempora di-
ctæ l.humanitatis. poterat filio relinqui quoquo reli-
cti titulo: & ſic non erat neceſſe, quòd pater ſibi face
ret hæredem. Dicit tamẽ Imo. quòd miles ſubſtitue-
re non poſſet filio mente capto exhæredato exempla
riè, licet pupillariter hoc facere poſſet, vt dicam nũc,
quia text.in dicta l.humanitatis. requirit omnino re-
linqui legitimam illi cui exemplariè ſubſtituit. Ho-
die verò ſufficeret mente capto relinquere etiam mi-
nùs legitima, cùm ipſo iure capiat ſuppletionem vt
l.omnimodo.C.de inoffi.teſtam. & ſic valeret exem-
plaris ſubſtitutio ſecundum Bart. & Alexan. in dicta
l.ex facto.& Iaſo. in dicta l.humanitatis. & hæc opi-
nio Bart. eſt communior & æquior ſecundum Imol.
hîc idem tenent Ang. Salic.& Paul.in dicta l.humani
tatis. licet glo.ibi.& Ioan.Fab.in §.qua ratione. inſti-
tut. de pupil. ſubſtitu. tenuerint quòd de forma hu-
ius ſubſtitutionis eſt quòd integra legitima relinqua-
tur furioſo: ſed non eſt verum ſecundum Ange.in di-
21 cto §. qua ratione. † Septimò requiritur in pupilla-
ri ſubſtitutione, quòd filius ſit inſtitutus vel exhære-
datus. Et certò hæc exemplaris quo ad inſtitutionem
filij concordat cum pupillari: in eo verò ꝙ in pupil-
lari ſufficit pupillum exhæredari, differt hæc ſubſtit.
à pupillari. Quia iſta fieri non poteſt filio mente ca-
pto exhæredato: cùm de neceſsitate debeatur ei legi-
tima, vt d.l.humanitatis. Et ratio differẽtiæ eſt ſecũ-
dum Gul.de Cug. propter rigorem patriæ poteſtatis,
quæ durat. Imò multo plus in filio exhæredato ſicut
in non exhæredato. Qui quidem rigor eſt fundamen-
tum pupillaris ſubſtitu. ſed iſta exemplaris fundatur
in humanitate, quæ ceſſat quando pater filium exhæ-
redat. Alia ratio aſsignatur per Ray. quia pupillaris
fit impuberi, qui poteſt eſſe doli capax: & ſic cõmit-
tere cauſas ingratitudinis, ratione quarum exhęrede-
tur, vt dictum fuit ſuprà in materia pupillaris: ſed fu-
rioſus committere non poteſt cauſas ingratitudinis.
Hæc ratio nihil valet, quia furioſus exhæredari poſ-
ſet propter cauſas ingratitudinis ante furorẽ cõmiſ-
ſas, vt l.tã dementis. C.de epiſc.audien.& l.fina.C.de
curator. furio. vbi furioſus erat exhæredatus. quod
intelligitur propter cauſas ante furorem commiſſas
22 contra patrem, ſecundum omnes. † Ex quo habetis,

quòd propter delictũ ante furorem cõmiſſum poteſt
furioſus puniri in bonis. Sed dubia quæſtio eſt, an
etiã poſsit puniri in corpore, maximè pœna capitali
mortis, aut aliàs ſuæ perſonæ afflictiua. Sup quo tres
reperio prin. opi. Prima fuit opi. Bal.in l. furioſum.
C.qui teſta.face.non poſ.vbi dicit, ꝙ licet puniri poſ
ſit in bonis, nõ tñ in perſona. Quia nõ debet afflicto
addi afflictio, vt in propriis terminis dicit tex.in l.di-
uus.ff.de offi.præſi.idẽ tenet Bal.in l. humanitatis. ſ̃.
allegata. vbi idem dicit in muto & ſurdo, plenius ta-
mẽ in l.vnic.C.de cõfeſ. Idẽ tenet in c.j. de eo qui in
terficit fratrẽ domini.dicens idẽ in frenetico, quẽ ibi
23 ſequitur Iaco.de Alua. †Furioſus enim habetur pro
mortuo, ſecundũ Bal. in l. humanitatis. Or mortuus
dãnari nõ poteſt, ſecundũ Cy.in l.ij. C. qui teſta.fac.
poſ.Præterea habetur loco abſentis.l.ij.§.furioſus.ff.
de iure codic.& cõtra abſentẽ ferri non poteſt ſentẽ-
tia capitalis.l.abſentem.ff.de pœnis.& inſuper æqui-
paratur lapidi, ſecũdum Bart.in l.j.§.per cũ.ff.de acq.
poſ.& Bal.in l.ſancimus.C.ad Treb.dicit, ꝙ furioſus
eſt ſicut dormiens, & dormiens delinquendo non pu
nitur.l.reſpiciendum.ff.de pœnis.hanc opi.in effectu
ſequitur Alex.in d.l.furioſum.& idẽ Bald.in l.obſer-
uare.ff.de offic.proconſu.& Pet.de Ancha.in cle.j.de
homic.vbi bonus tex.de furioſo, infante, & dormien
te. Secunda opi.fuit tota contraria primæ, videlicet
ꝙ furioſus propter delictum ante furorem commiſ-
ſum puniri debet & poteſt, non obſtãte furore ſuper-
ueniente, quam tenet Ludo.in dicta l.furioſum. vbi
dicit, quòd licet opinio Bald. propter eius authorita-
tem ſeruaretur fortè in practica, tamẽ de iure verior
eſt opinio, quòd furioſus puniatur: quia qualitas ſu-
perueniens poſt delictum commiſſum nõ mutat pœ-
nam.l.j.ff.de pœnis.idem tenuit præfatus Ludo. in l.
penulti. ff. ſi ex noxali cauſa agatur. motus doctrina
Bar.& aliorum Docto.ibi, & in dicta l.j.ff.de pœnis.
vbi concludunt, quòd in publicis delictis, in quibus
eſt de iure determinata pœna, attenditur tẽpus com-
miſsi delicti, non obſtãte variatione ſtatus perſonæ.
Ex quo videtur quòd attendi debeat tempus delicti
commiſsi, quo erat ſanæ mentis. Nec obſtat, quòd fu
rioſus habeatur pro mortuo: quia illud eſt verũ quo
ad ea, quæ ſanam mentem concernunt, ſed non exi-
4 mitur à patiendo pœnam, † quia etiam corpus mor-
tuum puniri poteſt, de quo per Bal.in dicta l.ij.C.qui
teſta.fac.non poſſunt.facit gloſ.in c. mulier. xv. quæ-
ſtio.j.vbi ſi mulier fecit ſe cognoſci ab animali, ani-
mal debet ſuſpẽdi, licet intellectu careat, & tenet Ni
col.de Lyra, Exod.xxij.ideo no. dicit Bal. in d. l. ij.
25 †quòd ſi dãnatus ad mortem ſeipſum occiderit, eſt
in arbitrio iudicis ipſum ſuſpendere. alleg.clem.j. de
pœnit.& remiſ.Prætereà.l.diuus.ff. de offi.præſi.nõ
loquitur de furioſo, qui fuit ante furorem damnatus,
ſed qui in furore deliquit. Hanc eandem opinionem
contra Bal. tenuit Fran.de Albergotis. de Aret.diſci
pulus Bart.motus, quia furor ſuperueniens non tollit
præcedentem obligationem. l.patre furioſo.ff. de his
qui ſunt ſui vel alie.iuris. Sed iſte committendo de-
lictum incidit in pœnam, & ſic in obligationem, er-
go non debet tolli propter furorem ſuperuenientem.
Tertia fuit opinio Ioan.de Imo.hîc.qui licet in di-
cta l.ex facto. plura diſputãdo allegauerit pro & con
tra, & nihil concluſerit, tamen hîc videtur in effectu
diſtinguere, aut deliquit ante furorem, & pro delicto
fuit accuſatus, & per ſententiam damnatus, ſed tempo
re executionis reperitur effectus furioſus: & tunc fu-
ror eum à pœna non excuſat. Quia non reſtat niſi
pura facti executio. ſicut in illo qui ſe occidit. Aut fu
ror ei ſuperuenit poſt commiſſum delictum, ſed ante
accuſationem & ſentẽtiam, & tunc puniri non pote-
rit durante furore. donec ad ſanam mentem reuerta-
tur: quia cùm tunc furioſus habeatur loco abſentis,
ſicut contra abſentem procedi non poterit ad accu-
ſationem vel ſententiam capitalem, vt d.l. abſentem.
Vbi enim talis pœna venit imponenda, non admit-
titur procurator, conſequenter nec curator illius, qui
nullum habet intellectum.l.penult.§.ad crimen.ff.de
publ.iudi.nam vbi eſt neceſſaria cauſæ diſcuſsio, ſine
parte nihil agi poteſt.c.j.de cauſa poſſeſ. & propriet.
ſed in exhæredatione non requiritur diſcuſsio iudi-
cialis proceſſus, nec ſentẽtia, ideo illa fieri poteſt pro
pter ingratitudinem filij ante furorem commiſſam.
Et hanc vltimam opinionem ſequitur Alex. in dicta
l.ex facto.x.col.licet Imol.hîc videatur ſimiliter reſi-
dere, quòd furore ſuperueniẽte tempore exequutio-
nis poſt ſententiam capitalem, adhuc ſit conſulendus
ſuperior ſeu princeps.Ego verò in conſulendo quin-
imò ſemel in iudicando tanquam iudex appellatio-
num Caturci ſequutus fui primam opinionem, ſcili-
cet Bal. in perſona cuiuſdam pauperrimæ mulieris,
quæ quendam ſubmerſerat puerum patri & matri v-
nicum, quem proiecerat de ponte de Valãdræ ciui-
tatis Caturci in flumine Olti. Ob quod facinus fue-
rat per Viguerium, & conſules dictæ ciuitatis damna
ta ad ſuſpendium. Quæ quidem ſententia fuit per me
reformata, & dicta infelix mulier à pœna capitali li-
berata. Videatis Iaſonẽ pulchrè loquentem, & cum
Bald.finaliter concludentem in dicta l.ſi furioſum.&
26 dicta l.ex facto.x.col. †De delicto autem commiſſo
tempore quo habet dilucida interualla, & an delictũ
commiſſum præſumatur tempore furoris, aut diluci-
di interualli, dixi ſuprà eodem in verbo, *Adiecta ve-*
27 *rò impuberi.* † Octauò requiritur in pupillari ſubſti-
tutione aditio hæreditatis, & certè in hac exemplari
eſt dicendũ, ſecundum Bart.in dicta l.ex facto, ꝙ aut
eſt inſtitutus ſolus furioſus à patre, in cuius erat po-
teſtate, & tunc exiſtentia ſui hæredis confirmat tabu-
las exemplares, arg.l.ſi.§.ſi.C.de cura.furio. Si autem
non erat in poteſtate, putà quia certat de teſtamento
materno, vel habet cohæredẽ extraneum, ita ꝙ ſubſti
tutio non poteſt exiſtẽtia ſui hæredis confirmari, tũc
requiritur aditio cohæredis.l.apud Iulianũ. §. idem
Iulianus.ff.ad Trebel.vel debet furioſo dari curator,
qui petat bo.poſ.ſecũdum tab.quæ licet ſecũdum ali-
quos non ſit iuris, tamen confirmat tabulas exempla
res, ſicut cõfirmat fideicommiſſa vniuerſalia, per tex.
ſingularem in l.cùm hęres inſtitutus.ff.ad Treb.facit
l.nam quod.§.ſi quis compulſus.eo.ti.& l.qui plures.
§.fina.ff.de vulg.& pupil. Idem tenuit Imo.hîc, & in
d.l.ex facto.prętérquam in milite, in quo dicit valere
ſubſtitutionẽm exemplarem abſque hæreditatis adi-
tione, ſicut in pupillari, per l.miles ita.§.ſi.ff.de teſta.
mili.& idem cum Bart.tenent Bald.& Sali. in dicta l.
humanitatis.dicentes, quòd poſito etiam, quòd men-
te captus non eſſet ſuus, neq; adiretur hæreditas, non
propter hoc non extingueretur ſubſtitutio, cum exem
plaris ſicut pupillaris tacitam contineat vulgarem, vt
infrà videbitur. & idem in effectu dixerat Barto. vbi
28 ſuprà, cum quo tranſit ibi Alex. † Tertius principa-
lis articulus erit, an hæc ſubſtitutio exemplaris con-
ueniat cum pupillari in modo producendi ſeu proce
dendi. Et iſte articulus cõtinet duo principalia capi-
ta. Primũ concernit modum producendi hanc ſubſti-
tutionem reſpectu perſonarum. Secundum concernit
modum



modum producendi hanc ſubſtit.quod ad ſui ſubſtã-
tiam. Circa primum caput, ſcilicet perſonarũ, cõſide-
rãtur perſonæ quæ ſubſtituere poſſunt, & ſunt vtriuſ-
que ſexus aſcendẽtes naturales & legi. vel legitimi tã
tũ. Similiter conſiderantur perſonæ quibus ſubſtitui
poteſt, & ſunt deſcẽdẽtes mẽte capti, furioſi, muti, &
ſurdi, prodigi, & puberes, & per ſtatutũ inteſtabiles,
& de his duobꝰ membris ſatis dictũ fuit ſ̃.in ij. prin.
29 arti. †Præterea conſiderantur perſonæ quæ ſubſtitui
poſſunt exẽplariter, de quibus reſtat nunc videre, &
tex.in d.l.humanitatis.dicit, ꝙ liberi ipſius furioſi de-
bẽt ei ſubſtitui, ſi liberos habeat. ſin autẽ debẽt ſubſti-
tui fratres, ſi fratres habeat, nec poſſet pater ſubſti
tuẽs eos præterire ſine periculo teſtamẽti, & ſi mente
captus liberos aut fratres nõ habeat, poteſt ei ſubſti-
tui quicunq; extraneus, ſecũdum Nicol. de Matha.in
quadam ſua diſpu.idem tenet Gul.de Cug.& idem ꝙ
poſsit extraneus ſubſtitui furioſo per patrem arroga-
torẽ, qui non tenetur filios arrogati, neq; fratres ne-
ceſſariò ſubſtituere, attẽto ꝙ ius ſubſti.non extẽditur
ad bona furioſi aliunde quæſita, vt videbitis ĩ. in iiij.
prin.art.ita dicit Sali.poſt Rayn. in d.l. humanitatis.
xj.col. Et quod dictũ eſt, ꝙ pater debet ſubſtituere li-
beros, & in eorũ defectu fratres furioſi, eſt verũ ſi oẽs
liberos vel fratres ſubſtituere velit. Aliàs ſufficit, ꝙ
vnum ex his ſubſtituat, aliis liberis furioſi in re certa
inſtitutis, vel ex iuſta cauſa exhęredatis, quia ſine cau
ſa nõ poſſet eos exhęredare ſecundũ gl.in d.l.huma-
nitatis.licet Richar. Malumbre tenuerit contrarium,
ſcilicet ꝙ ſufficiebat vnum ex illis ſubſtituere nec re-
liqui poterãt cõqueri, arg.l.Papinianus.§.ſed nec im
puberis.ff.de inoffi.teſta.& in l.humanitatis.dum di-
cit, nulla querela. Præterea permittit patri vnum ex
filiis furioſi ſubſtituere, ſed Bar.ſuſtinet glo. l. huma-
30 nitatis in d.l.ex facto. †Nam licet pater vnum ex fi-
liis furioſi poſsit ſubſtituere, tamẽ ex hoc nõ permit-
titur, ꝙ alios debeat præterire, vel ſine cauſa exhære-
dare. Sed debet eos exhæredare ex cauſa. vel in re cer-
ta inſtituere.facere enim debet pater ſubſtituẽs, quod
faceret furioſus, ſi ſanæ mentis eſſet. De quo non eſt
veroſimile, ꝙ filios proprios præteriret, aut ſine cau-
ſa exhæredaret. Nec obſt.tex.dum dicit, nulla quere-
la, quia intelligitur, quãdo mente captus nullos habe-
bat filios, vel ſi filios habebat, intelligitur qñ cæteri
filij exhæredarẽtur ex iuſta cauſa. Similiter non ob-
ſtat §.ſed nec impuberis.quia nõ loquitur in hac exẽ-
plari ſubſti.quæ (vt dictũ eſt) inducitur ex quadã hu-
manitate, quæ ceſſaret qñ cæteri liberi præterirẽtur
ſine iuſta cauſa, vel exhæredarẽtur. Nã qui ſine cau-
ſa exhæredat, ex officio pietatis non procedit, nec ſa-
næ mẽtis reputatũ.l.j.& ij.ff.de inof.teſt. Ideo niſi cæ-
teri filij mente capti inſtituãtur, vel ex cauſa legitima
nominatim expreſſa exhæredentur vel prætereantur,
querelare poſſent ſubſti.exemplarẽ: maximè quia vi-
demus, ꝙ ſi facta exemplari ſubſtit. naſcantur mente
capto liberi, quia in ſubſti.fuerãt præteriti, ipſa ſubſt.
& ſic teſtamẽtum ſuum rumpitur, vt videbitis in quin
to & vlti.prin.arti.ergo ſaltẽ à pari rũpi debet, ſi iam
nati fuerint ſine cauſa præteriti vel exhæredati. Po-
ſtremò videmus, ꝙ qñ mente captus cui ſubſtituitur,
habet fratres mente captos, tũc ſubſtituens non tene-
tur aliquem ex illis ſubſtituere, vt d.l. humanitatis.
in verbo, ſapientes. Secus autẽ vbi haberet filios men-
te captos: quia tunc tenetur ſubſtituere illos quãtum
cunque mẽte captos. Et hanc partem cum Bart.tenẽt
Io.Fab.in d.§.qua ratione.& Bal.in dicta l. humani-
tatis, verſi.venio ad ſextum not. & ibi Ange. & Salic.
Or aduertatis quia ipſemet Barto. in dicta l.humani-
tatis.in fine.tenet contra glo. ibi. ꝙ pater ſubſtituen-
do filio furioſo poteſt vnũ ex illius filiis furioſi ſub-
ſtituere, & cæteros præterire, vel exhæredare, etiam
iniuſtè, neque poterunt conqueri. & dicit ità tenere
communiter Doctor.per text. in dicto §.ſed nec im-
puberis.idem tenet Imo.in dicta l.ex facto per ratio-
nes Richardi. Et etiam mouetur, quòd ſi pater ſubſti-
tuendo filio mẽte capto poteſt matrem mente capti
præterire prout poteſt, ſecundum Barto.in dicta l.ex
facto.& videbimus infrà, quam ipſe furioſus ſi ſanæ
mentis eſſet teſtãdo excludere non poſſet, ſecundum
Barto.in authent.nouiſsima.C.de inoffici. teſtamen.
vbi communiter tenetur filium non poſſe ſine cauſa
matrem præterire, nec à legitima excludere: ergo ea-
dem ratione poterit auus nepotes ex filio mente ca-
pto præterire vno ſolo ſubſtituto. Nec obſtat, quòd
hoc caſu hæc ſubſtitutio potius continebit iniquita-
tem, quàm humanitatem, quia cæteri filij ſine cauſa
remanebũt priuati paterna hæreditate. Nam reſpon-
det, quòd ille filius ſolus ſubſtitutus tenebitur alere
alios fratres ſuos: quia onus alendi tranſit ad hære-
des.l.ſi quis à liberis.§. idem reſcriptum. ff. de liber.
agnoſcen.& idem tenent Rayner. Franciſ. Tygrini.
Rapha.& Paul.in dicta l. humanitatis. Concluden-
tes contra gloſ. ibi & contra Bartol. in dicta l.ex fa-
cto. Vltra prædicta motiua multum facit contra glo.
& Bartol.textus in dicta l. humanitatis. in verbo, ſa-
pientes. vbi probatur, quòd ſi filius mente captus fi-
lios haberet mente captos, pater mente capti nullum
de dictis mente captis teneretur ſubſtituere. Imò lex
tolerat, quòd tales mente capti non ſubſtituantur
etiam in legitima, licet eis non minus debeatur legiti-
ma, quàm ſanis. Cùm iure non caueatur, quòd fu-
ror & dementia ſint iuſta cauſa eos præteriendi, vel
exhæredandi: quia non numerantur in §. cauſas. in
authent. vt cùm de appellat.cogn.nec per glo. in cap.
Quintauallis.de iureiurando. ergo ſicut mente capti
poſſunt præteriri, ita etiam poterunt & ſani, vno ex
eis ſolo ſubſtituto. Ex quibus hincinde adductis ap-
paret articulum iſtum eſſe valde dubium, & vtranque
partem de iure fore ſuſtentabilem. Ob quod Alexan.
infrà in dicta l.ex facto.auſus non fuit aliquã partem
ſuſtinere: ſed in dicta l.humanitatis.v. col.tenet opi.
glo.ibi, & opinionem Bart.in dicta l.ex facto.tanquã
humaniorẽ. concludens, quòd ſi deſcendentes ipſius
mente capti ſint ſani, neceſſe eſt ad minus vnum ex
eis exẽplariter ſubſtituere, & ſi vnus ſolus per auum
exemplariter ſubſtituatur patri, neceſſe eſt cæteros in
legitima, aut minus legitima, ſcilicet in re certa in-
ſtituere, & poſtea poterunt ad ſupplementũ agere,
vel eos iuſtè exhæredare, aliàs præteriti, aut indebitè
exhęredati teſtamentum rumperent. Si verò tales de-
ſcendentes ſint mente capti, non erit neceſſe eos vel
aliquem eorum patri exemplariter ſubſtituere, ſed
ſubſtitui debent fratres mẽte capti, aut vnus eorum,
ſi fratres habet: vel ſi non habet fratres, ſubſtitui po-
terit extraneus. ſed talibus deſcendentibus mente ca-
ptis neceſſe eſt iure inſtitutionis legitimam, aut mi-
nus legitima relinquere, poſtquam eis debetur, vel
eos iuſtè exhæredare. Quia præteriti indebitè vel
exhæredati teſtamentum rumperent, & hæc æquior
eſt ſententia, ne afflictis detur afflictio perditionis
legitimæ, & ita etiam reperio tenere Iaſo. in dicta l.
humanitatis.iij.col.in princip. & in dicta l. ex facto.
xv. col. vbi dicit hanc opinionem eſſe humaniorem,
licet contraria ſit in puncto iuris verior. Idem tenet
Ange.

Angel. Aret. in d. §. qua ratione. penult. col. inſtitu. de
pupil. ſubſtit. Nec ſufficeret ꝙ iſti ſimpliciter aleren-
tur vel à fratre, vt in primo caſu, vel ab extraneo ſub-
ſtituto, vt in ſecũdo: quia cũ legitima in bonis patris
eis debeatur, non tenentur eam recipere, niſi in cor-
poribꝰ hæreditariis, & in pleno dominio ſecũdũ Bar.
in l. ſuus quoque. §. j. ff. de hæred. inſtitu. & Bald. in l.
31 ſcimus. C. de inoffi. teſta. † Vnum tamen menti tene
bitis, ꝙ licet pater poſsit vnum ex liberis furioſi filij
eidem filio ſubſtituere, cæteris aliis præteritis ſecun-
dum vnã opin. aut in aliquo certo inſtitutis, vel iuſtè
exhæredatis ſecundum alium: tamen hoc verum ha-
bet, qñ vnũ de liberis naturaliter genitis filio furioſo
ſubſtitueret. ſecùs autem ſi ei ſubſtitueret vnum mo-
naſterium, & non filios naturaliter genitos: quia non
valeret ſubſtitutio. licet enim monaſterium loco filij
habeatur, in authent. de ſanctiſ. epiſ. §. ſed & hoc pręſenti. & in c. in præſentia. de ꝓba. tamẽ hoc eſt verũ,
quando quis ingreditur monaſterium, & non aliter.
Or in caſu noſtro filio furioſo non ingreſſo monaſte
rium non poteſt monaſterium haberi loco filij, ſecũ-
dum Sali. ita intelligentem prædicta iura in l. ea lege.
xv. col. C. de cõd. ob cau. & ita in caſu noſtro decidit
Iaſon in d. l. ex facto. xvj. col. dicẽs hoc nunquam per
ſcribẽtes fuiſſe tactum. Et quod ſuprà dixi, ꝙ ſi filius
mente captus non habeat deſcendẽtes, ſed ſolùm fra-
tres, pater mente capti tenetur ſaltem vnũ ex eis filio
ſubſtituere, ſcilicet de vtrinq; coniunctis, ſecundum
Gul. de Cug. ꝓ quo facit tex. in d. l. humanitatis. qui
loquitur de illis, qui admittuntur ad querelam, & fra-
tres ex vno tantùm latere coniuncti non admitteren
tur ad querelam. l. fratres. C. de inoffi. teſta. Ray. verò
aliter dicit eſſe cõſiderandum, ꝙ aut exemplaris ſub-
ſtitutio fit à patre, & debent ſubſtitui fratres conſan-
guinei vel vtrinq; coniuncti, aut fit à matre, & debẽt
ſubſtitui vterini vel vtrinq; coniuncti, vel alter ipſo-
rum. in d. l. humanitatis. ibi, teſtatoris vel teſtatricis,
ſecundum Alex. in d. l. ex facto. Nec poterunt cæteri
fratres mente capti præteriti conqueri quo ad bona
mẽte capti per dictum §. ſed nec impuberis. tũ etiam
quia fratribus non competit querela, nec eius dicen-
di nullum contra teſtamẽtum fratris, in quo reperiũ-
tur præteriti, quando turpis perſona non fuit inſtitu-
ta: & in caſu noſtro, niſi inſtantibus fratribus extra-
neus fuiſſet ſubſtitutus: quia tunc omiſſa eſſet forma
ſubſtit. & vitiaretur. Idem cum Rayn. tenet Bar. in di
cta l. ex facto. licet Imol. ibi, contra. ſed poſtea ſe cor
rexit hîc in præſenti cap. idem cum Bar. tenet Sali. in
dicta l. humanitatis. dubitans de vno, an ſi pater ſub-
ſtituit filio mente capto, non illũ fratrem quẽ ſubſti-
tuere debet, ſed alium: an rumpat teſtamentum in to-
tum, & reliquit cogitandum. Sed Alex. in dicta l. ex
facto. reſpondet, ꝙ ſic ſecũdum not. per Gul. & Bar.
in dicta l. fratres. C. de inof. teſt. Sed vbi vnus de illis
fratribus, qui debẽt ſubſtitui, fuerit ſubſtitutus, cæte-
ri præteriti teſtamẽtum querelare non poſſunt, vt di-
32 xi. † Ex præmiſsis infert ibi Alexan. ꝙ appellatione
fratris venit ex altero latere tantùm cõiunctus, quod
33 an ſit verum, dicatis vt ibi per eum. † Ad vnum ta-
men debetis aduertere, quia licet pater ſubſtituendo
filio furioſo vnum ex ſuis deſcẽdentibus liberis, non
poſsit alios præterire, aut indebitè exhæredare ſine
periculo teſtamenti, vt vidiſtis ſuprà: poterit tamen
non ſtantibus liberis nec fratribus mente capti peni-
tus extraneum exemplariter ſubſtituendo matrem fu-
rioſi præterire, quæ teſtamentum non poterit impu-
gnare, ſecundum glo. in §. qua ratione. inſti. de pupil.
ſubſtitu. quæ vult, ꝙ pater neceſſe habet ſolùm duas
perſonas filio mente capto ſubſtituere, ſi extent, ſci-
licet eius liberos vel fratres, aliàs poteſt quẽlibet alium
ſubſtituere, & ita etiã tenuit Nicol. de Math. & Gul.
de Cug. quos ſequitur Bar. in d. l. ex facto. & Io. Fab.
in dicto §. qua ratione. & Pau. in dicta l. humanitatis.
& Imo. hîc, ſed Bal. contra in dicta l. humanitatis. ver
ſi. ſeptima differentia, argu. l. j. §. veteres. ff. de acquir.
poſ. quæ nihil facit. Tamen pro eo facit, quia ſi frater
de neceſsitate ſubſtitui debet mente capto, vt dicta l.
humanitatis. multò magis mater cui in bonis filij de
betur legitima, & ſibi competit querela inofficioſi te
ſtamenti. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſta. ſed
fratri non competit legitima nec querela: igitur &c.

Pręterea non eſt veroſimile Imperatorem in dicta
l. humanitatis. voluiſſe matrẽ furioſi excludere à lu-
ctuoſa filij ſui hæreditate, argu. l. fin. C. de inſti. & ſub
ſtitu. & hanc opin. finaliter videtur ſequi Iaſon in di-
cta l. humanitatis. iij. colũ. & in d. l. ex facto. xiiij. col.
per rationem prædictam. & eam tenet Ange. Aretin.
in dicto §. qua ratione. iij. col. in princi. verſi. decima.
quia pupillaris. vbi decidit, quòd licet pupillaris ex-
preſſa matrem excludat, tamen exemplaris expreſſa
eam non excludit: quia quo ad ſubſtitutionem exem-
plarem faciendã mater eſt ęqualis patri, vt dicta l. hu
manitatis. ergo ab eo non debet poſſe excludi, cùm
par in parem non habeat imperium. l. nam & magi-
ſtratus. ff. de arbitr. & ſic non poteſt præteriri. Imò ſi
prætereatur ſubſtitutũ excludet, & filio furioſo ſuc-
cedet. Tamẽ communis opi. eſt cum gl. & Bar. quem
tenent Ange. Paul. & Alex. ibi. Io. Fab. in dicto. §. qua
ratione. imò ipſemet Bal. in repe. c. ſi pater. eo. tit. lib.
vj, & Alexand. in dicta l. ex facto. xij. col. Nam in hac
ſubſtit. Imperator non conſiderauit ordinem, neque
modum ſuccedendi ab inteſta. ideo tex. in dicta l. hu-
manitatis. dicit quos voluit. Prætereà in pupillari nõ
attenditur matris præteritio, vt dicto §. ſed neq; im-
puberis. ergo nec in iſta illi æquiparata, & ſic habetis
qui poſſunt ſubſtitui exemplariter per patrẽ furioſi.
Scipſos autem nõ poſſent pater & mater ſubſtituere,
ſecundum Bart. & Doct. in dicta l. ex facto. facit cap.
34 fin. de inſti. † Secundũ caput huius tertij principalis
articuli eſt de modo procedendi ad hanc ſubſtitutio-
nem exemplarem, quo ad ſui ſubſtantiam. Pro quo
dicẽdũ eſt ꝙ nos habemus exemplarem ſubſtitutio-
nem expreſſam, quæ fit verbis expreſsis. Et de illa
an fieri poſsit non eſt dubium, vt dicta l. humanita-
tis. & dicto §. qua ratione. Sed de tacita an ſit & fie-
ri poſsit, multi dubitarunt. Quidam enim dixerunt
in vulgari expreſſa furioſo facta contineri exempla-
rem ad exemplum pupillaris, quę continetur ſub vul-
gari pupillo facta, vt latè diximus ſuprà in materia
vulgaris & pupillaris. Alij verò vt Gulielm. & Ray-
ner. dixerunt in vulgari filio furioſo facta exempla-
rem non contineri, & ſic tacitam exemplarem inue-
niri non poſſe. allegant, quia caſum aduerſámque
fortunam conſiderare non oportet. l. inter ſtipulan-
tem. §. ſacram. ff. de verbo. obligat. Præterea duo ſpe-
cialia non debent concurrere circa idem. l. cùm poſt
§. gener. ff. de iure dotium. & l. ij. C. de dotis promiſſ.
Sed ſpeciale eſt, quòd vulgaris contineat tacitam pu-
pillarem: ergo non debemus dicere, quòd aliud con-
tineat ſpeciale, ſcilicet tacitam exẽplariam. Sed Bart.
poſt Oldra. in dicta l. ex facto. dicit conſiderandum
eſſe, ſi tempore, quo fit vulgaris ſubſtitutio filio, ille
non erat furioſus, & tunc non continebit exempla-
rem tacitam: quia caſum aduerſámque fortunam ex-
pectare



pectare non licet, & ita intelligitur opinion. Guliel.
& Rayn. Sed ſi tempore illo filius cui fiebat vulgaris
erat furioſus, tunc in illa vulgari cõtinetur tacita ex-
emplaris, arg. l. qm. & l. ſi prædia. ff. de reb. eorũ. Nam
hîc agitur de caſu iam eminenti, & nõ de caſu futuro.
Præterea licet duo ſpecialia originẽ habentia ex eo-
dem fonte, & principio nõ poſsint ſimul cõcurrere,
tamẽ qñ ex duobus principiis originãtur, tunc ſimul
procedunt & concurrere poſſunt. vt l. ſingularia. ff. ſi
cer. pet. maximè quia hoc caſu duo ſpecialia nũquam
ſimul concurrunt: quia quandiu locũ habet pupilla-
ris, ſcilicet durante pupillari ætate ceſſat exemplaris
per l. qui habet. ff. de tutel. vnde reſtat, ꝙ vulgaris fu-
rioſo facta tacitam continet exẽplarem, ſicut tacitam
pupillarem. Idem tenent alij Docto. & Alex. in d. l. ex
facto. & Bal. in d. l. humanitatis. verſic. quinto princi-
paliter quæritur. & Imo. hîc De hoc etiam plenè ha-
buiſtis ſuprà in tract. vulgaris, & in tertio effectu il-
35 lius circa finem iiij. prin. art. † Similiter ſub expreſſa
pupil. continetur tacita exemplaris, ſecundum Gul.
& Rayn. quia in habentibus ſymbolum facilior eſt
tranſitus. l. in rem. §. itẽ quæcunq;. ff. de rei vend. Vel
dicendum & melius ſecundum Bar. in d. l. ex facto, ꝙ
aut pupillaris ſubſti. eſt facta furioſo, aut muto & ſur
do, vel prodigo, cum limitatione temporis: & tunc ſi
valere poteſt iure pupil. veluti ſi habet omnia eſſen-
tialia pupillaris ſubſtit. valet: & poſt tempora puber-
tatis expirat omnis effectus talis ſubſtitu. arg. l. ſi ità
quis. ff. de vulga. & pupi. Aut talis ſubſti. eſt facta ſine
temporis præſinitione & limitatione: tunc ſi eſſet fa-
cta filio impuberi in patria poteſtate cõſtituto, valet
infra tempora pubertatis iure pupillaris: poſteà verò
valet iure exemplaris ſubſtit. arg. l. cẽturio. ff. de vul-
ga. & pupil. ſed ſi infra tempora ætatis pupillaris va-
lere nõ poſſet, vt pupillaris, valebit eo modo, quo po
terit, & ſic iure exemplaris, argu. l. Gallus. ff. de libe.
& poſthum. & viceuerſa in expreſſa exemplari conti
netur tacita pupillaris, ſi pupillo facta fuerit, ſecun-
dum Bart. in d. l. ex facto. & ibi Imo. & Alex. & Bal. in
36 dicta l. humanitatis. & Imo. hîc. † Et ſicut in expreſ-
ſa pupillari, aut vulgari furioſo facta continetur taci-
ta exemplaris, & in expreſſa exemplari filio pupillo
furioſo facta continetur tacita pupillaris, ſic etiam re-
perio tacitam exemplarem probatam, vt l. in teſta-
mento. C. de teſta. mili. velut teſtator inſtituit filium
puberem furioſum, & alium puberem ſanæ mentis,
eóſque inuicem ſubſtituit. Or in dubio iudicandum
eſt, teſtatorem voluiſſe facere ſubſtitutionẽ ambobus
æqualiter, aut vulgarem, quæ pariter vtriq; conueni-
ret. l. iam hoc iure. de vulga. & pupil. & l. quanuis. C.
de impub. & aliis ſubſtit. Vnde ſi poſtea iſto filio pu-
bere furioſo mortuo alter probare poterit per conie-
cturas patrem voluiſſe eum admitti ex exemplari,
certè tunc admittetur ex ea, quę dicitur probata, vt d.
l. in teſtamẽto. in fin. Quia ſupradictæ, quæ continẽ-
tur in vulgari, aut pupillari dicuntur tacitæ ſeu præ-
ſumptæ, quia procedunt ex ſola iuris præſumptione,
abſque eo ꝙ aliter probentur, ſecundum Alexand. in
dicta l. ex facto. iſta autem dicitur tacita probata. Et
pariter ſicut eſt reperire vulgarem, aut pupillarem
partim tacitam, & partim expreſſam quo ad verba,
ſicut ſunt ſubſtitutiones in breuiloqua, aut compen-
dioſa contẽtæ, vt plenè vidiſtis ſuprà in materia vul-
37 garis in quarto principali articulo. † Sic etiam re-
periri poteſt exemplaris partim tacita, & partim ex-
preſſa, veluti ſi teſtator duobus filiis mente captis hę-
redibus inſtitutis breuiloquæ ſubſtituat, puta ſic di-
cendo: filios meos Titium, & Caium hæredes inſti-
tuo, & eos inuicẽ ſubſtituo, quo caſu in hac breuilo-
qua comprehenduntur duæ exemplares, vna in per-
ſona cuiuſlibet, argumẽto dictæ l. iam hoc iure. & ta-
les exemplares dicuntur expreſſæ verbis generali-
bus, & tacitæ verbis ſpecialibus: quia in eis non repe-
riuntur verba ſpecialia, quibus exemplaris fieri ſo-
let, quæ ſunt iſta, ſi filius meus in furore deceſſerit, ta-
lis ſit hæres, vel talem ſubſtituo. Et de iſta partim ta-
cita, partim expreſſa in breuiloqua contenta videbi-
mus latius infrà in materia ſubſtitutionis breuilo-
quæ. Similiter eſt reperire exemplarem ſubſtitutio-
nem partim expreſſam, & partim tacitam quo ad ca-
ſus: nam ſicut vulgaris in vno caſu concepta, putà ſi
hæres eſſe noluerit, porrigitur ad alium, ſcilicet ſi hę-
res eſſe non potuerit, & ecõtra, vt l. Gallus. §. & quid
ſi tãtùm. ff. de liberis & poſthu. & ſcripſi plenè ſuprà
in materia vulgaris in quarto principali articulo. ſic
etiam erit in exemplari, vt exemplaris facta in caſu
vnius furoris expreſsè porrigatur ad caſum tacitum,
ſcilicet alterius furoris, vt ibi dixi. & tenet Baldus in
dicta l. humanitatis. verſic. quarto quæritur, vtrum
exemplaris. & Bart. in l. prima. ff. de vulga. & pupilla.
& ſentit in d. l. ex facto. & Imo. hîc. Ideo hæc ſubſti-
tutio exemplaris facta furioſo, ſi in furore deceſſerit,
continet tacitam exemplarem, ſi à furore liberatus
fuerit, ſed prodigus deceſsit, vel mutus & ſurdus.
Nam eo caſu vocabitur ſubſtitutus ex tacita exem-
plari quo ad caſus, ſecundum Barto. in dicta l. ex fa-
cto. ix. col. per text. in dicto §. & quid ſi tantùm: & l.
finali. C. de inſtitut. & ſubſtitu. & cum eodem tranſit
Alexand. & Iaſon in eadem l. ex facto. & hoc placet
Salice. in dicta l. humanitatis. penult. col. verſic. ſextò
quæro ſi tunc erat furioſus & mutus, ſcilicet tẽpore
ſubſtitutionis. Aliâs ſi tantùm furioſus, ita quòd non
mutus, ſecus videretur, quia de hoc caſu non videtur
teſtator cogitaſſe, nec in cauſa hi duo caſus videntur
connexitatem habere, & ſic non obſtante l. fina. C. de
inſtitutio. & ſubſtitu. Subiungens Salic. quòd prima
opinio videtur ſibi æqua, vbi venientes ab inteſtato
fuerunt ſubſtituti, cùm tũc eis non fiat præiudicium,
ſi veniant iure teſtati. Secunda eſt æquior, quando a-
liqui de inſtituendis (quales ſunt liberi aut fratres fu-
rioſi) non ſunt in rerum natura, & ſubſtituti ſunt alij,
qui ab inteſtato non ſunt ſucceſſuri. Vnde ne exclu
dantur ęquius eſt, vt ſubſti. ad iſtum paſſum non por-
rigatur, & dicit hanc ſuam diſtinctionem confirma
ri per l. poſthumus. in j. verſi. idẽ erit. ff. de iniuſt. rup-
38 teſta. & l. hac conſultiſsima. §. fin. C. eod. † Quartus.
principalis nunc ſe offert artic. ſcilicet qualiter hæc
ſubſti. exemplaris conueniat cũ pup. vel non diſcon-
ueniat in effectu producti, id eſt, an habeat eoſdem
effectus, quos habet pupillaris. Nam in primis ſubſti-
tutio pupillaris continet tacitam vulgarem, & plenè
viſum fuit ſuprà in materia pupillaris in ſexto prin-
cipali arti. Similiter pupillaris continet tacitam exem
plarem, prout vidiſtis ſuprà in proximo articulo. An
etiam exemplaris facta puberi contineat tacitam vul
garem, vel facta impuberi contineat tacitam pupilla-
rem, & dicit Bart. quòd ſic, in dicta l. ex facto. x. col.
in fin. allegat l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ſub-
ſtitu. & l. ij. C. de impube. & aliis ſubſti. Quia cum in
hoc non reperiatur inter has ſubſtitutiones diſcon-
uenientia, erit in hoc ſimilis pupillari, maximè quia
39 eſt eadem ratio. † Secundus effectus pupillaris eſt,
ꝙ trahitur ad omnia bona patris & filij vndecunque
quæſita. An idem ſit in exemplari. & certè dicit Bart.
vbi

vbi ſuprà,ꝙ aut eſt facta filio naturali & legitimo. &
tunc trahitur ad omnia bona ſicut pupillaris.l. ſed &
ſi plures.ff.de vulga.& pupil. quia teſtamentum filij
eſt,vt dicta l.ex facto.& d.l.humanitatis. etiã ſi facta
eſſet in certa re tantùm,alio non dato ſubſtituto vni-
uerſali.l.j.§.ſi ex fundo.ff.de hæred.inſtit. ſecundum
Salic.in d.l.humanitatis.& Alexan.in d.l.ex facto. &
plenè dixi ſuprà in materia pupillaris.Nam tunc ſub
ſtitutio in vna re trahitur ad omnia bona. Si verò fa-
cta fuerit per arrogatorẽ filio arrogato,tũc etiã con-
uenit cũ pupillari: quia non trahitur niſi ad bona ar-
rogatoris tãtùm,vt d.l.ſed & ſi plures.§.in arrogato.
& l.ſi arrogator.ff.de adop.& in exẽplaria,quæ taci-
tam continet vulgarem.& in vulgari, quę tacitã con-
tinet exemplarem, de quibus ſuprà perinde putat di-
cendum ſicut dictum fuit circa pupillarem in mate-
ria pupillaris.in ij.effec.illius.Et quod dictum eſt ſub
ſtitutionem exemplarem extendi ad omnia bona filij
furioſi,eſt verum,ſi ſolus pater ei ſubſtituat. Si autem
pater & mater ei ſubſtituerũt, prout quilibet eorum
poteſt,vt d.l.humanitatis. tunc aut ſubſtitutio eſt fa-
cta à patre filio furioſo, quem habet in poteſtate, &
tunc ſubſtitutus à patre præfertur,cùm in eo concur-
rant ius patriæ poteſtatis & ius humanitatis,ita ꝙ ta-
lis ſubſtitutus habebit bona paterna, & furioſi aliun-
de quæſita,præterquam à matre, & ſubſtitutus à ma-
tre habebit bona materna arbitrio ſubſtituti per pa-
trem arrogatorem, & ita tenet etiam Iaſon in dicta
l.ex facto.optimè reſpondẽs ad rationes Imol.cõtra
rium tenentis. Nam habere aliquid iuris plus quàm
alter ſemper operatur prærogatiuam maiorẽ. l. cùm
pupillum. §. his qui ad maius tribunal.ff.de re iudic.
aut ſubſtitutio eſt facta filio in patris poteſtate non
conſtituto,& tunc ſubſtitutus à patre & ſubſtitutus à
matre erunt paris conditionis: ideo ſubſtitutus à pa-
tre habebit bona paterna,ſubſtitutus verò à matre ha
bebit bona furioſi materna, & deinde illi duo ſubſti-
tuti inter ſe diuident æqualiter bona furioſi aliunde
quęſita,ſecundum Nico.de Matha.quem finaliter ſe-
quitur Barto.in dicta l.ex facto.xj.& xij. col. ſubiun-
gens idem eſſe,vbi auus furioſi paternus ei ſubſtituiſ-
ſet,& pariter eius mater, ſicut dictum eſt de patre &
40 matre ſubſtituentibus. †Quoties enim mente captus
nõ eſt in patris poteſtate, æqualis eſt pietas patris &
matris. l. furioſæ matris.ff.de cura. furio. ideo exem-
plaris quæ in pietate & humanitate fundatur, pariter
operatur facta à matre ſicut à patre filiũ in poteſta-
te non habente.Alibi tñ Bal.in l.j.ff.de ſenato.no. ex
illo tex.ꝙ in ſubſtitutione exẽplari hoc caſu ſubſtitꝰ
41 à patre præfertur ſubſtituto à matre, †quia dignior
eſt homo, quàm fœmina data paritate dignitatis. fa-
cit quod vult idem Bal.in l.j.vlt.col. C. qui admit. ad
bo.poſ.poſſunt.vbi dicit,ꝙ ſi ex ſtatuto in contracti-
bus minorum requiratur conſenſus propinquorum
ſeu coniunctorũ, ſub illo maſculino coniunctorum
non veniunt fœminæ: quia dare conſilium & autho-
ritatẽ interponere eſt virorũ, & non mulierũ.l. quidã
decedens.§.Papinianus.ff.de admini.tut. quod origi
nẽ ſumpſit tẽpore Cecropis Athenarũ regis: cuius tẽ
pore ciuitas illa Athenarum fundata fuit, ſecundum
Varro.vbi ilico,ꝙ fundata per eum fuit, inuenta fuit
in vna parte ciuitatis arbor Oleæ,& in alia parte exi-
uit aqua miraculoſè.Ad cauſam cuius prodigij,& q d
hoc ſignificaret, rex Cecrops miſi ad deum Apolli-
nem Delphicum, qui in Delpho inſula colebatur.
Qui cõſultus reſpondit prodigium illud ſignificare
in electione Athenienſium fore ciuitatem vocare no
mine Palladis,ſeu Mineruæ, quæ tunc principalis co
lebatur velut dea ſapientiæ,quæ per Oleam ſignifica-
tur,quaſi illa arbor ab inſtanti ſuæ natiuitatis fuiſſet
ei appropriata. Vel eam nomine Neptuni dei maris
& aquarum, qui per aquam in ciuitate ortam intelli
gebatur. Et quia ſemper conſuetum fuerat homines
in conſilio vocare & fœminas, rex omnes congrega
ri mandauit, in quo fuerunt homines pro Neptuno,
& mulieres pro Pallade,quæ cùm eſſet vna plꝰ quàm
homines à maiori parte obtinuerunt, & fuit ciuitas
vocata Athena: quia Pallas ſeu Minerua in Latino,
vocatur Αθήνη in Græco. Vnde Neptunus ea iniu-
ria motus, aquas laxauit per totum territorium in ma
ximam eius perditionem.Pro quo placando fœminæ
ex tunc fuerunt triplici pœna afflictæ. Primò, quòd
nunquam vocẽ in deliberatione conſiliorũ haberẽt,
ex quo etiã habuerunt Romani, quòd in legibus con
dendis ſoli viri, & non fœminæ vocarentur. Vnde
Papinianus in l.j.ff.de Legi.Lex,inquit, eſt commu-
ne præceptũ virorum prudentum conſultum.Secun-
dò,ꝙ nunquam proles nomen matris portaret. Ter-
tiò, ꝙ nunquam fœmina hoc pulchro nomine Athe-
na vocaretur. Videatis Auguſt.libro xviij. de ciuitate
Dei. Vnde reſtat moris eſſe fœminam legem viris
non ponere, neque diſtribuẽdis regnis inuitis proce-
ribus aſſerere,ſecundum Gagui.lib.iij.c.j. Facit quod
ſingulariter decidit idem Bald. nec alibi reperitur in
c.ad audientiã.in fin.de reſcrip.vbi ſi teſtator fratres
ſuos reliquerit executores, licet aliàs appellatione fra
tris cõtineatur ſoror.l.tres fratres.ff.de pac.tamẽ hoc
caſu non intelligitur de ſorore, ſed de maſculis fra-
tribus tantùm: quia fœmina habet inualidum conſi-
lium.Vnde in officiis maſculinum non concipit fœ-
mininum. Tamen in noſtra exemplari ſubſtitutione
dicta l.humanitatis. habilitauit matrẽ, vt ſicut pater
poſsit filio exemplariter ſubſtituere ſecundum eum,
42 ita † ꝙ appellatione parentum venit mater ſicut pa-
ter,vt ſubſtitutio ab vtroq; facta filio dementi & ſui
iuris,pariter valeat. Et hæc vera vbi ſoli parentes pro
43 uiderunt filio. †Vbi verò filius ſui iuris, & ſanæ men-
tis teſtamentum feciſſet, & demum eidem furioſo effe
cto pater ſubſtituiſſet: tunc aut pater inſtitutionẽ hæ-
redis per filium factam expreſsè reuocauit ex iuſta
cauſa,putà quia inſtitutus furioſo inſidias parauerat:
& tunc ſubſtitutus à patre omnia habebit,aut inſtitu-
tionem factam per filium non reuocauit,ſed ſimplici
ter ei ſubſtituit: tunc quia teſtm̃ filij ratum manet, &
pariter ſubſtit. à patre facta tenet cauſa humanitatis,
inſtitutus per filium ad bona filij, & ſubſtitutus à pa-
tre ad bona paterna admittentur,ita dicit ſingulariter
Sali.in d.l.humanitatis.vij.& viij. col. Vnum tenea-
tis menti.quod concludit Bart.in d.l. ex facto. quem
44 ſequitur Bald.in dicta l.humanitatis. vbi dicitur, †ꝙ
ſi pater eſſet vilis perſona, diſsipator & dilapidator
bonorum, quia ſicut tunc ei denegatur adminiſtra-
tio bonorum filij in vita,ita etiam in morte, vt ei ex-
emplariter ſubſtituere non poſsit. l. ſi cùm dotem. §.
eo autem tempore.ff.ſoluto matrimo.& l.finali.C.de
ſenten.paſ.& hanc opin.ſequitur Alexand. in dicta l.
ex facto.xv.col.in princi.& viij. col. in fin.Sed Ang.
& Imo.ibi tenent contrarium, quod imò pater quã-
tumcunque vilis poſsit filio exemplariter ſubſtituere,
ſicut poteſt pupillariter, ſecundum eos in l. ij. ff. de
vulga.& pupil.idem Angel.in dicta l.humanitatis. &
Imo.hîc,de quo plenè habuiſtis in materia pupillaris
in quarto princ.arti.& in vij.requiſito. ſed Alexand.
in dicta l.ij.viij.col. & dicta l.ex facto.tenet quòd li-
cet



cet pater vilis perſona ſubſtituere poſſit pupillariter
propter rigorem patriæ pote.non tamen poteſt ſub-
ſtituere exemplariter,cùm ſola humanitas hanc ſub-
ſti.fundet,quæ ceſſat in patre vili & diſſipatore,& ita
etiã tenet Bald.in d.l.humanitatis. Quod eſt verum,
etiam ſi patri non fuerit per patrem interdicta admi-
niſtratio bonorum: quia ſola vilitas ſine alia interdi-
ctione licet non repellat quem ab adminiſtratione
bonorum ſuorum, tamen bene ipſum repellit ab ad-
miniſtratione bonorũ filij,à qua facilius pater repel-
litur.tex.eſt ſing.in dicta l.ſi.circa medium.C.de ſen-
ten.paſ.facit l.ſi.C.de legi.tuto.vbi adminiſtratio bo
norum propriorum non prohibetur minori curato-
rem nõ habẽti, ſed bene ſibi prohibetur adminiſtra-
tio bonorũ alienorũ.Or cogitetis domini,ſi poſſemꝰ
opiniones cõcordare, prout eas concordaui ſuprà in
ij.princip.huius ſubſtit. arti. verſi. ſecundò quæritur.
ſecundum Ang.Aret.in §.qua ratione.inſti.de pupil.
ſubſtit.in quæſt.an mater,quæ ad ſecũda vota tranſi-
uit,poſſit filio exemplariter ſubſtituere, vt dicamus,
quòd ſi vilis perſona ſubſtituit filio, ita diſcretè ſicut
feciſſet bonus paterfamiliâs, valeat ſubſtitutio. Si
autem indiſcretè aliquam vilem perſonam ſibi ſimi-
lẽ,ꝙ non valeat ſubſtitutio,& ita poterunt verificari,
& concordari opiniones. In pupillari autem poteſt
indiſtinctè ſubſtituere propter rigorem patriæ po-
45 teſtatis, quæ hîc non conſideratur. †Tertius effectus
exemplaris eſt,quia ſicut per expreſſam pupillarem
mater pupilli excluditur, vt ſuprà vidiſtis in mate-
ria pupillaris,ſic etiam excluditur mater furioſi per
expreſſam exemplarem, vt plenè vidiſtis in tertio
principali huius ſubſtitutionis articulo, & ſic mater
pupilli non excluditur per tacitam pupillarem à lu-
ctuoſa filij ſucceſſione,vt l. ſi. C. de inſtit. & ſubſtit.
pariter non excludetur per tacitam exemplarem ma-
ter furioſi per eaſdem rationes,niſi in caſibus in qui-
bus præſumpta voluntas teſtatoris probari poſſet, ꝙ
vellet matrem furioſi excludi per tacitam pupillarẽ:
quia ex eiſdem cauſis excludetur per tacitam exẽpla-
rem,per eaſdem rationes & leges, vt plenè dictũ fuit
ſuprà in materia pupillaris tractando tertium effectũ
eiuſdem,& ibi plenè ita dicit Bart. quem omnes ſe-
quuntur in dicta l.ex facto. & Angel.in dicto §. qua
ratione.& Salice.in d.l.humanitatis.
46 †QVINTVS & vltimus articulus huius exempla-
ris ſubſti. eſt, qualiter conueniat cum pupillari in
modo finiẽdi,& dicatis, ꝙ multis modis finitur & ex
tinguitur hæc ſubſtitutio.Quibus viſis quiſq; intelli-
gere poterit, in quibus conueniant, & in quibus dif-
ferant. Nam ſi teſtamentum parentis exemplariter
filio ſubſtituentis deficiat ex perſona teſtantis,qui te
ſtamenti factionẽ non habet,quod contingit in mul-
tis,de quibus per glo.& Doct.in l.ſi quæramus.ff.eo.
& Panor.ſuper rubr.ſuprà eo. vel deficiat ex defectu
teſtamenti,vel quia rumpitur per querelam, vel pro-
pter hæreditatẽ non aditam,vel à præteritione poſt-
humi. In omnibus iſtis hæc ſubſtitutio finitur, ſicut
pupillaris per eaſdem rationes & leges.de quibus vi-
diſtis ſuprà in materia pupillaris in vlt.prin.arti. Pa-
riter ſicut ibi dictum fuit, pupillaris deficit quãdoq;
ex defectu ſubſtituti,vel ex defectu ſubſtitutionis vel
conditionis ſubſtitutioni adiectæ, & ſic etiam finitur
exemplaris.Ideo dicit Sali. in dicta l.humanitatis. x.
col.ꝙ teſtamẽto infirmato capitis diminutione,inſti.
quib.mod.teſta.infir.§.alio.vel reuocatione,aut can
cellatione.l.proximè.de his quæ in teſta.delen.ff.vel
ſubſtitutionis caducitate ſubſtituto pręmoriẽte teſta-
tori,vel mente capto, his omnibus caſibus extingui-
tur hæc exemplaris ſubſtitutio. Et idem ſi furioſus
cui facta eſt tempore dilucidi interualli eam reuoca-
47 uerit,& ſibi nouum teſtamẽtum fecerit. †Præterà fi-
nitur,& extinguitur hæc ſubſti.ceſſante impedimen-
to,propter quod facta fuerat: ideo ſi facta erat demen
ti vel furioſo,aut muto,& ſurdo,ſiue prodigo,& ceſ-
ſet dementia,furor,ſurditas, vel prodigalitas, etiam
ceſſabit ſubſtitutio,quaſi ceſſante cauſa ceſſet effectꝰ.
Idem ſi minor xx.annis per ſtatutum teſtari prohibi-
tus effectus fuerit maior,ceſſat hæc ſubſtitutio, ſicut
ceſſat pupillaris per euentum pubertatis, vt vidimus
ſuprà in vlti.prin.arti.pupillaris ſubſtit. Et intelliga-
tis ſanè,ꝙ ceſſante impedimento,vt putà furore,ceſ-
48 ſat ſubſtitutio,ſed non extinguitur: † ideo furore re-
uertente ſubſtitutio reaſſumit vires, cùm nunquã fue-
rit extincta, non facta differentia an ex noua cauſa
morbi, aut veteri, prout faciebat Bal.in dicta l.hu-
manitatis. Si tamẽ illo medio tempore, quo eſt ſanæ
mentis furioſus ſibi teſtamentum feciſſet, ſubſtitutio
exemplaris eſſet omnino extincta per text. dictæ l.
ex facto. vbi probantur ſingula præmiſſa, non enim
debet teſtamenti factio auferri homini ſanę mẽtis,ſe-
cundum Bart.in dicta l.ex facto. quem ibi ſequuntur
Imo.Raph.& Alexan.Anto.de Butr.& Imol. hîc.li-
cet Salic.aliter videatur diſtinguere in dicta l. huma-
nitatis.in vj.oppo.Angel. Aret.in dicto §. quã ratio-
ne.tenet diſtinctionem Bald.finaliter tamen reliquit
cogitãdũ.ſubiungẽs vbi ſuprà Bar. ꝙ ſi filius ſui iuris
feciſſet teſtamentum ante furorem, eo poſteà effecto
furioſo non poteſt ei ſubſtitui à patre vel matre. Suf-
ficit enim,ꝙ ſibi fecerit teſtamentũ,cùm teſtamẽti fa
ctio ſibi nõ debeat auferri de iure, ꝑ d.l.ex facto. ſed
in hoc puncto alio modo cõcludit Salic.quem recita
ui & ſequutus fui ſuprà in iiij.artic. in ſecũdo effectu
49 huius ſubſtitutionis. † Et quod dixi ſuprà, ſcilicet ꝙ
furore reuertente etiam ſubſtitutio, quæ ceſſauerat,
per ſanam mentem vires reaſſumit,eſt verum, ſecun-
dum Bar.ſi furor reuertatur ante mortem teſtatoris,
ita quòd tẽpore mortis ipſius filius reputatur furio-
ſus,& ita tenet in dicta l.ex facto.ſecundo principali
articulo verſi.v.requiritur. allegat l.ij. §. ſed ſi extra-
neum.ff.de vulga.& pupil.idem tenet Angel.Aret.in
dicto §.qua ratione.iij.col.ſed Alexã.in dicta l.ex fa-
cto.xvj.col.prope ſin.tenet contra Bart.dicens,quòd
ſufficit ꝙ furor, qui ceſſauerat, reuertatur ante mor-
tem filij,de cuius ſubſtitutione agitur.Quia cùm hęc
ſubſtitutio ſit teſtamentum filij & non patris, potius
attendimus qualitatem perſonę tempore mortis ſuę,
quàm mortis paternæ.Nec obſtat dictum Bart.quia
illud verum eſſet, quando ſubſtitutio exemplaris ab
initio non teneret: puta,quia facta fuit filia ſanæ men
tis,quia tunc requiritur furor tempore mortis patris
teſtatoris. Et ita loquuntur iura per Bartol allegata.
Nos autem loquimur, quando ſubſtitutio ab initio
fuit valida,puta,quia facta tẽpore furoris,qui poſteà
ceſſauit,& demum reuertitur. Quia ſufficit, quòd re-
uertatur ante mortem filij, cui ſubſtitutio facta erat.
Nam hoc caſu facilius reuiuiſcit ſubſtitutio ab initio
valida,quàm illa, quæ nunquam fuit aliqua, vt patet
argu.l.poſthumus.ff. de iniuſto rupt.teſta.de quo ha-
buiſtis ſuprà in j.principa. huius ſubſtitutionis artic.
50 prope finẽ. †Similiter finitur hæc ſubſtitutio.ſi filio
furioſo cui facta eſt ſubſtitutio, naſcatur filius natu-
ralis & legitimus, puta ex matrimonio ante furorem
contracto,qui patri ſuo furioſo non reperitur ſubſti-
tutus,nec in aliquo inſtitutus. Nã ille talis teſtamen-
tum

tum rumpit, ſicut rumpitur pupillaris, ſi pupillus li-
beros ſuſcipiat, quòd raro contingit, ſecundum Bart.
in l.in pupillari.ff.de vulga.& pupil. in fi.cũ concor.
alle.ibi per Alex,& in l.humanitatis.prouiſo, tamen,
ꝙ ille filius ſit ſapiens. Quia ſi naſceretur demens, &
in dementia perſeueraret, non rumperet ſubſti. patri
ſuo factam, cùm eo caſu filij iam nati eã non rũperẽt
ſi demẽtes eſſent, vt d.l.humanitatis.dum dicit ibi ſa-
piẽtes. Nam talibus ſolus victus debetur ſecundũ ma-
gis cõmunem opin. non ꝙ ſit neceſſe eos ſubſtituere,
vel in aliquo inſtituere:& prouiſo, etiã, ꝙ patri furio-
ſo nõ dementes ſuperuiuerent, quia ſi ante eorum pa-
trem morerentur, ſubſti. patri.facta reconualeſceret,
ſaltem de æquitate prætoria, per l.poſthumus. ff. de
iniuſto rupt.teſta.ſecundum Bal.in d. l. humanitatis.
col.fi.& Iaſ.ibi,& Imo.hîc. Si autem filio furioſo na
ſcerẽtur filij naturales tm̃, propter eos non rũperetur
ſubſtit.exemplaris, ſicut nec pupillaris. Quia etiam ſi
furioſus non eſſet eorum pater, non teneretur eos in
teſta.inſtituere, p glo.ſing.in l.j.§.j.ff.de bo.poſ.cõt.
tabu. & multò minùs rumperetur per filios ſpurios,
vt plenè dixi s̃.in vij.principali arti. pupillaris ſubſti.
verſi.item finitur. licet Bart. in d.l. ex facto. tenuerit
contrarium, motus quòd furioſus contrahere non po
teſt matrimonium,& ſic habere non poteſt naturales
& legitimos. Sed hoc non eſt bene dictum, quia ante
furorem poterat matrimonium contraxiſſe, & in de-
mentia liberos ſuſcipere, l.patre furioſo. ff. de his qui
ſunt ſui vel alie.iu.nec obſtat, ꝙ filij naturales tãtùm
faciunt deficere ſubſtit. alicui factã, ſi abſque liberis
deceſſerit.l.ex facto.§.ex facto. & §. ſi quis rogatus.
ff.ad Trebel. quia loquitur in diſpoſitione teſtatoris.
Secus quãdo filij ex diſpoſitione legis faciũt deficere
ſubſtitutionem, vt in caſu, in quo deficit ſubſtitutio
per ſuſceptionem liberorum ex diſpoſitione dictæ l.
ex facto.ff.de vulga.& pupil. Quia tunc non ſufficiũt
naturales tantùm, aut ſpurij, per text.in l.generaliter.
§.cum autem.C.de inſti.& ſubſti.ſecundum Bal. in l.
nec ei.§.corũ.al.iis.ff.de adopt.& d.l.humanitatis.&
ibi Iaſon vltima colũ.& in dicta l.ex facto.xviij. col.
51 †Poſtremò finitur hæc ſubſtitutio ex defectu eius,
cui eſt facta: ideo ſi prodigus, cui facta fuit, cõmiſerit
delictum, propter quod fuerit deportatus, vel ſeruus
pœnæ effectus, intelligendo ꝙ prodigus obligetur ex
delicto, iuxta plenè not.per Docto.in l. ſi quis in tan
tam.C.vnde vi.& in l.is cui bonis.ff.de verb.obli.vel
ſi furioſus cui ſubſtitutum eſt, deliquerit tempore di-
lucidi interualli,& fuit deportatus vel religioſus effe-
ctus, extinguitur exemplaris ſubſtit. ſecundum Bart.
in dicta l.ex facto.§.j.in fi.quem ibi ſequũtur omnes.
52 Ex † his omnibus ſuprà deductis, iunctis his quæ
fuere ſuperius declarata in materia vulgaris & pupil-
laris ſubſti.clarè conſtat hanc exemplarem ſubſtitu-
tionem non eſſe vulgarem, nec pupillarẽ, aut compẽ-
dioſam, ſed eſſe ſpeciem ſubſtitutionis de per ſe ab a-
liis diſtinctam & differentem. Natura enim eius in
pleriſque eſt, ſicut natura pupillaris, & interdum ſi-
cut natura vulgaris ſubſtitutionis. Naturã verò fidei-
commiſſariæ non habet, qua iſta eſt directa, & fieri
poteſt in legitima, imò in bonis propriis filij demen-
tis, furioſi, muti,& ſurdi, aut prodigi, vt ſuprà vidiſtis,
ſicut fieri poteſt pupillaris. Sed fideicõmiſſaria nun-
quàm fieri poteſt in legitima, vt hîc in ca.noſtro.& l.
ex tribus.C.de inoffic.teſta.videatis quæ dixi in ma-
teria pupillaris in iiij. princi.artic.& in vj.requiſito.
53 in fin. † Nam in primis non eſt vulgaris, imò ab ea
differt formali cõceptione. Quoniã illa ita concipi-
tur ſi hæres non erit. Hæc verò ita concipitur, ſi non
ſanæ mẽtis deceſſerit, vel ſi in alteratione mẽtis per-
mãſerit, vel ſi inteſtabilis deceſſerit, aut verbis ſimili-
bus: quia nõ tãtum curamus verba, quantũ mẽtem.C.
eod.l.quoniam indignum. Secundò differt conditio-
nis impletione, quia vulgaris habet in ſe duo capita,
ſi hæres non erit, quia noluerit, & quia nõ potuerit.
Sed in exemplari ſubaudiri non poteſt conditio vo-
luntatis, vel noluntatis, cùm illa niſi in ſapiente non
cadat, quinimo quamprimùm ſapit, finita eſt ſubſti-
tutio exemplaris, quæ per ſanam mentem expirat, vt
dicta l.ex facto. Tertiò differt hæreditatum acquiſi-
tione, quia per exemplarẽ duæ hæreditates quærun-
tur, ſcilicet hæreditas ſubſtituentis, & filij cui ſubſti-
tuitur, ſed per vulgarẽ quæritur ſola hæreditas teſta-
toris ſubſtituentis.l.fin.C. de inſti.& ſubſti. Quartò
differt in qualitate ſubſtituẽdorũ, quia vulgaris ſubſti
tutio poteſt de omnibus fieri, ſed exemplaris tantum
ſit de certis perſonis, puta filiis aut fratribus furioſi,
vt d.l.humanitatis. Quintò differt in qualitate teſta-
torum: quia vulgaris fit ab omni teſtatore, exempla-
ris à ſolis aſcẽdentibus. Quoniã de illis tãtùm loqui-
tur dicta l.humanitatis. Sextò differt in qualitate hæ-
redis: quia omni hæredi poteſt vulgariter ſubſtitui,
ſed exemplariè non poteſt ſubſtitui, niſi mente carẽ-
tibus vel à natiuitate vel per accidens. Septimò dif-
fert, quia vulgaris expreſſa tollit exiſtentiam ſui hære-
dis, vt plenè dixi in v.prin. arti. vulgaris ſubſtitutio-
nis,& in vltimo effectu eiuſdem, ſed in exemplari ſe-
cus: quia in dubio nõ videtur teſtator dare velle hæ-
redi licentiam abſtinendi, vt l.cùm quidam. C.de ne-
ceſſa.ſer.hæred.inſti.in ratione ſui. Octauò differt in
hæreditatis tranſmiſsione, quia exemplaris non de-
rogat tranſmiſsioni, ſed vulgaris expreſſa, licet non
deroget iuri deliberandi, quod à quocunque etiam
extraneo tranſmittitur.l.cùm antiquioribus.C.de iu-
re delibe.& dicam plenè infrà. Mortuo itaque teſta-
tore. ij. vbi tractabo materiam ſuitatis & iuris tranſ-
mittendi, tamen derogat ſuitati. vt ibi plenè dicam.
Nonò differt, quia vulgaris poteſt per querelam
inofficioſi teſtamenti impugnari, ſecus in exemplari
aut pupillari.l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de
inoffic teſta.ita eleganter dicit Bald.in dicta l. huma-
nitatis.verſi.veniamus ad quæſtiones. Decimò dif-
fert, quia vulgaris ſubſtitutio fieri poteſt per matrem
filio ab inteſtato venienti. l. ſi quis ita hæres inſtitua
tur ſi legitimus.ff. de hæredibus inſtit.ſecùs in exem-
54 plari.† Secundò principaliter dico, ꝙ hæc ſubſtitu-
tio nõ eſt pupillaris: imò differt quàm plurimùm ab
ea. Primò ratione generali, quia illi eſt ſimilis, &
nullum ſimile eſt idem. l. quod Nerua. ff. depoſiti.
Secundò ſpecificè differt ab ea in modo & forma
faciendi, quia illa fit, ſi decederet filius in ætate pupil
lari. Hæc verò ſi deceſſerit in furore, vel nõ ſana men
te. Tertiò illa fit pupillo tantùm, hæc fieri poteſt
adulto. Quartò illa fit filio in poteſtate exiſtenti,
hæc verò etiam fit emãcipato, imò filio naturali tan-
tùm, ſecundum Bart.& non bene ſecũdum commu-
nem opinionem, vt ſuprà vidiſtis, & fit per matrem,
quæ liberos non habet in poteſtate. Quintò illi ætas
finem imponit, huic ſanitas. Sextò illa pupillo fieri
poteſt etiam exhæredato.l. moribus. ff. de vulgari &
pupilla.hæc non: quia textus dicit, quòd ſaltem legiti-
ma debet furioſo relinqui. Septimò in pupillari
poſſunt omnes indifferenter ſubſtitui, ſed non in
iſta, ſed ſoli liberi vel fratres furioſi ſi extent. Octa-
uò differũt nomine, quia illa vocatur pupillaris, hæc





verò dicitur exemplaris: ideo cẽſetur realiter differre
ſpecie & re.l.ſi idem.C. de codicil. ſicut aliæ plures
differentiæ, quæ ex ſupradictis poſſunt faciliter elici.
ita notabiliter dicit Salic.in d.l.humanitatis.v.col.&
55 Iaſ.pen.col. † Tertiò principaliter dico, quòd non
eſt ſubſtitutio reciproca, ſeu breuiloqua, quia illa fit
pluribus, hæc verò vni. Præterea in illa ſubſtitui non
poſſunt niſi hæredes inſtituti, ſed in iſta ſubſtitui poſ
ſunt etiã nõ inſtituti, de quo plenè dicam infrà proxi
ma ſubſtitutione, ex quibus clarè cognoſcetis plures
56 alias differentias. † Quartò principaliter patet, quòd
hæc ſubſtitutio non eſt compendioſa, quia illa in pa
gano, id eſt, non milite, vel expirat pubertate eius cui
fit, vel valet iure fideicõmiſsi, vt l.precibus.C.de im-
pub.& aliis ſubſtit.& in milite more militari teſtan-
te.poſt pubertatẽ valet iure directo in bonis tantùm
teſtatoris.l.centurio.ff.de vulga.& pupil. hæc autem
valet poſt pubertatem quocunque tempore ius dire-
cto etiam in bonis furioſi, vt d.l.humanitatis. Præter-
eà differt in forma faciendi: quia iſta fit ſi non ſanæ
mentis deceſſerit, illa verò quandocunque deceſſerit,
nulla de ſanitate mentis facta mẽtione:& illa homi-
ni ſanæ mẽtis fit, hæc verò homini inſanæ mentis: &
illi mors illius cui fit finem imponit, huic verò ſani-
tas mentis, ſecundum Sali.vbi ſuprà.quare conclude-
tur hanc exemplarem ſubſtitutionem à ſingulis aliis
plurifariè differẽtem eſſe de per ſe ſubſtitutionis ſpe-
ciem,& hæc de ipſa ſufficiant iam dicta.

*S V M M Æ.*

1 *Reciproca ſubſtitutio quomodo fiat.*
2 *Breuiloqua quare dicatur.*
3 *Inuicem, dictio in ſubſtitutione poſita.*
4 *Breuiloqua ſubſtitutio quid.*
5 *Subſtituti inuicem plures intelliguntur pro portionibus inſtitutionis.& nu.6.7.& 8.*
9 *Subſtituti inuicem plures nominibus proprijs, an pro portionibus veniant hæreditarijs.*
10 *Copulæ natura eſt æqualiter diſtribuere.*
11 *Subſtituti adinuicem mixtim nominibus proprijs, & appellatiuis, an pro portionibus hæreditarijs veniant. & nume.12.13.& 14.*
15 *Breuiloqua continet plures ſubſtitutiones.*
16 *Breuiloqua continet duas vulgares.*
17 *Breuiloqua maioribus facta an cõtineat fideicõmiſſariã.*
18 *Breuiloqua valet iure directa in codicillis inter liberos.*
19 *Reciproca ſemper eſt directa.*
20 *Subſtituens reciprocè vulgariter pupillariter, & fideicõmiſſariè dat electionem ſubſtituto.*
21 *Breuiloqua quandò duas tantùm contineat pupillares.*
22 *Breuiloqua quando duas contineat exemplares.*
23 *Breuiloqua quando ſex & octo contineat ſubſtitutiones.*
24 *Breuiloqua ſemper plures paris numeri continet.*
25 *Subſtitutiones in breuiloqua comprehenſæ ſunt expreſſæ, & matrem excludunt.*
26 *Reciproca an ſit ſpecies ſubſtit ab alijs diſtincta.*
27 *Videtur dictio notat improprietatem quandam.*
28 *Statutum loquens de vulgari & pupillari non comprehendit reciprocam.*
29 *Reciprocam impedit inæqualitas quæuis.& nu.31.*
30 *Inæqualitas in reciproca quot modis interueniat.*
32 *Perſonarum inæqualitas triplex in reciproca.*
33 *Breuiloqua inæqualibus facta non continet pupillarem.*
34 *Determinatio ad duo determinabilia, an debet æqualiter. & nume.35.*
36 *Reciproca diſparibus facta nõ continet fideicõmiſſariam.*
37 *Vnius ſolius diſparitas impedit pupillarem, aut exemplarem contineri in reciproca.*
38 *Reciprocæ diſparitas non impedit, ſi teſtari ita voluit.*
39 *Reciprocam quando non impediat diſparitas.*
40 *Reciprocam per militem factam, an impediat diſparitas.*
41 *Reciproca quando contineat militarem.*
42 *Militaris in reciproca contenta quid operetur.*
43 *Doctores & clerici qualiter in teſtando gaudeant priuilegio militis.*
44 *Matrem an excludant ſubſtitutiones in reciproca contentæ.*
45 *Teſtes quot requirantur ad probandum teſtatorem voluiſſe in reciproca diſparibus facta cõtineri pupillarẽ, exemplarem, aut milit.ſubſtit.*
46 *Miles vbi in reciproca voluit alias contineri, vna expirante alia remanet.*
47 *Reciproca quando non contineat niſi vulgarem.*
48 *Reciproca pupillo & furioſo facta continet pupillarem & exemplarem.*
49 *Reciproca diſparibus compendioſè facta quid contineat.*
50 *Reciproca facta diſparibus, quibus ſuperuenit paritas, quid operetur.*
51 *Diſpoſitio ab initio inutilis non confirmatur poſtea.*
52 *Legitimitas triplex, & an retrò trahatur.& nu.53.*
54 *Reciproca paribus facta, qui poſtea ſiunt diſpares, an irritetur.*
55 *Pupillaris an extinguatur ingreſſu monaſterij.*
56 *Subſtitutus vltimus an habeat partem ſolius penultimi, an aliorum omnium.*

## Tractatus ſubſt. Breuiloquæ, ſeu Reciprocæ.

QVARTA ſubſtitutio dicitur Breui-
1 loqua ſeu Reciproca: quæ † ſit ſi te-
ſtator pluribus hæredibus inſtitutis
dicat, Vos inuicẽ ſubſtituo, vel eos
inuicem ſubſtituo: aut dicat, quicun
que eorum deceſſerit ſine liberis, al-
ter ſit hæres, vel alterum ſubſtituo.ff.de hære.inſtit.l.
Titius.cum ll.ſeq.& l.cum in teſtamento.§.hæc ver-
ba.& ff.de leg.j.l.ſi fundum ſub conditione.§. his ver
bis.vel ſic, hæredes meos Titium & Caium inſtituo,
ita ꝙ ſi quis eorum deceſſerit, bona mea ad alterum
perueniãt. Nam his omnibus caſibus erit ſubſtitutio
directa, ſecundum Gul.de Cug.quem ſequitur Bart.
in l.Lucius.ff.de vulg.& pupil.quia licet vltimo caſu
ſit facta per verba communia, tamen intelligitur dire
cta.l.hæredes mei.§.cùm ita.& l.hæredibus.§.fin. ff.
ad Trebel.& l.ſi ita fuerit.ff.de leg.iij.& tenet Bal.in
l.ſi.C.de ſacroſan.eccle. & in c.ſi pater.J.eo.titu.libr.
vj.& Ang.in d.l.precibus.& Alex.in d.l.Lucius. Vbi
autem teſtator diceret.quicunque hæredum meorum
deceſſerit ſine liberis, alteri reſtituat hæreditatẽ, eſſet
ſubſtitutio reciproca fideicõmiſſaria.l.iubemus.C.ad
Trebel.ſecundum Sali.in l.in teſtamento.C. de teſta.
mili.& Ange.in §.& plures.inſti.de vul. ſubſt.vbi di-
2 cit, † ꝙ ſemper illa ſubſtitutio dicitur breuiloqua, ſeu
reciproca, quoties in vna cõceptione verborũ plures
hincinde ſubſtituuntur. Et hæc ſubſtitutio à lege &
iuriſconſulto Modeſtino vocatur reciproca in l.iam
hoc iure.ff.de vulg.& pup. Et ratio eſt, quia primò di
ctum repetitur & reciprocatur ac flectitur in ſeipſum.
nã repetit & reciprocat perſonas,& inſtitutionẽ præ
3 cedentẽ reflectit in ſeipſas, † maximè qñ in ſubſtitu-
tione apponitur dictio inuicem, quæ inter ſe facit

reflexam geminationem,inſtit.de autho.tuto.§.ij.&
de legi.agna.ſucce.§.j.& quibus modis tolli.oblig.§.
j.& l.j.ff.de cõpenſa. A gloſſatorib. verò & antiquis
patribus vocata eſt breuiloqua, & ita eam vocat glo.
in l.Lucius.ff.de vulg. & pupil. ſubſtit. in princip. &
hoc ideo, quia vt dictum eſt verbis fit breuibus, ita
ꝙ ſub verborũ breuitate plures ſubſtitutiones cõpre
hendit.l.cùm in teſtamento.§.hæc verba. ibi breuiter
ſubſtituit. ff. de hæred. inſtit. Sed verbum reciproca
eſt huic ſubſtitutioni magis proprium,quo vtitur.l.iã
hoc iure.ff.de vulg.& pupil. & hoc ex eo, quia iſtud
verbum reciproca,nec actu nec habitu conuenit,niſi
iſti ſubſtitutioni,nec alteri poteſt adaptari.Sed termi
nus,breuiloqua, quaſi ſub breuitate verborũ multas
continet ſubſtitutiones,cõuenit cõpendioſæ ſubſtitu
tioni,quæ etiam cõpendioſa dicitur,quaſi ſub verbo
rum cõpendio plures contineat ſubſtitutiones, vt vi-
debitis in materia compẽdioſæ.vnde Richar. de Sali.
4 ſic etiam deſcribit. † Subſtitutio reciproca ſeu breui-
loqua eſt,quæ breuiloquio ſubſtitutiones cõtinet plu
res æqualiter & reciprocè.Ideo ſequendo ſingula di-
ctæ diffinitionis verba,& ſuper ſingulis materias ad-
iacẽtes ſituando declaremus hãc ſubſtitutionẽ.Dici-
tur enim in primis, ꝙ reciproca ſubſtitutio eſt, quæ
breuiloquio:ideo dicitur breuiloquio, quia breuibus
fit verbis & loquela,vt dicto.§.hæc verba. Nam bre-
uiùs plures hæredes inſtituti non poſſent ſubſtitui,
quàm dicendo,vos inuicem ſubſtituo, vel eos inuicẽ
ſubſtituo,vel aliis modis.ſ.in princ.recitatis. Tunc e-
nim videretur ſubſtitui vnus alteri,& ecõuerſo viciſ-
ſim,ita ꝙ vno eorũ mortuo ante aditam hæreditatẽ,
vel hereditatẽ recuſante,reliqui cohæredes ad partem
illius vocabũtur omnes,& quilibet pro ea parte, pro
5 qua forte fuerant à teſtatore expreſsim ſubſtituti.† Si
autem teſtator non expreſſerit, & omnes fuerant æ-
qualiter hæredes inſtituti, etiam videbuntur æquali-
ter ſubſtituti. Sed ſi inæqualiter fuerant inſtituti, ad
partes præmorientis vel hæreditatẽ recuſantis cæteri
vocabuntur pro his partibus, pro quibus fuerant in-
ſtituti. Nam portiones in inſtitutione adiectæ, intel-
liguntur in ſubſtitutione reciproca tacitè repetitæ,
taliter ꝙ tribus hæredibus inſtitutis, vno in ſemiſſe,
altero in triente,alio verò in ſextante,ſi primus hæres
moriatur,ita ꝙ in eius perſona,& parte ſit locus ſub-
ſtitutioni:reliqui duo ad partem primi hæredis præ-
mortui vocabuntur, prout inſtituti fuerunt, ſcilicet
ſecũdus hęres in quatuor vnciis,& tertius in duabus,
prout inſtituti fuerant: quia partes adiectæ in inſti-
tutionibus primis, repetitæ cenſentur in ſubſtitutio-
6 nibus.l.j.C.de impube.& aliis ſubſtit. † Attamen, vt
perfectè hanc materiam habeatis, facio ſex caſus.Nã
aliquando pluribus hæredibus inſtitutis ſubſtitutio
fit nominibus appellatiuis, aliquando fit nominibus
propriis,aliquando mixtim,aliquando fit nominibus
indiſcretis,aliquando quidam ſubſtituuntur nomini-
bus propriis,& quidam nominibus appellatiuis, ali-
7 quando ſumus in dubio. † Primo caſu, quando ſub-
ſtitutio fit nominibus appellatiuis,veluti teſtator plu
ribus hæredibus inſtitutis dicit, ſi contingat aliquem
de hæredibus inſtitutis nõ eſſe hæredem meum,alios
hæredes meos ei ſubſtituo.Hic enim dum dicit hære-
des meos,teſtator vtitur verbis appellatiuis. Quo ca-
ſu iſti ſic ſimpliciter ſubſtituti alia non facta partium
aſſignatione intelliguntur ſubſtituti pro tot partibus,
in quibus fuerant inſtituti, vt dicta. l. cum concor-
dantiis ibi in gloſ.allegatis.Et hoc verum,niſi in ſub-
ſtitutione eſſet omnibus æqualiter onus iniunctum:
quia tunc ratione oneris æqualiter iniuncti, præſu-
muntur æqualiter ſubſtituti,nõ attentis partibus ſub-
ſtitutionis.l.quoties.ff.ad Trebel.vel niſi aliqui ex his
hæredibus eſſent à teſtatore cõiuncti re & verbis, vt
quia teſtator in prima inſtitutione duos ſimul & cõ-
iunctim inſtituerit in vna parte:quo caſu licet poſtea
hæredes adinuicem ſubſtituerit, tamen ſi alter ex i-
ſtis coniunctis decedat, admittitur primò reliquus
coniunctus.Sed ſi ambo coniuncti decederent, tunc
cæteri hæredes æqualiter admitterentur,per text.ſin-
gularem in l. cohæredi.§.qui diſcretas.vbi Rayne.Ni
col.de Neap.Bal.& alij.ff.de vulg.& pupil.& eſt cõ-
munis opinio.de quo per Bar.in d.l.Lucius.illo eod.
titu.in vlti,quæſt.Bal.Ang.& Sali.in l. in teſtamẽto.
C.de teſta.milit.Nam tunc partes aſſignatæ in inſti-
tutione, repetitæ intelliguntur in ſubſtitutione, niſi
coniunctio facta per teſtatorem aliud inducat, vt ibi.
videatis, quæ dicã infrà eadem ſubſtitutione. in ver-
bo,æqualiter.in prin.Coniunctio autẽ ſanguinis,pu-
tà quia eſſent duo fratres in eadem portione inſtituti,
hoc non induceret, vt d. l. Lucius. vel niſi & tertiò,
quando parti hæredum eſſet facta ſubſtitutio directa
vel fideicõmiſſaria, & nõ omnibus. Quo caſu etiam
teſtator ſubſtituendo non videtur reſpectũ habuiſſe
ad partes hæreditarias,ita probat tex.in l.turpia.§. fi.
ff.de leg.j.ſecũdum Iaſo.licet glo. & cõmuniter Do-
cto.ibi aliter intelligant illum tex.ſed cum violentia.
Ex his datur deciſio,per Bart.in d.l.Lucius.circa fin.
8 †ꝙ ſi pater habẽs duos filios ex prima vxore,& duos
ex ſecunda,eos inſtituat,& inuicem ſubſtituat, quòd
vno primæ vxoris repudiante omnes cæteri admittẽ
tur ad partem repudiantis,non habita ratione ad cõ-
iunctionem ſanguinis,quæ eſt maior in fratre primæ
vxoris,quàm aliis ex ſecunda.ita tenent Bal.& Nico.
de Neap.in d.l.iam hoc iure.& Alexã. in d.l.Lucius.
Imol.& Pau.in d.§.qui diſcretas.Bald.Ange.Sali.&
Ludo.in d.l.in teſtamento.C.de teſta.mili.Nam hæc
ſubſtitutio eſt ſubrogata loco iuris accreſcẽdi.vt d.§.
qui diſcretas.Or in iure accreſcendi omnes pariter ad
mittũtur.l.ſi Titio vſu fructus.§.j.ff.de vſufruct.ergo
&c. Præterea tantam affectionem habuit teſtator ad
filios ſecundi matrimonij, ſicut ad filios primi. ergo
pariter debent admitti,ſecundum Ange.Aret.in d.§.
9 & plures.in fi.inſtitu.de vulga.ſubſtit.†Secundo caſu
principali, ſcilicet quando ſubſtitutio facta eſt nomi
nibus propriis,tũc partes adiectæ in inſtitutione,non
intelliguntur repetitæ in ſubſtitutione, imò ex ſub-
ſtitutione vocabuntur æqualiter, non attentis por-
tionibus hæreditariis.l.nonnũquàm. ff. ad Trebel.&
ratio differentiæ eſt duplex: quia quando ſubſtitutio
fit per nomina propria,tunc perſonæ enumerãt por-
tiones,& ſic non habetur reſpectus ad portiones, ſed
ad perſonas,ſecundum Bal.in d.l.j. Præterea quando
ſubſtitutio fit nominibus appellatiuis, fit ſub vnitate
ſermonis abſq; interpoſitione copulæ. Nã tunc dici-
tur hæredes meos ſubſtituo, ſed quãdo fit per nomi-
na propria,neceſſe eſt ꝙ interponatur copula,vel pũ
10 ctus eius loco. † Or de natura copulæ eſt diſtribuere
vim verbi æqualiter inter perſonas copulatas.l. reos.
§.cùm talibus.ff.de duobus reis.l.j. & ij. C. ſi plures
vna ſenten.cõdemna.fue.Copula ergo,quæ cadit ne
ceſſariò inter iſta nomina propria operatur,vt ęqua-
liter ad ſubſtitutionẽ admittantur, ſecundum Raph.
Fulg.in d.l.j.C.de impub.& aliis ſubſti.Hinc eſt,ꝙ ſi
eſſent duo hęredes eiuſdem nominis proprij,& teſta
tor diceret,Titios ſubſtituo: quia tunc inter eos non
cadit copula,ſeruaretur d.l.j. vt portiones inſtitutio-
nis



nis cenſeantur repetitæ in ſubſtitutione,per text.no.
in l.ſi hæredes nominatim.in verbo enumeratio iun-
ctis dictis ibi per Bar.ff.de leg.j.Et hæc differẽtia in-
ter nomina propria & appellatiua procedit in inſti-
tutionibus & ſubſtitutionibus:ſecùs in pluribus lega
tariis inuicẽ ſubſtitutis,qui ſemper in viriles,& ęqua
liter videntur ſubſtituti,per text.ſingularem in l.vni-
ca.§.ſed vt manifeſtetur.iuncta gloſ.ibi in verbo,pro
virili.C.de cadu.tol.quem ibi ad hoc multum ponde
rat Paul.& hoc verum,niſi onus intrinſecum de reſti
tutione ipſius rei legatæ aliud induceret, ſecundũ gl.
11 ibi. † Tertio caſu,quando ſubſtitutio fit mixtim, ſci
licet & nominibus propriis & appellatiuis, debet at-
tendi quæ nomina præcedãt:quia ſi nomina propria
præponuntur,vt quia dicitur Titium, Caium, & Se-
ium hæredes meos inuicem ſubſtituo: tunc æqualiter
ſubſtituti intelliguntur : ſecùs ſi præcedant nomina
appellatiua,vt quia teſtator dixit, ſupraſcriptos hæ-
redes meos Titium,Seium,& Caium inuicem ſubſti-
tuo.Quia tunc pro portionibus hæreditariis, & non
æqualiter cenſentur ſubſtituti,ſecundum Bald.in d.l.
j.& probat text.in l.ſi ſeruus communis. la vlti.ff. de
ſtip.ſeruo.& eſt glo.in l.ita liber.§.fi.ff.de ſtatu libe.
& ſentit gl.in d.l.nonnunquàm.idem Bald.in d.l.tur
pia.§.fi.ſicut in alio ſimili deciditur.in c.quoniã ab-
12 bas.de offic.deleg.†Quarto caſu,quando ſubſtitutio
fit nominibus indiſcretis,putà filios,fratres vel nepo
tes inſtitutos inuicem ſubſtituo, tunc idem eſt, ac ſi
fieret nominibus appellatiuis,quia omnes ſub vnita-
te comprehenduntur, text.eſt ſingularis, ſecundum
Bar.ibi,in l.Lucius.§.Mæuia.leg.ij.ff.ad Treb.& pro
batur in l.ſi hęredes nominatim.& ibi Bar.ff.de leg.j.
Quod eſt verum,ſecũdum Iaſ.in d.l.j. quãdo omnes
comprehenderẽtur ſub vno nomine ex iſtis indiſcre-
tis,putà quia omnes eſſent fratres vel nepotes, & te-
ſtator diceret,nepotes inuicẽ ſubſtituo: quia tũc oẽs
veniunt ſub vnitate ſiue copula, & locum habet di-
ctus §.Mæuia.ſed vbi ex inſtitutis hęredib9 aliqui eſ-
ſent filij,aliqui nepotes,& aliqui fratres,ita ꝙ omnes
ſub vna nominis vninate comprehendi non poſſent,
ſed eſſet neceſſe,ꝙ plura ad diuerſa nomina indiſcre
ta mediãte copula apponerẽtur,vt quia teſtator dice-
ret,fratres meos & filios ac nepotes ſubſtituo: tũc lo-
cũ nõ haberet dictus §.Mæuia.per ea quæ dicta fue-
runt ſuprà in ſecundo caſu, & ita nouiter limitat tex.
13 illum. † Quinto caſu, quando aliqui ex ſubſtitutis
vocati eſſent nominibus propriis,aliqui verò appel-
latiuis,tunc ſecundum Sali.poſt Bar.illi qui vocati eſ
ſent nominibus propriis, intelligerẽtur vocati in vi-
riles & æquales portiones, quãuis inæqualiter inſti-
tuti reperirentur. Alij autem vocati cenſentur pro
14 portionibus hæreditariis. † Sexto, & vltimo caſu,
quando eſſemus in dubio, ita ꝙ non apparet quibus
nominibus hæredes fuerunt ſubſtituti : quia fortè te-
ſtes,qui præſentes fuerunt in teſtamento non recor-
dantur, vel quia fortè teſtator in ſuperioribus parti-
bus teſtamenti vſus fuit aliquando nominibus pro-
priis,aliquando appellatiuis,deinde dixit,quos inui-
cem ſubſtituo:tunc idem erit ac ſi per nomina appel-
latiua ſubiſtituti eſſent,& ſic pro portionibus hæredi
tariis ſubſtituti intelligũtur in l.ſi plures.ff. de vulg.
& pupil.quam ad hoc not.Barto.in l.præcedenti.qui
cum plures.eo.tit.& Bar.in l.antepenul.ff. de duobus
reis.Bald.Salic.& Paul.Alex.& Iaſon.& Ang.Areti.
in §.& ſi ex diſparibus.inſtitu.de vulg.ſubſt.vbi ſub-
iungit,quòd ſi plures fuerũt ſimul nominati in ſubſti
tutione,& Titius ſeparatim,omnes tamen per nomi-
na propria:tũc ille Titius ſeparatus habebit in ſubſti
tutione dimidiam,& cæteri omnes alij etiam per no-
mina propria nominati habebunt reliquam dimidiã,
vt eſt caſus in l.qui liberis.§.fin.cum l.ſequenti.& ibi
Docto.ff.de vulga.& pupil.quam quidem dimidiam
poſtea illi ſimul plures diuident inter ſe viriliter. Se-
cùs ſi per nomina propria non fuiſſent nominati:ſed
per dictionem quiſquis hęres erit &c.quia tunc illam
dimidiam inter ſe diuidẽt pro portione hæreditaria,
vt eſt caſus ſingularis in l.ſi.C.de impub.& aliis ſub-
ſtit.& ibi per Doct.quæ omnia notabitis in commẽ-
15 dationem huius breuiloquæ ſubſtitutionis.Ex † qui-
bus reſtat,ꝙ hæc ſubſtitutio breuiloqua plures conti
net ſubſtitutiones,& partes in ſubſtitutione aſsigna-
tas tacitè repetit in ipſa. Subſtitutiones ideo dicitur
ad differentiam hæredum inſtitutionis, in qua talis
reciprocatio cadere non poteſt. Plures. ideo dicitur
ad differẽtiam vulgaris pupillaris & exemplaris ſub-
ſtitutionum,in quarum ſingulis non ſemper contin-
git,quòd plures contineant ſubſtitutiones : ſed hæc
breuiloqua nunquã vnam tantùm & ſingularem,ſed
ad minus duas vel plures continet ſubſtitutiones.Nã
interdum continet duas tantùm, interdum quatuor,
16 interdum ſex, aliquando octo, vel plures. † Primò
dixi,ꝙ interdum continet duas tantùm, ſcilicet vul-
gares,vt quando fit duobus extraneis vel maioribus,
id eſt puberibus ſanis,quibus cõuenire nõ poteſt pu-
pillaris nec exemplaris.Tunc enim quia vtriq; cõue-
nit vulgaris, quæ ſui natura omnibus de vulgo fieri
poteſt,vt dixi ſ.in materia vulgar.in tertio principali
articulo.talis ſubſtitutio breuiloqua non continebit
niſi vulgarem in perſona cuiuſlibet hæredum inuicẽ
reciprocè ſubſtitutorum. cum cæteræ ſubſtitutiones
ſupradictæ eis non cõueniant:quia non ſunt pupilli,
nec in poteſtate,nec etiam dementes,aut furioſi,mu-
17 ti,& ſurdi,vel prodigi.Ideo eſt magna quæſtio: † an
tunc in tali breuiloqua contineatur fideicommiſſaria
ſubſtitutio.Quia ſicut vulgaris conuenit vtrique ſub-
ſtitutorum,quibus nõ conuenit pupillaris nec exem-
plaris,ſic etiam eis cõuenit & in eorũ perſonis eadẽ,
& fieri poteſt fideicõmiſſaria.inſtit.de pupil.ſubſt.§.
extraneo.Quia licet extraneis,aut puberibus ſubſti-
tui nõ poſsit directè vltra caſum vulgarem,vt ibi, ta-
mẽ bene poteſt eis ſubſtitui indirectè per fideicom.
Vnde poſtquàm ſubſtitutio fideicommiſſaria conue
nit illis,videtur ꝙ tũc breuiloqua eam comprehẽdat
ſicut vulgarem,ita vt poſtquam hæredes erunt, & ſic
expirata vulgari,quandocunq; poſtea moriantur,lo-
cus ſit fideicommiſſarię ſubſtitutioni.In quo puncto
ſic concludit Ange.Aret.in §.& plures.inſti.de vulg.
ſubſti.ſequendo Bar.in d.l.Lucius.vbi Ang. & Imo.
& Sali.in d.l.in teſtamẽto.Quòd aut ſubſtitutio reci-
proca fit in codicillis,& clarum eſt,ꝙ continet fidei-
commiſſariam, cùm in codicillis non poſsit directa
inſtitutio hæredum,aut ſubſtitutio fieri.l. hæredita-
tem.C.de codic.in quibus hęreditas dari directè vel
auferri non poteſt, niſi conſuetudo hoc permitteret
vel ſtatutum,ſecundum Bal.in l.de quibus.ff.de legi.
18 †Et idem in patre inter liberos teſtante,& eos breui-
loquè ſubſtituente, qui ſi duobus impuberibus filiis
in poteſtate exiſtentibus ſubſtituat breuiloquè in co
dicillis, in tali ſubſtitutione continebuntur directæ
ſubſtitutiones,non obſtante d.l.Scęuola.in qua ideo
ſubſtitutio directa non valet,quia teſtator non pote-
rat in codicillis directo ſubſtituere. Vnde ex quadã
æquitate interpretatur valere fideicõmiſſum. Sed vbi
pater inter liberos in codicillis diſponit,poteſt inter

liberos ſuos directò ſubſtituere, vt probat text. per
quem in noſtris terminis hoc tenet Bart. in l. militis
codicillis in prin.ff.de teſt. milita. vbi ſicut miles po-
teſt in codicillis directò ſubſtituere,ex eo quia in mi-
lite de ſuis bonis diſponente ſeruatur nudum ius gen
tium, ſic etiam poterit pater in quo nudū ius gentiū
ſeruatur directò diſponere. Et ita dicit Bart. ibi obti-
nuiſſe contra omnes aduocatos:& eum ſequuntur in-
differenter omnes Moderni in l. hac cōſultiſsima.§.
ſi quis autē.C.eo.& Aret.in l.cohæredi. §. cùm filiæ.
ff.de vulg.& pupil.& in authen. hoc inter liberos. C.
eo.Et ita Bar.& Doct.æquiparant patrē inter liberos
diſponentem & militem,in d.l.hac cōſultiſsima.§.ex
imperfecto.Nec obſtat ſi diceretur hoc eſſe verū, vbi
cōſtaret patrem voluiſſe in codicillis directò ſubſti-
tuere,quo caſu poſſet ſicut & miles.Nam reſpondet,
quòd in caſu noſtro præſumendum eſt patrē voluiſ-
ſe directò ſubſtituere, ex eo quia fecit breuiloquam,
quę continere nō poteſt niſi directas ſubſtitutiones,
& nunquā continet fideicōmiſſarias, niſi adiiceretur
cōpendioſa vt infrà videbitis. Et idē eſſet in clericis,
doctoribus & aduocatis, aut ad pias cauſas teſtanti-
bus,vt plenè ſcripſi.s.eo. in verbo, *Teſtamentum*. iij.
Aliter & aliâs ſi ſubſtitutio fiat in codicillis,quæcun-
que ſit illa,poſtquàm valere nō poteſt vt directa,va-
lebit iure fideicommiſſi, vt hæredes ab inteſtato caſu
ſubſtitutionis adueniēte capiant hęreditatē, vt eā re-
ſtituant ſubſtitutis in codicillis,retēta quarta Trebel-
lianica iure reſtitutionis,vt l.Scęuola.ff.ad Trebellia.
vbi eſt caſus noſter plenè notatus. Aut talis recipro-
ca facta fuit in teſtamento, & fuit dictū, eos inuicem
ſubſtituo vulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſ-
ſum,vt fieri ſolet:& tūc nō habet dubium, ꝙ cōtinet
fideicōmiſſariam propter expreſſam teſtatoris volun
tatē. Aut reciproca fuit facta ſimpliciter,vt quia ſim-
pliciter dixit,vos inuicem ſubſtituo: vel dixit, ſi quis
corū hæres non erit,inuicem ſubſtituo:tunc quia iſto
caſu ſolū vulgaris caſus exprimitur,non comprehen-
ditur fideicommiſſaria, ſed ſola vulgaris, ſi facta eſt,
vt dixi, puberibus vel extraneis. Si autem facta eſſet
impuberibus ſuis,tunc cōprehendere poſſet etiam pu
pillarem, vt dicā ſtatim, aut in hac ſubſtitutione ap-
poſita eſt conditio denotans tractum tēporis expreſ-
ſè vel tacitè, vt ſi teſtator dixit, & quandocunque
deceſſerit,eos inuicē ſubſtituo, vel dixit, ſi quis corū
deceſſerit ſine liberis, eos inuicem ſubſtituo, & tunc
ſecundum Ange.& Imo.in d.l.Lucius. talis ſubſtitu-
tio cadit in compēdioſam propter verbum quando-
cunq;,quæ videtur reciprocè facta,&ſui natura com-
prehendit vulgarem adueniente caſu vulgaris, putà
ſi adire noluerunt, aut non potuerunt. Cōtinet etiam
pupillarem adueniente caſu pupillaris,vt ſi adeāt hæ-
reditatem:ſed quia fortè erant ſibi pupilli, & ſui, qui
decedunt in pupillari ætate. Præterea continet fidei-
commiſſariam poſt pupillarē ętatem quandocunque
deceſſerint,ex quo facta eſt per verbum cōmune ſub
ſtitutio, quod eſt aptum natum cōprehendere etiam
obliquam ſubſtitutionem,vt plenè dicam in materia
compēdioſæ ſubſtitutionis. Licet enim hæc ſubſtitu-
tio valere cœperit vt vulgaris vel pupillaris directa,
& non fuit facta per verba directa ciuilia,ſed per ver-
ba communia,certè obliquari poteſt, vt ibi plenè di-
cam.Quotieſcunque ergo ex tenore ſubſtitutionis re
ciprocæ comprehendi poteſt ꝙ teſtator plura tēpo-
ra comprehendi poteſt ſucceſsiuè, tunc in ea conti-
netur fideicommiſſaria.veluti dicendo, quandocun-
que deceſſerit, vel ſi ſine liberis deceſſerint. quæ ver-
ba tacitè cōprehendunt tēpus pubertatis: cùm infra
id tēpus quis habere nō poſsit liberos, ſaltem de lege
communi.Et ita voluit Ange.in l.in teſtamēto.C. de
teſta.milit.in fi.& Sali.in l.ij. C. de impu. & aliis ſub-
ſtit.Si autem reciproca fieret tunc per verba directa,
veluti ſi deceſſerit ſine liberis,alter ſit hæres:tunc nō
contineret fideicommiſſariam, quia talia verba dire-
cta ciuilia obliquari non poſſunt, vt ibi dicam. licet
Iaſon in d.l. in teſtamento. col. xij. prima facie niſus
fuit tenere contrarium:ꝙ primò contineat fideicom-
19 miſſarias.ſed tandem dicit ꝙ non.✝Et ratio eſt, quia
reciproca eſt ſubſtitutio directa,& non poteſt ex ſei-
pſa continere niſi directas ſubſtitutiones, &non fi-
deicommiſſarias, quæ ſunt indirectæ & impropriæ
ſubſtitutiones:quæ licet comprehendantur ſub com-
pendioſa,quæ propter verbum quandocunq; fieri vi-
dentur ſub mortis cōmemoratione,tamē non in bre-
20 uiloqua ſimplici. ✝ Vnum tamen menti tenebitis, ꝙ
ſi reciproca ſubſtitutio facta fuerit more communi,
ſcilicet eos inuicē ſubſtituo vulgariter, pupillariter,
& fideicommiſſariè, ſemper erit in electione ſubſti-
tuti venire per quam ſubſtitutionem voluerit ex dire-
cta,putà vulgari in caſu ſuo,aut pupillari in caſu ſuo:
ſi perſonæ patiantur ꝙ pupillaris comprehendatur,
vt dicam in ſequenti membro: vel ſi ex illis directis
venire nolit, tunc venire poterit per fideicommiſſa-
riam etiam adueniente caſu vulgaris vel pupillaris
ſubſtitutionis,per tex.& ibi Dy.& Bar.in l.recuſare.
§.ſi Titius.ff.ad Treb.idem voluit Bar.in l.centurio.
verſi.quartò principaliter quæro.ff.de vulg. & pupil.
licet ibi cōtrarium voluerit Imo. dicens ſubſtitutum
venire non poſſe,niſi per vulgarē in caſu ſuo,ſcilicet
hæreditatis nō aditæ,vel per pupillarē vt in caſu ſuo,
ſcilicet ſi alter hæreditate adita in ætate pupillari de-
cedat:&poſtea per fideicommiſſariam,ſi poſt aditam
hæreditatē & pubertatē decedat:quia talis videt̄ fuiſ-
ſe volūtas teſtatoris cōprehendēdo plura tempora ar
gu.l.quod conſtitutum. ff.de teſta.mili.dicens ita eſ-
ſe de mente Cy.in l.precibus.Et idem voluit in dicto
§.ſi Titius. Tamen Ange. Aret.in dicto §.& plures.
ſequitur opinionē Bar.Nam ſi alter hæredū poſt pu-
bertatem non adit hæreditatē, ſed recuſat,clarum eſt
quòd locum habere poteſt vulgaris, quia hæres non
eſt,& etiam habere poteſt locum fideicommiſſaria,
quia pōt cogi adire periculo ſubſtituti fideicōmiſſa-
rij,& reſtituere.l.quia poterat.ff.ad Treb.ergo clarum
eſt in electione ſubſtituti eſſe, an ex vulgari tantùm
aut ex fideicommiſſaria cogendo inſtitutum adire,
hæreditatem conſequi poterit.argu.dicti §. ſi Titius.
ſicut ſubſtitutus ex reciproca repudiare poſſet ex ſub-
ſtitutione, & velle ſuccedere ex iure accreſcendi ſi-
bi delato ex inſtitutione.l.nec is.§. j.ff.de acquir.hæ-
redi.ſecundum Ange.in d.l.in teſtamēto.in fi.Reſtat
ergo quòd ſubſtitutio breuiloqua duas continet ſub-
ſtitutiones vulgares, quando fit duobus puberibus
21 vel extraneis ſanis. ✝Similiter continere poteſt duas
tātùm pupillares, veluti ſi fieret duobus pupillis ſuis
per partem exhęredatis:putà quia doli capaces com-
miſerunt contra patrē cauſam ingratitudinis. Nam
exhæredari poſſunt, & non obſtante exhæredatione
pater poteſt eis pupillariter ſubſtituere, vt plenè dixi
s.in materia pupillaris in quarto princi.artic.quo ca-
ſu ſi pater eos exhæredando inuicem ſubſtituat, talis
reciproca nō poteſt continere vulgares, attēto quòd
non ſunt inſtituti hæredes,ſed continebit duas pupil
lares, vnam in perſona cuiuſlibet pupilli exhæreda-
22 ti. ✝ Pariter continere poteſt duas exemplares tan-
tùm,



tùm,vtputà ſi duo filij mente capti propter ingrati-
tudinem ante dementiam commiſſam cōtra patrem
ab ipſo exhęredentur & inuicem ſubſtituantur: quo
caſu cùm exhæredatio teneat, vt plenè dixi ſuprà in
materia exemplaris, & ſic vulgaris locum habere nō
poſsit, talis ſubſtitutio continebit duas exemplares
tantùm,ſcilicet vnam in perſona cuiuſlibet duorum
mentę captorū aut furioſorum.Secundò dixi s. quòd
hæc ſubſtitutio reciproca aliquādo continet quatuor
ſubſtitutiones, ſcilicet duas vulgares,& duas pupilla-
res, vt quando fieret duobus filiis impuberibus in
poteſtate conſtitutis,& à patre vel auo paterno hære
dibus inſtitutis & inuicem ſubſtitutis, vt d.l.iam hoc
23 iure. ✝Idem quando fieret à patre vel matre duobus
puberibus mente captis:quia contineret duas vulga-
res ante aditam hæreditatem,& duas exemplares po-
ſtea,ſecundū Bald.in dicta l. Lucius.vj. col.in ſi. quē
ibi ſequitur Alexan. & Imo. hîc aliquando continet
ſex ſubſtitutiones, vt putà ſi dico, filios meos duos
impuberes inſtituo hæredes: & ſi deceſſerint in pupil
lari, vel aliâs quandocunque, eos inuicem ſubſtituo.
Nam hæc ſubſtitutio duas continet vulgares, ſi non
adeatur hæreditas,& duas pupillares,ſi adita hæredi-
tate deceſſerit in pupillari ętate,necnon duas cōtinet
fideicōmiſſarias propter clauſulam compendioſi, ſi
poſt pupillarē ætatē deceſſerit.Poteſt etiam contine-
re octo ſubſtitutiones, veluti ſi quis duos habeat fi-
lios impuberes mēte captos, & eos hæredes inſtituat,
& inuicē ſubſtituat per hæc verba, ſi deceſſerit in pu-
pillari ætate, vel poſt in dementia, vel aliâs quando-
cunque,eos inuicem ſubſtituo. Nam tunc contineret
duas vulgares, duas pupillares, duas exemplares, &
duas fideicommiſſarias. Si autem teſtator duobus fi-
liis pupillis dementibus ſimpliciter ſubſtitueret reci-
procè eos inuicem ſubſtituendo abſque alia tempo-
rum diſtributione, talis ſubſtitutio nō cōtineret niſi
ſex directas ſubſtitutiones, ſcilicet duas vulgares,
duas pupillares,& duas exēplares.Et hæc vera quan-
do ſubſtitutio reciproca fieret duobus tātùm,ſi verò
fieret pluribus,putà tribus,quatuor aut pluribus, tūc
numerus ſubſtitutionum aſcenderet multum.Poſſent
enim contingere multò plures vulgares, pupillares,
& exemplares,ac fideicommiſſariæ,ita ꝙ ſi plures eſ-
ſent filij,numerus multiplicaretur in plus, vt patet ad
ſenſum ſecundum Bart.in d.l.Lucius.& Sali.in d.l.in
teſtamento.& Ange in d. §. & plures.inſtit. de vulg.
24 ſubſtitu. ✝Et continet ſemper hæc ſubſtitutio plures
ſubſtitutiones paris numeri, & nō imparis,putà tres
aut quinque vel ſeptem,niſi hoc fieret ex probata vo
luntate teſtatoris,vt dicam infrà,in verbo, æqualiter.
25 ✝Et tales ſubſtitutiones in reciproca cōtentæ ſunt
expreſſæ generaliter & tacitè ſpecialiter,vt plenè ha-
buiſtis ſuprà in tractatu vulgaris in iiij. princ. articu.
Et ſic tales ſubſtitutiones in breuiloqua cōtentæ ex-
cludunt matrem & alios ab inteſtato ſuccedentes: de
quo plenè dixi ſuprà in materia pupillaris in vj.prin
cip. arti. tractando tertium effectum dictæ ſubſtitu-
tionis circa finē illius effectus:vbi latè videatis,quod
qualiter intelligatur dicam in verbo, æqualiter, infrà
hac eadem ſubſtitutione. Reſtat ergo,quòd hæc ſub-
ſtitutio nunquam continet vnam ſolam ſubſtitutio-
nem, quinimo ſemper duas aut plures continet, vt
vidiſtis. & in hoc differt ab aliis ſubſtitutionibus.
26 ✝ Et per conſequens dicitur eſſe ſpecies ſubſtitutio-
nis diſtincta ab aliis ſecundum Sali.in d.l.in teſtamē-
to.ſuper quo tamen fuerunt duæ opiniones contra-
riæ.prima fuit opinio gloſ.noſtræ hîc,quæ non enu-
merando hanc ſubſtitutionē inter alias,ſatis videtur
tenere ꝙ non ſit ſpecies ſubſtitutionis ſpecificè ab a-
liis differens,quod fuit dictum Gul.de Cug. & Ray-
ne.in ſuo tract.de ſubſti.quos ſequitur Bar.in d.l.Lu-
cius.j.col.ff.de vulg.& pup.vbi formaliter decidit re-
ciprocam non eſſe ſpeciem ſubſtitutionis:ſed eſt quę
dam adiectio, ſicut dicimus in ſimili in actionib. de
peculio,inſtitoria & tributoria,vt l.iij.§.cui cōgruit.
ff.de pecu.nō ꝙ Barto.voluerit dicere, ꝙ breuiloqua
ſit adiectio eo modo quo actio de peculio cenſetur
adiectio,& qualitas, quæ licet non alteret eſſentiam
actionis,tamen moderatur & diminuit effectum con-
demnationis & exactionis:cùm dominus actione de
peculio conuentus non condemnetur in totum, ſed
quatenus eſt in peculio. l. in delictis.§.ſi detracta. ff.
de noxali.Quod nō facit hæc ſubſtitutio breuiloqua:
quia nihil diminuit quo ad effectum aliarum ſuſtitu-
tionum in ea contentarum.Sed dicit Bar.hoc, non vt
dixi, ꝙ velit has æquiparare adiectiones, ſed tantum
per quandam ſimilitudinem declarare,ſecundum Ia-
ſo.in d.l.Lucius. Sicut enim adiectio de peculio non
alterat eſſentiam actionis, imò eadem eſt actio, ſic à
ſimili adiectio breuiloqua non alterat eſſentiam ſub-
ſtitutionum in ea contentarum.Nam hęc ſubſtitutio,
vt vidiſtis continet vulgares,pupillares, ac exempla-
res.& ſic eſt nomen accidentale & non ſubſtantiale:
& ita etiam tenet Bald.in repetitione c.ſi pater. eo.ti-
tu.lib.vj.& Barba. hîc. motus nonnullis aliis ſubtili-
bus rationibus,præſertim ex text.in d.l.iam hoc iure,
dum dicit,ad tertium quoq; genus ſubſtitutionis tra-
27 ctum eſſe videtur. ✝ Nam illud verbum, videtur, de-
notat improprietatem quandam:vt l.non videtur. ff.
de regul.iur. Si ergo eſſet ſpecies diſtincta ſubſtan-
tialiter & eſſentialiter,legiſlator ibi vſus fuiſſet verbis
propriis & habilibus differentiam eſſentialem impor
tantibus. Idem tenet Iaſon in l.in teſtamēto.in prin.
Secunda opinio fuit gl. in §.qua ratione inſti. de pu-
pil.ſubſti.& ſuper rubr.ff.de vulga.& pupil. quæ hāc
ſubſtitutionem enumerando inter cæteras tacitè di-
cit,quòd ſit ſpecies ſubſtitutionis.Idem tenet Bald.in
l.precibus.verſic.Iuxta hoc quæro.C.de impub. & a-
liis ſubſt.& Imo.& Sali.in d.l.in teſtamēto. C.de te-
ſta.mili.vbi clarius quā cæteri per ſeptē pulchras in-
ductiones quas elicit ex tex.in d.l.iam hoc iure.con-
cludit eam eſſe ſpeciem ſubſtitutionis, referens idem
tenuiſſe eius patruum Richar.de Sali.per tex. in eadē
l.iam hoc iure.ibi,ad tertiū genus ſubſtitutionis, &c.
Quæ quidem verba duo diuerſa genera ante ſe præce
dentia ſignificant. l.j.§.iij.& l.iurecōſultus.§.iij.ff.de
gradi.Videatis ibi per eum in iiij. qō. idē voluit An-
gel.in d.l.iam hoc iure. & ibi Imol. Ex hoc inferens
28 Angel.✝.ꝙ ſtatutum loquens de vulgari & pupillari
non cōprehenderet reciprocam,tanquam ſit ſpecies
diuerſa:cùm aliæ fieri poſſint vni ſoli,hæc autem fie-
ri non poteſt niſi pluribus. Præterea quælibet aliarū
continet vnam,hæc autem ſemper habet neceſſe plu-
res continere ſubſtitutiones. Ad hoc facit quod dixi
in præcedenti ſubſtitutione, in fin.idem tenet Ludo.
in d.l. in teſtamento.Poſtremò Alexā.in d.l.Lucius.
opiniones concordat hoc modo, ſcilicet quo ad for-
mam reciproca dicitur ſpecies ſubſtitutionis de per
ſe,non autem quo ad effectum. Quia vltra vulgarem
aut pupillarem vel exemplarem ſiue fideicommiſſa-
riam non habet per ſe alium effectū.&ita ſaluari po-
teſt prima opinio ſecūdum Rapha.in d.l.iam hoc iu-
re. & Imo.hîc.Et inde dicit Frāciſ.Are.in rubr.ff. de
vulg.& pup.quòd breuiloqua eſt adiectio quędā, id

eſt,quidam modus inducendi ſubſtitutiones ſub vna
forma verborum : tamen quia eſt eadem eſſentia &
effectu ; non facit nouam ſpeciem,vt dicit tex.not.in
l.ij.in fi. C.communia de lega. Sequitur in diſſinitio-
29 ne:æqualiter.† Ideo dicitur, quia ſi eſſet inæqualitas,
nunquam eſſet reciprocatio propria , vt d. l. in teſta-
mento. C.de teſta.milita.& d.l.iam hoc iure.Inæqua
litas enim impedit in reciproca contineri pupillares,
vel alias ſubſtitutiones,quoties inæqualitas eas cade-
re non permittit æqualiter in perſona cuiuſlibet in-
ſtitutorum, vt l.ij. & l. quamuis. C. de impub.& aliis
ſubſtit. Circa quod eſt aduertendum , quia interdum
30 in hac ſubſtitutione intercedit † inæqualitas in con-
iunctione naturali inter inuicem ſubſtitutos: & de il-
la non curatur, prout eſt inter filios duarum vxorum
de quo dixi s̃.eadem ſubſtitutio.ſuper verbo, *breuilo-
quio*.in primo caſu in fine.& plenè Bar.in d.l.Lucius.
prope finem. Aliquando intercedit inæqualitas por-
tionū & rerum : putà teſtator duos filios impuberes
inſtituit hæredes inæqualiter: veluti vnum in dodran
te,alterum verò in quadrante, & eos inuicem ſubſti-
tuit,certè hoc caſu propter diſparitatem portionum
in quibus dicti filij fuerunt hæredes inſtituti, non im-
peditur quin in hac ſubſtitutione reciproca cōtineā-
tur duæ vulgares ante aditam hæreditatem , & duæ
pupillares poſt eam aditam, ſi infra pubertatẽ mors
contingat: & etiam continerentur poſt pubertatem
duæ exemplares, ſi pupilli hæredes inſtituti fuiſſent
mente capti: quia inæqualitas ſeu diſparitas portio-
nū non impedit ſub breuiloqua contineri ſubſtitutio
nes,quæ perſonis inſtitutorū inuicem ſubſtitutorum
conueniunt.l.ſi plures.cum l.ſeq.ff.de vulga.& pupil.
facit l.j.C.de impub.& aliis ſubſtit.ſecundum Bar. in
d.l.Lucius.& Angel.in d.l.in teſtamẽto.& Imol.hîc.
Et hoc verum, quando fuerunt plures inſtituti in diſ-
paritate portionum,quæ non impedit ſubſtitutiones
conuenientes perſonis contineri in breuiloqua,vt di-
ctum eſt.Quinimò inſtitutus in minori portione, ita
bene dicitur ſubſtitutus alteri,ſicut inſtitutus in ma-
iori portione dicitur ſubſtitutus ſibi. Quia ſicut inæ-
qualitas temporis,putà ætatis : quia fortè impuberes
quibus inſtitutio fit, ſunt diuerſæ ætatis,non impedit
ſubſtitutionem contineri , ſic nec diſparitas rerum.
arg.l.miles.§. & quia diximus. ff. de teſta. milita. ſe-
cùs tamen eſſet ſi aliqui inſtituti forẽt in certis parti-
cularibus rebus,& alij vniuerſaliter eſſent inſtituti in
portionibus,& quotis,vt putà, quia teſtator filias in-
ſtituit ex certis rebus , vel quantitatibus , vel dotibus
ſecundum Ange.Aret.in dicto §.& plures.inſtitu.de
vulga.Et maſculos vniuerſaliter inſtituit hęredes.po-
ſteà dicendo, omnes filios meos inuicem ſubſtituo.
Nam hoc caſu filiæ non videntur cum maſculis ſub-
ſtitutæ,quia hæres ex re certa non eſt propriè hæres
ſimpliciter loquendo,ſed habetur loco legatarij , vel
eſt tertium genus per ſe, & vocatur hæres particula-
ris,vt not.in l.ex facto.in princ. ff. de vulga. & pupil.
Et dixi plenè ſuper verbo, *In eodem teſtamento relin-
quens*.j.poſt xxvij. & vltimam limitationẽ. verſi. pro
totali præmiſſorū . & iſta ſubſtitutio videtur facta in
dubio in portionibus hæreditariis,vt dicta l.qui plu-
res.& ſic cùm filiæ nō habeant hæreditariam portio-
nem,non cenſentur maſculis ſubſtitutæ. Ad hoc fa-
cit l. cohæredi.§.qui diſcretas.ff.de vulg.& pupi.vbi
qui non ſunt coniuncti in inſtitutione,ſed inſtituti in
re certa tantùm, non habent ius accreſcendi cum in-
ſtitutis.l.j.§.ſi ex fundo. ff. de hære. inſtitu. ergo nec
videntur eis ſubſtituti,ſecundum Barto.in dicta l.Lu-

cius.cum quo tranſeunt ibi Ang.& Imol. Cum limi-
tatione tamen, vt id quod dictum eſt per Barto. pro-
cedat,niſi omnes maſculi repudiaſſent,vel mortui eſ-
ſent non adita hæreditate : quia tunc admitterentur
fœminæ argu.l.cohæredi.§.qui diſcretas.s̃. allegatis.
prout ante Imo.tenuerat Bal.cum quo ibi tranſit An-
gel.in d.l.in teſtamento.C.de teſta.milita.& in vj. &
31 vij.quæſtio. †Secundò poteſt etiam limitari dictum
Barto.per ipſummet Bart.in l.fin.ff.ad Treb. vt non
procedat,ſi duo tantū maſculi eſſent inſtituti vniuer-
ſaliter, & vna filia in re certa,& teſtator dixiſſet inui
cem ſubſtituo ſuperuiuentes , ſi vnus illorum ſine li-
beris deceſſerit. Tūc enim intelligetur ſubſtitutus nō
ſolùm maſculus, ſed etiam filia. illa pluralitas verifi-
cari non poſsit in ſolo maſculo ſuperuiuente, niſi fi-
lia comprehendatur,per dictam l.fin.ff.ad Trebel.Et
ita etiem tenet Pau.in dicto §. qui diſcretas. & Alex.
in dicta l.Lucius.vbi Iaſon allegans Barto.ſic conſu-
luiſſe conſi.liiij.volu.j.inci.Angelus Maciæ habebat:
verſic.oſtendo contrarium.& Petrum de Ancha.con-
ſil.lxiiij.Sed in meo libro eſt conſi.lxvij.incip. ſimili-
tèr ad plenū.Et hoc verum, ꝙ filia prædicto caſu cen
ſetur eſſe cum maſculo ſubſtituta:quia illa dictio nu-
meri pluralis ſuperuiuentes , apparet clarè & ad lon-
gum ſcripta in teſtamẽto. Si autem eſſet abbreuiata,
vt ſæpe faciunt notarij , ita quòd non intelligitur an
teſtator dixerit ſuperſtitem , vel ſuperſtites , tunc in
dubio interpretandum eſt, ꝙ dixerit ſuperſtitem : vt
ſolus maſculus veniat ad ſubſtitutionem,per tex.ſin-
gularem in dicto §.qui diſcretas. ſecundum Alexan.
ibi poſt Bar.in dicta l.fin.ff.ad Treb.videatis quę dixi
s̃.eo.ſubſtitutio.in verbo,*breuiloquio*. & Ange. Aret.
32 in dicto §.& plures inſtit.de vulg.ſubſtit. †Aliquādo
in iſta ſubſtitutione intercedit inæqualitas,ſeu diuer-
ſitas perſonarum in perſonis inſtitutorum & inui-
cem ſubſtitutorum:& tunc ſubſtitutio reciproca non
continet niſi ſubſtitutiones, quæ æqualiter conueni-
re poſſunt vtriſque inſtitutis inuicem ſubſtitutis, vt
dicta l.ij.& l.quamuis. C.de impube.& aliis ſubſtitu.
Sed iterum hęc inæqualitas perſonarum poteſt tripli-
citer contingere. Nam aliquando fit hæc ſubſtitu-
tio perſonis diſparibus ab initio & ſemper, aliquādo
perſonis diſparibus ab initio , ſed non ſemper : putà
quia eis poſtea contingit & ſuperuenit æqualitas , &
aliquando fit econtra,ſcilicet perſonis paribus ab ini-
33 tio , quibus poſtea inæqualitas contingit. † Primo
caſu,ſi hęc reciproca fiat perſonis inæqualibus & diſ
paribus ab initio & ſemper ( putà ſi fiat vni filio pu-
pillo , & in poteſtate , & alteri puberi aut extraneo)
tunc quia ſubſtitutio pupillaris non poſſet vtrique
conuenire, in tali breuiloqua non continetur pupil-
laris. Et idem ſi fieret vni filio mente capto,& alteri
ſanæ mentis hæredibus inſtitutis , non contineretur
exemplaris:ſed vtroque caſu cōtineretur tantùm vul-
garis,quæ vtrique hæredum inſtitutorū inuicem ſub-
ſtitutorum æqualiter conuenit,vt dicta l.iam hoc iu-
re , & dicta l.ij. & l.quamuis. & ſic adita hæreditate
expirabit.Pupillarem autem vel exemplarem in per-
ſona pupilli vel mente capti non continebit propter
inæqualitatem conſubſtituti. Nam inæqualitas per-
ſonarum operatur , quòd vnam ſolam ſubſtitutionẽ,
ſcilicet vulgarem,in perſona cuiuſlibet cōtineat, per
text.in dicta l.ij.C.de impube.& aliis ſubſtit. vbi de-
ciditur eos videri ſubſtitutos in vnum caſum dunta-
34 xat, ſcilicet vulgarem. † Quoties enim determi-
natio reſpicit duo determinabilia, debet ea æqualiter
determinare. l. iam hoc iure.ff.de vulga. & ibi not.
vt ſcili



vt ſcilicet ſubſtitutio quæ locum habet in perſona v-
nius, locum habeat in perſona alterius,& quæ valere
non poteſt in vno,nō valeat in alio,vt dicta l.quam-
uis.& l.hæreditatem.C.de impube.& aliis ſubſtit.Fa
cit l.in teſtamento.C.de teſt.mili.& text. in l.ſi lega-
tarius.§.fi.vbi hoc not.Bar.ff.de leg.iij. Et hæc regu-
la etiam locum habet in ſtatutis, ſecundum Ang.con
ſilio cxliij. in ſi. incip. tria videntur impugnare. Ad
hoc facit aliud ſimile,quòd quādo duo vocabula ve-
niunt ad determinationem eiuſdem verbi, debent ſic
intelligi,vt vniformiter operentur : text. eſt quem ibi
Barto.dicit ſe neſcire alibi,in l.ſin.C.de ſenten.& in-
terlo.Plus dico, quòd etiam locum habet hæc regula
vbi eſſet diuerſa ratio in vno determinabilium,quàm
in alio,per tex.& quod ibi decidit Bar.in dicta l.ſi le-
gatari⁹.§.cùm ita.ff.de leg.iij.vbi dicit Bar. ꝙ ſi teſta
tor relinquat vxori quatuor corbes frumenti ex ta-
li fundo,& decem libras: licet frumentum diuerſa ra-
tione non debeatur,niſi tempore recollectionis , ta-
men etiam pecunia ante non debebitur,niſi tempore
meſſium,viſo quòd eodem legato ambo relicta ſunt.
Nec obſtat l.cohæredi.§.qui diſcretas.ff.de vulga. &
pupilla. vbi quia maior ratio eſt in coniunctis quàm
ſubſtitutis, non æqualiter determinantur. Quoniam
ibi hoc ideo eſt , quia aliâs periret & ceſſaret regula
volens coniunctum præferri ſubſtituto, ſecūdum A-
35 ret. † Hæc tamen regula, quòd vna determinatio de-
bet æqualiter determinare duo determinabilia , fallit
vbi maior fauor eſſet in vno determinabili quàm in
alio. Quia tunc æqualiter non determinat : putà te-
ſtator dicit , cùm filius meus hæres ad xiiij. annum
peruenerit,relinquo talem fundum & libertatem ſer-
uo.certè ſi moriatur ante xiiij. annum extinguitur le-
gatum fundi,ſed non libertatis.l.ſi ita ſcriptum. ff. de
manu.teſtá.& l. ſi ſeruus liber.ff.de ſtatuliber. ſecun-
dum Alexand.in l.in teſtamẽto.C. de teſtamen. mili.
& Iaſo.in dicta l.iam hoc iure.v. colum. ff. de vulga.
& pupil. Secundò fallit hæc regula in diſpoſitione
negatiua,vt ſi teſtator inſtituat filium hæredem & ne
potẽ ex eo,non intelligitur eos vniformiter inſtitue-
re , ſed nepotem poſt filium,cùm nepos ſit inſtitutus
viuente filio ex cauſa neceſsitatis , ne ſi viuo teſtato-
re filius moreretur,teſtamentum rumpatur. l.Gallus.
§.j.vbi glo.ff.de libe.& poſthu.& Alexand. v. col. &
36 Iaſon plenè in dicta l. iam hoc iure. † Reſtat ergo
per dictam regulam , quòd hæc ſubſtitutio perſonis
diſparibus facta,non comprehendit pupillares , nec
exemplares,ſed tantùm vulgares.Plus dico,quòd ſub
tali breuiloqua , nedum non continentur pupillaris
vel exemplaris , imò nec fideicommiſſariæ ſubſtitu-
tiones, licet fideicommiſſaria ſubſtitutio poſsit vtri-
que conuenire, cùm etiam maiori & extraneo fidei-
committi poſsit,inſtit. de pupil.ſubſtitu.§.extraneo.
quia verba & perſonæ non repugnāt:& ita not.illum
text. Bartol. in dicta l.ij. dicens aliâs ita conſuluiſſe.
quod verum intelligatis,vbi teſtator reciprocè & ſim
pliciter ſubſtituiſſet : ſecùs ſi ſubſtitutioni adieciſſet
verbum diſtributiuum temporis quandocunque , ſic
dicendo,quandocunque alter veſtrum deceſſerit,vos
inuicem ſubſtituo. Quia tunc talis breuiloqua bene
contineret fideicommiſſarias ſecundum Iaſ. in dicta
l.ij.& dixi ſuprà in verbo,plures.& idem eſſet & mul
to potius ſi in temporis diſtributione fieret mentio
ætatis pupillaris,putà quia teſtator habens duos vel
tres filios,quorum vnus vel duo ſunt impuberes,alius
eſt maior, dicit: filios meos æqualiter inſtituo. Et ſi
quis eorum in pupillari vel alia quacunque ætate de-

ceſſerit,ſuperuiuentes ei ſubſtituo. Nam hæc ſubſti-
tutio in perſona minorum continebit pupillarem,
quam continere non poſſet in perſona maiorum,ſe-
cundum Rapha.Cuma.conſil.cxxvj. incipi. Ioannes
quondam vitalis.Sed Alexan.cōtra in dicta l.in teſta-
mento.C.de teſta.mili.prope ſi.ſequẽ. Richar.de Sa-
lic.in conſilio incip. Quidam teſtator habens tres fi-
lios. Hanc plenè diſputauit Iaſon in dicta l. iam hoc
37 iure.iiij.& v.col.vbi videatis per eum. †Et nō ſolùm
diſparitas duorum inuicem ſubſtitutorum impedit
pupillarem aut exemplarem contineri in reciproca,
ſed etiam diſparitas vnius ſolius inter multos æqua-
les. Vnde ſi pater habens duos impuberes vel mente-
captos,& vnum puberem vel ſanæ mentis , eos inſti-
tuit , & inuicem ſubſtituit , talis ſubſtitutio propter
mixturam illius tertij non continebit niſi vulgares,
& non pupillares vel exemplares , etiam in perſonis
duorum pupillorum,vel dementium ſecundum Bart.
in dicta l.Lucius.& Alexan.ibi.idẽ tenet Ange. Are-
ti .in dicto §.& plures.& Salic.in dicta.l.in teſtamen-
to.licet Bald.ibi aliter dixerit, & non bene, ſecūdum
38 Imol.hîc. & Ludoui. in dicta l.in teſtamento. † Et
prę miſſa ſunt vera,ſcilicet breuiloquam perſonis diſ-
paribus factam non cōtinere pupillarem , aut exem-
plarem etiam in perſona illius , cui conuenire poſſet.
niſi probari poſſet teſtatorem voluiſſe in tali breuilo
qua perſonis imparibus facta pupillarem comprehē-
di vel exemplarem , quia tunc conſtito de voluntate
teſtatoris,ſi talis ſubſtitutio facta fuerit in teſtamen-
to pagani,id eſt non militis,cōtinebit in perſona pu-
pilli in poteſtate conſtituti pupillarem,vel in perſona
39 furioſi exemplarem. †Et ſic in perſona vtriuſque cō-
tinebit vulgarem,quæ vtrique conuenit , & in perſo-
na pupilli vel furioſi pupillarem vel exemplarem.
Taliter quòd ſi adita hæreditate pupillus cui ſubſti-
tutio pupillaris cōuenit , moriatur infra pubertatem,
vel mentecaptus cui exemplaris conuenit , moriatur
in dementia , alter ſubſtitutus cui dictæ ſubſtitutio-
nes conuenire non poſſunt,ſuccedet pupillo vel mẽ-
tecapto , vi dictarum ſubſtitutionum , quas teſtator
comprehendi voluit in breuiloqua. Et ſuccedet non
ſolùm in bonis teſtatoris , ſed etiam in bonis pupilli
vel mentecapti,ſed in perſona dicti alterius ſubſtitu-
ti cui pupillaris vel exemplaris non conuenit, ſolùm
continebit vulgarem,quę expirabit adita hæreditate.
l.poſt aditam. C. de impuberum & aliis ſubſtitu. Et
ſic erit dare caſum in quo reciproca continebit plures
ſubſtitutiones imparis numeri, ſcilicet tres, duas vul-
gares, & vnam pupillarem vel exemplarem , ſecun-
dum Bart.in dicta l. Lucius.iij.colum. prout vidiſtis
40 ſuprà in verbo , plures. † Si verò reciproca fuerit per
militem facta perſonis imparibus,& ( vt dictum eſt)
probari poſſet per coniecturas,aut aliâs, teſtatorem
voluiſſe in tali breuiloqua pupillarem vel exemplarẽ
comprehendi , tunc illam continebit ſecundum vo-
luntatem teſtatoris , ita quòd in perſona vtriuſque
continebit vulgares ante aditam hæreditatem.Poſtea
verò in perſona pupilli continebit pupillarem , vel
in perſona dementis exemplarem , ſi infra pupilla-
41 rem ætatem decedat , vel dementiam. † Et ſi poſt
pubertatem vel dementiam ſanus mente moriatur,
continebit ſubſtitutionem militarem , & in perſo-
na alterius cohæredis ſubſtituti cui pupillaris non
conuenit vel exemplaris , ſemper continebit milita-
rem:ita quòd illo altero cohærede ſubſtituto moriẽ-
te, pupillus vel demens durante pupillari ætate vel
dementia aut poſt, ei ſuccedet vtroque tempore : &

ſemper ex militari ſubſtitutione iure& priuilegio mi-
litis, qui etiam extraneo& maiori ſubſtituere poteſt
directé.l.Centurio.ff.de vulgar.& pupilla.prout hæc
omnia ſupradicta probantur in l.in teſtamento.in fi.
C.de teſtamen.milit.ſecundum communem opinio-
nem,quam ibi ſequitur Iaſon.licet Ange.& Alex.te-
42 nuerint, †quòd tunc talis breuiloqua per militẽ per-
ſonis diſparibus facta,in perſona vtriuſq; ante puber
tatem vel dementiam aut poſt,contineat ſubſtitutio-
nem militarem omni caſu,quæ ſui natura non opera
tur nec extenditur,niſi quo ad bona teſtatoris tantũ:
ſed pupillaris & exemplaris extenduntur etiam ad
bona pupilli & dementis, vt plenè vidiſtis ſuprà in
materia pupillaris & exemplaris.Vnum tamen men-
ti tenebitis, quòd ea quæ dicta ſunt in reciproca per
militem facta perſonis diſparibus, vt ſcilicet cõpre-
hendat pupillarem,exemplarem,& militarem.Si pro
betur,quòd teſtator hoc voluerit, locum haberent e-
tiam in teſtamento doctoris vel aduocati,aut presby-
43 teri: † qui quo ad actum teſtandi militibus æquipa-
rantur,vt plenè ſcripſi ſuprà eo.c.in verbo,*Teſtamen
tum*.j.in ix.caſu fallentiæ.& plenè decidit Alexander
in dicta l.Centurio.in princ.Prouiſo, quòd ſint actu
legentes,aut poſtulantes,aliàs non. Quia talia priui-
legia etiam non competunt militibus qui non mili-
tant reipublicæ, ſed promouentur cauſa pompæ &
inanis gloriæ,ſecundum Bald.in dicta l.in teſtamen-
to.in fi.& Cyn.in l.j.C.de iuris & fac.igno.Sic etiam
erit in illis doctoribus,qui actu non legunt,ſed cauſa
honoris( vt vocentur rabi,& primas cathedras occu-
pent) promoti ſunt.Tales enim non gaudent priuile
gio doctorum,ſecundũ Bart.in l.medicos.C.de pro-
feſſo.& medicis.lib.x.& Ang.Areti.in §.item Romę
44 grammatici.inſtit.de excuſat.tutor.† Et tales ſubſti-
tutiones in reciproca cõtentæ ſiue ſint vulgares ſiue
pupillares vel exemplares, aut militares; his caſibus
dicuntur expreſſæ, & conſequenter matrem exclu-
dunt & cæteros inteſtatè ſuccedentes.quod intelliga
tis ſanè verum,vbi reciproca fit ſimpliciter & de per
ſe.Si autem conciperetur in ſpecialem cauſam vulga-
ris hoc modo: ſiquis eorum hæres non erit,eos inui-
cem ſubſtituo,tunc pupillaris velut contenta ſub ex-
preſſa vulgari eſt omnino tacita, quæ matrem non
excludit,ſecundum gloſ.& Bar. ſingulariter in dicta
l.Lucius.quem omnes communiter in hoc ſequuntur
ſecundum Alexand.in d.l.in teſtamento. & Iaſon.in
dicta l.Lucius.& vt plenè habuiſtis ſuprà in materia
pupillaris in ſexto principali articulo. tractando ter-
tium effectum illius ſubſtitutionis circa finem. vbi
etiam habuiſtis de coniecturis, per quas intelligitur,
& probatur teſtatorem voluiſſe in breuiloqua perſo-
nis diſparibus facta pupillarem & militarem com-
prehendi. Nec eſt omittendum quod elegãter voluit
Bal.in d.l.in teſtamento.verſ.nota ꝙ dixi in ſumma-
45 rio.† ꝙ vbi probandum eſt per teſtes teſtatorẽ paga-
num voluiſſe in reciproca perſonis diſparibus facta
vltra vulgares contineri pupillarem vel exemplarem
ac militarem ſubſtitutiones, non ſufficeret hoc pro-
bare per duos teſtes,quia natura reciprocæ eſt multũ
remota & contraria huic ſenſui. & ſic talis probatio
nõ eſt declaratoria,vt per duos teſtes probari poſsit,
ſed eſt diſpoſitiua,ideo debet eſſe ſolennis.l.cùm pro
ponebatur.in glo.ff.de leg.ij.Sed in milite bene ſuffi-
ceret probatio duorum teſtium, quia non ita exor-
bitat à ratione cùm poſsit miles vtrique etiã poſt adi-
tam hæreditatẽ directò ſubſtituere.& ſic in hoc dif-
ferũt miles & paganus,tam in potẽtia quàm in qua-
46 litate probationis. † Plus dicit vbi ſuprà Bal. ꝙ pro-
bato quòd miles ſubſtituendo breuiloqua diſparibus
perſonis, voluerit vtrique poſt aditam hæreditatem
ſubſtituere, licet tunc pupillaris in perſona pupilli
expiret per aduentum pubertatis, non propter hoc
expirabit ſubſtitutio militaris in perſona extranei,vt
not.in dicta l.Lucius.vel melius ſecundum Iaſ.in di-
cta l.in teſtamento.xiiij.colum. quoties appareret de
voluntate militis,quòd in breuiloqua perſonis diſpa
ribus facta voluit vltra vulgares, & ſic poſt aditam
hæreditatem ſubſtituere.Et aliter non limitauit tem-
pus,tunc ambæ ſubſtitutiones vltra caſum vulgarem
durabunt vſquequo alter eorum deceſſerit. Vnde ſi
filius teſtatoris pupillus moriatur in ætate pupillari,
locum habebit pupillaris ſubſtitutio, quæ trahetur
nõ ſolùm ad bona teſtatoris,ſed etiã pupilli, ad quæ
omnia vocabitur ſubſtitutus, vt ſuprà dixi. Si verò
poſt pubertatem moriatur, locum habebit militaris
ſubſtitutio,per quam ſubſtitutus vocabitur ad bona
teſtatoris,& nõ pupilli:quia licet pupillaris matrem
excludat pupilli, non tamen militaris quo ad bona
pupilli.Si verò alter inæqualis perſona ſcilicet ſubſti-
tuta præmoriatur, filius teſtatoris ſiue adhuc pupil-
lus ſiue pubes factus, velut ſubſtitutus ex militari
ſubſtitutione ſuccedet illi perſonæ diſpari prẽmoriẽ-
ti ſolùm in bonis, quæ quondam fuerunt teſtatoris
ſecundum doctrinam iuriſconſulti in d.l. Centurio.
ff.de vulga.& pupilla.& ita etiam tenet Rapha. Ful-
goſi.in dicta l.in teſtamento.& ſic pupillo ſemel effe
cto pubere militaris durabit in perſona vtriuſque,
quo ad bona teſtatoris, ita quòd altero quandocun-
que moriente ſuperſtes ſuccedet præmorienti: ſerua-
ta tamen in perſona filij teſtatoris præmorientis diſ-
poſitione.l. cùm acutiſsimi.C.de fideicõmiſsis. quæ
locum non habet in perſona alterius ſubſtituti extra-
nei, niſi expreſsè fuiſſet adiecta conditio liberorum,
vt plenè habuiſtis ſuprà eodẽ capitulo, ſuper verbo,
47 *Si abſque liberis moreretur* primò. † Reſtat ergo ex
præmiſsis, quòd antequam reciproca contineat pu-
pillares & exemplares,oportet quòd fiat duobus aut
pluribus pupillis mente captis:aliàs ſi fieret perſonis
diſparibus, quibus æqualiter non poſſent dictæ ſub-
ſtitutiones conuenire, tunc non contineret niſi vul-
gares, vnam in perſona cuiuſlibet inuicem ſubſtitu-
torum.Quinimò dicit Bartol.in dicta l.Lucius.quòd
ſi reciproca fieret talibus perſonis, quibus vulgaris
ſubſtitutio non poſſet æqualiter vtriq; conuenire, ta-
lis reciproca etiam non contineret vulgares:vtputa ſi
fieret duobus filiis impuberibus ſuis, quorũ teſtator
vnum inſtituit & alterũ exhæredauit, & demum eos
inuicem ſubſtituit. Nam licet contineatur pupillaris
quæ in perſona vtriuſq; fieri poteſt,tamen non con-
tinetur vulgaris in perſona inſtituti : quia conuenire
non poteſt in perſona exhæredati propter inæquali-
tatem.& ita tenet Imo.hîc.& Alexã.in d.l.Lucius.v.
col.in fi.Si tamen inſtitutus repudiaret, exhæredatus
48 venire poſſet. † Similiter decidit Barto.vbi ſ.quòd ſi
teſtator habens duos filios, vnum impuberem ſanæ
mentis,cui bene conueniebat pupillaris,ſed nõ exem
plaris.Alium verò puberem furioſum, cui conuenie-
bat exemplaris,ſed non pupillaris,eos hæredes inſti-
tuerit,& reciprocè ad inuicem ſubſtituerit: non cõti
nebitur in perſona pupilli ſanæ mẽtis pupillaris, nec
in perſona puberis furioſi exemplaris, propter inæ-
qualitatem eorundem. ſed talis reciproca ſolas vul-
gares continebit,quæ vtrique conueniunt. Sed Imol.
in dicta l.Lucius.limitat hoc fore verum, niſi appa-
reret



reret ꝙ teſtator voluit illi furioſo etiã poſt aditã hæ-
reditatẽ ſubſtituere: quia tunc etiã in perſona impu-
beris contineretur pupillaris,argu. l.in teſtamẽto. &
quod ibi not.per glo.doc.& Sali.C.de teſt. mili.imò
plus dicit,ꝙ etiã ſi de mente nõ conſtat,idẽ erit ſi fu-
rioſus ſeu demẽs liberos nõ habebat, quia tunc exem
plaris eoſdẽ habet effectus, quos pupillaris, vt plenè
habuiſtis ſ.in materia eiuſdẽ. Vnde videtur teſtator
voluiſſe, cùm dictæ ſubſtitutiones eundem effectum
habeant,ꝙ in perſona pupilli ſit pupillaris,& in per-
ſona furioſi ſit exemplaris. Nam licet in multis hæ
ſubſtitutiones differant, ſatis eſt, quòd conueniant
in caſu de quo quæritur:quia vtraq; trahitur ad bona
filij vndecunq; quæſita.Et ita tranſit Ange.Are.in d.
§.& plures.Tamen Alexã.in d.l.Lucius.recitata opi-
49 nione.Imo.tranſit, & tenet cũ Bar.indiſtinctè. † Et
præmiſſa ſunt vera, quando pluribus perſonis diſpa-
ribus facta fuit ſimplex reciproca:quia non continet
niſi vulgares vtrique cõueniẽtes. Si autem reciproca
facta fuiſſet cõpendioſè,tunc vltra vulgarẽ compre-
henderetur pupillaris in perſona pupilli,vel exẽpla-
ris in perſona dementis,ſecundum Pau.de Caſtro.in
d.l.in teſtamento.dicens ita aliàs cõſuluiſſe,cùm ha-
buiſſet hãc quæſtionẽ in facto.Et ratio eſt,quia quã-
do reciproca cõtinet cõpendioſam,putà, quãdocũque
deceſſerint,eos inuicem ſubſtituo, tunc comprehen-
dit ſubſtitutiones fideicommiſſarias, vt plenè habui-
ſtis ſ.in verbo,plures.Quæ quidem fideicommiſſaria
eſt onus.l.cohęredi.§.cùm filię.ff.de vulg.& pupilla.
Multo ergo magis continere debet pupillarẽ in per-
ſona pupilli, quæ eſt ei fauor.C.de inoffici.teſta.l.ex
tribus.Sed Bal.in paucis verbis in d. l. in teſtamento.
in iiij.qõ.tenet contrariũ in fin.dum allegat l.quãuis.
C.de impu.& aliis ſubſti.quem ſequitur ibi Alexand.
& in d.l.Lucius. prope finem. Nec obſtat ratio Pau.
quia ideo reciproca mixta cum compendioſa conti-
net ſubſtitutionem fideicommiſſariam, quia conue-
nit æqualiter vtriq; & pupillo & minori aut ſanę mẽ
50 tis. † Secundò dixi, ꝙ hæc reciproca aliquando ſit
perſonis diſparibus ab initio, quibus poſteà cõtingit
& ſuperuenit æqualitas: vt putà pater inſtituit duos
impuberes, ſcilicet vnũ in poteſtate,& alterũ eman-
cipatum,& eos inuicem ſubſtituit: quo caſu propter
diſparitatem perſonarum in patria poteſtate ſubſti-
tutio reciproca continere nõ potuit pupillarem: ſed
ſolùm vulgarem. ſed poſt teſtamentum filium eman
cipatum adoptauit, ob quod nunc ceſſat diſparitas
quæ ab initio tempore ſubſtitutionis militabat. Cer-
tè in hoc caſu etiam in tali reciproca non continebi-
tur pupillaris obſtante imparitate perſonarum inui-
cem ſubſtitutarum ab initio exiſtente,quæ licet nunc
51 ceſſet,tamen ſubſtitutio non firmatur: † quia diſpo-
ſitio ab initio inutilis non confirmatur ex poſtfacto.
l.j.§.ſi filius.ff.de lega.iij.facit l.ſi ita.ff.de auro & ar
gen.lega.ſecundum Rayne.in tracta.ſubſtit.quem ſe-
quitur Bart.in d.l.Lucius.& omnes.& Salice.in d.l.in
teſtamento. Nam adoptio non fingit retrò.l. qui iure
militari.cum l.ſeq.ff.de teſt.mili.Nec obſtat, ꝙ pater
poſteà adoptando filium videtur voluiſſe in tali bre-
uiloqua pupillarem comprehendi:quia reſpondetur,
ꝙ hoc velle non poterat ſine noua voluntate.l.hære-
des palam.§.ſed ſi notã.ff.eo.titu.de qua nõ conſtat.
Pariter non obſtat l.ij.§.ſi extraneum.ff. de vulga. &
pupil.vbi pupillaris reconualeſcit: quia reſpondetur,
ꝙ ibi ab initio teſtator fecit ſpecificam pupillarem,
per quam certius conſtat de mente & voluntatè teſta
toris.ſed hîc per verba vos inuicem ſubſtituo, pupil-
laris non eſt verbis ſpecificata. & propter perſonarũ
inæqualitatẽ ab initio exiſtentẽ non præſumitur te-
ſtatorẽ voluiſſe eam cõprehendi,ſecundũ Ang. Are.
in d.§.& plures. idẽ tenuerũt Ang.Imo.& Alex.in d.
l.Lucius.inferentes,ꝙ ſi pater à prin. habens vnũ fi-
lium naturalẽ tantùm,& alterũ legitimum & natura-
lem,eos inuicẽ ſubſtituerit reciprocè, nõ obſtante ꝙ
poſteà legitimari fecerit naturalẽ,in tali reciproca ex
poſtfacto, ſicut nec ab initio propter imparitatem nõ
continebitur pupillaris, niſi expreſſè dixiſſet, ſubſti-
tuo eos inuicem vulgariter, pupillariter &c. Et ita e-
tiam voluerunt Bal.Angel.Sali.& Ludo.in d.l. in te-
ſtamento. & Imol.hîc. Nam licet legitimatio retro-
trahatur ad tẽpus natiuitatis legitimati, vt plenè de-
clarat Bart.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm. ff.de libe.
& poſthu.tamẽ non retrotrahitur quo ad interpretã-
52 dum voluntatem teſtatoris. † Quid autẽ eſſet,ſi natu-
ralis legitimaretur per ſequẽs matrimoniũ, videatis
Bal.in ix.qõ.in d.l.in teſtamento. pulchrè loquentẽ,
vbi ſentit, ꝙ per talem legitimationem etiam non
firmaretur ſubſtitutio, vt contineat pupillarem.
53 † Quia licet eſſendi legitimum triplex ſit qualitas,
ſcilicet naturalis,vt quando quis naſcitur de legitimo
matrimonio,quod eſt de iure naturali. Et emergens,
cui natura non cooperatur, vt per oblationem curiæ
vel per reſcriptum principis. Præterea & emergens
cui natura cooperatur, vt per ſequens matrimoniũ.
Et talis legitimatio licet penè naturam imitetur & re
trò fingat,capi.tanta eſt vis.J.qui filij ſint legit. tamẽ
ad ea quæ voluntatẽ habent determinato modo,talis
legitimatio nõ fingit retrò,vt ea extẽdere poſſit,ſicut
ad eum qui non eſt in rerum natura non extenditur
inſtitutio, nec prouiſio iam natorum. ff. de liber. &
poſthu.l.commodiſsimè.& ff.de leg.j.l. qui filiabus.
54 in prin. † Tertiò,dixi ſ. ꝙ interdum in hac ſubſtitu-
tione interuenit æqualitas ab initio tempore quo ſit
inter perſonas inuicem ſubſtitutas,ſed poſteà inæqua
litas ſuperuenit. Et hoc poteſt dupliciter contingere,
vno modo naturaliter,putà habens duos filios impu-
beres,ſcilicet vnum ætatis vnius anni,alterũ verò xij.
annorũ, eos inuicem ſubſtituit: certè cùm ab initio
propter perſonarum æqualitatem in tali reciproca
contineantur pupillares, quæ vtrique conueniunt vt
dictum eſt,licet poſt lapſum duorum annorum alter
ipſorum efficiatur pubes, & ſic ſuccedat naturaliter
inæqualitas reſpectu ætatis: tamen propter illam diſ-
paritatem naturaliter ſuperuenientem non extingui-
tur pupillaris ſubſtitutio quo ad pupillum, qui rema-
net in ætate cui conuenit pupillaris ſubſtitutio: ideo
ipſo moriẽte poſt aditã hæreditatẽ in ætate pupilla-
ri, alter qui effectus eſt maior ſuccederet illi tam in
bonis à teſtatore prouẽtis, quã propriis,iuxta naturã
pupillaris,quæ adhuc in illo remanet,licet in perſona
alterius per euentum pubertatis expirauerit. Nam in-
æqualitas quæ ab initio impedit ex poſtfacto ſuper-
ueniens diſpoſitionem non infringit.l. ea. §. j. ff. de
duobus reis. facit ſecundum Guli.l.iij. §. ibidẽ.ff. ad
car.& ſentit gl.quã ibi ſequitur Bar.in d.l. Lucius.li-
cet Ray.intra.ſubſt.voluerit diſtĩguere, ꝙ aut illa in-
æqualitas ſuperuenerit teſtatore viuo, & ſic ante diſ-
poſitionẽ conformatã, & tunc impedit in reciproca
pupillarẽ cõtineri,ſeu ſaltẽ facit eã finiri & extingui;
ſec⁹ ſi inæqualitas ſuccedat poſt mortẽ,arg.ff.de ver.
obli.l.ſi ſub vna.§.ſi quis veſtrã.& l. pluribus.§.& ſi
placet.cod.tit.facit quod not.Din.in regula, factum
legitimè.de regu.iur.lib.vj. Tamen vt dixi opi.Barto.
eſt ꝙ indiſtinctè pupillaris duret, quia licet in per-

ſona vnius ſuperuenerit pubertas, tamẽ nõ eſt caſus in quo impediatur pupillaris in perſona alterius, niſi eſſet talis caſus, qui faceret in dubio præſumi teſtatorẽ noluiſſe ab initio contineri. Or in propoſito caſus qui facit ab initio voluntatem ceſſare, ſi ſuperueniat ex poſtfacto, nõ inducit præſumptionẽ, ꝙ ceſſet volũtas, cùm talis caſus prȩter voluntatẽ teſtatoris ſuperuenerit. l. fideicõmiſſa. §. ſi rẽ. ff. de leg. iij. Nam pubertas ſuperuenit à natura, nõ diſpoſitiõe teſtatoris. Prætereà iſta ſubſtitutio pupillaris intelligebatur ab initio in perſona vtriuſq; ſub hac forma, ſi quis eorũ impubes deceſſerit, vt d. l. Lucius. in ij. reſpõſo. Nõ autẽ intelligitur limitatũ, ſi qs infra tot annos deceſſerit, vt eſt de mẽte dictæ l. & ita etiã tenet ibi Bal. poſt Albertũ de Cremo. quia licet tũc ceſſet vna cauſa, ſcilicet æqualitas, nõ tñ ceſſat volũtas. Idẽ Bal. in viij. qõ. & ibi Salic. in d. l. in teſtamẽto. Pau. & Alex. in d. l. Lucius. Ange. Aretin. in d. §. & plures. & Iaſon in d. l. Lucius. Nec obſtat l. ſi tutor reipublicæ. ff. de tutel. & rationib⁹ diſtrahẽ. vbi ſi à iudice dat⁹ fuerit tutor duobus fratribus pupillis, vno eorũ ad pubertatẽ veniẽte nedũ extinguitur tutela illius, ſed etiam ſui fratris in pupillari ætate remanẽtis &c. Nã reſpõdetur, ꝙ in illa lege extinctio tutelȩ in perſona vnius fratris de neceſsitate influit extinctionẽ alterius: quia ex quo frater effect⁹ eſt maior, incipit eſſe locus legitimȩ tutelȩ, quæ defertur ad eũ tanquã proximiorẽ, quæ quidem tutela legitima extinguit datiuã à iudice. l. ſi quis ſub cõditione. ff. de teſta. tute. ſed iſtud ceſſat in propoſito noſtro, quia extinctio pupillaris in perſona vnius nõ influit de neceſsitate extinctionẽ in perſonã alterius. Ex quo à principio fuerunt ambo impuberes, quod ſufficit ſecundũ Ludo. in d. l. in teſtamento. & eſt cõmunis opin. quæ iuſtificatur ex tribus. Primò quia ex quo teſtator ſciebat ætatẽ filiorũ diſparẽ quã ſciuiſſe præſumitur. l. Octoni gradus. ff. vnde cog. & l. de tutela. C. de in integr. reſti. Certè ſimpliciter ſubſtituẽdo, nec aliter ſubſtitutionẽ limitãdo, dicitͤ voluiſſe ſubſtitutionẽ durare in perſona vltimo pubeſcentis, donec pubeſcat. Secũdò, quia nõ præſumitur mutata voluntas ipſius teſtatoris. l. cũ tacitũ. & l. eum qui. ff. de procura. Ideo ſemel incluſum ex volũtate teſtatoris prȩſumitur ſemper durare. Tertiò, quia ſubſtitutio directa poſt quã ſemel eſt cõprehenſa ſub breuiloqua, reuocari nõ põt, etiã expreſſa volũtatis mutatione ſine noua ſolẽnitate. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de teſta. milit. Nec dici poſſet, ꝙ iſta nõ ſit mutatio: ſed ſimplex declaratio voluntatis, quæ nouã ſolennitatẽ nõ requirit. l. hæredes palã. §. ſed & ſi notã. ff. eo. quia reſpondetur vt per Alex. in d. l. Lucius. Et per hȩc datur reſpõſio ad l. alteri. ff. de adimẽ. leg. quia loquitur in legatis, quæ nuda voluntate reuocantur etiã tacita. l. iij. §. fin. cũ l. ſeq. de adimẽ. lega. ſecùs in directa ſubſtitutione, quæ ſine noua ſolenni voluntate reuocari non poteſt. d. l. militis codicillis. Et hanc differẽtiam reuocationis legatorũ & inſtitutionũ ac ſubſtitutionum ponit tex. in l. ex parte. ff. de adimen. leg. Secũdo modo contingere poteſt ac ſuperuenire inæqualitas in perſonis inuicẽ ſubſtitutorũ facto hominis: veluti quia teſtator qui duos filios impuberes in poteſtate conſtitutos inuicẽ ſubſtituerat, alterum emancipauit poſt teſtamentũ factũ: & certè tunc cũ pupillaris quȩ ab initio propter ſubſtitutorũ æqualitatẽ continebatur in reciproca, finiatur & extinguatur in perſona filij emancipati, pariter extinguetur in perſona alterius in poteſtate retẽti. Quia cũ mutatio fiat in vno hoc facto teſtatoris, in cuius poteſtate eſt mutare voluntatẽ, videtͤ etiã fieri in alio eadem rõne, arg. l. j. C. de diuer. reſcri. & in Auth. vt liceat matri & auiæ. §. ad hæc. facit optimè tex. in l. alteri. ff. de adimẽ. leg. & ita tenẽt Guli. & Ray. quos ſequitͤ Bart. in d. l. Luci⁹. Prouiſo tñ ſecũdũ eũ ꝙ talis emãcipatio facta fuerit per teſtatorẽ voluntariè: ſed ſi ex aliqua cauſa fuiſſet teſtator coactus eũ emancipare, tunc eſſet aliud argu. dictæ l. rẽ legatã. ff. de adimen. leg. & dictȩ l. fideicõmiſſa. §. ſi rem. ff. de lega. iij. Et ſi dicatur, quomodo teſtator volũtariè alterũ filiũ emãcipando potuit voluntatẽ ſuã reuocare ſine noua ſolẽnitate: reſpondet Bart. ꝙ illud quod cõtinetur in breuiloqua eſt quædã declaratio illius generalitatis, quæ quidẽ declaratio fieri põt ſine noua ſolẽnitate. l. hȩredes palã. §. ſed & ſi notã. ff. eo. Super hoc pũcto dubitat Alex. ꝙ requiratur ſolennitas noua. Hanc opinionem Guliel. Ray. & Bar. tenet Lud. in d. l. in teſtamẽto. adducẽs l. filiæ. §. matre. ff. de adimen. leg. & Alex. in d. l. Lucius. reprobata quadã limitatione Sali. quã vnus puer nõ dixiſſet ſecundũ eũ. Et hæc opinio Bar. videtur mihi vera, licet Bart. in d. l. in teſtamẽto. x. q. tenuerit per emãcipationẽ vnius inuicẽ ſubſtitutorũ nõ extingui pupillarẽ quo ad pupillũ, attento ꝙ eſt fauor pupilli. Et ita etiã tenuit Ange. in d. l. Lucius. & pluribus aliis locis Rapha. Cuma. & Iaſon in d. l. Lucius. dicẽs hanc eſſe æquiorẽ, licet prima ſit cõmunis: à qua in cõſulendo eſſet durũ recedere, aut iudicãdo. Sed nõ obſtat, quia à teſtatoris volũtate teſtamentũ pendet. l. in cõditionibus. ff. de cõdi. & demon. & ſatis per emãcipationẽ voluntariã alterius videtur conſtare de ipſius voluntate, ꝙ reuocare voluerit pupillarẽ, cũ fecerit ex poſt facto inȩqualitatẽ. ſecundũ Ioan. de Imol. in d. l. Lucius. & Ange. Are. in d. §. & plures. Ex quibus iunctis verbis Bal. in d. x. q. in fi. capiendo contrariũ ſuæ opinionis, & adhærendo Bart. & cõmuni opinioni, deci
55 ditur† ꝙ eodẽ modo extingueretur pupillaris in perſona vtriuſque per liberam & volũtariam oblationẽ alterius ſubſtitutorũ à patre factã monaſterio. quod
56 eſt notandũ. † Vltimò dubitari poſſet. Si pluribus inſtitutis filiis dixit, ꝙ eos inuicẽ ſubſtituit quandocunq; decederẽt ſine liberis. Et omnibus decedẽtibus Titiũ ſubſtituit in hȩreditate. An vltimo mortuo ſine liberis (ad quẽ portiones prædecedentium venerant) nunc in Titiũ veniat ſolũ portio vltimi decedentis. An etiã portiones prȩmortuorũ? & videtur ꝙ nõ, per tex. in l. Marcellus. §. quidã. ff. ad Trebel. & l. ſi Titius. ff. de leg. iij. quia de hæreditate facta eſt mentio, cuius appellatione præmiſſa nõ veniũt. Tamẽ Raph. Cum. in d. §. quidã, dicit vidiſſe conſiliũ Fulgoſij, in cõtrariũ, vbi reſpondebat ad contraria, ꝙ loquãtur quãdo verba grauaminis dirigebantur ad grauatum. Secus ſi ad honoratũ, vel ſimpliciter, vt l. hæredes mei. §. cum ita. in fi. ff. ad Treb. Nam ſicut ſi dixiſſet totã hæreditatem, totũ veniſſet in fideicommiſſo, vt ibi: ſic etiam ſi ſimpliciter dixit hȩreditatẽ. Et ita tenet Raphael, in d. §. quidam. vbi plenius videatis per Alexandrum.

*SVMMAE.*

## Tractatus ſubſtitu. Compendioſæ.

1 *Cõpẽdioſa ſubſt. qualiter fiat, & qualiter ita vocetur.*
2 *Quandocunq; dictio, quid contineat.*
3 *Compendioſa ſub compendio temporum plura continet.*
4 *Compendioſa & breuiloqua qualiter differunt.*
5 *Compendioſa alias continens.*
6 *Subſtitutiones in compendioſa contentæ ſunt expreſſæ.*
7 *Compendioſæ effectus.*

*Compen-*



8 *Compendioſa non comprehendit bona hæredis, donationes, aut prælegata ei facta.*
9 *Mater quando excluditur per ſubſtitutos filij.*
10 *Velut dictio notat ſimilitudinem.*
11 *Militis ſubſtitutio per verba directa valet omni tempore tanquam directa.*
12 *Directæ ſubſtitutionis ius.*
13 *Fructus pendentes quando ſubſtituto cedant.*
14 *Directè ſubſtitutus capit bona propria authori. & nu. 15.*
16 *Directè ſubſtitutus non ſoluit Trebellianicam.*
17 *Directa ſubſtitutio impedit hæredem filij grauati tollere legitimam.*
18 *Fideicõmiſ. ſubſti. non cõprehẽdit legitimam filij grauati.*
19 *Filij hæres poteſt in legitima grauari.*
20 *Militari ſubſtitutione an poſſit filius grauari in legitima.*
21 *Hæredis appellatione venit directè ſubſtitutus.*
22 *Directa ſubſtitutio impedit hæredem retinere ſibi naturaliter tantùm à teſtatore debita.*
23 *Directa ſubſtitutio quid efficiat vltra fideicommiſſariam.*
24 *Directè ſubſtitutus habet iura patronatus & ſepulchr.*
25 *Arma domus non tranſeunt in fideicommiſſarium, ſed in directè ſubſtitutum.*
25 *Feudalia bona non tranſeunt in fideicommiſſum in caſibus. & nu. 27. & 28.*
29 *Emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit in fideicommiſſum.*
30 *Directã ſemper manere militis ſubſtitutionẽ quid faciat.*
31 *Compendioſa à pagano directè facta quid. & num. 32. 33. 34. & 35.*
36 *Verba impropriantur pro ſuſtentatione actus.*
37 *Compendioſa directa quando ſemper maneat directa. & num. 38. & 39.*
40 *Directè maiori vel extraneo non poteſt ſubſtituere niſi ex conſuetudine vel ſtatuto.*
41 *Cõpendioſè & directò an ſubſtitui poſſit in certa portione.*
42 *Compendioſa obliqua.*
43 *Compendioſa per verba communia.*
44 *Directa ſubſtitutio eſt dignior obliqua.*
45 *Compendioſa impuberi per verba communia facta, valet vt pupillaris.*
46 *Compendioſa verbis communibus facta poſt pubertatem valet iure fideicommiſſi.*
47 *Donationes & prælegata nõ veniunt in fideicommiſſum.*
48 *Fideicommiſſum in dubio an à filio vel hærede filij cenſeatur relictum.*
49 *Subſtitutio in re certa per verba communia nunquam dixit directa.*
50 *Compendioſa verbis directis facta cum clauſula, ſi ſine liber. & num. 5.*
52 *Subſtitutio facta filio & eius liberis, & liberorum liberis, an valeat.*
53 *Compendioſa per verba mixta. & num. 54.*
55 *Legata relinquens, quid ſi reſiduum alij dicat pertinere.*
56 *Filius quandocunque deceſſerit ſine liberis, dentur bona pauperibus, quæ ſubſtitutio eſt.*
57 *Dentur verbum ſui natura obliquum, directam non impedit ſubſtitu.*
58 *Vẽdi bona iubẽs & dari pauperibus, an cẽſeatur pu. ſub.*

## Tractatus ſubſti. compendioſæ.

1 QVINTA †ſubſtitutio dicitur compendioſa, quȩ ab aliis ſubſtitutionibus ſpecificè differt: (vt videbitis.) Et fit ſecundum Azo. in ſumma. C. de impuberũ, & aliis ſubſti. & alios Docto. quoties teſtator ſub verborum compẽdio & breuitate multa & diuerſa tempora ſubſtituendo complectitur: veluti, filium meum hæredem inſtituo, & quandocunque deceſſerit, ſub-
2 ſtituo ei talem. † Nam dictio illa quandocunque, eſt vniuerſaliter temporum diſtributiua, complectens in ſe tempus ante pubertatem, tempus pubertatis, & tẽpus maioris ac integræ ætatis. Necnon tempus exiſtentium liberorum, necnon tempus non exiſtentiũ, vt patebit ex infrà dicendis. Vnde de hac eleganti, & quotidiana ſubſtitutione dicit Bartol. quem omnes ſequuntur in l. Centurio. ff. de vulgar. & pupillar. iiij. colum. in princip. quòd compendioſa ſubſtitutio eſt quæ ſub conditione mortis vel alia multa complectitur tempora, vt d. l. Centurio. & interdum certo tempore limitatur, vt ibi. putà ſi dicat teſtator quandocũque filius meus infra xxv. annos: aut infra triginta ſine liberis deceſſerit. Aliquando verò fit abſque temporis limitatione, veluti quandocunque ſine liberis deceſſerit. l. precibus. C. de impu. & aliis ſubſt. vtroq; tamẽ caſu ſub mortis conditione plura tempora breuiter comprehendit. Et idem foret, ſi tempora multa ſub alia conditione quàm mortis complecteretur, putà quandocunque filius meus tale quid fecerit, talem ei ſubſtituo. Nam ideo vocata fuit compẽdioſa, quia ſub compendio ſeu breuitate verborum multa tempora cõtinet. Non enim poſſent plura tempora breuiùs comprehendi, quàm in hac comprehenduntur ſubſtitutione: quia ſub vno ſolo verbo ſcilicet, quandocunque, continentur. Idcirco imperator hanc ſubſtitutionem compendioſam appellauit. in d. l. precibus. Et fortè cauſa ſic baptizandi occaſionem ſumpſit ex l. Mæuius. §. duobus. ibi, orationis compẽdio. ff. de legatis ij. Meritò dicit eleganter Bald. in dicta l. precibus. verſi. modò contrà per ordinẽ opponamus.
3 † ꝙ ſicut ſubſtitutio breuiloqua plures ſub breuiloquio continet ſubſtitutiones inter plures inuicem ſubſtitutos, vt vidiſtis in materia reciprocæ, ſic etiam hæc compendioſa ſub compẽdio temporum eſt apta ad cõprehendẽdum plures ſubſtitutionũ qualitates, quas ſibi aſsignat caſus & natura, vel interpretatio
4 verborum. † Tamen in hoc differunt breuiloqua, & compendioſa, quoniã illa fieri non poteſt niſi pluribus fiat hincinde: nec põt niſi plures continere ſubſtitutiones, vt ibi dixi. Hæc autẽ vni ſoli fieri poteſt, vt dictũ eſt: quæ licet aptitudine ad plures ſe habeat ſubſtitutionum ſpecies ſeu qualitates, attamen habet quandoq; eſſe determinatum ad vnam, prout caſus contingit, aut verborum interpretatio patitur. Cùm fiat interdũ directis cõmunibus, aut verbis obliquis, vt j. videbitur. Ex quibus ſequitur, ꝙ hæc cõpendioſa eſt vera ſubſtitutio. ſecundum Bar. vbi ſ. quando fit à milite qui poteſt etiam poſt pubertatem ſubſtituere directè: quo caſu nouam ſubſtitutionem in ſe continet: & ob hoc vera & ſpecifica dicitur ſubſtitutio. Et idẽ ſi paganus ex ſtatuto vel cõſuetudine poſſet poſt pubertatem directo ſubſtituere, prout eſt in pluribus ciuitatibus. Statutum enim dictans, ꝙ filiæ cogantur ſtantibus maſculis omnia in teſtamento patris diſpoſita obſeruare, ſatis permittit patri poſſe filiabus etiã poſt pubertatẽ directò ſubſtituere maſculis ſtãtibus, ſecundũ Bar. & Alex. in d. l. Centurio. ſed de iure cõi. ſi hæc ſubſtitutio fieret à pagano, tũc eſſet magis adiectio quàm ſubſtitutio: quia tunc nihil facit niſi continere alias directas ſubſtitutiones, putà vulgarẽ, pupillarẽ, exemplarem, & indirectam fideicõmiſſariã. Sed quia in hoc aliqui, vt Bald. ſentiunt contrarium, quòd imò ſemper hæc compendioſa eſt vera ſpecies ſubſtitutionis: ideo dicendum putarem vt dixi ſuprà

in bre

in breuiloqua, vt ſcilicet dicamus etiã in pagano de
iure communi compendioſè ſubſtituente quo ad for-
mam, in qua ab aliis differt ſubſtitutionibus, hæc cõ-
pendioſa dicatur ſpecies ſubſtitutionis: non autẽ quo
ad effectũ. Quia vltra vulgarem aut pupillarem vel
exemplarem ſiue fideicommiſſariam non habet de
per ſe alium effectũ à cæteris ſubſtitutionibus diſtin-
ctum. Et ita ſaluari poſſunt omnes opinio. Nam com
pendioſa facta à pagano continet ſolùm vulgarem,
ſi filius hæres repudiet hæreditatem, per quam ſubſti-
5 tutus vocabitur ad bona ſolius teſtatoris. † Nam com
pendioſa continet vulgarem, ſi inſtitutus hæres non
ſit ſecundum Bart. in d.l. Centurio. vbi per alios ita
communiter tenetur, vt in d.l. precibus. Et demum ſi
moriatur infra pubertatem venit ſubſtitutus ex pu-
pillari ad bona pupilli. Si verò pupillus ſe immiſceat
paternæ hæreditati, expirat vulgaris, tamen ſi poſteà
moriatur infra pubertatẽ, vocatur compẽdioſè ſub-
ſtitutus ad vniuerſa bona, quæ fuerunt teſtatoris &
6 pupilli. † Si verò moriatur poſt pubertatem demens
vel furioſus, vocabitur ſubſtitutus ex ſubſtitutione
exemplari contenta in compẽdioſa, matre & aliis ab
inteſtato ipſi pupillo veniẽtibus excluſis. Quia tales
ſubſtitutiones in cõpendioſa cõtẽtę nõ ſunt omnino
tacitæ, ſed generaliter expreſſæ, vt plenè habuiſtis in
materia vulgaris, in iiij. principali articulo. Ideo ma-
trem pupilli vel dementis excludunt. Et iſte eſt effe-
ctus cõpendioſæ: attamẽ quia prædicta patiuntur du-
bitationẽ, pro eo quia, vt tetigi, cõpẽdioſa ſubſtitutio
ſecundũ diuerſas naturas verborũ, quibus cõcipitur,
diuerſificatur in ſuo effectu. Et an cõtineat vulgares
pupillares, exemplares aut fideicõmiſſarias, non ſine
cauſa dubitatur. Idcirco ſciendũ eſt, ꝙ hæc cõpẽdio-
ſa ſubſtitutio, aliquãdo fit ꝑ verba merè directa, ali-
quãdo per verba merè indirecta & obliqua, aliquãdo
per verba communia: de quibus verbis directis, obli-
quis, & cõmunibus, dixi plenè ſ. eod. in verbo, *Eidem
impuberi ſuccederent.* & ibi plenè dicta hîc non repeto
cauſa breuitatis: ſed implico, cùm ſine illis nõ poſſet
hæc ſubſtitutio quo ad ſuos effectus intelligi. † Primò
7 dixi, ꝙ hæc ſubſtitutio aliquãdo fit per verba merè di
recta: ſuper quo eſt conſiderandũ, ꝙ aliquando fit in
teſtamẽto militis, & aliquãdo fit in teſtamẽto paga-
ni. Si quidem fiat in teſtamẽto militis, omni tempore
eſt directa. & ſic comprehendit vulgarem pupillarẽ,
& aliam quãcunque directã pro toto tempore. Vnde
ſi miles in teſtamento filio ſuo impuberi compen-
dioſè quandocunq; decederet ſubſtituerit, vel in co-
dicillis: quia miles etiam in codicillis directè ſubſti-
tuere poteſt ſecundum Sali. in l. in teſtamẽto in fi. C.
de teſta. mili. per l. tractabatur. & l. tribunus. ff. de te-
ſta. milit. & l. militis. codicillis. vbi Bart. illo eod. titu.
talis ſubſtitutio per militem facta erit indubitanter &
valebit vt directa pupillaris filio moriẽte pupillo vel
poſt pubertatem quandocũque, taliter ꝙ quocunque
tempore filius deceſſerit ante aditam hæreditatem
vel eam repudiauerit, & ſic ſiue non poſsit ſiue no-
lit eſſe hæres patris, ſubſtitutus vocabitur ad hæredi-
tatem teſtatoris ex vulgari contenta in cõpendioſa,
excluſis matre, & cæteris ab inteſtato venientibus. Si
verò filius hæreditati paternæ ſe immiſcuerit, demũ
pupillus moriatur: pariter ſubſtitutus vocabitur ad
vniuerſa bona teſtatoris & pupilli ex ſubſtitutione
pupillari contenta in compendioſa, excluſis matre &
ſuccedentibus ab inteſtato cæteris. Et ſi ſe non immi
ſcuit, ſed repudiauit, vocabitur ſubſtitutus per vulga-
rem ad bona teſtatoris, & per pupillarẽ ad bona pu-
pilli. Si autẽ filius moriatur poſt pubertatẽ, quia mi-
les ex priuilegio ſubſtituere põt directè etiam maiori
& extraneo, ſubſtitutus vocabitur ex directa militari
ad vniuerſa bona, quæ fuerũt teſtatoris, excluſa omni
no matre pupilli quo ad talia bona teſtatoris, & mul-
to magis excluſis cæteris ab inteſtato venientibus. Et
vocabitur talis ſubſtitutus ex militari ſubſtitutione di
recta omnium ſuccedentiũ ab inteſtato excluſiua, vt
8 eſt tex. apertus in d.l. Centurio. ff. de vul. & pup. † Et
idẽ ſi facta eſſet extraneo per militẽ, quia ſubſtitutus
vocabitur ad omnia bona teſtatoris, nõ autẽ hęredis.
Et ſic in tali ſubſtitutione non venient bona hęredis
propria. Et cõſequenter nec donationes, nec prelega
ta à teſtatore ei facta, quia ſua bona ſunt non teſtato-
ris, ſecundũ Alex. in l. Marcellus. §. quidã. ff. ad Treb.
& plenè dixi ſ. tractando quartũ effectũ vulgaris ſub
ſtitutionis. Nam ita deciditur in vulgari cui hęc com-
pendioſa æquiparatur ſecundũ Alex. vbi ſ. Sed aduer
tatis, quia cõtra vltimũ membrũ, ſcilicet ꝙ ſubſtitu-
tio remaneat ſemper directa filio moriẽte poſt puber
tatẽ, eius matre ſuperſtite, & in medio exiſtente inter
filiũ & ſubſtitutũ, aut aliqua cæterarũ perſonarũ in
medio exiſtente: de quibus plenè habuiſtis ſ. in mate
ria pupillaris in vj. principali articulo, & in tertio
effectu eiuſdẽ: videtur eſſe tex. apertus, & dictæ deci-
ſioni cõtrarius in d.l. precib. C. de impu. & aliis ſub-
ſtitutionibus. in fi. vbi deciditur, ꝙ ſi tempore mortis
filij iam puberis effecti ſuperſit mater, exiſtentia ma-
tris nõ permittit cõpendioſam filio per militẽ factam
valere iure directo, vt ſubſtitutꝰ omnia teſtatoris bo
na habeat. Sed facit illã ſubſtitutionẽ compendioſam
obliquari, vt valeat indirectè tanquã fideicõmiſſaria,
& erit effectus, quia mater filio poſt pubertatẽ mor-
tuo ſuccedet in vniuerſis bonis tam teſtatoris mariti
ſui, quã eius cõmunis filij. & demũ retentis ſibi omni
bus filij bonis, & de bonis teſtatoris retẽta legitima,
in qua filius nõ potuit per teſtatorẽ grauari, necnon
retẽta Trebellianica iure reſtitutionis debita hæredi
reſtituenti, quæ ſecundũ magis cõmunẽ opi. habet e-
tiã locũ in teſtamento militis, vt ſuo loco diceẽ, infra
reſiduũ bonorũ teſtatoris, tenebitur reſtituere com-
pendioſè ſubſtituto, vt videtur eſſe caſus rotundus in
d.l. precibus. in fi. & ſic cõpendioſa à milite facta ma
tre exiſtente in medio valere nõ põt omni tẽpore, vt
directa: imò filio hęrede poſt pubertatẽ moriẽte obli
quatur, & valet dũtaxat tanquã fideicõmiſſum. Et ta-
men tex. in d.l. Centurio. vult ex priuilegio militum
eam valere directè omni tẽpore, matre & quibuſcũq;
aliis parentibus excluſis. Vnde propter diuerſitatem
illarum duarũ legum, quæ videntur contrariæ, ſuper
hoc puncto fuerunt ſeptem opiniones principales.
9 † In primis enim fatentur omnes, ꝙ pupillo mo-
riente infra pubertatẽ, mater omnino excluditur: idẽ
ſi mente captus eſſet, & moreretur in demẽtia, mater
excluderetur vi exemplaris in cõpendioſa contentæ.
Et in hoc cõcordant etiam illæ duæ leges, Centurio.
&, precibus. Pariter concordant ſi filius moreretur
poſt pubertatem matre in medio non exiſtente, aut
altera de dictis perſonis, vbi ſ. allegaui, nominatis.
Sed ſi filius teſtatoris & hęres moriatur, poſt puberta
tẽ effectus pubes, & ſic expirata pupillari ſubſtitutiõe
matre ſuperſtite vel altera de dictis perſonis, quoad
bona filij aliũde quàm à teſtatore habita, omnes con
cordant ꝙ nihil ad ſubſtitutum. Sed quo ad bona quę
quondam fuerunt ipſius teſtatoris, quia in hoc pun-
cto illæ duæ leges diſcrepare videntur: ſunt dictæ ſe-
ptem opiniones ad cõcordandum dictas duas leges.
Nam



Nam in vtroq; caſu dictarũ duarum legum teſtator
erat miles. præterea in vtroq; caſu ſubſtitutio cõpen-
dioſa facta fuerat verbis directis. quia in l. Centurio.
expreſsè dicitur, ꝙ teſtator directò ſubſtituit. ſimili-
ter in d.l. precibus. facta fuerat ſubſtitutio verbis di-
rectis, vt patet ibi, dum dicit in principio cõmunem
filium veſtrum hæredem inſtituiſſe, & ſecundum hæ-
redem ſcripſiſſe. & ibi eos habeat hæredes, quos pater
eis conſtituit. Quę verba ſunt directa, vt patet ex do-
ctrina Bar. in l. ij. C. cõmu. de leg. & plenè dixi ſuper
verbo, *Eidem impuberi ſuccederent.* Quid ergo dicen-
dum in hac difficultate omiſsis opinionibus, quæ po-
tius rudes intellectus grauarent quàm acuerent? vi-
detur mihi, ꝙ in hoc puncto ſubſtitutio compẽdioſa
verbis directis à milite facta ſit ſemper omni tẽpore
directa, & valeat iure militaris directæ, & ꝙ eius me-
dio ſubſtitutus ad vniuerſa bona teſtatoris ſuccedat
matre & aliis ab inteſtato veniẽtibus excluſis, ſecun-
dum formã dictæ l. Centurio. bonis verò filij aliunde
quæſitis penes matrẽ aut alios ab inteſtato ſucceden-
tes remanentibus. Et dico non eſſe differentiam nec
contrarietatem inter dictas leges, Centurio. &, preci-
bus. imò credo, ꝙ in d.l. precibus. ſicut in d.l. cẽturio.
valuerit ſubſtitutio omni tempore tanquam directa.
Probatur per tex. in eadem l. precibus. ibi dum in fi.
dicit, velut ex cauſa fideicommiſsi. quę verba nõ fue-
runt ibi per imperatorem ſine myſterio poſita. quia
per illa datur clarè intelligi, quia illa ſubſtitutio non
10 fuit fideicõmiſſaria, ſed directa. † Nam dictio, velut,
notat ſimilitudinem, quaſi dicat, ꝙ talis ſubſtitutio
valet ad ſimilitudinem fideicommiſsi, & certum eſt,
ꝙ nullum ſimile eſt idẽ. l. quod Nerua. ff. depo. facit
c. capitulũ ſanctæ Crucis. de reſcri. vbi latè per Fely.
& Bar. Bald. Alex. & Iaſon. in l. qui liberis. ff. de vulg.
& pupil. vnde ſequitur, ꝙ tex. non dicit, ꝙ valeat iure
fideicommiſsi: imò iure directo ad ſimilitudinem fi-
deicommiſsi. & ſimilitudo ſtat in hoc, quia ſicut per
ſubſtitutionem fideicommiſſariam non ſucceditur
filio hæredi, ſed teſtatori. Præterea nec in bonis filij,
ſed teſtatoris tantùm. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de
vulga. & pupil. ſic etiam in caſu noſtro ad ſimilitudi-
nem fideicommiſſariæ ſubſtitutionis per hãc dire-
ctam militarem filio moriente poſt pubertatem non
ſucceditur ei, nec in ſuis bonis. ſed militi & in bonis
militis teſtatoris tantùm, vt etiam dicit tex. in ea d.l.
precibus. ibi, bona quæ cùm moreretur patris eius
fuerunt. Idem dicit text. in d.l. Centurio. Præterea ſi-
militudo ſtat in alio: quia ſicut in fideicõmiſſaria re-
ſtitui debent bona teſtatoris cũ fructibus, niſi fructꝰ
percepti fuiſſent iudicio teſtatoris vel negligentia fi-
deicommiſſarij. l. in fideicommiſſariam. ff. ad Trebel.
& l. iubemus. C. illo eod. titu. ſic etiam hîc in hac dire
cta militari debent bona teſtatoris reſtitui cum fru-
ctibus inuctis in hęreditate. vt dicit tex. in l. Centurio.
in fi. & ita eleganter cõcludit Raphael Fulgoſi. in d.
l. precibus. dicens in penult. col. ꝙ in ſecreto conſcien
tiæ ſuę ab iſto intellectu nõ eſſet tutum recedere. ſub-
iungens in ix. col. hunc eſſe proprium ſenſum & in-
tellectum dictæ l. precibus. hactenus ab aliis non co-
gitatum. Et idem tenuit Chriſtopho. de Caſtelliono.
& commentator in d.l. Centurio. dicens, ꝙ dum eſſet
ſcholaris Bald. hunc intellectum ita cogitauit, prius
quàm Fulgoſ. ſcripta vidiſſet. Quos in hoc intellectu
ſingulorum aliorum opinionibus recitatis refert, &
ſequitur Iaſon in d.l. precibus. x. col. & hanc conclu-
ſionem teneo: cùm ſingulæ aliæ ſint vel ineptæ, aut
11 nõ veræ, vel diuinatiuæ. † concludens ſubſtitutionem
à milite per verba directa factam omni tempore eſſe
& valere tanquã directam iuxta ſuperius dicta. Nec
obſtat vnum per quod Paul. & quidam alij moderni
hunc intellectum reprobant dicentes, ꝙ imò in d. l.
precibus. compendioſa poſt pubertatẽ medio matris
in medio exiſtentis valuit vt fideicommiſſaria, quod
clarè demõſtratur in fi. dum dicit: bona quæ cùm mo
reretur patris eius fuerunt, à te poſſunt peti. Ex hoc
volens innuere ille tex. ꝙ, mortuo filio teſtatoris mi-
litis poſt pubertatẽ, ſubſtitutus neceſſe habet petere à
matre bona quę fuerunt teſtatoris, & ſic ſubſtitutio
non valuit directè, quia ſi vt directa valuiſſet, ſubſti-
tutus neceſſe non habuiſſet petere bona, ſed propria
authoritate potuiſſet ea capere, vt plenè declaraui
ſuper dictis verbis, *Eidem impuberi ſuccederent.* Et ſic
cum ibi bona peteret à matre, oportet dicere ſubſti-
tutionem fuiſſe fideicommiſſariam. Nam reſponde-
tur, ꝙ in d.l. precibus. filius adiuit hæreditatẽ patris,
& ſic bona patris & filij fuerunt effecta vnum patri-
moniũ. l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & pup. Dein-
de filio mortuo mater apprehendit vniuerſa bona: i-
deo ſubſtitutus, licet veniat iure directo, neceſſe ha-
buit petere bona patris teſtatoris de manibus matris:
quæ de facto capiẽdo bona filij, occupauit etiam bo-
na teſtatoris ſecundũ Iaſo. vbi ſ. vltra quẽ alle. Ioan.
Petr. de Ferra. in ſua practica noua in forma libelli,
quo agitur ex ſubſtitutione ſuper verbo, cõpendioſè.
verſi. his itaq; ſic præmiſsis. vbi clarè concludit ſub-
ſtitutionem compendioſam filio à milite verbis di-
rectis factam omni tẽpore valere iure directo. Et ita
tenet gloſſ. noſtra hîc ſuper verbo, *vel ſubſtitutionis:*
quæ indiſtinctè vult compendioſam à milite verbis
directis factam omni tẽpore etiam poſt pubertatem
valere directò. quod verum intelligatis, ſiue facta fue-
rit pupillo ſiue adulto, & ſiue facta fuerit ſimpliciter,
ſiue cum clauſula, ſi ſine liberis deceſſerit, vt eſt caſus
in d.l. Centurio. Et huius cõcluſiuę deciſionis, ſcilicet
ꝙ talis compendioſa ſit omni tempore directa, erit
12 multiplex effectus. † Primus, ꝙ licet fructus hære-
ditatis reſtituendæ exiſtentes collecti tempore mor-
tis hæredis inſtituti, de reſtituendo grauati nõ cedũt
lucro fideicommiſſarij, nec veniant in reſtitutione
fideicõmiſsi. l. in fideicõmiſſariã. in princ. vbi plenè
not. & l. mulier. §. ſi hæres. cũ §. ſeq. ff. ad Trebel. cum
per recollectionẽ effecti ſint de patrimonio hæredis
grauati. Et ſic eſſe deſierunt hæreditarij. & conſequen
ter non reſtituendi, niſi illi duntaxat qui tẽpore mor-
tis teſtatoris ſtabant, & ſic erant de ſubſtantia & hæ
reditate teſtatoris, qui velut res hęreditariæ venirent
fideicommiſſario reſtituendi, vt ibi plenè nota. Ta-
men in caſu noſtro ſubſtitutione compẽdioſa verbis
directis facta omni tempore iure directo valente, nõ
ſolùm fructus hæreditatis per teſtatorem collecti ex-
tantes tẽpore mortis teſtatoris, ſed etiam fructus tem
pore mortis hæredis per ipſum hæredem extãtes col-
lecti cedent lucro ſubſtituti à milite verbis directis.
Nam tales fructus debentur directè ſubſtituto. textus
eſt ſingularis in dicta l. Centurio. in fine. quod eſt
not. dignum ſecundum Baldum, ibi & Imo. qui dicit
illum textum non reperiri alibi. Tales enim fructus
inuenti penes hæredem, cui facta eſt ſubſtitutio, ſa-
tis dici poſſunt in hæreditate teſtatoris, ex quo miles
poteſt ex priuilegio ſubſtituere ei directo poſt pupil-
larem ætatem & aditam hæreditatem, vt d. l. in te-
ſtamento. & l. miles etiam. ff. de teſtamento militari.
Conſumpti tamen fructus non deberẽtur ſubſtituto,
vt dicta l. Centurio. Et hanc opinionem quòd tales
fructus

fructus debeantur ſubſtituto ex directa militis ſub-
ſtitutione,aut alterius qui poteſt ex ſtatuto vel cõſue-
tudine directo ſubſtituere,vt ſ.dixi, tenet etiã Barto.
in vltima oppoſitione.in d.l.Centurio.& d.l.in teſta-
mento.in ſecunda oppoſitione.C.de teſtamen.milit.
quem ibi ſequitur Ange.& Bald.in xiiij.oppoſitione.
in d.l.precibus.Sed aduertatis,quia Ange.ſibi contra
rius, tenuit oppoſitum in d.l. Centurio.concludens
fructus poſt mortem teſtatoris perceptos & recolle-
ctos per hæredẽ,quãuis tempore mortis ſuæ non cõ-
ſumptos ſed extantes, non deberi directo ſubſtituto,
ſicut nec debentur fideicommiſſario: niſi qui ſuper-
erant tempore mortis teſtatoris. Quinimo tales fru-
ctus poſt mortẽ teſtatoris percepti pertinẽt ad ipſum
hæredem inſtitutum iure dominij per l. Herennius.
la j.ff.de vſuris. Nam non debet iſte hæres inſtitutus
eſſe deterioris conditionis, qui non eſt de reſtituẽdo
grauatus, quàm ſit inſtitutus qui foret de reſtituendo
grauatus: quem conſtat fructus perceptos non red-
dere ſubſtituto,vt d.l.in fideicommiſſaria.& d.l.mu-
lier.§.ſi hæres.ff.ad Trebel. Prætereà ſuſtineri non
poſſet, ꝙ tales fructus inuenti tempore mortis hære-
dis inſtituti ad ſubſtitutum pertineant.Quia dici non
poſſunt inuenti in hæreditate teſtantis, vt requirit
tex.in d.l.Centurio. Imò potiùs dicuntur inuenti in
hæreditate inſtituti hæredis: quia quam primũ adita
fuit hæreditas illi fructus deſierunt eſſe teſtantis, &
cœperunt eſſe patrimonium hæredis. l. ſed ſi plures.
§.filio.ff.de vulga.& pupil.& l.pater.ff.de priuilegiis
creditorum.& not.glo.in l.j.§. veteres.ff.de acquirẽ.
poſſeſ. & ita etiam tenet Paul.in d.l. Centurio. idem
Fulgoſ.& Pau.in d.l.precibus.idem Fulgoſ.& Ludo.
in d.l.in teſtamento. Hanc vltimam opinionem ſe-
quitur Alex.in d.l.Centurio.ix. col. motus vltra præ-
dicta: quia non maior videtur ratio in caſu noſtro,
quã quando grauatus eſſet hæres indirectè per fidei-
com.quo caſu, quia hæres percipit fructus iudicio &
voluntate teſtatoris ante euenientem cauſam reſtitu-
tionis fiendæ eos lucratur:nec dicitur in d.l.Cẽturio.
ꝙ ex priuilegio militis veniãt alij fructus, quàm qui
conſueuerunt de iure communi venire. Nam priuile
gium militis de quo ibi,interpretari debet vt ius com
mune non lędat,nec ius tertij.l.ſi quando.C.de inof.
teſta.& l.ex facto.ff.de vulga. & pupil. ex quibus eli-
citur,ꝙ ſatis eſt ꝙ priuilegiũ militare operetur ſubſti
tutionem omni tempore valere iure directo, & non
ꝙ fructus hæreditatis debeantur directè ſubſtituto.
Et ita breuiter concludendo tenet Iaſon in d.l. in te-
ſtamento.xiij.col.& in d.l.precibus.xvij.col. verſi.vl-
tra glo.& latè in d.l.in fideicõmiſſariam.& in l.ſi tibi
13 homo.ff.de leg.j. † Quid autem,ſi dicti fructus fue-
rant ſati per teſtatorẽ, ſed erant adhuc pendentes tẽ-
pore ſuæ mortis?plenè Alexã.in d.l.Centurio.x.col.
vbi finaliter concludit, ꝙ poſtquàm tempore mortis
non erant collecti, ꝙ debentur ſubſtituto & fideicõ-
miſſario ac etiam legatario,cui res à qua fructus pen-
dent fuit legata:quia tales fructus eſſe pars rei cenſen-
tur.idem Sali.in l.iubemus.C.ad Trebel.& Floria.in
l.in fideicommiſsi.ff.de vſuris.idem ſecundum eos de
fructibus perceptis hæreditate iacente: quia debentur
ſubſtituto aut fideicommiſſario ſecundum gl. in d.l.
in fideicommiſſaria.& Alexã.in d.l.precibus. viij.col.
14 † Secundus effectus prædictæ deciſionis eſt, quia
directò ſubſtitutus apprehendere poteſt bona teſta-
toris hæreditaria authoritate propria, ſi capere velit.
Quod intelligo, dummodò non reperiat aliquẽ reſi-
ſtentem de facto:quo caſu ne ſuccedat ſcãdalum, vti
nõ poſſet propria authoritate. Ita ſingulariter deci-
dit diſcretus Bart.in repeti.l.iij. C.de pignoribus. vbi
dicit,ꝙ omnia iura permittentia vti propria authori-
tate,intelliguntur,vbi nõ eſt aliquis de facto reſiſtẽs.
Quia tunc iudex adiri deberet per l. non eſt ſingulis
cõcedendũ de regulis iur.ideo directè ſubſtitutus vti
poteſt propria authoritate, ſi ſine periculo intentare
poteſt remediũ executiuũ.l.ſi.C. de edi. diui Adriani
tollen.ſecùs in fideicommiſſario,qui non poteſt pro-
pria authoritate apprehendere poſſeſſionẽ. niſi prius
ei verbo, vel facto reſtituta hæreditate. l. reſtituta in
prin.ff.ad Trebel.& ſic fideicommiſſario non cõpe-
tit remedium dictæ l.ſi.ante reſtitutionẽ,vt tenet ibi
glo.quam ſequuntur cõmuniter doct. & hoc de iure
cõmuni ſecundum Bart.& Alex.in dicta l. Centutio.
& Iaſ.in dicta l.precibus.videatis de hoc Bar.in qua-
dam quæſtione per eum diſputata incipiente, Curia
capitanei Veronæ.& in quodam eius conſil. incipiẽ.
15 Miſſus in poſſeſsionẽ.& Bald.in l.ſi.C.de codi. †Ta-
men in præſenti regno Francię nõ eſſet opus directè
ſubſtituto intendere remediũ dictæ l.ſi.ad adipiſcen-
dum poſſeſſionem hæreditatis quæ ex dicti regni cõ-
ſuetudine generali tranſit ipſo facto de teſtatore in
hæredem,& demum de hærede in directò ſubſtitutũ.
Nam ex dicta cõſuetudine,mortuus moriendo ſayſit
viuũ.Quinimò plus obſeruat curia parlamenti prout
per arreſtum vidi Toloſæ deciſum à biennio citrà,
quòd virtute dictæ conſuetudinis poſſeſſio hæredita-
tis reſtituendæ per mortem hæredis de reſtituendo
grauati ipſo iure tranſit non ſolũ in directò ſubſtitu-
tum,ſed etiã in fideicõmiſſarium,cui de iure cõmuni
neceſſariò fieri deberet reſtitutio, re, aut verbo, per
dictũ §.reſtituta.de quo dicã plenè,& ibi videbitis in
verbo, *Mortuo itaq; teſtatore*.ij. tractando materiam
ſuitatis: vbi cõcludetur,ꝙ talis ſubſtitutus non habet
neceſſe vti remedio adipiſcendæ poſſeſſionis: imò
ſi turbetur aut poſſeſſio hæreditatis occupetur,poteſt
recta via experiri remedio retinẽdæ, vel reſtituendæ
poſſeſſionis, vel in petitorio intentare petitionẽ hæ-
reditatis contra poſſeſſores, & detentores illius. & ſi
intentaret remedium dictę l. ſi. tale remediũ haberet
effectũ adipiſcendæ,& recuperandæ poſſeſsionis, vt
ei obiici non poſsit exceptio proprietatis, vt ibi plenè
16 dicam. † Tertius effectus dictæ cõcluſionis eſt, quia
vbi ſubſtitutio eſt directa, hæres nõ detrahit Trebel-
lianicam,cùm in tali ſubſtitutione opus non ſit reſti-
tutione, cuius gratia Trebellianica debet, quam de-
traheret ſi ſubſtitutio eſſet fideicommiſſaria ſecundũ
magis communem opinionem, quæ habet: ꝙ hodie
in teſtamento militis non ceſſat Trebellianica, vt te-
nent cõmuniter doctores in l.j.§.in filij. & ibi plenè
Alex.ff.ad Trebel.Sali.& Iaſon in l.in teſtamento.la
ij.C.de teſta.mili.per tex.in authen. de hæred.& Fal.
§.penul.iuncta glo.in verbo,Militari.vbi hoc decidi
tur in Falcidia,cui Trebellianica cõparatur: de quo
videatis bonam glo.in c.reſponſa,ſecũda diſtinctio-
17 ne. † Quartus effectus, quia quoties ſubſtitutio valet
iure directo, hæres filij grauati mortui non poterit
ex perſona filij detrahere legitimam,ſicut nec poteſt
ex ſua perſona vel filij detrahere Trebellianicam, vt
dictum eſt.Secus ſi ſubſtitutio ſolũ valeret iure fidei-
commiſſi,vt ſingulariter decidit glo.in d. l.precibus.
quam dicit ſingularem Imol.hîc,& in d.l. Centurio.
vnde licet teſtator miles nõ poſsit per ſubſtitutionẽ
fideicõmiſſariam filium in legitima grauare, tamen
ei iure militari directè ſubſtituendo poteſt eum in le-
gitima grauare, ſicut poſſet eum exhæredando, vel
ſcienter



ſciẽter præteriẽdo.Nec poſſet filius querelare.l. ſicut
certi.C.de teſta.mili.Ex his duæ reſultant concluſio-
18 nes.Prima,†ꝙ in fideicommiſſaria ſubſtitutione non
venit legitima filij,in qua grauari nõ potuit,ſed ſem-
per per hæredem retinebitur, vt eſt tex. in hoc c.& l.
quoniã in prioribus.C.de inoff.teſta.Quod intelliga
tis verum,vbi onus fideicommiſsi nominatim iniun-
ctum fuit filio, qui in ſua legitima (vt dictũ eſt) gra-
19 uari non poteſt. † ſecùs ſi iniunctum fuiſſet hæredi
filij: quoniam ſubſtitutus filij poſt mortẽ filij grauari
poteſt in legitima. text. eſt ſingularis in l. ſi fundum
per fideicommiſſum.§.fin.ff.de lega.j. facit optimè à
ſimili l.cùm patronus.ff.de leg.ij.Et plenè dixi ſuprà
in verbo, *Reliquit*. In dubio autem ſi non appareat
quis fuerit grauatus, an filius vel eius hæres, præſu-
mitur filius grauatus, vt fideicommiſ. quo ad legiti-
mam non valeat,ſecundum Bar.in l.cohęredi.§.cum
filiæ.ff.de vulg.& pupil. Quem ibi ſequitur Alexã.&
Ange.in §.j.inſti. de pupil.ſubſti.Et dixi ſuprà in ma
teria pupillaris, in iiij. principali articulo, in vj. re-
quiſito,in fin.& Iaſon in d.l.precibus.xiiij.col.& ple
20 nius in l.ex tribus.C.de inoffi. teſta. †Secunda con-
cluſio eſt, ꝙ in ſubſtitutione à milite verbis directis
facta venit legitima filij,ita ꝙ non poteſt per hæredẽ
retineri. Quinimo vniuerſa bona teſtatoris pertine-
re debent ſubſtituto,ſecundũ glo.in d.l.precibus.Sed
aduertatis in hoc puncto, quia Pau.ibi tenet contra-
rium: motus, quia directa militaris ita bene dicitur
grauamen quo ad legitimam filij, ſicut fideicommiſ-
ſaria ſubſtitutio. Quia ſicut per fideicommiſſariam
ſucceditur teſtatori tantùm,& in eius bonis, & nõ fi-
lio,nec ſuis bonis, ſic etiam per directam militarem.
vt d.l.precibus.in ſi. Nam licet miles grauare potuiſ-
ſet filiũ in legitima,ſi eũ expreſsè grauare vellet, ſci-
licet eũ exhęredãdo aut ſciẽter pręteriẽdo:tñ ei fidei
cõmiſſariè ſubſtituendo nõ præſumit ipſum grauare
voluiſſe in legitima:quia cũ nõ poſſet:nõ pręſumitur
voluiſſe impoſsibile. Ergo idem eſſe debet in directa
militari:cũ in illa ſolũ veniãt bona teſtatoris, ſicut in
fideicõmiſſaria. Et ita tenet Iaſ.in d.l.precibus. xvij.
col.& Alex.in d.l.Centurio.xij.col.ſubiungẽs,ꝙ glo.
in d.l.precibus.erat vera,ſecundũ iura.ff.& C.videli-
cet, ꝙ legitima non poterat contra directè ſubſtitu-
tum deduci,per filium aut eius hęredem.ſecùs autem
eſt hodie de iure nouiſsimo authenticorum.Nam li-
cet priſco iure eſſet in poteſtate teſtatoris militis filiũ
priuare legitima expreſsè, putà, eum exhæredando,
vel tacitè,veluti ipſum ſciẽter præteriẽdo,vt d.l.ſicut
certi.non mirum ſi ei directè ſubſtituendo videretur
auferre legitimam.Hodie verò, nec expreſsè, nec ta-
citè poteſt facere miles,quin contra ſuũ teſtamentum
competat querela, ſi filium iniuſtè exhæredauit, per
tex.in §.& hoc idem. in Authent. vt cùm de appella.
cogno.& not.glo.in l.aduerſus.C.de inoffi.teſt.Ideo
ceſſat ratio præallegata: quod dicit ſatis æquũ, licet
ab aliis non fuerit ſcriptum. Ex quo concluditur, ꝙ
etiam in ſubſtitutione directa non venit filij teſtato-
ris legitima, ſed penes filij hæredem remanet abſque
Trebellianica.Et ita etiam tenet Alex. in l. precibus.
21 vij.& viij.col. † Quintus effectus eſt ſecundũ Ang.
in d.l.precibus. quia ſi eſſet fideicommiſſaria ſubſti-
tutio,cõditio adiecta legatario, ſi decem dederit hæ-
redi, impleri nõ poſſet in perſonam fideicommiſſarij
indirectè ſubſtituti,ex eo quia non eſt hæres,ſed tan-
tùm loco hęredis.l.poſtulante.§.j.ff.ad Trebellia.l.ſi
filius.ff. quod cum eo. Et conditiones impleri debẽt
in forma ſpecifica.l.qui hæredi.& l. Mæuius.ff.de cõ-
di.& demon.ſecundum communẽ opinio. licet quod
ſibi debeatur aſtringat non modicum text. in ratione
ſui, in l.is qui in poteſtate.§.ſin.ff.de lega.pręſtandis.
Tamen indubitanter impleri poterit in perſona di-
rectò ſubſtituti,cùm ſit hæres,vt probatur per ea quę
not.in l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulga. & pupil.
& ſic dandum cauſa conditionis implendæ præſtari
poteſt directè ſubſtituto ſicut hæredi, ſecundum An
gel.& Paul.in d.l.precibus.& Alex.in d.l. Centurio.
22 †Sextus effectus eſt ſecundum Bar.cùm quo tranſit
Iaſon in d.l.precibus.xvij.col. quia ſi aliquid à teſta-
tore naturaliter tantùm debebatur filio grauato de
reſtituendo aut ſuo hæredi, ita quòd tale naturale
debitum peti non poterat, cùm naturalis obligatio
actionem non pariat, ſed retentionem, hæres filij
hæreditatem reſtituendo fideicommiſſario, illud de-
bitum naturale deducere,& retinere poteſt.l.Stichũ.
§.aditio.verſic.aliquando.iuncta glo.in verbo, reti-
net. ff. de ſolu. Sed tali reſtitutione vti non poterit
contra directò ſubſtitutũ,vbi ſubſtitutio valet iure di
recto. Nam directè ſubſtitutus neceſſe non habet
capere hęreditatem de manu hæredis,ſed poteſt eam
apprehendere propria authoritate, vt vidiſtis ſ. in
ſecundo effectu.Ideo hęres poteſtatem nõ habet nec
ius retinendi concurrentem quantitatem debiti na-
turalis. Quod verũ intelligit Fulgo. cum quo tranſit
Alex.in d.l.precibus. ſi talis hæres hæreditatem dire-
ctè ſubſtituto pertinentem realiter non tenebat, aut
mala fide eam tenebat. Quia tunc deducere non poſ-
ſet nec retinere naturaliter debitum, quantumcunq;
ſubſtitutio valeret iure directo, vt l.ſi quid poſſeſſor.
§.ſed & ſi ipſi.ff.de peti.hære.Si autem hæres filij gra
uati, putà, mater vel alius bona fide hæreditatem te-
ſtatoris nunc directè ſubſtituto pertinentem teneret
bona fide, tunc poſſet debitum ſibi naturaliter tantũ
23 deducere,& retinere,vt d.l.ſi quid poſſeſſor.§.iuſtus.
iuncta glo. ibi in verbo, Debebit. † Septimus effe-
ctus eſt,ſecundum Fulgo.in d.l.precibus.quia ſi ſub-
ſtitutio eſſet fideicommiſſaria,& decederet fideicom-
miſſarius ante diem fideicommiſsi cedentem, putà,
viuente teſtatore,hæreditas & fideicommiſſum rema
nebit penes hæredem filij inſtituti, qui grauatus fue-
rat reſtituere fideicõmiſſario.l.vnica.§. pro ſecundo.
& §.ſinautem aliquid ſub conditione.C.de cadu.tol.
Sed quando ſubſtitutio valet iure directo, tunc quia
moriente filio grauato extinguitur nomen hæredita-
rium in eius perſona, & ſic deſinit cauſa teſtati,quia
ſubſtitutus erat mortuus. tunc ad filios alios teſtato-
ris deuoluetur hæreditas ſi extant. Sinautẽ deuolue-
tur ad alios ab inteſtato venientes,& illis non extan-
tibus deuoluetur ad fiſcum.l.j.C.de bon.vacan.lib.x.
Non autẽ tranſibit ad hæredes, putà, teſtamentarios
filij, ad quos non tranſit nomen hæreditariũ iam ex-
tinctum: quoniam teſtator voluit filiũ eſſe hæredem
ad tempus. & hæreditatem deferri ad ſubſtitutũ, qui
capere non poterat, quia prædeceſſerat. Et ꝙ miles
potuerit & voluerit facere filium hæredẽ ad tempus
dando ei ſubſtitutum militarem poſt pubertatem,
eſt tex.in l.miles ita.§.j.ff.de teſt. mili.quod dicit eſſe
notandum Alexã.in d.l.Centurio.xiij.col.in princip.
24 † Octauus effectus eſt, quia licet iura ſepulchrorũ
tranſeant ad quẽcunq; hæredem, quãuis extraneum,
vt l.familiaria.cũ l.ſeq.ff.de religi. & l.ſi ſepulchrum.
C.illo eodẽ titulo. Pariter ius patronatus eccleſiæ ad
quoſcunq;,licet extraneos,trãſit hæredes, glo.in ver-
bo,Hæredes.in clemen.ij.de iure patronatus. & not.
plenè Panormi. in cap.j.& cap.cùm ſeculum. de iure
patro-

patro.Non propter hoc tranſeunt ad fideicommiſſarium, vbi eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria & obliqua. Imò hæc omnia remanēt penes hæredem directum, vt d.l.quia perinde.& ibi ſingulariter Bart.& Alex.ff. ad Trebel. Attamen bene tranſibunt ad directè ſubſtitutum,ſecundum gl.& docto.in d.l.precibus. Bar. & doct.in d.l.Cēturio.& vtrobique cōmēdatur Bar. dum in dicta l.quia perinde. ff.ad Trebel. decidit ius patronatus nō venire in reſtitutione fideicommiſsi, quem ſequitur Imol.in l.ſi patroni.ff.illo eod.titu.& Bald.in l.fi.penul.col.C.de edic.diui Adria.tollen.& in l.cùm virū.C.de fideicom.Nam licet ea quæ tranſeunt in hæredes extraneos tanquam hæredes, tranſeant etiam in fideicommiſſarium, non tamen prædicta tranſeunt,quia propriè non trāſeunt in hæredes, tanquam hæredes, cùm non tranſeant pro portionibus hæreditariis,ſed tantùm tranſeunt ad eos in capita,quia ſunt hæredes. vt in iuribus ſuperius allegatis. Et de iure patronatus eccleſiarū hodie eſt text. in d. cle.ij.& not.vbi etiam glo.in c.cōſiderandū.xvj. qō. vij.ſecundum Pau.& Alex.in d.l.quia perinde.quam legit cum l.quāuis.§.nihil.illius titu.Et hoc firmatur vno ſimili. quia videmus, ꝙ ius patronatus ſeculare, quod habet dominus in libertos, non tranſit ad fideicommiſſarium. l. ſi patroni. ſuperius allegata. ff. ad Trebel. ſed remanet penes directum.hæredem.ſecundum glo.in l.ſciendum.ff.de verbo.ſignifi.ergo idem erit in iure patronatus ſpirituali, & eccleſiaſtico. videatis Guidonem Papæ,qō. cccccvij. vbi clarè dicit, tale ius eſſe ad fideicommiſſarium tranſitorium : & tranſit facta reſtitutione hæreditatis, re aut verbo, per hæredē:quia ante reſtitutionē remanet penes hęredem.Videatis Panor.in c.cùm ſeculum.præallega-
25 to. † Et idē quod in patronatu ſeculari erit in armis & inſigniis teſtatoris, quæ etiam facta hæreditatis reſtitutione non tranſeunt in fideicommiſſarium ſecūdum aliquos, ſed remanebunt penes hæredem directū.Et ita in propriis terminis ſentit Bart. in ſuo tractatu de inſigniis & armis.iij.col.verſi.quæro qualiter iſta arma trāſeunt in ſucceſſores.vbi ad iſtud propoſitum allegat dictam l. familiaria. cum l.ſequenti. ff.de relig.& d.l.ſi ſepulchrū.C.de relig. Per quæ cōcludit, ꝙ arma & inſignia teſtatoris ad hæredes ſolùm tranſeunt,& agnatos, non autē ad cognatos vel affines,& minus ad baſtardos,vt plenè dixi ſuper verbo, *Raynutius de Clera*. ſuprà codē.ergo minùs ad fideicōmiſ.niſi eſſet de illis perſonis,vt ſtatim videbitis in feudo:vel niſi teſtator contrarium diſpoſuiſſet,volens, ꝙ fideicommiſſarius ſuū portaret nomen & arma,vt ibi plenè dixi. Nam fideicommiſſarius nō eſt hæres,ſed loco hæredis,vt ſuprà dictum fuit.nā Bart. allegando ibi dicta iura, de iuribus ſepulchrorum loquentia, ſatis æquiparat eiſdem iuribus arma & inſignia:ergo ad ipſum fideicommiſſariū non tranſibunt per dicta iura per eū allegata,iuncta d.l.quia perinde ff.ad Trebel.ſed bene tranſibunt ad directò ſubſtitutum,ſicut iura patronatus : quia verus hæres dicitur
26 vt patet ex prædictis. † Nonus effectus eſt, quia in ſubſtitutione fideicōmiſſaria nō veniunt bona feudalia,nec filius de reſtituendo paternam hæreditatē grauatus tenetur feuda reſtituere fideicōmiſſario. Nam talia in fideicommiſſarium non tranſeunt,vt communiter deciditur per Dy.Bar.&Alexā.in d.l.ſi patroni. §.j.ff.ad Trebel.Bald.in l. cùm virum. C. fideicom. & ita etiam in prima parte conſuluit Alex.conſi. xcj.
27 inci.ponderatis his.†Niſi in tribus caſibus,in quibus feudum bene tranſiret in fideicommiſſarium. Primū vbi fideicōmiſſarius cui hæreditas venit reſtituenda eſſet de liberis ipſius teſtatoris,& deſcendentibus, ad quos feudum ſui natura tranſit poſt mortem vaſalli.

Secundò,vbi fideicommiſſarius licet non ſit de deſcendentibus,tamen eſt de perſonis comprehenſis in inueſtitura : quia tunc ceſſat ratio prohibens feudum tranſire in fideicommiſ.ſecundum Bal.in d.l. cum virum.in fi.col.& Ioan.And.in addi.Specu.tit.de loca. §.nunc aliqua. in addi. quæ incipit, quæſtio non eſt dubia.iuncta additione poſita ſuper verſicu. clviij. & plenè Alex.in d.l.ſi patroni. Idem & tertiò eſſet,vbi feudum fuiſſet receptum pro ſe & hæredibus quibuſcunq;: quo caſu indiſtinctè tranſiret in fideicommiſſarium, facta reſtitutione. Quia tunc non retineret propriā naturam feudi propter illa verba, & hæredibus quibuſcunq;.c.j.de feudo nō habente propriā naturā feu. ſed potiùs ſortiretur naturam patrimonij ad quoſcunq; tranſitorij.Et ita in terminis decidit Bald. in l.j.xxxiiij.& xlviij. quæſtio. ff.de rerum diui. & ſequitur Alex.in d.l.ſi patroni. Ad hoc facit quod vult Bal.in c.imperialē.§.j.verſ.ſed quid ſi conceſſum eſt feudum.de prohibita feu.alie.per Federicum.vbi eleganter dicit,ꝙ ſi conceſſum eſt mihi feudum pro me, & ſucceſſoribus meis quibuſcunq;, hæc verba nō ſolùm includunt tria genera hæredum, de quibus inſti. de hæredum qualita.& differen. ſed etiam includunt legatarios.l.quædam.§.is autem.ff.de eden.quia legatarius .in re legata quodammodo hæres eſt.l. id tempus.§.j.ff.de vſucapio.Vnde hoc caſu tranſibit in fideicōmiſ.qui magis dicitur hæres, quàm ipſe legatarius ; Et ita tenet Iaſon in præludiis feudorum. xviij. col.dicēs ꝙ licet illa dictio, quibuſcunque referri deberet ſecundum materiā ſubiectā ad habiles, & non ad penitus extraneos,ſecundū Bal. in d.l. cùm virum cum quo plures ita tenent:tamen hoc eſt verū,quādo talia verba proferrentur à lege vel ſtatuto , quia tunc recipiunt interpretationem de habilitate iuxta plenè not.in l.j.C. de ſacroſan.eccle. ne ſi aliàs generaliter intelligerentur inducatur aliarum legum correctio, quæ vitāda eſt.l.j.C.de inoff.doti.& ita intelliguntur omnes authoritates,quæ poſſent in cōtrariū adduci. Sed quando talia verba vniuerſalia vel geminata,putà,quibuſcunq;,& qualibuſcunq;,proferuntur ab homine, vt in caſu noſtro, quia tunc ceſſat ratio correctionis prædictæ,tūc ſecus eſt:quia plus debent operari quàm verba ſimplicia. Et ita ſingulariter decidit Bal.in l.fin.C.ſine cenſu vel reli.quod ſatis colligitur ex doctrina Iaco.de Aret.& Bar.in l.j.§.nuntiatio.ff. de noui ope.nuntia.maximè in præſenti regno Franciæ,vbi feuda degenerant,& ferè ſunt abſq; illis verbis redacta ad inſtar patrimonium ,ſecundum Ioan. Fab.in Authē.ingreſsi.C.de ſacroſan.eccle. & plenè ſcripſi ſuprà cod.in verbo, *Duas habēs filias*.poſt prin-
28 cipium.reſtat ergo,ꝙ †feudū ſui natura nō tranſit in fideicomiſ. ſed bene tranſibit in directò ſubſtitutum
29 ſecundum aliquos. † Et idem eſſet, & erit decimus effectus in emphyteuſi eccleſiaſtica, quæ ſui natura non tranſit ad hæredes extraneos, ſicut nec feudum, vt tenet glo.ſingularis in l.etiam. ff.ſolut. matri. per §.emphyteuſim.in Authen.de nō alienan.Emphyteuſis autē conceſſa à priuato, cùm tranſeat ad hæredes extraneos, etiam tranſibit ad fideicommiſ. quia licet ſine cōſenſu domini tranſire nō poſsit in aliū, titulo particulari,tamen bene tranſit titu. vniuerſalis fideicommiſsi.De quo videatis plenèAlex.in d.l.ſi patroni.vj.col.ff.ad Trebel. & in iij.par.conſi.xj.inci.Ponderatis his.in quibus locis hoc plenius diſcutit. Et an





talia bona computētur filio in legitimā , vide eadem
30 parte conſi.viij.incip.Viſis ſubtiliſsimis. † Ex præmiſsis videtis maximam reſultare vtilitatē: quia ſubſtitutio compēdioſa à milite verbis directis facta ſit omni tempore directa,prout eſt,vt ſ̃.fuit concluſum: dum tamen facta fuerit à vero milite actu militante: ſecùs ſi fieret à milite noſtri tēporis in patria reſidente,qui non eſt propriè miles:vt vidiſtis ſ̃.teſtamētum primò,in nono caſu fallentiæ, circa finē. nec gaudet priuilegio militiæ. Adde ꝙ in puncto noſtro fuit ita iudicatum Toloſę,in parlamento,die vltima Martij, anno domini M.cccccvj. ante Paſcha, in teſtamento domini Ioannis de ſancto Stephano quondam domini de monte Betone,qui filio ſuo Bernardo primogenito ſecundū veram teſtamenti ſchedam ſubſtituerat ſecundogenitū , ſcilicet Gulielmū per verbum, inſtituo,directum,ſi abſque liberis moreretr̃. prout fecit. Nā cū Bernardus tēpore teſtamēti pubes foret,quanuis teſtator eſſet miles , illa ſubſtitutio iure directo non valuit tanquā militaris, ſed valuit fideicommiſſi iure,velut facta in teſtamento pagani,taliter ꝙ hæres dicti Bernardi abſque liberis defuncti duas retinuit quartas,ſcilicet legitimā,& Trebellianicā , quam nō retinuiſſet ſi teſtamentū paternū iure militari valuiſſet,cū milites ſint in hoc priuilegiati. Et idem ſi facta eſſet à doctore vel aduocato,aut presbytero:quia milites ſunt inermis vel cœleſtis militię.Quoniā ſubſtitutio ab illis facta verbis directis valebit , etiam poſt pubertatem iure directo ad conſequendū effectus de quibus ſ̃.vt plenè ſuper omnes decidit Alex. in d.l.cēturio.j.col.cum ſex ſequenti.& dixi vobis plenè ſ̃.eodem,in verbo,*Teſtamentum*.j.in d. ix. caſu fallentiæ.
31 †Venio nunc ad ſecundum caſum,ſi compendioſa ſubſtitutio fiat verbis directis in teſtamento pagani non militis:& tūc fieri pōt dupliciter, primò,ſit filio teſtatoris pupillo ſic dicēdo , quādocūq; filius meus deceſſerit,talis ſit hæres,vel talē hæredem facio : quo caſu licet fuerint quinque opiniones, relatæ ab Alex. in d.l.Centurio.quas cauſa breuitatis omitto , tamen cōmunis opinio eſt,quam ipſemet tenet, ꝙ talis ſubſtitutio ſi facta fuerit in codicillis, valere non poteſt vt directa:quia hęreditas in codicillis dari non poteſt directè,valebit tamē iure fideicommiſsi.Ita quòd pupillo in ætate pupillari moriente , ſubſtitutus ſucceſſionem petet à venientibus ab inteſtato detracta legitima vel Trebellianica,vt l.Scæuola.ff.ad Trebellianum.vbi verba directa in codicillis prolata obliquātur.de quo pulchrè & plenè videatis Ang. Are.in §.j. inſti.de vulga.& pup.ſubſti.vbi dicit,quòd indirecta ſubſtitutio expirabit pubertate , ſicut expiraſſet directa , ſi fuiſſet in teſtamento facta, vt videbitis nunc. Vnū notabitis, quòd ſi talis ſubſtitutio eſſet facta de ipſiſmet liberis teſtatoris, fortè valeret vt directa, licet in codicillis facta per ea quę pulchrè decidit Bar. in d.l.militis codicillis.ff.de teſta.milit. & dixi plenè in verbo , *Teſtamentum*. iij.& ſ̃. in materia breuilo-
32 quæ ſubſtitutionis.in verbo , *Plures*. †Si verò ſubſtitutio cōpendioſa à pagano fuerit verbis directis in teſtamēto facta pupillo,magis communis opinio eſt, quòd valeat infra tempora pubertatis iure directo, prout verba ſonant,etiam ſi in ſubſtitutione adiecta fuerit clauſula,ſi filius ſine liberis deceſſerit: q̃a propter hoc non obliquatur , ſi filius moriatur pupillus, ſed valebit iure directæ pupillaris , vt infra dicam latiùs.& eſt tex.in c.ſi pater.hoc tit.lib.vj.& tenet Bar. in d.l.Centurio.vj.colū.Ita quòd filio teſtatoris moriente infra pupillarem ætatem , ſubſtitutus vocabitur ad vniuerſam tam teſtatoris, quā eius filij in ætate pupillari mortui ſucceſsionē,matre pupilli,& cæteris ab inteſtato venientibus excluſis, quos pupillaris in hac cōpēdioſa comprehenſa velut omnino nō tacita ſed generaliter expreſſa indubitanter excludit, vt dictū fuit plenè in materia præcedētium ſubſtitutionum. Si verò filius teſtatoris moriatur poſt pupillarem ætatē iam effectus pubes,tūc quia per euentum pubertatis pupillaris directa , ſub compēdioſa contēta expirauit.Pariter expirat omnis ſubſtitutio,vt non amplius valeat etiam iure fideicommiſsi. Imò ad ſucceſſionē tam quæ fuit teſtatoris,quàm eius filij in pubertate defuncti mater cū aliis ab inteſtato venientibus vocabūtur,iuxta authēticam defuncto.C.ad Terty.excluſo ſubſtituto , cuius ſubſtitutio per pubertatē filij expirauit , vt etiam non valeat iure fideicōmiſſi, ſiue talis ſubſtitutio facta fuerit per verba directa ciuilia,qualia ſunt inſtituo,vel hæres eſto.ſiue per verba directa non ciuilia: licet inter verba ciuilia & non ciuilia cōcordando opiniones voluerit ſubtilizando diſtinguere Bar.in d.l.Cēturio.& etiā non facta differētia,an ſubſtitutio fuerit ſimpliciter facta, putà quādocunq; deceſſerit,talis ſit hæres:vel geminata, veluti,ſi filius meus moriatur in ætate pupillari , vel aliàs quādocunq;,talis hæres eſto:prout volebat Ang.cùm propter hoc non ſint duæ ſubſtitutiones,ſed vna ſecūdum Alex.& communē opinionē. Quod talis ſubſtitutio poſt pubertatē nullo modo valeat,etiā vt fideicommiſ.tenet gl.iuris ciuilis in l.in pupillari.& l. verbis.& l.Cēturio.ff.de vulg.& pupil.& in §.qua ratione.inſti. de pupil.ſubſt. & d.l.precib. & l.Scæuola.ff. ad Trebel.& glo.in verbo,Vel ſubſtitutionis.Innoc. Hoſti.& cæteri Canoniſtæ,vſq; ad tēpora Io. And. & gl.in c.ſi pater.eo.tit.lib.vj.& ibi Arch.Azo.in ſumma,Dy.in d.l.verbis ciuilibus.Iac.de Are.Iac.de Belloiſu,Nico.de Math.Martinus Sillima,Guli.de Cugneo,Bart.& Dynus in d.l.precibus.& Iac.de But.in l.ex tribus.C.de inoffi.teſt. Et hoc diſputando tenuit Bar.de pra.vt refert Ioan.And.in d.c.ſi pater.eodem tit.lib.vj.& Oldra.conſi.cxlvij. Et pro iſta communi opinione videtur eſſe tex.in d.l. verbis ciuilibus. vbi dicitur ꝙ ſubſtitutio verbis directis fruſtrà poſt pubertatē fit:& ſubſtitutio quæ ſemel valere cœpit iure directo,non valet poſteà obliquari,vt ibi.Nam l.Scæuola.ff.ad Treb.quæ contrariū videbatur innuere,loquitur quando ſubſtitutio facta verbis directis, nunquam valere potuit directè. Quia tunc omni tēpore valet indirectè , vt quādo facta fuit in codicillis, vt ſ̃. dictū fuit,& hanc opinionē ſequitur Iaſ.in d.l.precibus.xj.col.ſecundū quam etiā cōſuluit Alex.in ij. parte.conſil.lxxxij. incip. perſpectis his quæ in themate: & tenet Lud.in l.cogi.§.ſi.ff.ad Treb.& Fulgo.in d. l.precibus. Licet Panor.hîc,de benignitate & plures alij doctores iuris ciuilis ſequūtur opinionem Ioan. And. volentis talem ſubſtitutionē verbis directis factam valere iure fideicōmiſsi poſt pubertatē:præſertim ſi facta fuerit verbis plurium tēporum diſtributiuis,putà dicēdo : ſi filius meus in ætate pupillari vel aliâs quādocunq; deceſſerit,talis ſit hæres. q̃a ex quo teſtator vſq; in tēpus mortis, & ſic etiā poſt pupillarem ætatem fecit ſubſtitutionem , debemus attendere ſenſum pluſquam verba.l.iij.C.de libe.præte. neq; ſubtilitas verborū attēdi debet. l. quoniā indignum. C.eod.Et hanc tenet Ant. de Butri.hîc,dicēns,quòd ita ſeruatur de facto Florētiæ.Idem hîc Zabarel. Cardina.& de ſancto Geminiano in d.c.ſi pater.& Salic. in d.l.precibus.Or pręſuppoſita prima opinione pro

vera, quæ poſtquã eſt cõmunis, venit in dubio præ-
ferenda, ſcilicet ꝙ ſubſtitutio compẽdioſa verbis di-
rectis in teſtamẽto pagani filio pupillo facta poſt pu
bertatem nullo modo valeat, imò adueniente puber-
tate expiret, ac ſi facta non fuiſſet: dico nunc illã con-
33 cluſionem fore limitandum dupliciter. † Primò, ꝙ
poſt pubertatem non valeat etiam vt fideicõmiſſum,
niſi in teſtamẽto, in quo facta fuit, appoſita fuiſſet
clauſula codicillaris, quæ communiter apponitur de
ſtylo notariorum. Nam tunc virtute illius clauſulæ
ſubſtitutio quæ valuit infra pubertatem iure directo,
valeret nunc iure fideicõmiſſi filio moriente poſt pu
bertatẽ: ac ſi facta fuiſſet in codicillis, per dictã l.Scę-
uola. Et ita tenet gl.in verbo, ſubſtitutionis.in §.ma-
ſculo.inſti.de pupil.ſubſti.per quam ita tenẽt Ang.&
Moder.in d.l.precib.& Ang.Are.in §.j. inſti. de vul-
ga.ſubſti.Et ita dicit Fulgo. de facto reſpondiſſe per
tex.optimum, in l.ſi frater.C.de fideicõmiſ.Et ita ex-
preſsè tenet Bal.in d.l.verbis ciuilibus. & Alex. in d.
l.Centurio.& allegato conſi.lxxxij. Ex quo infert Ia
ſon in d.l.precibus. ꝙ idem eſſet quando in teſtamen
to appoſita nõ eſſet clauſula codicillaris, ſed eſſet po-
ſitum iuramẽtum, cùm iuramentum habeat vim clau-
ſulæ codicillaris, per tex.ſingularẽ, in l.cùm pater. §.
34 filius matrem.ff.de leg.ij. † Et idem credo, licet Iaſ.
nõ dicit nec Alex. ſi teſtator verba ęquipollẽtia clau-
ſulæ codicillari in ſuo teſtamẽto apponeret, vt putà,
ſi diceret, ꝙ vult teſtamẽtum ſuum valere omni me-
liori modo quo valere poterit. Quo caſu ex his ver-
bis inducitur clauſula codicillaris, quia ſenſus dicto-
rum verborũ eſt, ꝙ ſi non poſſet valere vt teſtamen-
tum, ſaltem valeat vt codicillus vel iure cuiuſlibet &
alterius vltimæ volũtatis ſecundũ Bal.& Ang.in d.§.
filius matrẽ.Facit tex.in l.codicillis.§.fi.ff.de leg.ij.&
ibi Bart.idem dicit Imo.in d.§.filiꝰ matrẽ. ſi teſtator
dixit, volo teſtamẽtum meum haberi pro legitimo. Et
idem puto, ſi teſtator de his nihil dixerit: ſed in ciuita
te vel loco eſt ſtatutũ, vel conſuetudo diſponẽs, ꝙ in
quolibet teſtamẽto ſemper intelligatur adiecta clau
ſula codicillaris. Quia tũc perinde habetur, ac ſi per
teſtatorem fuiſſet expreſsè adiecta: ſecundum Alex.in
j.parte, conſ.xlj.inci. Viſo tenore allegati. facit quod
not.Bald.in l.de quibus.ff.de legi. circa quæ videatis
quæ plenè dixi s̃.eo.in verbo, *Teſtamentum*. iij. Se-
cũdò limitatur dicta concluſio ſecũdũ Iaſ.in d.l.prę-
cibus, ꝙ talis ſubſtitutio poſt pubertatem non valeat
iure fideicommiſſi, niſi teſtamentum eſſet conditum
inter liberos: cùm ſemper ibi fauore liberorũ ſubin-
telligatur clauſula codicillaris, ſecundum glo.in d. l.
cohæredi.§.cũ filię.ſuper verbo, nõ valuit. ff.de vul.
& pupilla.quam ibi Imol. reputat ſingularem & hîc.
35 † Secundò, principaliter fit hæc compendioſa ſub
ſtitutio à pagano verbis directis filio iã impuberi &
adulto, vel pupillo extraneo: puta emãcipato: vel fit
à matre, quæ vt ſcitis de iure non habet filium in po-
teſtate, inſti.de adop.§.fœminæ.vel fit alicui penitus
extraneo, quo caſu ſubſtitutio valere non poteſt iure
directo, vt inſti.de pupil.ſubſtit.§.extraneo. Sed non
modicum dubitatur, an valeat indirectè iure fideicõ-
miſſi. ſuper quo fuerunt duæ opiniones. Prima eſt,
ꝙ nullo modo valeat nec iure directo vt pupillaris,
nec iure fideicõmiſſi. imò perinde habeatur, ac ſi fa-
cta non fuiſſet. Et ita tenet finaliter gl.in verbo, fidei
commiſſum.in d.§.extraneo.& videtur tex.in d.l.ver
bis ciuilibus.& tenet Ioan.Andræ.in d.ca. ſi pater.&
Imo.hîc in materia compendioſę.& in d.l.Centurio.
ad hoc facit, quia vidimus s̃.de proximo, ꝙ compen-
dioſa impuberi facta per verba directa quę ſemel in
fra pubertatem valere cœpit iure directo, poſteà ad-
ueniente pubertate expirat in totum, vt s̃.tenui, ſecũ-
dum communẽ opinionem. Ergo ſi ab initio fiat pu-
beri, tenere nõ debet per rationem l.patre furioſo. ff.
de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Et eadem ratione vide-
tur dicendum, ſi pater ſubſtituit filio pupillo emanci
pato, vel etiam mater per verba directa: quia tũc cum
ſubſtitutio cenſeatur facta extraneo, cui à pagano di-
rectè ſubſtitui non poteſt, vt d.§.extraneo. videtur ꝙ
non valeat etiam iure fideicommiſſi. pro quo addu-
citur tex.in l.fi.C.de hæredi.inſtit. per quem dicit ibi
Bal.in j.col. ꝙ pupillaris inutiliter facta cõtinet vul-
garem: non autem fideicommiſſariam, licet ibi ver-
ba tex. eſſent apta ad pupillarem vt ibi declarat Bart.
tamen reſoluitur in vulgarem ac ſi teſtator dixiſſet,
ſi Plotius hæres non erit, Titius hæres eſto: ergo ceſ-
ſat fideicommiſſaria quæ eſt contraria vulgari. Cùm
fideicommiſſaria locum non habeat niſi Plotius hæ-
reditatem adiuerit. l.ille à quo.§.j.in fi. ff. ad Trebel.
& ſic ſub vulgari comprehendi non potuit fideicom-
miſſaria, in d.l.fi. Idem tenuit Domi.Matthe. notabi-
li.cxlviij. Angel.in d.l.precibus.& Rapha.in d.l. ver-
bis ciuilibus. quã etiã dicit in puncto iuris veriorem,
& eam ſequitur Alex.in d.l.Centurio.xxiij. & xxiiij.
col. Secũda opinio fuit tota cõtraria primæ, ſcilicet,
ꝙ ſubſtitutio directa facta ei cui fieri non poteſt, va-
leat omni tempore iure fideicommiſſi, nec hoc caſu
eſt fienda differentia, an compendioſa fuerit ſimpli-
citer facta, an cum adiectione clauſulæ: ſi ſine liberis
deceſſerit, attento, ꝙ valere non poteſt, niſi vt fideicõ
miſſaria. Et hanc opinionem tenet gloſ.in d. l. verbis
ciuilibus. volẽs, ꝙ vbi à principio ſubſtitutio valere
non poteſt iure directo, propter defectũ perſonę ſub
ſtituẽtis, vel cui fit ſubſtitutio: & ſi valere nõ poteſt,
vt pupillaris, ſaltem valebit iure fideicommiſſi, & ita
tenet ibi, Dynus, Rayne.Bar.Bal.Ange.Imol.Pau.&
Marti.Salima.Guli.& Sali.in d.l. precibus. & Angel.
in d.l.Centurio.Iacob.Butri.& Bal.in l.ex tribus. C.
de inoffi.teſta.& Bal.in l.extraneum.C.de hæred. in-
ſti.& in l.ſed & ſine.C.ad Treb.Imo.in l.ij.ff. de vul
ga.& pupil.& Angel.in d.l.fin.C.de hære.inſti. Ant.
de Butri.Zabarel. Car.& Imo.hîc, in materia pupilla
ris.pro quibus eſt tex.not.in l.ex facto.§.j.& l.Scęuo
36 la.ff.ad Treb. † Prætereà ꝗa pro ſuſtẽtatione actus,
verba debent impropriari. l. inſulam.ff. de præſcript.
verbis.l.ſed & ſi poſſeſſore.§.item ſi iurauero.ff.de iu
reiurando. Nam omnis diſpoſitio debet taliter inter-
pretari, ꝙ in totum nõ corruat.l.non dubiũ.ff.de leg.
iij. Et hanc partem tenet Alex. tanquam magis com-
munem, & à qua ſecũdum eum in iudicando, & con-
ſulendo non eſſet recedẽdum.in d.l. verbis ciuilibus.
& etiam finaliter Ange.Areti.in d.§.extraneo.dicens
de ſubtilitate iuris primam opinionem eſſe veriorem
per tex.ibi, cui facilè reſponderi non poteſt.& in d.l.
verbis. Quia cùm tunc talis ſubſtitutio valere poſſit,
ſaltem tanquam directa vulgaris, videtur non poſſe
obliquari, licet in iudicando recedendum non eſſet
ab opinione glo.& Barto.in d.l.verbis. Vltra omnes
hãc opinionem, vt valeat facta puberi iure fideicom-
miſſi, tenet de Ferrariis in ſua practica noua in for-
ma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione. xxxiiij. col.in
37 verbo, compendioſæ. † Or præſuppoſita hac opinio-
ne pro vera, cùm ſit magis communis, ex omnibus
præmiſſis ſequentes eliciuntur concluſiones. Prima
eſt, quòd ſubſtitutio per militem, doctorem, aduoca-
tum, presbyterũ, verbis directis impuberi, aut pube-
ri, vel



ri, vel emãcipato facta, eſt omni tempore directa, ta-
liter ꝙ filio cui facta fuit infra pubertatem moriente,
ſubſtitutus omnia habebit bona, tam paterna quàm
propria filij vi pupillaris directæ in cõpendioſa con
tentæ: quæ cùm ſit expreſſa verbis generalibus, ma-
trem & quoſcunq; ab inteſtato venientes excludit,
etiam à legitima filij. Si verò filius poſt pubertatem
deceſſerit, vocabitur ſubſtitutus ex directa militari ad
bona teſtatoris. de quibus deducetur ſola legitima
filio iure naturæ debita, quæ remanebit penes ab in-
teſtato ſuccedẽtes, cum bonis ipſiꝰ filij defuncti aliũ-
de quàm à patre teſtatore acquiſitis, ad quæ militaris
38 ſubſtitutio non ſe extendit. † Secunda concluſio eſt,
ꝙ compẽdioſa directa à pagano eius filio pupillo in
poteſtate conſtituto facta, infra pupillarẽ ætatẽ filio
moriẽte iure directo eſt valida, omniumq; ab inteſta
to venientiũ etiam quo ad bona pupilli propria, nec-
non legitimam ei in paternis bonis debitam excluſi-
ua. Poſt verò pubertatem amplius nullo modo vali-
tura niſi teſtamentum eſſet inter liberos factum, aut
clauſulam contineret codicillarem, vel aliud æqui-
pollens quibus caſibus valeret poſt pubertatem iure
fideicommiſſi, vt mater aut proximior ei ab inteſta-
to ſuccedat: ſed virtute clauſulæ codicillaris in teſta-
mento expreſſæ aut ſubintellectæ reſtituere tenebi-
tur bona paterna filij compendioſè ſubſtituto, reten-
39 tis legitima & Trebellianica per hunc text. † Ter-
tia concluſio eſt, ꝙ compẽdioſa directa filio puberi,
vel extraneo, à patre pagano vel matre facta, nullo
tempore valet tãquam directa, ſed omni tẽpore iure
fideicommiſſi eſt valida, licet nõnulli tenuerint eam
eſſe omni tẽpore inualidam. Quæ opinio contra cõ-
munẽ ſi per aliquos teneretur, cùm vota ſint libera,
limitarem eam prout limitatum fuit præcedẽs mem-
brum: vt ſaltem ſit valida, ſi in teſtamento codicilla-
ris contineatur clauſula, vel aliud æquipollens, aut
teſtamẽtum inter liberos reperiatur factum, quibus
caſibus omne directum alteratur, & cõuertitur in fi-
40 deicommiſſum. † Et præmiſſa ſunt vera, ſcilicet ꝙ di-
rectè non poteſt ſubſtitui maiori vel extraneo, in te-
ſtamento pagani, niſi eſſet ſtatutum vel cõſuetudo in
contrarium, quia tunc valeret tãquam directa: quia
ſtatutum hoc poteſt, ſecundum Alexã. in l.moribus.
in prin. ff.de vul. & pup.& quæ omnia breuiter nunc
liquidata ſunt pluſquam notanda velut quotidiana.
Et vobis ſufficere debẽt, quo ad verba directa, in qui-
bus differunt miles & paganus, quando facta fuit di-
recta ſubſtitutio vniuerſaliter in tota hæreditate.
41 † Sed dubitari poſſet, quid ſi teſtator aliquẽ com-
pendioſæ verbis directis ſubſtituerit in certa portio-
ne, vel in certa re: an talis ſubſtitutio valere poſſit iu-
re directo, moriẽte filio hærede inſtituto in ætate pu-
pillari, ac ſi ſubſtitutio facta fuiſſet in tota hæredita-
te. Reſpõdet Bar.in d.l.Cẽturio.vj.col. ꝙ ſi dicta ſub
ſtitutio facta fuerit per verba directa ciuilia, vt hæres
eſto, vel hęredem inſtituo: tunc perinde habetur ac ſi
ſuper vniuerſo fuiſſet ſubſtitutus, vt valeat tanquam
directa pupillaris, vt l.cohæredi.§.fi.ff.de vulg. & pu
pil.ſecũdum vnam lecturam, arg.l.j.§.ſi ex fundo. ff.
de hæred.inſti. Idem tenẽt Imo.Rapha.Cu.& Alex.
in d.l.Centurio.& Salic.in d.l. precibus.licet Bal. ibi
hoc dictũ limitauerit: ſed communiter non tenetur.
Imò dictũ Bart.indiſtinctè approbatur: & per Salic.
vbi s̃.reſpondetur fundamento Bald. Idem ꝙ Bar.te-
nuit Ang.& ibi Imo.in repe.in d.l.j.§.fi.ex fundo.ff.
de hære.inſti.& idem Ang.conſi.xiij.incip. Pro deci
ſione.& Paul.in d.l.cohæredi.§.fi. Si verò ſubſtitutio
compẽdioſa fiat verbis directis, non ciuilibus, à lege
ciuili xij.tabu.non inuentis, putà, ſi teſtator dicat, ac-
cipiat talẽ rem, vel tale quid ſi talis & ſimile, ſi filius
meus quãdocunq; deceſſerit ſine liberis. Et hoc caſu
non trahetur ad directam ſubſtitutionem pupillarẽ,
& ſic nec ad vniuerſum: quia in relictis ſingularibus
nulla eſt differẽtia, ſi apponantur verba directa non
ciuilia, vel obliqua.l.omne verbũ.C.cõmunia de leg.
inſti.de ſing.reb.per fideicommiſ.relict.in princ. Sed
in hoc pũcto eſt aduertendũ, quia Imo.hîc dicit, hãc
deciſionẽ eſſe cõtra text.in d.c.ſi pater.eo.tit. lib.vj.
vbi filia fuerat inſtituta in re certa. & tamen ibi dici-
tur, quòd ſubſtitutio filiæ facta de filio teſtatoris per
illa verba, ſi filia decedat ſine liberis, ad vtilitatẽ filij
cẽſetur eſſe directa pupillaris, & ſic trahetur ad om-
nia bona filiæ impuberis.l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitu-
tos.ff.de vulg.& pupi.ſubſti. Ex quo infertur, ꝙ Bart.
malè dicit, vel ꝙ aliud ſit de iure canonico, & aliud
de iure ciuili: niſi ſecundũ eum dicamus, ꝙ vbi com-
pẽdioſa fit expreſsè in re certa per verba directa non
ciuilia, tũc procedit opi.Bar.ſed vbi ſubſtitutio com-
pẽdioſa nõ fit expreſsè in re certa, ſed fit ſimpliciter,
licet fiat pupillæ in re certa inſtitutæ, tũc bene trahi-
tur ad vniuerſum patrimoniũ filiæ cui facta eſt ſub-
ſtitutio: & ita propriè loquitur tex.in d.c. ſi pater. &
eſt veriſsima reſpõſio, & potiùs tenẽda quàm pręce-
dẽs. cũ capi debeat in dubio ille intellectus, per quem
non inducatur iuris ciuilis correctio, ſecundũ Alex.
42 in d.l.Centurio. † Secundò principaliter dixi, quòd
hæc compendioſa ſubſtitutio interdum fit per verba
merè obliqua & indirecta, de quibus plenè dixi s̃. ſu-
per verbo, *Eidem impuberi ſuccederent*. Et iſto caſu ſe-
cũdum omnes ſubſtitutio eſt omni tẽpore fideicom
miſſaria, ſiue facta fuerit filio, & filius hæres moria-
tur in ætate pupillari, ſiue poſt pubertatẽ. & ſiue ſub-
ſtitutio facta fuerit extraneo vel maiori à milite, ſiue
à pagano. Nam quocunque caſu dictæ ſubſtitutionis
conditione adueniente mater vel alius proximior ab
inteſtato vel quicunque ex teſtamẽto ſuccedens non
excludetur, ſed filio teſtatoris ſuccedet: tamen virtute
ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, tenebitur hæredita-
tem ſolius teſtatoris reſtituere ſubſtituto, retenta le-
gitima & Trebellianica, ſi hæres erat teſtatoris filius,
& reſtituere rogatus ſub cõditione, vt hîc, in tex. no-
ſtro. Si autem purè erat rogatus retinebit ſolam legi
timam ſecundum gloſ.communiter approbatam in l.
quãquam.C.ad legem Falc. Nam licet pater poſsit fi
lio pupillariter & directè ſubſtituere in legitima du-
rante pupillari ætate, vt l.ex tribus.C. de inoffi. teſta.
Nõ tamen poteſt ipſum in legitima grauare per fidei-
cõmiſſum, vt l. quoniam in prioribus. illo eodem tit.
& dixi plenè in materia pupillaris ſubſtitutionis, in
quarto principali articulo.in vj.requiſito in fi. & di-
xi plenè s̃.eodẽ.in verbo, *Reliquit*. Si verò eſſet hæres
extraneus, cui legitima non debetur in bonis teſtato-
ris, hęreditatẽ reſtituet ſubſtituto ſola Trebellianica
retenta.l.cohæredi.§.cùm filię.ff.de vulga.& pupilla.
etiam l.fundi Trebatiani. ff.de vſufruct. lega. de quo
pleniùs infrà dicetur in propria materia fideicõmiſ-
43 ſariæ ſubſtitutionis. † Tertiò, principaliter dixi,
ꝙ ſubſtitutio compendioſa aliquando fit per verba
communia, quæ non ſunt neq; merè directa, nec me-
rè obliqua, ſed ſunt talia quæ trahi poſſunt ad vtrũq;
ſenſum, tam directũ, quàm obliquum, vt eſt verbum,
ſubſtituo. de quibus verbis etiam plenè dixi, vt s̃. An
talis ſubſtitutio ſit omni tẽpore directa, vel omni tẽ-
pore obliqua, vel infra pubertatem directa, & poſteà

obliqua. Super quo fuerunt (aliis omiſsis) duæ prin-
cipales opiniones. Prima fuit, ꝙ talis ſubſtitutio ſit
omni tempore fideicommiſſaria, ſiue filius teſtatoris
hæres, cui ſubſtitutum fuit, moriatur in ætate pupil-
lari, ſiue poſteà ſecundum gl.hîc, & in d.l.Centurio.
& in d.l.precibus. Idem tenent Hoſtien. Archi.& gl.
in verbo, Abſq; deductione, in fi.in d.c.ſi pater.co.ti.
lib.vj. Nam ſicut ſubſtitutio facta pluribus perſonis
inæqualibus intelligitur eo modo quo æqualiter cō-
uenire poſsit omnibus.l.iam hoc iure. ff. de vulga. &
pupil. & habuiſtis plenè ſ̃.in materia reciprocæ ſub-
ſtitutionis, ſuper verbo, Aequaliter, ſic eſſe debet in
caſu noſtro, vt verbū ſubſtituo, relatum ad plura tem
pora, ea determinet vniformiter, quod eſſe nō poteſt,
niſi vtroq; tēpore ſubſtitutio ſit fideicōmiſſaria: ergo
omni tēpore iudicari debet fideicommiſſaria. Eadem
enim res cēſeri nō debet diuerſo iure.l.eum qui ędes,
ff.de vſucapio. nec debet diuiſio voluntatis induci.l.
eum qui.§.pro parte.ff.de his quibus vt indignis, prę-
ſertim, quia diſpoſitio dubia cōtra matrē interpreta-
ri nō debet.l.fi.C.de inſti.& ſubſti. Et hāc partē etiā
tenuerunt Azo, in ſumma.C.de impub.& aliis ſubſti.
Iaco.Bald.Dynus, & Ray.in d.l.Centurio.& Guli.de
Cug.in d.l.precibus.Iaco.Butri.& Bald.in d.l.ex tri-
bus.& in repeti.l.ſi arrogator.ff.de adopt.quæ hodie
attribuitur Bar.licet ſua non ſit, ſed eſt repe.Bal. vbi
refert in hanc partē cum Franciſ.de Piſis, & quibuſ-
dam aliis cōſuluiſſe non facta differentia an mater ſit
in medio, vel non. Secunda fuit opinio glo.fin.in §.
qua ratione. inſti.de pup.ſubſt.volētis talem ſubſtitu
tionē verbis communibus factam debere iudicari pu
pillarē directam filio teſtatoris moriente in pupilla
ri ætate, ſiue mater fuerit in medio, ſiue nō: eo autem
moriente poſt pubertatē iudicabitur fideicōmiſſaria.
Pro qua opinione videtur eſſe tex.in d.c.ſi pater. Nec
obſtat ſi dicatur, ꝙ verbum, Moriatur, ibi in ſubſtitu-
tione poſitū, eſt verbū directū: quia poſito ꝙ ita ſit, ta
mē ratio generalis ibi aſsignata in text. multum facit
pro hac opinione, dum ibi dicitur, ꝙ ſubſtitutio du-
bia interpretatur directa. pro qua eſt tex. à Bal. ibi pō
deratus in l.ſi quis ita.ff.de vſufru. Prętereà hæc opi-
nio fundatur ratione: q.a pater pręſumitur capere cō-
ſiliū, & prouiſionē filio magis fauorabilē.l.nec in ea.
in fi.ff.de adulte.& l.nihil de bonis liber.& l.ſcripto.
ff.vnde liberi. Et ſic videtur voluiſſe ſubſtitutionē va-
lere infra pupillarem ætatem iure pupillaris directæ,
quę magis filio fauet, vt teſtatus decedat.l.Papinian9.
§.ſed nec impuberis.ff.de inoffi.teſta.& d.l.ex tribus.
quā vt fideicōmiſſum, quod eſſet onus filio, ſecūdum
glo.in d.l.ex tribus. Nam quoties dubitatur, cui ex-
tremorum diſpoſitio applicari debeat, applicatur in
44 dubio digniori.l.fin.ff.de fide inſtru. † Or ſubſtitu-
tio directa eſt dignior obliqua, quia videmus militi-
bus eſſe in priuilegiū, vt poſsint qñcūque directò ſub
ſtituere. Prætereà verba relata ad perſonam videntur
ſecūdū perſonę qualitatē intelligi.l.ſed & ſi ſuſcepe-
rit.§.j.ff.de iud.l.plenū.§.equitij.ff.de vſu & ha.ideo
quoties ſubſtitutio relata eſt ad pupillū, iudicari de-
bet pupillaris. Nec ob. ſi reperiatur mater in medio,
vt propter hoc ſubſtitutio intra pupillarē ętatē fidei-
cōmiſſaria iudicetur. Quoniā aliàs ſequeretur, ꝙ po-
tentior eſſet fauor matris quā pupilli, vt teſtatus de-
cedat. Cuius cōtrariū eſt veritas: quia videmus, ꝙ pu-
pillaris ſubſtitutio, quæ eſt teſtamētū filij, tanquā fa-
uorabilis filio matrē excludit, vt d.§.ſed nec impube-
ris. vt vidiſtis plenè in materia pupillaris, in vj. prin-
cipali articulo, & tertio effectu eiuſdem. Poſtremò,
ſi talis cōpendioſa intra pubertatē eſſet fideicōmiſſa-
ria, ita ꝙ nō valeret iure directæ pupillaris, & matrē
omnino nō excluderet, ſequeretur aliud abſurdum:
quia ſi filio exiſtente adhuc pupillo matrē mori con-
tingeret, & ſucceſsiuè pupillū, ſequeretur ꝙ ſubſtitu-
tus non admitteretur ex pupillari, ſi ſubſtitutio fuit
fideicōmiſſaria: & cùm mater nō erat in medio, neq;
hæreditatē habebit quòd eſſet cōtra mentem legis, vt
matre præmortua excludi debeat ſubſtitutus.l. fin.C.
de inſt.& ſubſtit. Et hanc ſecundam opin. tenet Cyn.
dicens, ita conſuluiſſe in d.l.precibus. Ioan. Andr. in
Nouella, in d.cap.ſi pater. Oldra.conſ.cxxv.incip. In
propoſito. Ang. Rapha. Imo.& Pau.in d.l. Centurio.
Imo.hîc, & Car.Sali.& Pau.in d.l.precibus.& Alex.
in d.l.Cēturio.xxvij.col. vbi refert, ſe ſæpe & pluries
ita conſuluiſſe, maximè in tertia parte conſil. xvij.in-
ci. Ponderatis his quæ in themate narrātur. & Fran-
ciſcus Areti.conſi.clv.incip. Periculoſum eſt. vbi ſub
tilius quàm alter de mundo hunc paſſum diſcutit: &
ita finaliter decidit, & reſpondet peremptoriè ad ra-
tiones contrarias ſuperiùs adductas, vt per vos videre
45 poteritis, hæc autem communis opinio. †Ex qua ha-
betis duas concluſiones. Prima eſt, quòd compen-
dioſa filio impuberi facta per verba communia, velu-
ti per verbum, Subſtituo, valet tāquam pupillaris di-
recta filio moriente intra pupillarem ætatem. Et li-
cet ex dictis Bart.in d.l.Cēturio. dum ſuper hoc ſuam
dedit opinionem, hæc concluſio dicatur limitari, vt
ſit vera, niſi mater pupilli ſit in medio: quia tunc ſe-
cundum eum talis ſubſtitutio erit fideicommiſſaria,
etiam pupillo moriente intra pubertatem: quia fauo-
re matris ita interpretari debet, ſicut in ſimili. in l.
qui duos.§.j.iuncta gloſ.ff. de rebus dubiis. ne mater
in totum à luctuoſa filij ſucceſsione excludatur. con-
tra tex.in l.fina.C.de inſti. & ſubſti. Et ſic mater filio
ſuccederet: ſed poſteà bona paterna tantùm reſtitue-
re teneretur, retenta legitima & Trebellianica, ſecun-
dum naturam fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, niſi
ſubſtitutus eſſet filius teſtatoris, iuxta nota.per gloſ.
in d.l.precibus. in fin. Quod etiam voluit Bal.in d. l.
precibus.& Ang.conſi.xiij.incip. Iac.& conſi.cxlviij.
incip. Quidam Nicolaus.& Franciſcus Aret.in dicto
conſi.clv.vlti.col. dicens hanc eſſe communem opin.
Pro qua eſt authoritas Bartoli. Attamen maior &
communis opinio eſt contrarium, vt ſcilicet dicta
ſubſtitutio indiſtinctè ſit intra pubertatem pupillaris
directa, per quā filio moriente pupillo mater in to-
tum excludetur per ſubſtitutum, tam reſpectu bono-
rum filij paternorum, quàm propriorum filij, iuxta
naturam pupillaris: quia cùm tractamus de compen-
dioſa ſubſtitutione, ſub qua pupillaris quæ contine-
tur, dicitur expreſſa, ſaltem verbis generalibus, talis
pupillaris excludit matrem per text.in d. l. precibus.
& in d.c.ſi pater. Nec obſt.d.l.qui duos. quia ibi poni
tur caſus diuerſus & non contrarius. & hanc opinio-
nem contra Bart. tenent Franciſc.de Rampo. Salicet.
Fulgo.& Pau.in d.l.precibus. Ang. Imo. Pau.& Alex.
in d.l.Centurio.& Oldra.conſil.xcix.& conſil.cxxv.
incip. In propoſito themate. Card.& Imol.hîc. & Ia
ſon in d.l.precibus. Vnde reſtat prima concluſio indi
ſtinctè vera, quòd compendioſa verbis communibus
facta filio moriente intra pubertatem valet iure dire-
ctæ pupillaris, quæ in totum matrem excludit, &
omnino repellit, & fortius cæteros ab inteſtato ve-
46 nientes. †Secunda concluſio eſt, quòd talis ſubſtitu-
tio poſt pubertatem, id eſt filio moriente poſtquam
effectus fuit pubes, valet iure fideicommiſsi: & erit
effectus



effectus, quia mater, aut alius ab inteſtato veniens ſuc
cedet filio: ſed per. fideicommiſſum tenebitur pater-
na bona filij reſtituere ſubſtituto cōpēdioſè per ver-
ba communia. Non autem tenebitur bona propria fi-
lij aliūde quæſita reſtituere: cùm talia bona propria
filij non veniāt in reſtitutione fideicommiſſi, vt ſ̃.vi-
47 diſtis. † Nec etiam veniunt donationes, nec prælega-
ta ei facta, quæ dicuntur bona ſua propria, ſecundum
Alexan.in l.Marcellus.§.quidam.ff.ad Trebellia. vbi
Bart.& Iaſon.in l.cùm virum.C. de fideicommiſ. de
48 quo tamen dicatis, vt ibi. † Super quo eſt pulchrum
& vtile dubium, an tale fideicōmiſſum dicatur fuiſſe
relictum ab ipſo filio: quo caſu de tali reſtitutione pa
ternæ hæreditatis detrahetur legitima: in qua nō po-
tuit grauari, vt hîc in text. noſtro. An verò intelliga-
tur relictum ab hærede filij, quo caſu de hæreditate
patris reſtituenda non detraheretur legitima, quia
licet in ea, vt dictum eſt, filius grauari non poſſit, ta-
men eius hæres vel ſubſtitutus bene poteſt grauari,
per tex. ſingularem in l.fundum. per fideicommiſſum.
§.fi.cum l.ſeq.ff.de lega.j. Breuiter dicatis, ꝙ ſi ſubſti
tutio ſit facta nominatim filio, putà, quandocunq; fi-
lius meus morietur, eidem talem ſubſtituo, tūc fidei-
commiſſum dicitur à filio relictum, & detrahetur le-
gitima ab ipſo fideicommiſſo: ſic etiam ſi appareret
relictum nominatim ab hærede vel ſubſtituto, legiti-
ma non detraheretur. in dubio autem quid iudican-
dum eſt, quando non fuit nominatim à filio nec no-
minatim ab eius hære. Super quo Barto. fuit ſibi con-
trarius. Nam in l.cohæredi.§. cùm filiæ.ff.de vulg.&
pupil. tenet per illum tex. ꝙ relictum cenſetur à filio.
Idem tenet in l.codicillis. in princi.ff.de vſufru.lega.
per illum tex.& Pau.conſi.clxviij.incip. In caſu præ-
ſenti. ſed contrarium tenet ipſemet Bart. & ibi idem
Imo.& Pau.in l.qui duos.ff.de vulga.& pupilla. Imo.
Paul.& Alexā. & cōmuniter alij in d.§. cùm filiæ. &
Imol.hîc, & Fulgo.in l.eam quam. C. de fideicōmiſ.
& Iaſon in d.l.precibus. vbi refert Alex. ita conſuluiſ
ſe in tertia parte conſi. xij. incip. Attentis verbis te-
ſtamenti. prope finem. & latius quàm alibi Franciſ-
cus Areti. allegato conſi.clv.in viij.& xj. col. Nam in
dubio onus debet intelligi eſſe iniūctum ei cui iniun-
gi poteſt, ſecundum Barto.in d.l.Centurio. licet An-
ge.in §.j.inſti.de pupil.ſubſti. teneat primam opinio-
nem Barto. per tex.in d.l. codicillis. vbi non fuit no-
minatim facta ſubſtitutio filio, nec ſuo hæredi, ſed
ſimpliciter dictum, ꝙ bona peruenerant in rem pu-
blicam. Vnde reſtat concluſio vera ſecundum omnes
ꝙ cōpendioſa verbis communibus facta poſt puber- 50
tatem valet iure fideicommiſsi. Quod verum intelli-
git Bart.in dicta l.Centurio. ſuam in hoc opinionem
recitando, niſi teſtator dixerit, ꝙ volebat totam vel
integram hæreditatem ſpectare ad ſubſtitutum, vel
omnia bona ſine diminutione: nā per talia verba vel
ſimilia patet teſtatorem voluiſſe ſubſtitutionem vale
re iure directo, quia ſi valeret iure fideicommiſsi, eſ-
ſet detrahenda legitima, & quarta Trebellianica quæ
Trebellianica non detrahitur in ſubſtitutione dire-
cta, ſecundum Bart.& Lud.conſil cxxx.inci. Viſo te-
ſtamēto prædicto. Sed etiā in hoc Bar. ſecūdū omnes
malè loquitur, & communiter reprobatur. Quia licet
per illa verba, totam & integram hæreditatem, vi-
deatur teſtator prohibuiſſe Trebellianicam, vt di-
cit glo. ſingularis in l.decem. in princ.ff.de fideicom-
miſſa. liberta. de quo tamen videatis Ang.in Authen.
de hæredi.& Falcid.§.ſi verò expreſſum. Non tamen
propter hoc videtur voluiſſe, quòd poſt pubertatem
ſubſtitutio valeret iure directo; quia ſic eſſet nulla.
Et ita tenet Bald.in dicta l.precibus. verſicu. procedo
vlterius.& in Authen. hæc vſus pręſtatio.C.de ſacro-
ſanctis eccle.& Ang.conſi.cxxv.incip. Hoc eſt teſta-
mentum.& plenè Alexan.in dicta l.Centurio.xxviij.
49 columna. † Concludit ergo quòd ſubſtitutio com-
pendioſa per verba communia facta, poſt tempus pu
bertatis ſemper valet iure fideicōmiſsi, reiecta limita-
tione Barto. ante verò pubertatem valet iure directæ
pupillaris bona paterna & pupilli comprehendens.
Quod verum intelligatis, ſi facta fuit vniuerſaliter,
vel ſaltem ſimpliciter, putà, quandocunq; deceſſerit,
ſubſtituo ei talem. Si autē facta fuiſſet in re certa, pu-
tà, dicendo: Titium in tali fundo ei ſubſtituo: tunc
verbum commune adiectum certæ rei vel quantitati,
nunquàm trahitur ad inſtitutionem directam, vt etiā
filio pupillo intra pubertatem moriente in toto cen-
ſeatur ſubſtitutus. l.cogit.§.& generaliter.ff.ad Tre-
bellian. ſecundum Dyn. ibi, per text.in §. aliud quo-
que capitulum. iuncto.§.cæterùm. in Auth. vt cum de
appellatio. cogno. Ideo ſi teſtator inſtituat filiam in
certa quantitate: & ſi decedat ſine liberis in ætate pu
pillari: vel poſteà quandocunque, dicta quantitas ve-
niat in talem. tunc non continet pupillarē, nec ad cę
tera bona filiæ extendetur. Idem vt vidiſtis ſ̃. ſi talis
ſubſtitutio fieret per verbum directū nō ciuile. Quia
non valebit iure directo, ſed iure particularis fidei-
commiſſi. Quod limitat Rapha. quem refert & ſequi-
tur Alex.in dicta l.Centurio.xxiiij.colum. in medio.
Si autem ſubſtitutio facta eſſet per verbum commu-
ne, non in re certa, ſed in certa portione ſub nomine
quotæ: tunc ſi quidem totam hæreditatem diuiſit per
quotas in plures perſonas, tunc perinde eſt, ac ſi v-
num tantùm in totum ſubſtituiſſet: quia aſſignatio
portionum, licet non apponatur, hæres eſto, vim ha-
beret inſtitutionis.l.j.§.diuus autem Pius.ff. de hære-
dibus inſtituend. Si autem vnam tantùm portionem
alteri aſsignaſſet, & in aliis nullam ſubſtitutionē fe-
ciſſet, tunc ad inſtitutionem non trahitur. l. cum au-
tem.ff.de legat.ij. Nec poteſt trahi verbum commu-
ne ad inſtitutionem quo ad totum, niſi quando nul-
lus alter eſt vniuerſalis hæres in teſtamento.l.his ver-
bis.in principio.ff.de hæredibus inſtituē. Sed in caſu
noſtro eſt alius hæres, ſcilicet primus inſtitutus & hæ
res eius poſt mortem ſuam. Hunc autem ſubſtitutum
videtur teſtator noluiſſe hæredē eſſe per illud verbū
commune: ideo quia ſibi totum non aſsignauit: arg.
dictæ l.cùm autem. & ibi Bartol.& in dicta l.Centu-
rio.xiiij.col. videatis Lud.Ro.cōſ.lviij. †Sed mixtim
loquēdo de verbis directis & communibus, quid erit
ſi teſtator in ſubſtitutione addiderit clauſulam, ſine
liberis: putà, quia dixit, quandocunque deceſſerit ſine
liberis, talis ſit hæres, & ſic per verba directa: vel di-
xit, talem ſubſtituo, & ſic per verbum commune: an
talis ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria
vel directa infra pupillarem ætatem. Si facta eſſet à
milite per verba directa, non haberet dubium, quia
omni tēpore eſſet directa, vt eſt caſus in dicta l. Cen-
turio. ſed in pagano eſt dubium. Et certè glo. in dicta
l.precibus. dicit talem ſubſtitutionem omni tempore
eſſe fideicommiſſariam, ſiue filius moriatur in ætate
pupillari, ſiue poſteà, ita quòd mater pupilli aut qui-
libet alius ab inteſtato ſuccedet ei. Et per fideicom-
miſſum tenebitur reſtituere bona teſtatoris ſubſtitu-
to, retenta legitima & Trebellianica: facta tamen di-
ſtinctione quam ſupra dixi, an ſubſtitutio facta fue-
rit filio vel eius hæredi, quia ſi hæredi, vel in dubio,

ex fideicõmiſsi reſtitutione non detrahetur legitima
filij, ſed ſola Trebellianica. Et hanc opinionem tenet
Ange. Aretin. in §. extraneo. inſti. de pupil. ſubſti. Sed
aduertatis, quia contra glo. determinationem in d. l.
precibus. tenent ibi Sali. & Barto. in d. l. Centurio. &
glo. in §. qua ratione. inſti. de pupil. ſubſti. & commu-
niter omnes dicentes, talem ſubſtitutionem non ob-
ſtante clauſula, ſine liberis, filio pupillo moriente in-
tra pubertatem valere iure directæ pupillaris, ſiue fa-
cta fuerit verbis directis, ſiue verbis cõibus. Quoniã
de verbis obliquis non eſt dubium, cùm aliquo tem-
pore non poſsint iure directo valere. Talia enim ver
ba, ſine liberis, non alterant ſubſtitutionem, nec eius
ſenſum, nec per ipſa verba fit fideicommiſſaria, vt d.
l. Centurio, quæ quo ad hoc loquitur de iure commu
ni, & non militari, vt ibi aperit tex. Nec obſtat ſi di-
ceretur, ꝙ propter dicta verba, ſine liberis, intelligi
nõ poteſt, niſi de fideicõmiſſaria, quę ſola fieri poteſt
tempore poſt pubertatem, quo filius hæredes habere
poteſt, & non ante. l. impunitas. C. de pœnis. Quia re
ſpondetur, ꝙ etiam eſt poſsibile ante pubertatem ha-
bere liberos, licet non ſit de cõmuniter accidẽtibus,
vt plenè dixi ſ. in materia pupillaris ſubſtitutionis.
Prætereà hæc cõditio, ſi ſine liberis deceſſerit. ita be-
ne cõuenit filio hæredi ante pubertatem, in qua æta-
te liberos habere non poteſt, vt dicatur tunc ſine libe
ris decedere: ita ꝙ verũ eſt dicere, ſecundũ propriam
locutionẽ, ꝙ impubes decedit ſine liberis, ſicut poſt
pubertatem, quando potuit habere, & habuit, ſed eis
priuatus eſt. Nam dictio, ſine, in caſu noſtro non ſtat
priuatiuè, ſed abnegatiuè, ſecundum Sali. in d. l. preci
bus. x. col. & Iaſon ibi. Or licet cõcluſio gl. vt dictum
eſt, cõmuniter reprobetur, & cõcludatur, non obſtã-
te dicta clauſula, ſubſtitutionem debere ante puber-
tatem valere iure directo, & poſt iure fideicommiſſi:
tamen fortiter obſtat, & pro gl. facit tex. in l. creden-
dum. §. ſi verò maritus. ff. qui petant tutores. vbi ſub-
ſtitutio facta fuerat ſub conditione, ſi deceſſerit ſine
liberis, & filius ibi erat pupillus: aliàs ibi fruſtra tracta
batur de tutela eius, & tamen ibi deciditur, ꝙ ſub-
ſtitutus ex cauſa fideicommiſsi admittitur, & ſic pro
tempore pupillaris ętatis ſubſtitutio valuit ſolùm iu-
re fideicõmiſsi. Vnde Paul. in d. l. precibus. refert Bal.
patronum ſuum illum text. allegaſſe contra quẽdam,
qui publicè illam legem repetebat, & contra vt cæte-
ri, concludebat, nec poteſt illi textui reſponderi, niſi
cum violentia, intelligendo vt ibi per Bar. poſt gloſſ.
51 †Reſtat ergo, ꝙ talis ſubſtitutio verificetur ſiue fi-
lius intra pubertatem decedat, ſiue poſt. Et præmiſſa
vera exiſtunt, vbi teſtator ſimplicitet dicit. Si filius
meus deceſſerit ſine liberis. Si autẽ addidiſſet dictio-
nẽ, impubes, putà, dicẽdo: ſi filius meus impubes de-
ceſſerit ſine liberis, talem ſubſtituto: tunc eſt conſide
randũ, aut illa dictio impubes, adiicitur verbo diſpo-
ſitiuo, ſcilicet verbo, ſubſtituo. vt quia teſtator dixit,
filio meo impuberi talẽ ſubſtituo, ſi ſine liberis deceſ
ſerit: tunc per dicta verba teſtator nõ videtur limitaſ-
ſe, ꝙ vltra pupillarem ætatem ſubſtitutio non exten-
datur, ſicut in caſu præcedenti, ac ſi dictio impubes,
non fuiſſet adiecta: quia illud verbum impuberi, vi-
detur potius adiectum cauſa demonſtrationis, vt d. c.
ſi pater. ſecundum Ioan. Andræ. hîc. Facit l. Mela. in
prin. ff. de adimen. lega. Si verò dicta dictio reſpiciat
verbum exequutiuũ, putà dicendo, ſi filius meus de-
cedat, tunc filio meo impuberi ſuccedat talis, vel bo-
na eius deueniant in talẽ: tunc quia hæc verba ſucce-
dant & deueniãt ſunt exequutiua, licet illud verbum
impuberi, fuerit cauſa demonſtrationis adiectum, ta-
men requiritur ꝙ hoc verificetur, videlicet ꝙ ſit im-
pubes, tempore quo ſucceditur illi, argu. l. in delictis.
§. ſi extraneus. ff. de noxalibus. Et ſic ſubſtitutio vltra
pupillarem ætatem non extenditur, niſi apponeretur
aliud verbũ, propter quod appareret teſtatorẽ aliud
ſenſiſſe: vt quia addidit, ſine liberis. Quo caſu vide-
tur voluiſſe ſubſtitutionem extẽdi poſt pubertatem,
vt hîc in tex. noſtro, ſecundum Bar. in d. l. Centurio.
52 quem ſequitur Angel. Aretin. in d. §. extraneo. † Sed
iuxta præmiſſa ſolet dubitari, an valeat ſubſtitutio
quæ facta fuit non ſolùm filio, ſed etiã eius liberis: pu
tà, ſi teſtator dicat, ſi filius meus hæres deceſſerit ſine
liberis, vel eius filij deceſſerint ſine liberis, bona mea
deueniant in talẽ: an talis ſubſtitutio valeat in filios,
aut alios liberos filij, ita ꝙ ſi aliquis eorũ poſt longiſ-
ſima tẽpora abſq; liberis moriatur, ſit locus ſubſtitu-
tioni. Et videtur ꝙ nõ, quia cũ teſtator nihil relique-
rit liberis filij ſui, videtur ꝙ etiã eos grauare non po-
tuerit, quia quem non honoro, onerare non poſſum.
l. Lucius. la ij. ff. de hæred. inſti. & idem Imo. magis ſi
ab eis fuerit nominatim relictum. l. ſi ſic. ff. de leg. iij.
vbi per Bart. Tamen idem Bar. in d. l. Centurio. con-
cludit dictum fideicommiſſum valere, etiam in libe-
ros filij. Nã ex quo teſtator liberos filij grauauit hæ-
reditatẽ reſtituere, ſatis videtur eis hæreditatem reli-
quiſſe, ita ꝙ non videntur tunc liberi ſolùm veniſſe
in conditione ſubſtitutionis, ſed etiã in diſpoſitione,
ac ſi filio expreſsè ſubſtituti fuiſſent. l. deniq;. §. inter
dum. ff. de pecu. lega. De quo videtur caſus in l. ſi ita.
ſtipulatus. ff. de operis liber. Idem tenẽt Bal. & Iaco.
de Aret. in l. ab eo. C. de fideicommiſ. & Angel. Aret.
in d. §. extraneo. Imò dicunt Bald. & Sali. in d. l. preci
bus. ꝙ tale fideicommiſſum cenſetur eſſe reale hære-
ditatem afficiẽs. Idem tenet de Ferrariis in dicta ſua
practica, in forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione
in verbo, Compendioſæ. xiij. col. in prin. Sed Alex.
in d. l. Cẽturio. poſt Imo. hîc recitatis ſingulorũ opi-
nionibus concludit contra Bar. Videatis eum, & eun-
dem Alex. in iij. parte, conſil. xxiiij. inci. Attentis his
quæ in themate narrantur. & in ſecunda parte, conſi.
cxcix. incipien. Viſo præſtanti conſi. & Iaſo. in l. j. iiij.
col. in ſi. C. de pactis. & ibi etiam Alex. & quæ dixi ſ.
in verbo, *Adiiciens vt Alterocha*. circa prin. Et vide-
re non omittatis Guido. Papæ. quæſt. xxxix. & quæſt.
clxxxiiij. Et præmiſſa vera, vbi ſubſtitutio compen-
dioſa ſit per verba directa vel obliqua, aut cõmunia
53 tantũ. †Sed quid, ſi fiat per verba directa & obliqua,
vel directa, & cõmunia, vel communia & obliqua ſi-
mul? Et Bart. in d. l. Centurio. xiiij. col. decidit, ꝙ ſi te-
ſtator illa verba appoſuit in perſona vnius, putà, qa
dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, talẽ ſibi ſub-
ſtituo, eum ſibi hæredẽ facio, vel bona mea ad talem
perueniãt, & in his eũ hæredẽ inſtituo, vel ſimilia. Et
iſto caſu perinde iudicabo, ac ſi tota inſtitutio eſſet
facta per verba merè directa, quia verbum cõmune
& ambiguum declaratur ratione adiuncti. arg. l. ſi ſer
uus pluriũ. in ſi. ff. de lega. j. & l. nec adiecit. cum l. ſeq.
ff. pro ſocio. idem ſi dixit, ſubſtituo ſibi hæredem. Et
hoc eſt quod no. voluit Bald. in d. l. precibus. & Imol.
hîc, & cõſuluit Ang. conſi. xcix. inci. Conſiderandum
eſt &c. Ad hoc facit tex. in d. l. precibus. dũ dicit: ſcri-
pſi hęredẽ. ſecundũ Sali. ibi, vel dicendum ſecundum
Bar. vbi ſ. ꝙ verbũ directũ ſtabit in ſua ſignificatiõe
& verbũ obliquũ in ſua, aut verbũ cõmune trahetur
ad fideicõmiſſum, vt aliquid operetur adiectio dicto-
rũ verborũ. Et tunc erit in electione ſubſtituti hære-
ditatem



ditatem capere ex directa, vel fideicommiſſaria ſub-
ſtitutione. l. ſi quis ſeruo. ff. de manumiſ. teſtamen. &
l. recuſare. §. Titius. ff. ad Trebel. Et idem erit ſi teſta-
tor dixit poſt factam ſubſtitutionem, ꝙ volebat ſub-
ſtitutionẽ valere vulgariter, pupillariter, & per fidei-
cõmiſſum, qñcunq; filius ſuus deceſſerit ſine liberis.
Quia tunc erit in electione ſubſtituti venire ex dire-
cta, vel fideicommiſſaria, arg. dicti. §. Titius. Idem te
net Bal. in d. l. precibus. vlti. col. verſi. ſed quid ſi teſta
tor. & Alex. in d. l Centurio. allegans tex. in l. ſi. C. de
codicil. vbi ſi teſtator voluit ſuam voluntatem valere
iure teſtamenti & codicillorum, eſt in electione hæ-
redis venire directè ex teſtamento, vel ex codicillis,
ſcilicet per viam fideicommiſsi. Et idem ſi teſtator di
xerit: ſi filius meus deceſſerit ſine liberis. Titium inſti
tuo, & ſubſtituo. Nam cũ verbũ, inſtituo, ſit directũ.
l. j. ff. de hæredi. inſti. valet vtroq; iure. facit l. penult.
ff de ventre inſpici. Idem ſi teſtator vtatur verbo cõ-
muni & obliquo, putà, ſic dicendo: Si filius meus de-
ceſſerit ſine liberis, volo bona mea deuenire ad Titiũ
iure ſubſtitutionis & fideicommiſſi. Nam verbũ ſub-
ſtitutionis, eſt verbum cõmune, & verbum fideicom
miſsi, eſt verbum obliquum, quod intelligi debet vt
ſit vtrũq;, & ſic ſit electio ſubſtituti, vt probat text. in
d. l. recuſare. §. Titius. & d. l. ſi quis ſeruo. Sed quid ſi
verbum directũ in ſubſtitutione appoſitum poteſt ſe
habere per modum diſpoſitionis, & etiam per modũ
demonſtrationis: putà, ſi teſtator dicat: ſi filius meus
deceſſerit ſine liberis, ei ſubſtituo Titium infrà ſcri-
ptum meum hęredẽ: tũc in dubio dicta verba meum
hæredem, accipi debent & intelligi determinatiuè vt
l. fin. §. Titia. ff. de libe. lega. Et præmiſſa vera, quãdo
illa diuerſa verba referuntur ad perſonam vnius tan-
54 tùm. † Sed quid erit, ſi apponantur verba directa &
communia in perſonis diuerſorum? Dicit Bartol. hoc
caſu fore conſiderandum, ꝙ verbum commune adie-
ctum certæ portioni nũquam trahitur ad inſtitutio-
nem, vbi eſſet alius vniuerſalis hæres in teſtamento,
aliàs ſecus, vt l. his verbis. ff. de hæredibus inſtit. & in
Authen. de hære. & Falci. §. ſi verò nulla. in gloſſa in
verbo, Relictis. hoc præmiſſo decidit, ꝙ quãdocũque
teſtator vnum ſubſtituit directò per verba directa &
ciuilia ſimpliciter. alium per verba communia in cer-
ta portione, & tunc ſubſtitutus ſimpliciter erit dire-
ctò ſubſtitutus. Et ſubſtitutus per verba communia
erit oneratus fideicõmiſſo per regulam prædictam:
quia trahi nõ poteſt ad ſubſtitutionem, cùm alius ſit
vniuerſaliter inſtitutus. Quandocunq; teſtator vnum
inſtituit directò, in certa portione, aliũ verò per ver-
ba communia in reſidua portione. Et tunc fateor, ꝙ
ſubſtitutio facta per verbum commune, trahi poteſt
ad directam: quia in ea portione in qua additur, nullꝰ
alter reperitur hęres inſtitutus: ergo &c. Quãdocũq;
teſtator vnum ſubſtituit in certa portione, per verba
directa & ciuilia, quia verba directa nõ ciuilia quan-
tum eſt in propoſito modicum differunt à communi
bus: alium verò ſubſtituit, per verba obliqua in alia
portione: tunc ſubſtitutus per directum capit iure di-
recto totum. l. cohæredi. §. fin. ff. de vulga. & pupil. Et
alius erit fideicommiſſarius in portione certæ partis
ei relictæ. Quandoq; vnum ſubſtituit in certa portio-
ne, per verbum commune. Alium verò per verbũ me
rè obliquum. Et tunc puto, ꝙ tota iſta ſubſtitutio cẽ-
ſeri debeat fideicommiſſaria: quia gloſ. & Doctores
qui dicunt verbum commune trahi ad directum, di-
cunt verum. quando additur vniuerſitati bonorum:
& aliquis eſt hæres, vt d. l. his verbis. ff. de hæredibus
inſtitu. & hic non additur omnibus bonis. Sicut ergo
illa portio addita fuit relicta expreſsè per fideicom-
miſſum verbis obliquis, ſic etiam illud verbum com-
mune tanquam dubium & obſcurum interpretatur
fideicommiſſum, poſtquàm fuit cum verbo obliquo
adiunctum, vt d. l. ſi ſeruus pluriũ. in ſi. quandoq; ap-
ponũtur in perſona diuerſorum, ipſa verba commu-
nia: quos fortè ſubſtituit in portionibus certis diui-
dẽdo hęreditatẽ inter eos: & tunc ſine dubio trahitur
ad inſtitutionem: quia diuiſio hæreditatis per partes
licet nõ adiiciatur in ea, hæres eſto, ad inſtitutionem
55 trahitur. l. j. §. diuus. ff. de hæredi. inſtit. † Sed quid,
ſi in inſtitutione teſtator reliquerit certa legata ſin-
gularia, & demum dixit, reſiduum bonorum meorũ
volo ad talem peruenire. Certè reſpõdet Bar. ꝙ pro-
pter illa legata, ſubſtitutio vniuerſaliter facta ꝑ ver-
bum reſiduum &c. non alteratur. ſed remanet in ſuis
viribus, ac ſi foret hæres inſtitutus. l. ij. C. de hæredit.
inſtit. Nam etiã ſi expreſsè apponeretur clauſula, vo-
lo deductis legatis reſiduum peruenire ad talem, non
minus dicitur fideicommiſſum vniuerſale. Quia tunc
etiam dicitur hæreditas licet adiecta fuerint illa ver-
ba, deductis legatis, cùm legata iniungi poſsint nomĩ
natim ipſi hæredi, & rogari per fideicommiſſum de
reſiduo, & dicetur iure fideicommiſsi valere. l. Mar-
cellus. & l. qui quadringinta. & l. cogi. ff. ad Trebel.
ſecùs autem eſſet, ſi teſtator dixiſſet filium inſtituo, &
quãdocunq; ſine liberis deceſſerit, deductis legatis, &
indictis, id eſt legatis piis, ac deducto ære alieno, ſub
ſtituo Caium in reſiduo. Quo caſu cùm de fideicom-
miſsis nõ deducatur æs alienum, imò de natura fidei-
commiſsi vniuerſalis eſt, ꝙ in fideicõmiſſarium tranſ
eunt actiones actiuè & paſsiuè: inſti. de fideic. hær. §.
reſtituta. talis ſubſtitutio non valebit iure vniuerſa-
lis, ſed particularis fideicommiſsi. Et ita intelligitur
deciſio Bar. in d. l. cogi. §. j. quæ cõtraria videbatẽ de-
ciſioni eiuſdem in d. l. Cẽturio. ſuperius relatę, ſecun-
56 dum Alexan. ibi. † Poſtremò dubitari ſolet ex præ-
miſsis, quid ſi teſtator dixerit, quandocunq; filij mei
deceſſerint ſine liberis, volo ꝙ bona mea dẽtur & di-
ſtribuantur inter pauperes per fideicommiſſarios, id
eſt executores meos. An hæc ſubſtitutio erit directa
pupillaris infra tẽpora ætatis pupillaris ſi filius teſta-
toris moriatur pupillus, An verò erit fideicommiſſa-
ria omni tẽpore? Effectus quæſtionis eſt magnus: qa
ſi ſubſtitutio ſit directa, filio teſtatoris moriẽte pupil
lo nomine ipſius nihil detrahi poterit, etiã pro legiti-
ma, quæ de iure venit in pupillari ſubſtitutione. l. ex
tribus. C. de inoſ. teſta. Si verò ſit omni tempore fidei-
cõmiſſaria, detrahetur legitima nomine ſeu ex perſo-
na filij, qui in ea non potuit per fideicommiſſum gra-
uari: vt hîc in text. noſtro. Et detrahetur legitima per
hæredem filij ab inteſtato ſuccedentem, ſed non de-
trahetur Trebellianica, quia non debetur ex fideicõ-
miſſo ad cauſas pias relicto, ſecundum Bar. & Docto
res, in d. l. Marcellus. ff. ad Trebellia. Et certè Bart. in
d. l. Centurio. dicit, ꝙ intra pubertatem erit directa
pupillaris. quem ibi ſequitur Ang. idem Bar. in l. fun-
di Trebatiani. ff. de vſufructu lega. vbi refert ſic plu-
ries cõſuluiſſe, prout veraciter cõſuluit cõſi. iij. incip.
Titius condidit teſtamẽtum. & conſi. xxiiij. incip. Vi-
ſo teſtamento. & tenet Petrus de Anchar. in c. cùm ti
bi. & c. Raynaldus. ǰ. eo. & Pau. in d. l. precibus. & cõ-
ſi. xcviij. incip. In caſu præſenti. Nam in dictis verbis
ſubauditũ, ꝙ quãdocunque filius teſtatoris deceſſerit,
fideicõmiſſarij accipiãt propria manu hæreditatem,
& eam dent pauperibus. l. alio. vbi glo. in ſin. ff. de ali-

men.lega.& l.Proculus.ff.de vſufruc.& l. Titia Seio. §.Titia.ff. de leg.ij.& in authen.de eccleſia.tit.§.ſinautem pro redemptione. Quod maximè eſt verum, quando dicta verba referũtur ad executorem ad pias cauſas. Quia actionem habet contra hæredem, ſi quis fuerit, quam actionem nõ habent cæteri executores, ſecundum glo.vbi Bar.in l. ſi quis Titio.ff.de lega.ij. & not.in l.Lucius.§.Mæuia.ff.ad Trebel. Bart.in l.ſi quis ad declinandam.vbi Bal.C.de epiſ. & cleri.Bar. & Imo.in l.illa inſtitutio.ff.de hære.inſti. & ſi nullus eſſet hæres, tales executores habentur loco hæredis. d.c.cùm tibi.ſecundum vnum intellectum. Ideo filio teſtatoris mortuo impubere ſine liberis, cùm nullus alter ſit hæres, tales fideicommiſſarij vocari cenſentur verbis directis, tanquam hæredes. Nam verbum accipiant, eſt verbum directum, ſonans ꝙ ſua authoritate capiant.& ſic cenſetur ſubſtitutio pupillaris directa filio moriente in ætate pupillari. Et idem eſſet, ſi diceremus dictum verbũ accipiant, eſſe verbũ cõmune: quia ſecundum opinionem quam ſuprà tenui, compẽdioſa facta per verbum commune, valet iure directæ pupillaris filio teſtatoris moriente pupillo. Sicut enim ſi dicta verba referrentur ad pauperes, viderentur ipſi fuiſſe hæredes inſtituti: ergo idem ſi referrentur ad eorum adminiſtratores, quales ſunt dicti executores. Cùm paria ſunt relinquere pauperib. vel eorum adminiſtratoribus intuitu pauperum.l.annua.§.Titia.ff.de annuis lega. Or certũ eſt, ꝙ ſi dicta verba relata forent ad pauperes, ſubſtitutio eſſet directa intra ætatem pupillarẽ, ergo idem in caſu noſtro, vt pauperes dicãtur directò vocari, & locum teneant hæredis directi ſecundum Bar. in dicto conſil. iij. ad hoc facit, quia dato ꝙ hæc ſubſtitutio dici poſſet ambigua, ſeu facta per verba dubia, tamẽ interpretari debet directa, ſecundum Bald.in l.ſi quis ita.ff.de vſufruct.& glo.in d.l. verbis.de vulga.& pupil. Et eſt tex.in d.c.ſi pater.eod.tit.lib.vj. Et tantò magis procederet hoc, vbi teſtator dixiſſet, ꝙ bona ſua dentur & diſtribuãtur ſine vlla diminutione. Quo caſu etiã valeret intra pupillarẽ ætatẽ, vt directa pupillaris. Et idem dicendum ſi teſtator dixiſſet, bona mea omnia dentur, & diſtribuantur. Nam ex eo ꝙ dicit omnia, apparet, ꝙ nihil retineri voluit nomine pupilli, in pupillaritate defuncti. Et conſequenter voluit ſubſtitutionem fore directã, de cuius natura eſt, ꝙ nihil retineatur: ſed omnia ad ſubſtitutum perueniant. l. Iulianus.ff.de leg. iij. & ſic voluit legitimam filij trãſire ad pauperes. Quod non eſſet ſi ſubſtitutio eſſet fideicommiſſaria, cùm nõ poſsit filius grauari in legitima per fideicõmiſſum.l.quoniã in prioribus. C. de inof. teſta. ſecus per directam pupillarem.d.l.ex tribus, illo eo.tit. Et multò magis hoc procederet, vbi teſtator dixiſſet, bona mea & filij, dentur pauperibus. Quia tunc per pupillarem ſucceditur in bonis pupilli.l. ſed & ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff.de vulga. & pupil. ſed non per fideicommiſſum.l.cohæredi.§. cum filiæ. ff. de vulg.& pupil.ſecundũ Sali.in d.l.precibus. Prætereà ſine dubio idem eſſet ſi teſtator dixiſſet, quãdocunque filius meus deceſſerit, relinquo bona mea pauperibus Chriſti, quæ vendantur & inter eos diſtribuantur per executores meos, ſecundum Imol.in d.c.cum tibi. Idem ſi dixerit, ꝙ bona venderentur per executores, & pretium daretur pauperibus, ſecundum Sali. in d.l.precibus.d. Alex.in d.l.Centurio.licet Bal.contrà, & malè ſecundum eos. Quia in his vniuerſalibus pretium ſuccedit loco hæreditatis venditæ.l.ſi rem & pretium.ff.de petitione hęredita.& l.Imperator. §.fi. vbi Bar.ff.de leg.j. Nec eſt fienda differentia, an ſubſtitutio facta fuerit ſimpliciter modo prædicto, vel cum diſtributione ætatum, ſic dicendo, ſi filius meus intra pubertatem vel poſteà deceſſerit, bona mea dẽtur pauperibus: quia vtroq; caſu infra pupillarẽ ætatem erit directa, & poſt erit fideicommiſſaria, ſecundum Alex.in d.l. Centurio. & idem ſi dixerit, bona mea diſtribuantur. Nam licet teſtator in ſubſtitutione reſpexerit ad bona ſua, & ſic non cõprehendit bona filij pupilli: propter quod nõ videretur facere pupillarem, quæ ſui natura cõprehẽdit bona pupilli, vt d.§.ad ſubſtitutos.tñ erit directa ſubſtitutio, per tex. & quæ ibi decidit Bar.in l.ſi ita.§.q. filio.ff.de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas. Vbi ſubſtitutio facta per hæc verba, mihi ſit hæres, non minus eſt pupillaris, quàm ſi dictio mihi, non fuiſſet appoſita, vt plenè dixi ſ. in materia pupillaris ſubſtitutionis in ſecundo principali articulo in fi. vbi videatis. Quod puto verũ, licet Sali. & Alex. inclinẽt in contrarium. Et procedunt prædicta, etiam ſi tempore mortis impuberis filij teſtatoris exequutores per teſtatorẽ nominati eſſent mortui, cùm eorum loco ſuccedat epiſcopus, ſecundum Angel.quem ibi ſequitur Alexã.in d.l.Centurio. Quicquid dixerint Bald. & Salic.in d.l. precibus. Et hoc verum, vbi ſubſtitutio modo prædicto facta fuit filio impuberi. Si autẽ facta fuiſſet adulto, eſſet fideicõmiſſaria: quia iure pupillaris directæ non poſſet vltra pupillarem ætatem valere, ſecũdum Bart.in quãdam per eũ diſputata quæſtione: quæ incipit, Filium adultum. Quæ omnia & ſingula ſupradicta fuerunt de mẽte Bart.in d.l.Centurio.vbi clarè cõcludit talem ſubſtitutionẽ filio teſtatoris pupillo factam eſſe pupillarem directã pupillo moriente in-
57 fra pubertatem. † Nam verbum dentur, quod ſui natura eſt obliquum.l.fundi Trebatiani. ff. de vſufruct. lega.non impedit quo minus ſubſtitutio valeat vt directa: quia hîc non denotat ſubſtantiam ſubſtitutionis, ſed modũ exequẽdi eam, ſicut in d.l.ſi quis ad declinandã.vbi inſtitutio eſt directa: ſed modus eã exequẽdi eſt obliquus, vt ibi patet in verbo, diſtributio. & in verbo, aſſignatio. Quod eſt verũ, ſecũdũ ipſum, vbi in teſtamento dati fuerunt certi executores, qui, vt dictũ eſt, habentur loco pauperũ hæredum inſtitutorũ. Secus ſi nullus datus eſſet ſpecialis exequutor. Idem tenet Bald.in d.l.ſi quis ad declinandã.& Alex.
58 in d.l.Centurio. † Sed quid ſi teſtator dixerit: volo, quòd bona mea vendantur, & pretium diſtribuatur inter pauperes: ſed non dixit per quem, ſed ſubiunxit quorũ electio fiat per meos executores: vel dixit, bona diſtribuantur inter pauperes eligendos per meos fideicõmiſſarios, ſcilicet executores? an talis ſubſtitutio ſit pupillaris filio moriente in pupillari ætate: ita ꝙ illa verba, ꝑ meos executores, referantur ad omnia præcedẽtia: quo caſu eſſet directa, vt dictum eſt. An verò ſolũ electio pauperum, pertineat ad executores, & vẽditio, & diſtributio bonorum remaneat diſpoſitioni iuris communis, & nõ ipſorum exequutorum, & ſic dicta ſubſtitutio fit obliqua omni tempore. Et certè dicit Bar.in d.l.Centurio.ꝙ omni tẽpore fideicommiſſaria erit, quia qualitas quæ adiicitur determinato verbo per relatiuum, reſpicit ſolũ ſuũ antecedens.l.à filio.in fi.ff.de adimen.leg. Or cũ in caſu noſtro teſtator dixerit, quorũ electio pertineat &c. intelligitur quorũ, ſcilicet pauperũ. Nam ad id ſolũ, vel ad participiũ eligẽdos, referunt verba illa, per meos exequutores. Facit l.filiũ.& quod ibi.not.ff.vt in poſſeſsione legato. Et ſic erit ſubſtitutio fideicommiſſaria, in



ria, in qua non veniũt bona pupilli teſtator s filij in ætate pupillari defuncti, nec legitima in bonis teſtatoris ei debita.l.quoniã in prioribus.C.de inoffic.teſta. Sed hæredes filij, qui per dictam ſubſtitutionem dicuntur per fideicommiſſum grauati retentis bonis ipſius filij in ætate pupillari aut poſt defuncti, necnõ retenta legitima de bonis patris, in quã grauari non potuit, vt hîc in textu noſtro.& d.l.quoniã in prioribus.tẽnebũtur reſtituere reſiduum bonorum teſtatoris.ſeu dicta bona ex ponere venalia: vt pretium integrum exinde habitum detur pauperibus, nulla detracta Trebellianica, quæ de piis fideicommiſsis nõ debetur, ſecundum Bart.in d.l.Marcellus.ff. ad Trebel. & infrà eodem c.ſuo loco pleniùs videbitur.

*S V M M Æ.*

## Tractatus Fideicommiſſariæ ſubſt.

1 ☞ *Fedeicõmiſſaria ſubſtitutio fideicom̃.dicta. & nu.2.*
3 *Fideicommiſſa vnde habuerint originem, & à quo ſint ad neceſſitatem redacta.*
4 *Fideicommiſſa quibus verbis fiant.*
5 *Fideicom.ſubſti.fieri debet verbis indirectis & obliquis.*
6 *Fideicom.an inducatur per verba adulatoria vel conſilij.*
7 *Eccleſijs poteſt fideicommiſſo relinqui.*
8 *Cordigeris & alijs incapacibus relinqui non poteſt, niſi ad alimenta.*
9 *Fideicommiſſum quando cenſeatur relictum toti communitati aut ſingulis. & nu.10.*
11 *Lignorum conceſſio per regem Toloſanis facta.*
12 *Toloſani milites & doctores facti conſules portant barras aureas.*
13 *Fideicom.incapaci pro alimentis factum quomodo valeat.*
14 *Fideicommiſſa relinqui poſſunt in teſtamento codicillis & ab inteſtato. & nu.15.& 16.*
17 *Fideicommiſſum ſit in teſtamento nullo.*
18 *Codicillaris clauſula tacitè inducitur quatuor modis.*
19 *Fideicõmitti põt ab inteſta.tota hæredit.etiam res aliena.*
20 *Fideicommitti an poſſit in donat.cau.mor.aut inter viuos.*
21 *Donatario ſecundo quæritur actio ex pacto donatoris cum primo.*
22 *Fideicommiſſo in donatione inter viuos relicto non detrahitur Falcidia nec Trebellianica.*
23 *Donatoris pœnitentia an reuocetur in tertio quæſitum.*
24 *Iuramentum omnes contractus ſui natura reuocabiles facit irreuocabiles.*
25 *Grauari poteſt cui quid relictum eſt.*
26 *Eccleſia ſoluit tallias in caſu.*
27 *Onerari quando non poſſit qui honoratus eſt.*
28 *Subſtitutus exhæredati grauari non poteſt legatis, niſi in caſibus. & nu.19.& 30.*
31 *Elector honorans non poteſt onerare.*
32 *Collator beneficij nihil oneris poteſt imponere.*
33 *Beneficia conferri debent ſine diminutione.*
34 *Eccleſiarum reparationem curare regum eſt. & nume.35.*
36 *Eccleſijs Galliæ nullũ onus imponi poteſt etiam per papã.*
37 *Penſio præſumitur iniuſtè eccleſijs impoſita.*
38 *Excommunicatio iuſtiſſimum inducit metum.*
39 *Decretum irritans afficit titulum & poſſeſſionem.*
40 *Laicis etiam ſpiritualia committi à papa vel concilio.*
41 *Doctori narranti quid creditur.*
42 *Leges inter canones regiſtratas non poteſt imperator reuocare.*
43 *Priuilegia propter ſeruitia maximè regnis conceſſa non poſſunt reuocari.*
44 *Pragmatica quare non debuit renuntiare rex Ludoui.*
45 *Appellari à papa an poſſit ad futurum generale cõcilium.*
46 *Baluæ epiſcopi inſolens beſtialitas.*
47 *Conciliorum executores ſunt principes.*
48 *Archiepiſcopus non cognoſcit in diœceſi ſuffraganei, niſi vbi exceſſus eſt notorius.*
49 *Iudex ſecularis poteſt eccleſiaſtico inhibere ne ſuam iuriſdictionem turbet, & econtrà.*
50 *Inqueſta facta ſuper non admittendis articulis, recipitur, ſi faciat ad deciſionem cauſæ.*
51 *Curia mercatorum iudicat ſine apicibus iuris.*
52 *Solennitas excuſſionis ciuilis non ſeruatur iure canonico.*
53 *Honorãtes clericos in collatione beneficiorum, eos onerare non poſſunt.*
54 *Penſio quando iuſtè imponatur eccleſiæ.*
55 *Papa de plenitudine poteſtatis pẽſionẽ an eccleſiæ imponat.*
56 *Eccleſiæ poteſt onus imponi per fundatorem.*
57 *Onerare quando quis poſſit eum quem non honorauit. & num.58.& 59.*
60 *Teſtator non poteſt quem plus grauare quàm honoret, niſi in caſibus. & nu.61*
62 *Fideicommiſ.ſubſtitutio fit purè & conditionaliter.*
63 *Fideic.purũ tranſmittitur etiã ad extraneos. & nu.64.*
65 *Fideic.nõ agnitum trãſmittitur, ſed nõ hæreditas nõ adita.*
66 *Fideicommiſſum tacitum non agnitum an tranſmittatur.*
67 *Fideicommiſſum vniuerſale cedi non poteſt. & nu.68.*
69 *Tranſmiſſibile omne an ſit ceſſibile.*
70 *Fideic.purum tranſmittitur, non conditionale. & nu.71.*
72 *Fideicommiſſa omnia expirant ſi hæreditas non adeatur, niſi in caſibus. & nu.73.*
74 *Fideicommiſſarius cogere poteſt hæredem adire.*
75 *Hæres etiam incapax adire cogitur per fideicommiſſariũ.*
76 *Fideicommiſſum an reſtituant qui propter indignitatem hæredis ab inteſtato ſuccedunt.*
77 *Fideicommiſſariorum quiſq; cogere poteſt hæredem.*
78 *Hæres qualiter adire cogatur hæreditatem fideicomm. reſtituendam. & nu.79.& 80.*
81 *Sui hæredes etiam coguntur adire fauore fideicom.*
82 *Hæres etiam repudians cogitur adire officio iudicis, & reſtituere. & nu.83.& 84.*
85 *Trebelliani quinque remedia pro fideicommiſſis.*
89 *Trebellianicam non retinet hæres coactus adire.*
87 *Socius nõ habet partem lucri quod alter ſuo periculo quæſiuit.*
88 *Fideicommiſſarius quomodo cogat hæredem purè vel ſub conditione inſtitutum. & nu.89.*
90 *Nomen & arma teſtatoris portare grauatus hæres ſi nolit, quomodo reſtituat.*
91 *Nomẽ teſt.prius ſumere debet hæres grauatus quã adire.*
92 *Hæres purè inſtitutus & ſub conditione rogatus quomodò reſtituat.*
93 *Fideicommiſſum cedi non poteſt, nec donari, ſed hæredi poteſt remitti. & nu.94.*
95 *Pacto remitti poteſt fideicommiſſum ſine iuramento.*
96 *Subſtitutio directa an pacto remittatur.*
97 *Fideicommiſſi remiſſio quando non valeat.*
98 *Pactum de futura ſucceſſione quando non valeat, etiam cum iuramento*
99 *Pupillaris ſubſtitutio an remitti poſſit.*
100 *Exemplaris ſubſtit.an pacto remitti poſſit.*
101 *Iuri de futuro renuntiatur cum iuramento.*
102 *Pactũ de nõ ſuccedẽdo viuenti an valeat cum iuramẽto.*
103 *Iuramentũ adminiſtratoris nõ tollit domino ius ſubſtitut.*
104 *Directa ſubſtitutio non remittitur ſolo pacto, ſecus in fideicommiſſaria. & nu.105.*
106 *Fideicommiſſum ſimplici pacto quando verè remittatur.*
107 *Fideicommiſſi ſimplex remiſſio vel renuntiatio non valet. & nu.108.109.& 110.*
111 *Clauſula generalis quitantiæ ad ea non refertur, quæ ex teſtamento pendent.*

112 *Renuntians omni iuri quod habet & habere ſperat, non comprehendit ius quod poſtea ſuperueniet.*
113 *Fideicõ.in alienatione tacens non renuntiat.& nu.115.*
114 *Fideicommiſſi conditione pendente non poteſt eius alienatio impediri.*
116 *Fideicommiſſi ſimplex renuntiatio ipſum non tollit, niſi in caſibus.& nu.117.& 118.*
119 *Confeſſio extraiudicialis geminata valet.*
120 *Fideicommiſſi remiſſio non valet, niſi viſis & intellectis verbis teſtamenti.& nu.121.122.*
123 *Tranſactio ſuper contractu inter viuos non viſis verbis contractus valet.*
124 *Fideicommiſſum incognitum quando cenſetur remiſſum.*
125 *Vidiſſe quando cenſeantur partes verba teſtamenti.*
126 *Intelligere præſumitur, qui dicit ſe vidiſſe.*
127 *Notarium præſumitur omnia verba partibus declaraſſe.*
128 *Teſtamen. verbis non viſis quando valeat pactio. & nu.129.*
130 *Iuramentum ſententia & tranſactio æquiparantur.*
131 *Fideicommiſſi pactio quando valeat viſis verbis teſtamenti.& nu.132.*
133 *Legibus prohibitiuis renuntiari non poteſt.*
134 *Renũtiatio generalis facta cum iuramento quid operetur.*
135 *Pactum inter hæredem & traditores, nõ viſis verbis teſtamenti an valeat.*
136 *Fideicommiſſa particularia.*
137 *Legatum duobus modis accipitur.*
138 *Legata olim quomodo fiebant.*
139 *Legatarijs tres competunt actiones.*
140 *Legatum quid.*
141 *Legatum non requirit præſentiam legatarij.*
142 *Legatum præſentiſ factum per verbum dono, an valeat.*
143 *Fideicommiſſum particulare quid.*
144 *Legata ſunt hodie exæquata fideicommiſ.*
145 *Legatum capi non poteſt propria authoritate, niſi in caſibus.& nu.146.*
147 *Legitimam an poſſit filius capere propria authoritate.*
148 *Pœnæ occupantiũ poſſeſſiones locũ non habent in Gallia*
149 *Fideicommiſſarius tres habet actiones ſicut legatarius.*
150 *Legatæ rei dominium tranſit recta in legatarium, niſi in caſibus.*
151 *Hypothecaria competit legatario.*
152 *Hypotheca quam habet legatarius eſt tacita.*
153 *Dominium alienæ rei legatæ non tranſit in legatarium ſine traditione.*
154 *Legatario qualiter tres competant actiones.*
155 *Legatario quando non competant tres actiones.*
156 *Clauſula guarentigiæ an exequi poſſit contra quoſcunq; debitoris ſucceſſores.*
157 *Legata in teſtamẽto imperfecto, relicta non debentur, niſi in caſibus.*
158 *Clauſula codicillaris operatur validitatem legatorum in teſtamento imperfecto relictorum.*
159 *Mendacium hæredis validat legatum. & nu.160.*
161 *Iurare cogitur reus etiam actore nil probante.*
162 *Iuramentum delatum quando non poteſt referri.*
163 *Mendacium quid, & quomodo puniatur. & nu.164. 165.166.167.& 168.*
169 *Fideicommiſſum quando debetur ex teſtamento minus ſolenni.& nu.170.*
171 *Teſtator qualiter committere poſſit ſuam voluntatem ſolæ fidei hæredis.*
172 *Legata iuramento ſolui promiſſa ex teſtamento inutili debentur.*
173 *Liberatio legata valet in teſtamento inutili.*
174 *Relictum ex inutili teſtamento, quod hæres poſtea agnouit, & ſoluere promiſit, valet.*
175 *Legata teſtamenti inualidi ſcienter ſoluens an ſibi præiudicet.& nume.176.*
177 *Argumentum de re ad locum.*
178 *Tacita teſtamenti approbatio & expreſſa differunt.*
179 *Tacita teſtamenti approbatio an obliget ad ſoluendum in futurum.& nu.180.*
181 *Triennalis præſtatio quid operetur. & nu.182.184.185. 186.187.188.& 189.*
183 *Ter citari debẽti nõ ſatis eſt vna peremptoria pro tribus.*
190 *Trina ſolutio an obliget in futurum.*
191 *Legata & fideicom. an habeant executionem paratam.*
192 *Inſtrumenta non habent executionem paratam.*
193 *Iuramentum habet paratam executionem.*
194 *Legata quomodo ſint hodie petenda.*
195 *Procuratorum animarum officium.*
196 *Legitima debetur beneficio legis non teſtatoris.*
197 *Hæreditas qua priuatur hæres propter legata non ſoluta, cui applicetur.*
198 *Hæres voluntatem defuncti non implens, vt priuetur hæreditate quid requiratur.*
199 *Monitio qualis hæredi fieri debet antequàm priuetur.*
200 *Pijs legatis ſoluendis nulla opus eſt monitione hæredis.*
201 *Monitio iudicialis hæredi de ſoluẽdo facta vnica ſufficit.*
202 *Annus à die monitionis labi debet antequàm hæres priuetur.*
203 *Hæres monitus per iudicem non implens lapſu anni eſt eo ipſo priuatus.*
204 *Hæres nõ implens priuatus, an etiam prælegata perdat.*
205 *Hæres non ſatisfaciens priuatur, etiam ſi teſtator alioqui etiam eum inſtituiſſet.*
206 *Cohæres cũ iuramento quittans, ſi alter priuetur, petit.*
207 *Hæres etiam clericus & eccleſia voluntatem defuncti nõ implens priuatur.& nu.208.*
209 *Hæres voluntatem defuncti non implens quando nõ priuetur hæreditate & nu.210.211.212. 213. 214.215.216. 217.223.224.& 226.*
218 *Teſtator tripliciter indicere põt pœnam hæredi voluntatẽ eius non implenti & nu.219.220.221.227.& 228.*
222 *Statutum excommunicans canonicum non reſidentem non habet locum, ni monitus ſit.*
225 *Iuramentum non defertur in pœnis in ſupplementũ probationis.*
229 *Pœna per teſtatorem hæredi impoſita, ſi quid nõ impleat, an valeat.*
230 *Vſura eſt quicquid vltra ſortem præſtatur.*
231 *Legatarius cui quid ſub pœna eſt legatum ſi decedat non tranſmittit ad ſuos pœnam ſed ſolùm legatum.*
232 *Legata ſeu fideicommiſ. particularia in quo differunt ab vniuerſalibus.*

## Tractatus Fideicommiſſariæ Subſt.

SEXTA ſubſtitutio & vltima dicitur fideicommiſſaria, à fide hæ-
1 redis ſic dicta. † Nam in hac ſub-
ſtitutione fides hæredis ſimpliciter eligitur, cùm à teſtatore de reſtituenda hæreditate gratioſè rogatur, aut rigoroſè, & interdum ſub pœna grauatur. putà ſi teſtator dicat, Lucius Titius hæres eſto. & rogo vel grauo te Luci Titi, vt cum primum poteris hæreditatem adeas, eam Caio Seio, reddas, & reſtituas. Per talia enim verba vel ſimilia reſtitutio hæreditatis prout teſtator intelligebat & volebat, commiſſa eſt hæreditatis fidei, ita quòd Lucius Titius hæres erit, & Caius Seius dicitur fideicommiſſariè ſubſtitutus, indéq; ſubſtitutio fideicommiſ. appellatur, quaſi voluntas teſtãtis fidei hæredis



commiſſa fiducialiter dicitur, & etiã quia effectus ſub-
ſtitutionis & cõmodum ſubſtituti à fide pendet hæ-
redis. Vnde hæres fideicõmiſſo grauatus vocatur hæ-
2 res fiduciarius.l.ſi poſtulãte. in fi. ff.ad Treb. † Ideo
tales ſubſtitutiões cõmuni eloquio fideicõmiſſa ap-
pellantur, quorũ apud veteres aliter ſe habebat tra-
ctatus. Sciendũ itaq; eſt omnia fideicõmiſſa primis
olim tẽporibus infirma fuiſſe: quia nemo hæredũ in-
uitus præſtare cogebatur aut reſtituere id de quo ro-
3 gatus erat. †Et originẽ (licet tunc inutilem) ſumpſe-
runt, quia quibus non poterat teſtator hæreditatem
vel legata relinquere, putà ſpuriis vel cæteris incapa-
cibus perſonis, quibus de iure vltra pabulũ vel dotem
de paternis bonis nihil debetur.c.cùm haberet. de eo
qui duxit in matrimo.quã prius polluc. per adult. &
plenè Bar.in l.fi.ff.de his quibus vt indig.ſi forſã eis
aliq̃d patres clàm vel tacitè relinquebãt, eorũ fidei-
cõmittebant, qui capere poterant ex teſtamento hæ-
reditatẽ. Deinde vulgò ad alios plures, hæreditatum
etiã & legatorũ capaces ex vſu ꝓtractũ fuit, vt reſti-
tutionẽ hæreditatis aut legatorũ fidei cõmitterent hę-
redis, qui ſæpius fidẽ fallendo rogatũ nõ reſtituebat,
minúſq; id facere vrgebatur: ob quod fideicõmiſſa
appellata ſunt, q̃a nullo iuris vinculo tantũ pudore
eorũ qui rogati erant cõtinebantur, adeò ꝙ ſi rogati
nõ reſtituebant, nullatenus vrgebantur. Poſtea diuus
Auguſtus ſemel cũ Lucius Lẽtulus ex cuius perſona
fideicõmiſſa effectũ ſortiri cœperunt in Aphricã de-
cederet ab Auguſto petiſſet per fideicommiſſum ali-
quid fieri, & Auguſtus eius voluntatem impleſſet, ac
deinceps reliqui eius authoritatẽ ſequuti fideicom-
miſſa præſtarent, iterúmq; gratia perſonarũ nedum
ſpuriorum ſed capaciũ motus, & quia per ipſius ſalu-
tẽ vel alterius iuramenti vinculo interdũ hæredes ro-
gabantur, necnõ ob inſignẽ quorundã rogatorũ per-
fidiã: cõſiderans graue eſſe fidẽ fallere, iuſsit cõſuli-
bus authoritatẽ ſuã interponere, quod quia iuſtũ vi-
debatur, & populare erat ſeu populo expediens, pau-
latim conuerſum eſt in aſſiduã iuriſdictionẽ, vt ſcili-
cet quotidie ius de hoc redderetur: tantúſq; fideicõ-
miſſorũ fauor factus, vt paulatim etiam prætor pro-
prius crearetur, qui fideicõmiſsis ius diceret, quẽ fi-
deicõmiſſariũ appellabãt.ff.de orig.iur.l.ij. §. diuus
deinde. Vnde ex poſt vſus viguit fideicommiſſorum,
prout viget de præſenti: cũ & ſi à fide rogatorũ hęre-
dum prima fideicommiſſorũ cunabula nomen & ſub
ſtantiam acceperint, hodie ad neceſsitatẽ iuris diuus
Auguſtus illa detraxit, vt eleganter dicit text. iuncta
gl.in §.j.inſti.de fideicom.hæred.& declarat Alexan.
4 in l.j.iiij.col.ff.de leg.j. †Et fieri poſſunt hæc fideicõ-
miſſa verbis quibuſcunque. veluti deprecatiuis vel
præceptiuis, ꝓut ſunt verba rogo, deprecor, peto, re-
quiro, volo, mãdo, iubeo, præcipio, fideicõmitto, ꝙ
hæreditatẽ reſtituat, &c. prouiſo tamen, ꝙ verba fidei
commiſſorum executiua ſint obliqua ſeu indirecta,
ꝓut eſt verbũ reſtituat. vel cõmunia qualia ſunt ver-
bum ſuccedat, hîc in tex.poſitũ, & plura alia, de qui-
bus per Bart.in l.Cẽturio. ff.de vulg.& pupil.& dixi
plenè in verbo, *Eidẽ impuberi ſuccederẽt.* vbi videatis.
5 † Nã hæc ſubſtitutio nunquã valeret, niſi indirectè,
ſcilicet de manu alterius hæreditatẽ capiendo, vt j.di
cetur; ſicut hîc fuit ſecundũ glo. Nã ſicut directa ſub-
ſtitutio fit qñ verba ſonant quod quis hæreditatẽ ca-
piat manu propria; ita etiã fit hæc indirecta ſubſtitu-
tio, ſeu fideicõmiſ. vniuerſale, qñ eius verba ſonãt, ꝙ
ſubſtitutus hæreditatẽ capiat de manu alterius, ſcili-
cet de manu hæredis directi: hæc em̃ verborũ forma
eſt ꝓpriè & ſtrictè forma ſubſtitutionis fideicõmiſ-
ſariæ.l.ex facto.§.ex fact.& §.fi.& l.ſi q̃s rogatus.ff.
ad Treb.ſi quis tamen ſubſtituerit directo & per fi-
deicõm.erit in electiõe ſuã, quã viã eligat, vt dixi ſ.in
materia ſubſtitutionis breuiloquæ de illo qui ſubſti-
tutus fuit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſ.
q̃a in eius erit electione ex qua ſubſtitutione veniat.
idẽ ſi teſtator dicat inſtituit & ſubſtituit, ſecũdũ Bar.
in l.recuſare.§.Titius.ff.ad Treb.Si enim ſubſtitutio
fieret p verba ſui natura aut ex mente & volũtate te-
ſtatoris directa, q natură & ſignificatũ verborũ alte-
rare poteſt, vt ibi plenè dixi: talis ſubſtitutio nõ eſſet
fideicõmiſſaria, ſed eſſet directa, vel nulla: vt dixi ple
nè ſ.in materia cõpendioſæ ſubſtitutiõis verbis dire-
ctis factæ. Sed reſtat hãc fideicommiſſariam ſubſtitu-
tionẽ quibuſcũq; verbis, dũ tamẽ indirectis, fieri poſ-
ſe, vno aut pluribus ſimul. Nã tantũ valet altero ſolo
verbo facta, ac ſi omnia verba ſimul iũcta fuiſſent, vt
dixit tex.in §.fi.inſtit.de ſingu.rebus per fideicõmiſ.
relic. Quia omne verbũ ſignificans legitimũ teſtato-
ris ſenſum, legare vel fideicommittere volentis, vtile
atq; validũ eſt, ſiue proferatẽ à teſtatore ſimpliciter,
ſiue cũ iuramẽto.l.ij.C.cõmu.de legat. dũmodò talia
verba ſint diſpoſitiua, quæ ſemper fideicõmiſsi peti-
tionẽ inducũt, ſiue dirigãtur ad hæredẽ grauatũ, ſiue
ad fideicõmiſſariũ honoratũ.l.peto.§.j.ff. de legat.ij.
6 †ſecùs ſi eſſent verba cõſilij vel adulatoria, quę nihil
operantur.l.generali.§.j.ff.de vſufru.leg. Cùm potius
cenſeantur enuntiatiua, quã diſpoſitiua, iuxta plenè
not.per Bar.in l.ex hac ſcriptura. ff. de dona. & text.
& doctores, in c.ſi papa.de priuile.lib.vj.& eſt bonus
tex.in §.cæterũ.inſtit.de teſta.milit. videatis in l.vnũ
ex familia.§.fi.& l.cũ pater.§.mãdo.& vtrobiq; Bar.
ff.de leg.ij. Requiritur tamen, ꝙ fideicõmiſſariè ſub-
ſtitutus ſeu fideicõmiſſarius capax exiſtat hæreditatis
capiendæ, & ſic habeat teſtamenti factionẽ paſsiuã.
Qui autẽ ſunt illi qui nõ habent, ponit glo.in §.lega-
ti.inſtit.de legat. Pariter neceſſe eſt, ꝙ fideicõmittens
habeat teſtamenti factionem actiuã, aliàs ſubſtituere
nõ poſſet. Et qui ſunt illi ponit glo.in l.ſi quæramus.
ff.co.& Panor.ſ. in rub. Omnibus ergo capacibus fi-
deicõmiſſum relinqui põt, ſiue fuerint perſonæ ſin-
7 gulares, ſiue cõmunitates, & collegia. † Nã eccleſiis
& cæteris piis locis poſſunt indubitãter fideicõmiſſa
relinqui.l.j.C.de ſacroſanc. eccle. necnõ cõmunitati
clericorũ alicuius loci ſecularũ vel regularium, niſi
eſſent cordigeri, quibus aut aliis capacibus relinqui
8 nõ poteſt. †Præterquã cauſa alimentorũ, quæ cuicun
que licet incapaci relinqui poſſunt, ſecundũ Bart. in
l.ſeruos.ff.de adi.legat.& l.fi.ff. de his quib. vt indig.
Et ſanè intelligatis, ꝙ bona illis talibus relinqui non
poſſunt, ſcilicet vt illa retineãt, tamen ex tali legato
dñium ei quamuis incapacibus acquiritẽ, vt illa ven-
dant, & pretiũ in alimenta aut aliã neceſsitatem col-
legij cõuertant; ſecundũ Bart. Alex.& Doctores, in l.
apud Iulianũ. §.fi.ff.de leg.j. quos ſequitẽ Panor.in c.
recolentes.de ſtatu monacho. vbi in fi.dicit, ꝙ ſi em-
ptorẽ nõ reperirent, tenerentẽ bona illa dare ꝓ Deo,
vel aliter extra manus ponere, & penitus dimittere. Si
militer poteſt fideicõmiſſaria hæreditas relinqui col-
legiis ſecularibus, putà ciuitati, villæ aut caſtro, ſub
noſtra tamen ditione exiſtentibus. l.omnibus. ff. ad
Treb. Quo caſu peti poterit fideicõmiſſaria hæredi
tas per ſyndicũ cõmunitatis illius; & cõmodũ fidei-
cõmiſsi ꝑtinebit cõmunitati, vt ibi plenè nota. ſcili-
9 cet ſi cõmunitati, vt cõmunitati relictũ fuerit. †Si au-
tem relinqueretur ſic: relinquo omnibus hominibus
ciuitatis

ciuitatis Caturci, vel Toloſæ: tunc videretur fideicõ-
miſſum relictũ ſingulis habitatoribꝰ ciuitatis, & non
10 cõmunitati.l.j.in fi.ff.de colle.illicitis.† Idẽ ſi teſtator
diceret: relinquo religioſis talis conuentus, vel relin-
quo priori & religioſis, aut decano & canonicis: quia
cũ in hoc regno Franciæ ex generali cõſuetudine di-
gnitates in eccleſia cathedrali nõ debeãtur niſi cano-
nicis eiuſdẽ. Quæ cõſuetudo valet ſecundũ Inno. &
Hoſti.in c.tua.de his quæ fiũt à præla. ſine conſenſu.
& Archidiaco.lx.diſt.c.hi. Quibus caſibus debebitur
non eccleſiæ, vel cõuentui, ſed decano, & canonicis,
vel priori & religioſis: ita ꝙ duobus vltimis caſibus
decano vel priori debebitur duplex portio. vna ſcili-
cet tanquã decano vel priori, & alia ei debebiť tãquã
vni de cæteris religioſis, vel canonicis. l. qui Marco.
ff.de adi.lega.ſecundum Bal.in l.ſi conſul.ff. de ado-
ptio.licet in cõtrariũ (ſcilicet ꝙ ei non debeatur niſi
vnica portio quãta & vni de cæteris religioſis) vide-
retur tex.in l.cohæredi.§.qui diſcretis.ff.de vulgar.&
pup.& l.alimenta.§.baſilicæ.ff.de ciba.& alimen. le-
ga.& per Cy.in l.cũ quæſtio.C.de leg. Sed ibi relicta
fuerant alimenta, quæ reiterationẽ nõ capiũt. Videa-
tis Philip.Franchi.in c.j.§.fi.in fine.de cleri.non reſi
11 dentibus.lib.vj. † Ad hoc facit.quod eleganter de ci-
uitate noſtra Toloſæ decidit Io.de Plat.per illũ text.
in l.maior.C.de dignita.lib.xij.vbi dicit: Rex cõceſ-
ſit militibus Toloſanis decẽ quadrigatas lignorũ ex
quadã foreſta, & tantundẽ conceſsit cõſulibus Tolo
ſæ. Certè miles effectus conſul viginti habebit qua-
drigatas, & ſic duplicẽ portionẽ. Nã quoties teſtator
alicui perſonæ prouidere vult ex diuerſa ratione, vt
in caſu iſto, repetitio eſt vtilis ſecundũ eũ ibi, & in l.
his ſcholaribꝰ.C.de erogatio.milita.annonæ.lib. xij.
& eandẽ diſpoſitionẽ locũ habere putarẽ in doctori
bus militibus æquiparatis per ea, quæ poſt elegãtem
diſputationẽ decidit Alex.in l.Centurio.ff.de vulga.
12 & pup.& dixi in verbo, teſtamẽtũ j.† Tum videmus,
ꝙ ſicut miles effectus cõſul ſeu dñs de capitolio To-
loſæ portat ſuper toga barras deauratas, vbi cæteri
portabãt argẽteas: ſic etiã Doctor cõſul effectus eas
portabit aureas, & ita ſeruatur in dicta ciuitate. Vnde
ad propoſitũ veniẽdo, antequã fideicõmiſſum dica-
tur ciuitati vel alteri cõmunitati relictum, requiritur
ꝙ relinquatur per aliquod nomẽ communitatẽ deſi-
gnans, ſecundũ Dy.Nico.de Neapo.& Alexã. in d.l.
omnibus. Facit tex.in l.ciuitatibus.ff.de lega.j.vbi re-
linqui ciuitatibus põt quod ad ornatũ, vel honorem
aut in ditionẽ ſingulorum pertinet. Vbi gloſ.dicit ꝙ
etiã pro ludis in ciuitate anno quolibet faciendis re-
linqui poteſt, prout illuſtris mulier illa fecit dña Cle-
mẽtia ditiſsima ciuis Toloſana: quæ ad iuuenes inci-
tandũ ornatè cultóq; ſermone loqui, nonnullos reli-
quit ciuitati redditus, è quibus anno quolibet tres fiũt
argẽtei flores ſcilicet anglẽtina, violeta, & gaudium
deaurata, tertia die Maij, in capitolio vrbis præſente
ſenatu tribus iuuenibus per cãcellariũ artis illius ma-
giſtrorum conferendũ, qui ſubtilius die prima mẽſis
prædicti & ornatius dictauerint. Qui demũ magno
cum equitatu & pompa die aſcenſionis dominicæ ve
hũtur per ciuitatẽ iocundè cũ triũpho & ingẽti gau-
dio. Ex quo plures ad bene rectéq; loquendũ, ſcribẽ
dum, & legendũ vires ſuſceperunt. Ad hoc facit l.j.de
expen.ludorum.C.lib.xj.& l.j.C.de maiuma.eo. lib.
13 & quæ dixi ſuper verbo, reliquit.† Sanè tamẽ intelli-
gatis quod ſ.dixi, ꝙ fideicõmiſſum relictum incapaci
cauſa alimentorũ valet, ſcilicet quo ad neceſſariã quã
titatẽ pro alimẽtis, & nõ vltra. Ideo ſi hæres rogare-
tur hæreditatẽ reſtituere incapaci vel indigno, veluti
ſpurio aut deportato, cauſa alimentorũ & pro alimẽ-
tis, talis ſubſtitutio ſeu fideicõmiſſario nõ valeret in
toto vltra ſufficientiã alimentorũ. Quinimò vbi talis
incapacitas procederet culpa fideicommiſſarij, cui fi
deicõmiſſum relictũ eſt, tunc fideicõmiſſum applica
retur fiſco, quatenus ſufficientiã excederet alimento-
rum per regulã dicentẽ, ꝙ ea quæ auferũtur ab indi-
gno, applicãtur fiſco.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de
inoffi.teſta. Si autẽ incapacitas non procederet cul-
pa ſeu facto fideicõmiſſarij, tũc hæreditas vel relictũ
applicaretur hæredibus teſtatoris, penes quos rema-
neret. Et illis deficiẽtibus deberetur fiſco tanquã vlti-
mo hæredi, ſecundũ gl.& Doct.in l.ſi pater.C.de hæ
redi.inſt.& Bar.in d.c.aufertur.ff.de iure fiſci.& dixi
plenè in verbo, *Cõdidit* ij.videatis Ioã.Fab.in §.& ne
14 huius.inſti.de eo cui liber.cau.bo.adiici.† Et poſſunt
hæc fideicõmiſſa relinqui per vnũquenq; capacem in
teſtamẽto, vel extra teſtamentũ, aut moriẽtem ab in-
teſtato. Primò enim relinqui poſſunt in teſtamento
expreſsè, vt hîc fecit. & poſtquã ſcripſit hæredẽ, dicat
& hæredẽ meũ rogo vel fidei eius cõmitto, ꝙ meã hę
reditatẽ reſtituat vel partẽ tali: quo caſu neceſſe ha-
bet teſtator hæredẽ priùs inſtituere, vt dictum eſt, vel
primò eius fideicommittere, & poſtea hæredem eum
inſtituere. Alioquin inutile eſſet teſtamentum in quo
nemo hæres inſtituitur.l.j.ff.de vulg.& pup.& l.fi.ff.
de iure codicil.& ita in propriis terminis dicit textus
in §.in primis.inſti.de fideicõ.hæred.& intelligatis,
ꝙ tunc inutile eſt teſtamentũ, vt teſtamentũ. tamẽ va
lebit dicta ſcriptura, vt codicillus, quia poſtquam in
eo nemo reperiť hæres inſtitutus, præſumitur, ꝙ ille
diſponẽs codicillari voluerit, potius quã teſtari.l.nõ
codicillũ.C.e.circa quod videatis quæ ſcripſi ſuprà,
15 *Teſtamentũ* iij.in princ.† Poteſt & ſecundò, teſtator
non in teſtamẽto fideicommiſſariã ſubſtitutionẽ fa-
cere ſeu fideicõmiſſum relinquere, ſed extra teſtamẽ
tum, putà in codicillis: veluti ſi teſtator in teſtamẽto
hæredẽ inſtituerit, ita ꝙ omnino vtiliter teſtatus fuit,
& ante teſtamentũ vel poſt codicillos fecerit, in qui-
bus hæredẽ in teſtamẽto fiendo inſtituendũ vel iã fa
cto inſtitutũ rogauerit alteri hæreditatem reſtituere.
Nã eo caſu hæres in teſtamẽto inſtitutus tenebiť te-
ſtatoris voluntatẽ adimplere in codicillis contentam
16 vt d.§.in primis.† Pariter vt dixi, & tertiò põt mo-
riens ab inteſtato hanc fideicõmiſſariã ſubſtitutionẽ
facere, ſcilicet nullo per eũ condito teſtameto, princi
paliter ſolũ & dũtaxat codicillos faciendo, in quibus
hæredes ab inteſtato ſibi ſuccedẽtes roget hęreditatẽ
ſuã alicui reſtituere, vel partẽ illius aut certã particu-
larẽ rem, inſtitut.de fideicõmiſ.hæredi.§. præterea.
17 † Et interdũ ab inteſtato moriens poteſt hanc ſubſti
tutionem facere in teſtamẽto nulliter facto & inutili
ex defectu ſolẽnitatis, ſi in eo clauſulã appoſuerit co
dicillarẽ, ſic dicẽdo: ſi teſtamentũ meũ non valeat iu
re teſta. volo ꝙ valeat iure codicillorũ. Nã talis teſta-
tor ꝓpter teſtamẽti nullitatẽ, vt quia fortè in eo præ-
teritus fuit teſtatoris filius, vel debitus non interfuit
teſtiũ numerus, deceſsiſſe dicitur inteſtatus. inſtit. de
hære. quæ ab inteſtato deferunť.§.j.tñ quia in tali te-
ſtamẽto inutili inſerta fuit expreſsè clauſula codicilla
ris, videntur ex hoc hæredes ab inteſtato ſuccedentes
rogati hæreditatem reſtituere hæredi inſtituto in tali
teſtamẽto nullo & inualido: & ſic hæres qui fuerat in
tali teſtamẽto directè inſtitutus, erit medio clauſulæ
18 codicillaris per fideicõ.ſubſti.† Et idẽ pariter eſſet, ſi
in teſtamento inutili non fuerit clauſula codicillaris
expreſsè



expreſſè poſita, ſed tacitè ſubintellecta, quod fit qua
druplíciter. Primò, ex verbis æquipollẽtibus in teſta-
mento appoſitis. Secũdò, ex iuramẽto teſtatoris. Ter
tiò ex ardore amoris, quẽ teſtator habebat ad hęredẽ
in teſtõ inutili inſtitutũ, vel ad fideicomm. aut legat.
Quartò ex patriæ ſtatuto vel cõſuetudine, vt latè de-
claraui ſ.in verbo, *Teſtamẽtũ* iij. Nã ex qbus induci-
tur clauſula codicillaris, ex eiſdẽ ꝑ cõſequẽs induci-
tur fideicõmiſſaria ſubſtitutio ſeu fideicõmiſſum, vt
ibi plenè videatis. Si autẽ in teſtamẽto inutili appo-
ſita non eſſet clauſula codicillaris, nec ſubintellecta,
non deberetur fideic.ex teſtamento ſolẽnitate caren-
te, niſi in caſibus, de quibus infrà dicã tractãdo de fi-
19 deicõmiſsis particularibus.† Reſtat ergo, quòd à ve-
nientibus ab inteſtato etiam relinqui poteſt fidec.to-
tius hæreditatis, aut partis vel alicuius rei particula-
ris, & nõ ſine cauſa. Quoniã teſtator nullum conden
do teſtamentũ ſatis videť ſua ſponte ab inteſtato ſuc
cedẽtibus ſuã hæreditatẽ relinquere, poſtquã aliũ nõ
fecit hęredẽ.l.cõficiũtur.ff.de iure codicil. Vnde cùm
relinquẽdo ei hæreditatẽ ſatis eos honoret, etiam eos
onerare poterit & grauare de illã reſtituendo, vel par
tem, aut rem particularem propriam teſtatoris, vel i-
pſorum hæredũ.l.vnũ ex familia.§.ſi rem.ff.de leg.ij.
vel rem penitus alienã, inſti.de leg.§.non ſolùm.& §.
poteſt.inſtit.de ſingula.re. per fideicõmiſ. relictis.de
quo plenè in l.cùm rem alienã.C.de legat. Panor. &
20 Doct.in c.filius, ſuprà eod.† Et ſicut poteſt quis hæ-
redem ſuum grauare in teſtamẽto vel ab inteſtato in
codicillis, onere fideicõmiſsi, fideicommiſſario reſti-
tuendi: ſic etiã grauare poteſt illum, cui cauſa mortis
bona ſua donauit, vt illa vel partẽ illorũ aut rẽ parti-
cularẽ alteri reſtituat.l.cùm hi.§.idẽ erit. ff.de tranſ-
actio.l.cũ pater.§.eorũ.ff.de leg.ij. & eſt bonus tex.
illo eo.tit.l.vt hæredibus.& in l.j.§.fi.C.de caduc.tol
len.facit.l.ab eo.C.de fideicõ.& l.j.C.de i dona.cauſa
mortis.de donatione autem inter viuos habemus tex.
ſingularẽ in l.quoties.C.de dona.quæ ſub modo. Fa-
cit l.in donationibus.C.ad leg.Fal. tangit Bal.in l.ſi-
liũ.C.fami.ercíſ.& Bar.in l.ſi mulier.§.j. ff.de leg.iij.
vbi dicit, ꝙ quoties donatio inter viuos facta nõ va-
let ab initio, ſed morte donatoris cõſirmatur, eſt idẽ
dicendũ, ſicut in ipſa donatione cauſa mor. Sed vbi
donatio valet ab initio, ita ꝙ robur non capit à mor-
te donatoris, nec eam requirit pro ſui confirmatione,
tunc in tali donatione fieri non poteſt hæc fideicom-
miſſaria ſubſtitutio, nec valeret fideicõ. Poſſet tamen
donator tẽpore donationis donare alicui bona ſua,
& ſecũdo loco alteri, & deinceps, cui poſt certũ tem-
pus aut cõditionẽ vel poſt mortẽ donatoris bona do
nata trahanť, & reſtituãtur, quo caſu ex tẽpore dona
tionis ius acquiritur ſecũdo, vel tertio, & deinceps do
natario. cui etiã acquiritur ex nũc actio, ſed executio
differtur, donec poſt tẽpus expreſſum per donatorẽ.
21 † Et eſt mirabile: quia quæritur actio ſecũdo donata-
rio ex pacto facto per donatorẽ cum primo donata-
rio, per tex.ad hoc ſingularẽ in d.l. quoties. cõtra re-
gulã l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.obl.& §. ſi qs
alij.inſt.de inuti.ſtipul. Et adueniente conditione ad-
iecta in donatione tenebitur primus donatarius, vel
eius hæres bona donata reſtituere illi ſecundo dona-
tario: & ille deinceps tenebitur iuxta donatoris vo-
22 luntatẽ, vt d.l.quoties.† Nec ad cauſam illius reſtitu-
tionis fiendæ ex donatione inter viuos, quæ pro ſui
validitate mortẽ donatoris nõ requirit, poterit dona-
tarius de bonis donatis per eum reſtituendis detra-
here Falcidiã, nec Trebellianicã.l.ſi vſufr.§. dos. vbi
Bar.ff.ad leg.Fal.gl.& Doct.in d.l. in donationibus.
C.illo eo.tit. Et notetis illum tex.in d. l.quoties. quia
dico vobis, ꝙ notãdum exiſtit. Nam cõmendatur ab
omnibus in eo, ꝙ vltimo ſubſtituto quæritur vtilis
actio ex ſimplici pacto donatoris: quod eſt exorbitãs
23 à cõmuni regula.† Et inde eſt ꝙ Bart.decidit ſingula
riter in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de verb.obl.ꝙ cùm
in caſu d.l.quoties.ius quæratur tertio, ſola opera &
facto donatoris, certè poterit donator illud ius tertiò
quæſitũ pœnitendo tollere, & onus reſtituendi re-
mittere donatario, per tex. in l.iij. ff.de ſeruis expor.
idẽ dicit Bal.per illũ tex.in l. j.C.ſi mã.ita fue. alie.vt
manu. vbi alienans ſeruum cũ onere ꝙ manumittať,
poterit pœnitẽdo reuocare, & remittere emptori vel
donatario illud onus manumiſsionis, quamuis liber-
tas quæ ex pacto debebať ſit pia cauſa. Ex quo dice-
bat idẽ Bar.& ſingulariter in d. §.Flauius.ꝙ ſi dona-
tũ fuit alicui, vt poſt tẽpus tale donatũ pertineat ec-
cleſiæ, licet eccleſiæ fuerit actio vtilis quæſita ex illo
pacto, ꝑ d.l. quoties.tamẽ poterit donator talẽ reſti-
tutionẽ eccleſiæ fiendã reuocare in fauorẽ donatarij
grauati, ſicut poſſet quilibet teſtator aut mortis cauſa
donans vſque ad mortẽ. Sed aduertatur, quia multi &
magis cõmuniter Doct.tenẽt in hoc cõtra Bar. dicẽ-
tes, ꝙ in caſu iſto pactũ de reſtituendo in donatione
appoſitũ non eſt modò reuocabile ad nutũ donato-
ris, ac ſi in teſtamẽto vel cauſa mortis donatione fuiſ
ſet adiectũ. Imò ſicut ſemel perfecta donatio condi-
tionẽ nõ recipit, & minus reuocationẽ à ſolo donato
re.l.perfecta.C.de don.quæ ſub modo. ſic etiã nõ po
teſt donator onus donationi adiectũ tollere in tertij
præiudiciũ, cui per d.l.quoties. fuit ſemel ius quæſitũ
& actio vtilis. Nec obſtãt iura per Bar.alleg. quia ibi
alienans ſeruũ cũ onere manumiſsionis, ideo põt tale
onus manumiſsionis reuocare & tollere, quia nihil in
hoc præiudicatur ſeruo, cui cũ ſit cuiuſcũq; acquiſi-
tionis incapax, nihil de iure acquiri potuit, ſed in ca-
ſu d.l. quoties ius erat ſemel quæſitũ vlterioribus do-
natariis per illũ tex. not. quod quidẽ ius tolli nõ põt
eorũ præiudicio, præſertim ſi quæſitũ foret eccleſiæ,
quæ capax eſt acquiſitionis, imò ſummè priuilegiata
in ſuis acqueſtis.l.j.& l.ſi.C.de ſacroſanc.eccl.& c.ex
literis.de cõſuetudi.& ita cõtra Bart.tenent Io.And.
in addi.Spec.titu.de inſtru.editio. §.nũc aliqua. Pau.
in d.§. Flauius & in l.inſulam.§.ſi.ff.ſol. matr.per il-
lũ tex.& per text.no.in l.ſi.ff.de pact. idẽ tenet Sali.
in d.l.quoties.& in d.l.j.C.ſi manci.ita fue.alie.& Lu
do.in l.ſi pecuniã.in princ.ff.de cõdict.cauſa data. Et
ſi quiſpiam ſuſtinere vellet opin. Bar. ſcilicet ꝙ talis
ſubſtitutio reuocari poſſit, deberet eum intelligere
vbi ius inforet tertio quęſitũ ex nudo & ſimplici do
natoris pacto, ſecũdũ terminos d.l.quoties, ſecus aũt
eſſet, ſi ille tertius cui ius venit quærendum tempore
quo ſibi quæritur, eſſet præſens & ſtipulãs: vel in ſui
abſentia aliquis putà notarius, vt publica perſona,
pro ipſo ſtipularetur. Quia tunc cùm pactũ donato-
ris nõ ſit nudũ, imò fuit ſtipulatione veſtitũ, & plenẽ
actio quæſita illi tertio nõ ſolo pacto & opera dona
toris, ſed vtriuſq; partis, tũc non poſſet donator tale
ius quæſitũ reuocare, per l.ſicut.C.de actioni. & obli
gatio. Et ita in caſu noſtro ſigulariter decidit Bald.
in l.cùm à ſocero.C.de iure dot. quẽ finaliter ſequi-
tur Alex.in d.§.Flauius. Et etiam hoc vult textus be-
ne intellectus.in d.l.quoties. ibi, & qui ſtipulatus nõ
ſit. Facit bonus tex.in l.cùm maritus.§.ſi.ff.de pac.do
tali. Ideo hodie, ſi de tali donatione fieret publicum
inſtrumentum, nunquàm tale pactum reuocari poſ-
ſet;

ſet, cum ſemper notarij ſtipulentur pro abſentibus
etiã nondũ natis.Et hoc eſt quod dicebat Bart.in l.ij.
verſ.vnde cũ.C.de cõdic.ob cau.ꝙ cùm hodie cõmu
niter de omnibus pactis fiãt inſtrumẽta publica, vix
reperitur aliquod pactũ nudũ propter ſtipulationes
tabellionum.Et idẽ puto,ꝙ in caſu præcedenti ſi do-
nator iuraſſet non venire cõtra: quo caſu non poſſet
onus fideicõmiſsi in donatiõe poſitũ tollere in præ-
iudicium tertij,cui ius cum actione vtili eſt quęſitum.
24 † Quia iuramentũ omnes contractus ſui natura reuo-
cabiles faciet irreuocabiles,ſecundũ gl. ſingularẽ. ſu-
per verb.neceſſe habeat,quã omnes ibi ſequuntur. ff.
de condictio.cauſa data.l.ſi pecuniam.§.j.adde ꝙ ita
fuit deciſum per arreſtum in Parlamento Burdegalæ
die xxj.Aprilis,M. ccccej. in cauſa dominationũ loci
de Vſſello,& caſtri de Carlutio patriæ Lemouicen-
ſis,& de oratoris patriæ Auerniæ inter Georgium de
Labeſſerit aliâs de Vſſello impetrantẽ: qui arreſtum
obtinuit contra Dominam Annam de Anglaribus.
25 † Plus dico,ꝙ ſicut quis grauare poteſt hæredem ex
teſtamento, vel ab inteſtato, aut donatariũ, vt bona
reſtituat fideicommiſſario, ſic etiã grauare poteſt fi-
deicommiſſariũ,& deinceps de fideicõmiſſo alteri re
ſtituendo argumẽtũ.l.poteſt.ff.de vulg.& pup.Proui
ſo tamen ꝙ neminẽ grauet de plus reſtituẽdo, quã ei
reliquerit. Alioquin quod plus eſſet videretur inutili-
ter relictũ.inſt.de ſing.rebus per fideicomm.relictis.
§.itaq;.& ff.de leg.j.l.planè.la ij.§.fi.& ff.de leg.iij.l.
j.§.ſciendũ.& l.iij.§.Iulian.& l.legatarius.Nã in hoc
puncto tres dantur regulæ.Prima eſt,ꝙ quẽ honoro,
ſcilicet aliquid ei relinquendo,eum onerare & graua-
re poſſum in toto vel parte eius,quod ei relictum eſt.
26 † Adeò ꝙ licet eccleſia vel clerici non teneãtur pro
ſuis poſſeſſionibus ad collectas,nec alia onera laica-
lia.l.placet.C.de ſacroſan.eccle. & plenè Panor.in c.
non minus.& c.aduerſus.de immu.eccle.& in c.fi. de
vita & honeſta.cleri.& tex.in c.j.& c.clericos.de im-
mu.eccle.lib.vj.tamen teſtator legando eccleſiæ ali-
quã de ſuis poſſeſſionibus diſponere poſſet,ꝙ pro il-
la ſoluere teneatur collectas & cætera ciuitatis onera
ad quæ cæteri laici tenentur, vt ſingulariter conſuluit
Petr. de Anch. conſ. ccxviij. incip. dubium facit in
prædicta quæſtione.vbi hoc eſſe verum probat opti-
mis rationibus. De quo qualiter intelligantur videa-
tis Felyn.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutio-
nibus.xxiiij.col.ver.quintò quæro.Et præſertim iſta:
quia quẽ teſtator honorauit aliquid ei relinquendo,
poteſt etiã onerare, & ei onus perpetuum imponere,
prout hîc fecit Raynutius: qui Adiectã eius filiam hę
redem vniuerſalem inſtitutã & ſic honoratã onera-
uit reſtituere hæreditatẽ, ſi abſque liberis moreretur.
27 † quod fieri poteſt de iure,niſi in ſequẽtibus caſibus.
Primò,vbi quis honoratus non eſſet commodo pecu
niario,ſed alio cõmodo nõ pecuniario, vtputà, quia
teſtator libertatẽ reliquiſſet ſeruo ſuo. Nam licet li-
bertas in qua ſeruus honoratus fuit ſit maxima, imò
inæſtimabilis.inſtit.q. & ex quib.cau.manu.non poſ-
ſunt.§.fi.Tamẽ quia cõmodum non continet pecu-
niariũ, grauari nõ poteſt legato nec fideicõmiſſo, vt
d.l.planè.la ij.§.fi.ff.de lega.j. Et idẽ vbi debitori pi-
gnus liberatur: quia remiſsio pignoris cõmodum nõ
continet pecuniarium.l.ſi pignus. ff.quæ in frau.cre-
di.cùm ex hoc debitũ nõ videatur remitti.l. poſtquã.
ff.de pac.Videatis l.ſi mulier.§. ſed ſi habẽti.vbi Bar.
verſ.oppo.ꝙ à legatario.ff.de leg.iij.& l.Titius. ff.de
operis liberto. & eadẽ ratiõe idem eſſet in legato rei
certæ purè debitæ per debitorẽ teſtamento credito-
ri legatæ.Quia licet legatũ valeret propter repreſen-
tationem dominij rei legatæ,quod ipſo iure tranſit in
creditorẽ legatarium mortuo debitore teſtatore: vbi
virtute obligationis, qua res debebatur non tranſiſſet
domũ, donec ſpecies debita ſoluta fuiſſet & tradita.
l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb. oblig. & l. quod te. ff.ſi
cer.pet. Tamẽ quia illa dominij repræſentatio com-
modum nõ affert pecuniariũ creditori,cui res ſibi de
bita fuit legata,certè non poteſt in aliquo grauari, vt
28 d.l.ſi mulier.§.ſi rem. ff. de lega. iij. † Secundò fallit
dicta regula in ſubſtituto filij exhęredati,ad quem li-
cet perueniat cõmodum legati à teſtatore relicti, ta-
men à tali ſubſtituto legari non poteſt.text. eſt mira-
bilis in l.cùm quidã.C.de lega.attento, ꝙ ab hærede
legatarij poteſt legari, vt d.§.itaq;. per quod videbať
etiã poſſe ab iſto legari. Et ratio d.l. cùm quidã. po-
nitur p Bar. in l.qui fundũ.§.qui filios. ff.ad l.Fal.ta-
men ſi omnes rationes quæ à doctoribus dantur,be-
ne conſiderentur, vix vna ſola ſtare poſſet.Imò dicit
Raph.Cuma.in d.§.qui filios, ꝙ nunquã vidit ratio-
nem euidentem ad dictũ text.& Pau.in d.l.cùm qui-
dã.dicit, ꝙ ſi fas eſſet dicere, imperator ibi loquutus
fuit ex ſuo capite, excuſatur tñ per l.nõ omniũ. ff.de
legi.ſed concludendũ eſt ſaltẽ ab authoritate, ꝙ pa-
ter à filio exhæredato cui legauit ſeu aliquid reli-
quit poteſt legare.l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.
& pupil.non autẽ ab eius ſubſtituto, etiam in teſta-
mento militis.l.miles ita.§.ſi miles.ff.de teſt.mili. li-
cet regula cõmunis ſit: ꝙ vbi poſſũ ab aliquo legare,
eodẽ modo poſſumus ab eius ſubſtituto.l. ſi fuerit.§.
29 pen.ff.de leg.iij. † Et hæc cõcluſio ꝙ à ſubſtituto filij
exhæredati per patrẽ legari nõ poſsit,limitatur tripli
citer.Primò vt procedat,quãdo filio exhæredato pa-
ter reliquiſſet titu. legati. ſecùs ſi titulo hæreditario,
putà pater filium exhæredauit impuberẽ.& extraneũ
inſtituit hæredem: deinde filium exhæredatũ ſubſti-
tuit extraneo hæredi inſtituto: exinde filio pupilla-
riter ſubſtituit. Nam hoc caſu legari poſſet non ſo-
lùm à filio,ſed etiam ab eius ſubſtituto.tex.eſt ſolen-
nis in d.l. qui fundum.§.qui filios. quæ eſt ſingularis
ſecundum Ange.& Modernos.in d.l.cùm quidã.Se-
cundò limitatur,niſi ipſe ſubſtitutus impuberis exhæ
redati fuiſſet etiam inſtitutus à patre in eius teſtamẽ-
to:quia tunc talis ſubſtitutus teneretur ad legata re-
licta in tabulis pupillaribus.text.eſt not.in l.in ratio-
ne.la j.§.fi.ff.ad leg. Falc. ſecundum Bald. & Fulgo.
in d.l. cùm quidam. Quod eſt verum, etiam ſi talis
ſubſtitutus inſtitutionem patris repudiaſſet. text. eſt
ſingularis ſecundum docto.ibi,in l.ſi filius qui patri.
in vlti.reſponſo.ff.de vulg.& pupil.intelligẽdo quòd
ibi filius fuerat exhæredatus,prout ibi intellexit Bart.
circa fin.ij.col.quod reputat ſingulare ibi Imo.intel-
ligendo ſecundum l. fi. ff. de legat.iij. Tertiò limita-
tur dicta regula d. l. cùm quidam. in exhæredatione
filij mala mente facta,prout ibi ſonãt verba tex.dum
dicit exhæredationis iniuriam: ſecùs ſi bona mente,
& ad prouiſionem filij iuxta l.multi non notæ cauſa.
ff.de libe.& poſth.Quia eo caſu legari poſſet ab eius
ſubſtituto, cùm tunc ceſſet odium exhæredationis,
quod vt ibi dicit Alex. fuit cauſa & ratio illius deci-
ſionis.item not. dicit Ioan.Fab.in §. non ſolùm. vbi
30 hoc clariùs tenet Ang.inſtit. de pupil.ſubſtit. † Ter-
tiò fallit regula noſtra in collatione beneficiorum &
eorum datione in titulum, quia licet conferens cleri-
co beneficium ipſum clericum honoret, tamẽ ipſum
onerare non poteſt: quia collatio beneficiorum de-
bet pura eſſe & ſimplex ſine cuiuſcunque oneris ne-
dum



dum temporalis, ſed etiam ſpiritualis adiectione. c.
ſignificaſti.de præben.vbi non valet nec adiici poteſt
onus quotidie miſſam celebrandi in collatione eccle-
ſiæ vacantis adiectum.quod qualiter intelligatur, vi-
31 deatis ibi per glo. & Panor. † Pariter licet eligentes
honorent electũ eligendo ipſum, tamen ei non poſ-
ſunt onus imponere dãdi aliquid temporale nec ſpi-
rituale,imò talis electio eſſet ſimoniaca. c.ex parte.l.
j.de offi.deleg.de cuius intellectu ibi per gl.Barba.&
Fely.in cap.ad audientiã.l. ij.iij.col.de reſcrip. Et ho
die per decretũ generalis concilij Baſilien. incipiens.
ſicut in conſtruẽda.eligentes eſſent periuri, qui iurãt
non eligere datione aut promiſsione alicuius rei tem-
poralis:& idem ſpiritualis,ſecundũ glo.ibi.Et ita fuit
etiam ordinatum per beatũ Ludouicum regem Frã-
corum per ſuam factam Pariſiis pragmaticam ſan-
ctionem Anno domini M.ccxxviij. vbi in v. articulo
ſic dicitur: Item exactiones & onera grauiſsima pe-
cuniarum per curiam Romanã eccleſiæ regni noſtri
impoſitas vel impoſita,quibus regnum miſerabiliter
depauperatum extitit, ſiue etiam imponẽdas aut im-
ponenda leuari & exigi nullatenus volumus,niſi dun
taxat pro rationabili pia ac vrgẽtiſsima cauſa vel in-
euitabili neceſsitate,ac de ſpontaneo & expreſſo cõ-
ſenſu noſtro, & ipſius eccleſiæ regni noſtri. hæc ibi.
Ex qua ordinatione clarè reſultat, quòd ſi de facto
per papam onus imponeretur, exigi non debet, niſi
duo concurrant.primò, quòd ex iuſta cauſa, vt infrà
dicam.ſecundò, quòd de conſenſu regis cuius inter-
eſt,tanquam eccleſiarum pontificalium fundatoris,
vt videbitis,tale onus impoſitũ fuerit, quòd illi one-
ri eccleſia Gallicana etiam conſenſerit, & quòd ex-
preſſè conſenſerit:& ſic taciturnitas aut diſſimulatio,
vel patientia non ſufficeret. Imò mandat beatus Lu-
douic.ibi, in fin. contrafacientes puniri taliter quòd
32 cæteris tranſeat in exemplum. † Similiter non poſſet
collator beneficij ſibi vel alteri retinere à collationa-
rio per eũ honorato,nec aſſignare partem fructuum
per modum quotæ: quia hoc eſſet ſcindere benefi-
cium: quod fuit per concilium Turonen. prohibi-
tum. capit. maioribus. de præbend. Nec etiam per
modum totitatis,niſi prout deciditur in capit. ſi pro-
pter tua debita.de reſcrip.lib.vj.nec per modũ quan-
titatis. † cùm beneficia conferri debeant ſine dimi-
33 nutione.cap.j.vt eccleſiaſtica benefi. ſine diminutio.
conferen.Vnde non poſſunt beneficiis etiam vacan-
tibus præſertim epiſcopatibus & dignitatibus ponti-
ficalibus penſiones annuæ imponi quantuncunque
fuerint prælati in ſuis prouiſionibus honorati. cap.ij.
de ſupplen.neglig.prælato.cap. cùm clerici.de pact.
cap.tua nos. de iureiurando. iuncta gloſ. j. ibi in ver-
bo,quodam iure.capit.cùm Bertholdus,de re iudica.
capit.Paſtoralis.de his quæ fiunt à præla. cap. perue-
nit.cap.ſignificauit.cum glo.cap.grauis.& cap.quan-
tò.de cenſibus.& capit. fin.de rerum permuta. Quod
optimè ſeruatur in preſenti regno Franciæ, in quo
expreſſam habemus de hoc ordinationem regiam
Caroli ſexti proaui domini noſtri Regis moderni e-
ditã die ſexto Octobris, Anno domini M. ccclxxxv.
& ſui regni ſexto, qui videns & plenè certificatus
Cardinales in exceſſiuo numero tunc exiſtentes mul-
ta beneficia in regno & extra, tam epiſcopatus, ab-
batias,prioratus,imò etiam inferiora beneficia etiam
clauſtralia, eleemoſynarias, leproſarias & orpha-
notrophem, & hoſpitalia ac dignitates maiores in
cathedralibus & collegiatis eccleſiis dietim accepta-
re & obtinere, & quicquid inde habere poterant,
extra regnum commorantes abſportare: reditúſque
& emolumenta omnia in vſus ſuos particulares (re-
parationibus eccleſiarum in terram ferè proſtrata-
rum,hoſpitalitate & cæteris operibus charitatis poſt-
poſitis & omiſſis) conuertere. & cùm beneficia in-
terdum acceptabant, ne de pluralitate exceſſiua re-
prehenderentur, illa ad penſionem annuam quæ fre-
quentius ad valorem redituum beneficij aſcendebat,
alteri conferri procurabant: qui poſteà vnde viue-
ret non habens, curam animarum & diuinum offi-
ciũ deſerebat,& cardinali penſionario mortuo alius
cardinalis penſionem prædictam ſibi conferri pete-
bat: expeditióque nulla aut vix aliqua fiebat de epi-
ſcopatibus & beneficiis maioribus in curia Romana,
ſine retentione penſionis annuæ pro intertenemen-
to alicuius cardinalis, vel alterius papæ aut cardina-
lium familiaris: eo modo eccleſias regni tributarias
reddendo contra mentem & intentionem prædeceſ-
ſorum Franciæ regum, & aliorum qui eccleſias fun-
dauerant & dotauerant, nouos fundatores à ſuis piis
mentibus retrahendo in totius regni ruinam & tota-
lem deformationem,ac vniuerſitatum & generalium
ſtudiorum,necnon in eis docentium, & ſtudentium,
qui fructus & palmites pretioſos præ cæteris ſtudiis
vbique diffundunt,& in quibus regnum Franciæ cæ-
teris præcellit,deſtructionem & perditionem. Qui-
bus de cauſis & pluribus aliis rationibus pius rex
motus, matura ſuorum conſanguineorum & regni
procerum ſuíque magni cõſilij habita & reiterata de-
liberatione,tot & tantis ſcandalis ac periculis ſubue-
nire vt tenebatur & prouidere cupiens,attendénſque
quòd dominus noſter IESVS Chriſtus eccleſiam
ſponſam ſuam tanta voluit libertate gaudere, vt nul-
lius vtilitatis obtentu ſubiici debeat ſeruituti, affe-
ctans etiam eccleſias regni ſui per viros eccleſiaſti-
cos quarum defenſor & pugil exiſtere gloriabatur, in
pacis & tranquillitatis fœdere ac libertate & frãche
ſia propagari, etiam eccleſias & viros eccleſiaſticos
à talibus indictionibus & nouitatibus indebitis præ-
ſeruare. Ex ſua certa ſciẽtia authoritatéque regia or-
dinauit & mandauit, omnes pẽſiones & cętera quę-
que onera eccleſiis regni in fauorem cardinalium &
aliorum quorumcunque impoſita ad manum ſuam
regiam poni, & de illis & eccleſiarum fructibus ec-
cleſias reparari, numerum clericorum & religioſorũ
olim conſuetum, tunc verò præmiſſorum obtentu di
minutum reponi,eíſque de victu ſufficiẽti, & diuino
officio intendere prouideri, & hoſpitalitatem ac cæ-
tera charitatis opera in locis conſuetis fieri poſſent.
Ordinauítque, formam antiquorum canonum inſe-
quendo, fructus eccleſiarum regni ſui in tres ſolùm
partes à cætero fore diuidendos modo & forma in
eadẽ ordinatione contentis,ita ꝙ tertia pars in eccle
ſiæ reparationem conuertatur per certos commiſſa-
rios, qui in hoc negotio vacantes ſolo victu conten-
ti ſtipendia alia non percipiant, vt ibi dicitur, quod
malè ſeruatur. quæ fundamentum ſumpſit ex text.in
can.decreuimus.x.qõ.j.ibi, ab epiſcopis autem tertia
ex omnibus accipiatur,&c.& argu.text.in l.ne ſplen-
☞ didiſsimæ. C. de operibus publi. [ De quo Matth.
Boſſus in iij. parte, epiſtola xcvij.incip. Me beneuo-
lentia.Ad epiſcopum Vicentinum ſcribens: Dos,in-
quit, quam opulentiſsimam tibi ſacra tui vnius viri
vxor eccleſia pinguis & pulcherrima iſta:non ad pro
fuſionem & pompam eſt tibi ſumenda, ſed neque in
propinquos tuos,quæ prima clericorum improbitas,
imò ſacrilegium eſt, prodigenda: quæ enim colligis
atque

atq; reponis,& quicquid penſitatur tibi pecuniæ, nõ
tua aut tibi credita aliter ſunt , quàm fideli miniſtro
his militibus diſpenſando,vt eam tu primam partem
accipias,quæ ſuſtentare teipſum,& honeſtã ac mode
ratam tuam familiam decenter poſſit atq; frugaliter.
Pars ſecunda & largior ſit pauperũ Chriſti, quorum
partes epiſcopi rectè dicuntur, ſit orphanorum, ſit vi
duarum, ſit incarceratorũ & captiuorũ,& indigentiũ
eorũ quos fortuna depreſſit verecundiáq; confundit.
Tertia in Dei tẽpla fulcienda ne ruant , & curãda ne
ſqualeant,impendenda erit & erogãda : vt ipſe noſtri
magnus ſacri iuris interpres & virorũ prudẽtiſſimus
& ſanæ opin.&c. Reſiduũ dictæ epiſtolæ addidi ſu-
per verbo, *& vxorem nomine Adela.* in primo ſucceſ-
ſionum ab inteſt.arti. & j.deciſio. An eccleſia tenere
poſſit bona tẽporalia, vbi vide.]Quæ quidẽ iura pra-
cticãtur & obſeruantur in præſenti regno , licet pro
eccleſiæ fabrica alibi deputetur ſola quarta.c.conceſ-
ſo.cũ tribus ſequentibus. xij.q. ij. quia de tertia parte
erat traditio antiqua & conſiliũ vniuerſalis eccleſiæ
in dicto c. decreuimus. iuri ciuili conforme in dicta
l.ne ſplendidiſsimè.prout eccleſia & reſpublica æqui
parantur.in l.fi.C.de ſacroſanc.eccle.(Additio.)Hãc
ordinationem reperietis in regiſtro ordinationũ ca-
meræ inquæſtarum parlamenti Toloſæ, fol.xciiij.de
quo plura fuerunt hactenus prolata arreſta in parla-
mento Toloſæ: & inter cætera arreſtum quo fuit di-
ctum die xxiij. Iunij,anno domini M. cccclxxxvj. ꝙ
tertia pars fructuum archiepiſcopatus Auxis conuer-
teretur annis ſingulis in eccleſiæ reparationẽ.& arre-
ſtum quo idem fuit dictum per eandem curiam de
fructibus epiſcopatus Lectoren. anno domini M.
cccclxxxvij. in menſe * * * & etiam de fructibus ar-
chiepiſcopatus Toloſani die vj. Aprilis anno domi-
ni M.cccclxxxviij.ante Paſcha. dictã inſequendo Ca-
roli ſexti ordinationem.de quo Gagui.eandem ordi-
nationem ſuccinctè complectens.libr. ix. cap.iij. ſic
dicit: Per id tempus ſedente apud Auenionem Inno-
centio vij.qui raram,niſi ex Franciæ regno obedien-
tiam erat conſecutus , & cardinales xxx. ordinaue-
rat, quibus grandis ſumptus opus eſſet , ſancti diui
Nichaſij Rhemenſis abbate in Franciam miſſo dimi
diam omnium eccleſiarũ partem exigere conabatur.
Cui cœpto ſcholaſtici academiæ Pariſien.reſtiterũt,
miſsis ad Carolum oratoribus , qui pontificis edictũ
non æquum eſſe perſuaderent. Audita ſcholaſticorũ
querela,rex exportari regno pecuniam vetat , & ec-
cleſiarum prouentus in tres partes diſtribui iubet,vnã
in eccleſiarum inſtaurationem,alteram, diſſoluendis
earum obligationibus & debitis. Tertiam quotidia-
nis miniſtrorum vſibus aſſignauit. Simúlque de his
rebus Arnoldum Corbium ad pontificem legat.Pon
tifex autem edicti penitens ab exactione deſtitit. hæc
ille. Ex quo tempore officiarij regij de prædictis
reparationibus ac prouiſione circa diuinum ſerui-
tium contra clericos & prælatos , ac huius prætextu
de perpetuis vicarijs parochialium eccleſiarum au-
genda portione cognitionem receperunt. (Additio.)
Et me ſtante conſiliario in curia parlamenti Burde-
galæ anno domini M.cccccij. inſtanti vicario perpe-
tuo eccleſiæ parochialis de Caumonte diœceſis
* * * contra priorem dictæ eccleſiæ de exiguitate
portionis ei dari ſolitæ : quæ non ſufficiebat pro ſui
ſuſtentatione in cura animarum regenda & iurium
epiſcopalium ſolutione , fuit epiſcopo cauſa remiſſa
pro congrua portione taxanda.iuxta capit.j. de præ-
bend.libr. vj. Sed per curiam fuit ei data prouiſio in
blado & vino ſuper fructibus interim vltra ſolitum
notoriè ſufficientem percipienda, quia nihil prodeſ-
ſet muros reſtaurare, & diuinum ſeruitium relinque-
re,& alimẽta ſine quibus ſeruitiũ fieri non poteſt nec
34 continuari. † Proprium enim regũ eſt , vt ipſi & eo-
rum officiarij de eccleſiarũ reparatione ſe intromit-
tant,cùm ſcriptum ſit in can.fi.xcvj.diſtin. boni prin
cipis eſſe & religioſi eccleſias contritas atque cõciſas
reſtaurare, nouáſque ædificare.& in cap.ſicut excellẽ
tiã xxiij.q.iiij.prope fin.dicitur ꝙ excellentia princi-
pum apud creatorem maiori gloria proficere nõ po-
teſt,quã ſi per eam diſperſarũ eccleſiarũ potuerit ſo-
cietas reſtaurari.Quod à Ioiade Iſraelita rege habue-
runt,qui negligentiam videns ſacerdotum captis re-
ditibus templi authoritate ſua ipſum reparari fecit.
iiij.Regum xij. cap.& xxij.c.& ij.Paralip.xxiiij. Co-
35 gere † profectò facere & reparare eccleſias ac reli-
gionem exequi eſt mixti fori pertinens nedum ponti-
ficibus,ſed etiam principi ſeculari per text.in l.hære-
ditas.in fi.ff.de peti.hære. facit l.ſi in aliquã. AEDES
etiã ſacras.ff. de offi. procon. vbi hoc principi perti-
net,& ſuis maioribus officiariis, quales ſunt procon-
ſules & præfecti prætorio ipſum repræſentantes.Prę-
terea dicit tex.in cap.j.ne ſede vacan.aliquid innoue-
tur.ꝙ rex cũ proceribus regni multũ poteſt & opera
tur circa ſtatũ eccleſiæ reformãdum. Habemus inſu-
per tex.apertũ in can. filiis vel nepotibus. xvj. q. vij.
vbi prælatis diſsipantibus bona eccleſiæ,adiri poteſt
dignitas regia : quẽ tex.ſummè ponderauit dominus
præſidens primus Laureti adhuc vita fruẽs in ſuo tra-
cta.de caſibus in quibus iudex ſecularis in perſonis
clericorũ poteſtatem habet. Or nõ poteſt eſſe maior
diſsipatio prælatorũ, quàm reditus percipere & eccle
ſiam ruina labentẽ & ferè in terrã proſtratã deride-
re.Si ergo de reparatione eccleſiarũ rex ſe intromit-
tere poteſt,nulli dubium, quin omnia poſſit repelle-
re,prohibere,& tollere: ex quibus ruina eccleſiarum
procedit,arg.l.oratio. ff.de ſpõſa.vt ſunt pẽſiones &
cætera onera quæ pro voluntate & ambitione aliquo
rum cõſtituuntur:quæ cauſa ſunt, & per quas perue-
nitur ad ruinam ipſarum eccleſiarum. Ob quod &
non immeritò videmus regem & eius officiarios de
talibus ſe intromittere,cognitionem & executionem
capere,cùm ſua interſit talia onera eccleſiis regni ſui
non imponi : ex quo theſaurus regni in exteras mi-
grat & aſportatur nationes & regiones,diuinum mi-
noratur officium,cura animarum propter eccleſiarũ
paupertatem negligitur,eccleſiæ proſtrantur.Necnõ
contingeret, vt eorundem regni & Delphinatus de-
preſſo ſacerdotio, exhauſtóq; theſauro regnũ ipſum
redderetur debilius in aduerſis. Quæ ratio ſummè
fuit per regem & eccleſiam Gallicanam ponderata in
congregatione generali Bituris per Carolum ſepti-
mum celebrata:dum decreta concilij Baſilien.fuerũt
per ſanctionem pragmaticam acceptata , & inter or-
dinationes regias deſcripta, & regiſtratą ac incorpo-
rata die vij.mẽſis Iulij,anno domini M. ccccxxxviij.
ſuiq; regni xvj. vt videri poteſt per text. dictæ prag-
maticæ paulò ante primum decretũ. de authoritate
poteſta. ſacrorum conciliorũ. Quoniã intereſt regis
ſubditos habere locupletes,in Auth.vt iud. ſine quo-
quo ſuffra.§.cogitatio.& in Auth.de hære.& Falc.in
36 princip. † Ideo nullum onus imponi poteſt etiam
per papã ſuper beneficiis & dignitatibus regni, quo-
cunque titulo vel nomine onus illud nuncupetur,aut
ex quacunque cauſa vel colore & occaſione directè
vel indirectè , etiam prætextu cuiuſuis conſuetu-
dinis,



dinis,priuilegij,vel ſtatuti. Et ſi cõtrà fiat, totum ir-
ritum erit.Maximè per deciſionem Archi.in c. lectis.
lxiij.diſt.volentis reges eſſe patronos omniũ pontifi-
calium eccleſiarũ , in quorũ præiudiciũ onus imponi
nõ poteſt,per ea quæ dixi in verbo, *& vxorem nomine
Adela.* Et hodie eſt tex. clarus in decreto de annatis
in dicta huius regni pragmatica ſanctione regiſtrato.
incip.ſtatuit hæc ſancta ſynodus. vbi glo. in verbo,
exigatur. refert beatum Ludouicum pluréſque alios
Francorum reges,talia onera vetuiſſe, & à regno ex-
tirpaſſe, & Carolum v. arreſtum parlamenti contra
Benedictũ xiij.obtinuiſſe.Et Ludouic. xj.dicti beati
Ludouici & aliorum prędeceſſorum viſis ordinatio-
nibus ſuper hoc factis ſeu eius procurator arreſtum
Pariſiis obtinuit die xvij. Februarij, anno domini M.
cccclxiij. Quo curia vocatis pluribus prælatis nobi-
libus,& cõſilij regis conſiliariis, dictas ordinationes
inſequendo prohibuit talia & ſimilia onera,quæ à vi-
ris eccleſiaſticis leuabantur per collectores apoſtoli-
cos in Frãcia leuari, ac ſingulis dicti regni officiariis
cõmiſſum & mandatũ quatenus dictam curiæ ordi-
nationem tenerent, & ab omnibus cuſtodiri facerent
incõcuſsè. (Additio.)De quo arreſto videre poteſtis
in regiſtro regiarum ordinationum cameræ inquæ-
ſtarum parlamenti Toloſæ.fol.clj.& fol.clxix. Non
enim poteſt in collatione beneficiorũ aut bullarum
expeditione pẽſio ſuper beneficio imponi, nec aliud
onus,imò ſine diminutione conferri debet.dicto c.vt
noſtrum.vt eccleſiaſti.benefi. ſine diminutione cõfe-
rantur.Et ſi penſio alicui imponeretur ſine iuſta cau-
ſa,non valeret quod actum eſſet,obſtante decreto ir-
ritante in allegato decreto de annatis cõtento, quod
etiam penſiones comprehendit, cùm ſit in eis eadem
ratio,ſcilicet oneris eccleſiæ & periculi ſimoniæ , ſe-
cundum gloſſ.illius decreti, & de cauſis ſuper verbo,
literarum. Aliàs faciliter fieret fraus legi & conſilio
de re ad rem : quia loco annatæ cõſtitueretur penſio:
& vbi papa pro ſe vetante , & obſtante decreto non
retineret eam , alicui cardinali aut familiari retine-
ret & aſsignaret , legem fraudando de perſona ad
quod perſonam contra l. fraus. iuncta glo.ff. de le-
gi. Ad tollendũ per decretũ fuit onus quodcunq; ꝓ-
hibitum per generalem clauſulam ſequentem, ibi aut
quocunq; alio titulo colore vel nomine , aut quauis
alia cauſa,vel occaſione, directè vel indirectè &c.Et
ſi antequã beneficium impetrans , bullas habere po-
tuerit tali penſioni conſenſerit,vel alteri oneri , præ-
ſumitur coactus hoc feciſſe timore perdendi benefi-
cium , aut differendi ſuam expeditionem. Quo caſu
conſenſus ei non præiudicat, quaſi iuſto metu extor-
tus: & ſic in libertatis & ſui iuris poſſeſsione tuebitur
per tex.ad hoc not.in c.cũ veniſſent.de inſtit.quia re-
tinere alicui inſtrumẽta ſui ſtatus,eſt ei inferre iuſtũ
metũ.l.iſti quidẽ.§.ij.ff.quod met.cau.qui dicitur ma
37 ximus metus,vt ibi. †Cauſa autẽ imponendi penſio-
nem ſemper iniuſta cẽſetur,ſi nõ cõcernat vtilitatem
eccleſiæ.cui penſio imponitur,quaſi ſine cauſa impo
ſita videatur:quod fieri nõ poteſt,& ſi factũ eſſet. Et
(quod plus eſt) ſi pẽſio ſine cauſa aut iniuſta metu cẽ
ſurarũ vel aliàs ſoluta etiam per plures annos fuiſſet,
certè ſoluenti non poſſet in futurũ præiudicare, quia
38 omnia per metum facta vidẽtur,†cùm cenſura eccle-
ſiaſtica ſeu excõmu.iuſtiſsimum inducat metũ, quo-
ties fertur vel inferri comminatur ex cauſa iniuſta ſe-
cundum Panor.in c.olim.l. iij. de reſti.ſpo. & in caſu
noſtro fertur vel cõminatur ex cauſa iniuſta,per iura
& concilium generale prohibita, vt videtis. & ſic ta-
lis conſenſus vel penſionis præſtatio propter cenſu-
ras non præiudicat,vt plenè conſuluit Lud.Ro.con-
ſil.ccclxix.incip.Circa primũ propoſitæ conſultatio-
nis.iij.col. verſ. cùm igitur. Nec poſſet ex tali quan-
tumcunq; cõtinuata poſſeſsione ſoluendi , penſiona-
rius aliquam prætendere poſſeſsionem ſibi ſoluendi
in futurum,obſtante metu cenſurarum.Et(quod plus
eſt)ſi cenſuræ non eſſent , obſtante decreto irritante
ibi per conſilium Baſilienſe poſito:quod omnis infe-
cta eſſet ſolutio & penſionẽ exigendi poſſeſsio,adeò
ꝙ nullũ pareret penſionario remediũ poſſeſſorium,
ſi eius prætenſa poſſeſſio turbaretur vel interrumpe-
retur,ſecundũ Rotam ſingulariter in nouis, deciſio-
39 ne xvj.incip. Si contra agentem. † vbi decretum irri-
tans papæ vel conſtitutionis , nedum afficit titulum,
ſed etiam poſſeſsionem,vt omni careat iuris admini-
culo. Idem tenet Dominicus in c.ij.vt lit.penden.lib.
vj. Nec ligant cenſuræ:imò ſunt ipſo facto nullæ , ſe-
cundum glo.ſuper verbo,cenſuræ. allegato titulo de
annatis per tex.ibi,in §.item ſi ex nunc. Etiam ſi ful-
minatę eſſent in caſu permiſſo per alium quàm ordi-
narium in propria diœceſi, vbi ſitum eſt beneficium
penſionatũ,per tex.ibi in §.itẽ ꝙ ratione.vbi in caſu
permiſſo exigendi penſionem vel alia iuſta onera,
non poteſt ad ſoluendum quis cogi per alium quàm
ſuum ordinarium.Et ſi coactio fieret per alium, eſſet
abuſus propter iuriſdictionis & poteſtatis defectum.
Et ſic proceſſus nõ valeret,nec cenſura ligaret.vt ibi.
Vnde tales oppreſsiones & eccleſiarum grauamina
poſſet vnuſquiſque authoritate propria repellere &
tollere,præſertim cùm illi qui pẽſiones & alia impo-
nunt grauamina, nullũ ſupra ſe habent ſuperiorem,
nec grauamen tollere volunt , imò illud exigunt , &
ſoluere cogunt. Quo caſu ceſſante iudicio ac iuſtitia
ciuili & politica , locum habet authoritate propria.
Saltẽ manus regia, qua olim actiones & defenſiones
exercebantur , & iuſtitia reddebatur. l. ij. ff. de origi.
iur.Et plenè Bar.in l.j.& l.ſi alius.§.belliſsimè. iũcta
glo.ſuper verbo,ex magna. ff. quod vi aut clàm. Sed
quia in defendendo authoritate propria ſcandalum
generari forſitan poſſet:Conſultiùs viſum fuit autho
ritate regia & manu ſeculari publica hæc omnia fieri,
taléſq; oppreſsiones depellere.argu.l.nõ eſt ſingulis.
ff.de regu.iur.Quia quæ fieri poſſunt authoritate pro
pria ſine iudice, multò fortiùs expediri poſſunt per
iudicem licet incompetentem. ſecundum glo. quam
omnes ſequuntur ſuper verbo , in tranſitu. inſtit. de
liberti.§. multis autem modis. verſi. ſerui. Tamen in
caſu noſtro rex eſt iudex cõpetens ad tales repellen-
dum indebitas exactiones,ſeu vexationes, & ſeruitu-
tes ab eccleſia: quæ contra regulas & ſanctorum pa-
trum decreta imponuntur ſine cauſa legitima:ſolùm
vt cardinales qui tot & tantis abundant tam in regno
quàm extra beneficiis decentius ſtatum ſuum inter-
tenere poſsint.Et pro cooperiendo vnũ altare, aliud
vel plura diſcooperire : quod non eſt de mente nec
intentione Dei nec papæ claue non errante regentis.
Qui ſi hæc cõtra ſacra generalium conciliorum ſuo-
rum prædeceſſorúmq; decreta permiſerit,tractus prę
ſumitur imò coactus importunitate petentium.l. j. &
l.ij.C.de petit.bono.ſubla.lib.x.Et ſic non valet. Or
qui contra regulas & diſciplinam eccleſiæ agunt , ri-
gore principum conterantur,qui à potentibus vi op-
preſſis auxilium præbere debent, dicit tex. xxiij. q.v.
c.principes ſeculi.&c. regum officium.vbi glo. caſus
ponit ſeptem,in quibus laici iuriſdictionem habẽt in
clericos & viros eccleſiaſticos.Facit glo.in prin.in c.

tua.de deci.& c.clericũ.xj.q.j. Nec eſt nouum, ꝙ pro grauamine eccleſiarum recurratur ad regem: quia cum tempore Philippi pulchri Francorum regis à ſummo pontifice Clemente quinto, eccleſiæ grauarentur, ad regem recurſum eſt. De quo Gaguinus lib. vij.c.iij. ſic dicit: A quo etiã Clemente dum ex Lugduno Burdegalam petit, tam magnis impenſis eccleſiæ grauatæ feruntur, vt inde ad Philippum graues admodum querelæ delatæ ſunt &c. Vt ex poſt ad Carolũ ſextum delatæ fuerunt, vt ſuprà vidiſtis. Et maximè poteſt hodie rex de talibus cognitionem capere: viſo ꝙ talia onera quocunq; nomine appellentur & nuncupentur, & quacunq; ex cauſa vel occaſione directè vel indirectè ſub colore ſtatuti, priuilegij, aut cõſuetud. indicta: ſunt tenore dicti decreti de annatis per conſilium generale cum decreto irritanti reprobata, & nominatim etiam papæ interdicta: cuius decreti & aliorum fuit & eſt rex per concilium deputatus executor.
40 †Et nemo dubitat papam vel concilium generale vniuerſalis eccleſiæ, laicis etiam ſpiritualia committere poſſe. c. decernimus. vbi bona glo. de iudic. & in d.c.tua.de deci. Et præterea ſunt talia onera cõtra libertates & priuilegia eccleſię Gallicanę, regis & regni: quorum intereſt, vt ſuprà vidiſtis, quod patenter demonſtrat text. in alleg. decreto de annatis. §. voluit tamen. ver. Item ꝙ huiuſmodi ſubuẽtio &c. Sine quarum libertatum præiudicio, eo tunc & illo tantum caſu, permiſſum fuit Eugenio papæ quarto onus exigi ab eccleſiis Franciæ. Vnde cùm ibi talia priuilegia & libertates eccleſię Gallicanæ: & in caſu noſtro proprio ſcilicet contra onera cuiuſcunque nominis & tituli, aut quocunq; colore narrentur & exprimantur, alia non indigẽt probatione, cũ ſint eo modo in corpore iuris, ſcilicet legum & conſtitutionum Franciæ incorporata: & per totam cõgregationem Bituricenſem relata, quibus eſt credendum, vt dicit Bar. in l. de
41 quibus. ff. de legi. † Quia ſi vni doctori aliquid narranti credatur, fortius credi debet toti Gallicanæ cõgregationi, in qua tota ſchola & eccleſia Franciæ interfuit. Nec poſſet papa illa priuilegia reuocare, nec eis in aliquo derogare, ex quo ſunt, iamdiu eſt, dicta decreta Baſilienſia per pragmaticã huius regni inter
42 conſtit. & regias ordinationes incorporata. †Sicut nõ poſſet imperator leges ſuas reuocare, ex quo ſemel fuerunt inter canones regiſtratę, & per eccleſiam canonizatæ, vt dicit gl. ſingularis ſuper verbo, capitali. in cap. in primis. §. de perſona presbyteri. ij. q. j. quam ſequitur Panor. in cap. nouit. xj. col. verſ. Et ex prædictis habes. de iudi. Maximè cùm regi competant ex cauſa oneroſa ſcilicet propter ſeruitia olim per Carolum magnũ ſuoſq; prædeceſſores & ſucceſſores Francorũ reges eccleſiæ Romanæ & ſummis pontificibus inuariabiliter impenſa. Propter quæ nomine illo ſuperlatiuo cœlitus (vt opinor) demiſſo, ſoli Francorũ
43 reges Chriſtianiſsimi meruerunt appellari. † Or talia priuilegia propter ſeruitium vel alia ex cauſa oneroſa alicui perſonæ, & maximè ſi loco putà regno & eccleſiæ conceſſa, reuocari non poſſunt per concedentem, ſecundum Bal. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. pro quo facit tex. in cap. j. §. ſi. qui feu. dare poſſunt. Facit quod decidit idem Bal. per illum tex. not. in l. vectigalia. C. de vectiga. & cõmiſ. Præſertim, ſi articulus ille de non imponẽdis eccleſiis Gallicanis penſionibus, ſic in concordatis inter papam & regem paſſatis comprehenſus vt fertur: quoniam tunc eſſet papa ex contractu ligatus, & cõtrauenire nõ poſſet. ca. j. de prob. vbi Panor. & per Cy. & doct. in l. digna vox. C. de legib. Circa præmiſſa videatis quæ plenè dixi in verb. *Et vxorem nomine Adelaſiam.* in primo princip. artic. vbi vidiſtis de priuilegiis regũ Franciæ. Nec obſtaret prẽmiſsis, ꝙ ante concilium Conſtantienſe ſub Martino quinto celebratum, penſiones de eccleſiis Gallicanis exigebantur. quia hoc fuit ex tolerantia, vt dixit tex. in allegato decreto de annatis. Et tolerantia regum, imò etiam prẽlatorum nocere non potuit eccleſiæ, & minus hodie nocere poſſet, obſtante dicto decreto quo præteritis denegatur conſuetudinibus ſtatutis & priuilegiis etiam futuris. Ob quod expreſſus regis & prælatorũ conſenſus nocere eccleſiæ nõ poſſet, nec præiudicare propter decretum irritans ibi appoſitum: quod futurũ tollit conſenſum partium & poteſtatem ſtatuendi in contrarium, ſecundum gloſ. & clarius Panor. eleganter ibi loquentem in cap. dilecto. de præben. & idem tenet gl. ſuper verbo, cõmittantur. & ibi doct. in c. ſtatutum. §. j. de reſcri. lib. vj. Nam licet decreto irritanti renũtiari poſſit per eum cuius fauore fuit appoſitum, ſecundum Ioan. Mona. & alios in cap. ſtatutum de præben. lib. vj. quãdo ſcilicet ſui ſolius fauore fuit adiectum, tamen ſecùs eſſet in caſu noſtro, in quo decretum illud fuit appoſitum nedum fauore regis aut prælatorum, ſed etiã fauore eccleſiarum, ne in ruinam cadant, & paupertate peſſundentur carentia miniſtrorum. Qua ratione non poſſet etiam eccleſia in regni aut regis præiudicium illi renuntiare. l. ius publicum. ff. de pact. & cap. ſi diligenti. & cap. ſignificaſti. de foro compe. imò ſi conſentirent, cõſenſus tanquam dolo aut metu extortus non valeret. Quia ſuperior, id eſt cõcilium generale cogitauit, ꝙ per illicitas preces vel minas alicuius potentis canonici, faciliùs priuati ad cõſentiendum inducerentur, quod eſt præſumendum de iure in quocunque actu fuerit decretũ irritans appoſitum, ſecundum Panor. ſingulariter in dicto c. dilecto. ſuper glo. in verbo, clauſula. de præbẽ. Facit glo. in verbo, committatur in capi. ſtatutum. §. j. de reſcript. in vj. & ita expreſsè cauetur in ſuprà allegata ordinatione beati Ludouici, vt vidiſtis. ꝙ ſine expreſſo conſenſu regis & eccleſiæ Gallicanæ etiam pro iuſta cauſa non poſ-
44 ſint hæc onera imponi. † Quæ omnia optimè fundarunt intentionem procuratoris regij generalis Pariſienſis, qui tẽpore regis Ludoui. vndecimi, ſanctioni pragmaticæ in fauorẽ Pij papæ vt promiſerat renuntiare volẽtis, imò illi de facto renuntianti ſe oppoſuit, & renuntiationem ſeu illius authorizationem impediuit. de quo Gagui. lib. x. cap. ij. Fama, inquit, ante hos dies ferebatur Ludouicũ Pio pontifici Romano promiſiſſe, ſe pragmaticã ſãctionẽ deleturum, ſi aliquando ad regnum ſine controuerſia perueniſſet. Eius promiſſi Pius pontifex non oblitus, cùm eãdem pragmaticam maximè execraretur, eámque hęreſim appellaret: Legatum Ioannem diui Benedicti monachum Atrebatenſium cardinalem, ad Ludouicum mittit, qui regem ſe promiſſo ſoluere hortaretur. Cui audiens Ludo. legato literas ad parlamentum ſenatum dat de ipſa pragmatica abroganda. Erat in ipſo ſenatu Ioannes Romanus regius procurator. Hic (Ioanne Ballua ad curiam Ludouici atque legati nomine cum literis veniente petentéque ſenatũ, vt eas ſuo decreto roboraret.) Ego, inquit, iudices hanc commodiſsimæ legis abolitionem non approbo, & quatenus ad meum officium attinet, Ioannis Balluæ petitionem impedio. Ea re incandeſcens Ballua (erat enim ingenio verſipelli & doloſo nimis) Ioanni Romano multa eſt comminatus. Cui repugnare etiam



ſchola Parienſ. non formidauit eccleſiæ concilium appellans. Hæc ille. Heu me quanta humanæ conditionis variatio. Pius iſte papa antea vocabatur Aeneas Syluius, vir eloquens & orator magnus, poetáq; laureatus, imperatoris ambaſiator antè fuit, & in cõcilio Baſilienſi notabilem tractatum ſcripſit pro authoritate eiuſdem: & poſtea factus papa, pragmaticam Franciæ concilij præfati executricem deſtruere conatus eſt. Sed non potuit, nec rex Ludo. in hoc præualuit. Imò rationi & non volũtati ſubditus rationabilem procuratoris ſui & ſenatus Parienſis reſiſtentiam, non ſine ſui æterna laude tolerauit: cùm nil iuſtius ſit, quàm principem legibus obtemperare ſuis. l. digna vox. C. de legi. Nec oblitus fuerat omnia quæ concilio geruntur iure, meritóq;, effectu, & firmitate niti. l. iij. C. de repud. Nec etiam potuit de variatione factus rex à Pio pontifice reprehendi, cùm ille prior factus papa variauit, argu. cap. cùm eccleſiaſticæ. de exceptio. ſicut ipſe Ludouicus antequàm eſſet rex promiſerat pragmaticam extinguere, quod non fecit
45 ductus ſapientum concilio. † An autem valeat appellatio, ſeu appellari poſſit à papa ad futurum generale concilium, videatis glo. pragmaticæ. titu. de cauſis.
46 in fine. † De dicti Balluæ tunc Ebroicenſ. epiſcopi, qui poſtea cardinalis factus eſt, inſolentia & beſtialitate: poſt pauca eiſdem libro & capitulo recitat ipſe Gaguinus. Eadem, inquit, tempeſtate Ballua cardinalis à Ludo. miſſus Pariſios, in agrum qui clericorum, iuxta ſancti Germani monaſterium appellatur, progredi armatos iubet, quorum numerum & armatorum modum recenſeret, Ludouicóque referret. Recẽſuit ipſe veſte linea ornatus, & mula vectus. Indignum ſanè ſacerdoti atq; pontifici munus. Quamobrem Chabanus domini Martini comes in cardinalem cauillatus eſt. Cùm enim apud Ludouicum Chabanus per id tempus ageret, indignatus ſacerdotem ad militare negotium deputari: Tu, inquit, prudentiſſime Rex, Balluam cardinalẽ eundémq; Ebroicenſ. epiſcopum, Pariſium milites vrbanos recenſere mittis: te oro mihi indulge Ebroicas proficiſci, vbi de ſacerdotibus ſacrandis ſcrutinium faciã: tam enim hæc mihi cura, quàm epiſcopo militũ recognitio cõuenit. Chabani verba cum riſu excepta ſunt. Hæc ille. Voluit ſemper hic Ballua & legum regni eccleſiæque honoris prodigus eſſe & deſtructor, ex quo belua effectus de malo in peius ꝓceſsit, ita ꝙ finaliter cecidit, vt vidiſtis in verbo, & vxo. nomi. Adela. Hęc domini omnia dixi pro intellectu dictæ ordinationis regiæ Caroli vj. ad propoſitum allegatæ. Quæ omittere nolui propter veſtrũ aliquos, qui capere nõ poterãt aut nolebant, vnde hoc ꝙ rex, & ſui ſeculares officiarij de hiſce intromittant, & cognitionem capiant, & à talibus penſionum aliorúmque onerum non debitis impoſitionibus appellãtes & opponentes recipiant, quia non illis imperiũ pelagi. Certè dicunt officiarij, ꝙ hoc faciũt, nõ authoritate propria & mente ſeculari, ſed eis cõmiſſa per eccleſiã, ſeu conciliũ generale eam repræſentans. Quod fieri poteſt, & cõmitti etiã laicis, vt dixi ad conſeruationẽ decretorum & generalium conciliorũ. Non eſt nouũ hoc laicis committi: nam in cap. præter hoc. §. verũ. xxxij. diſtinct. papa commiſit duobus ducibus cauſam clericorum ſimoniacorum: & in cap. Mẽnam. ij. quæſt. v. Brunechildi Francorum reginæ cauſa ſpiritualis committitur: & in cap. illud. x. quæſtio. iij. commiſſum fuit laico ne permitteret aliquem epiſcoporum Siciliæ de parochiis ad ſe pertinentibus nomine cathedratici vltra duos ſolidos accipere: neque compellere clerum ſupra vires ſuas eis conuiuia præparare. Facit gloſſ. in can. clericum nullus. xj. quæſt. j. Et ſi papa hoc potuit, multò magis ſaltem pari modo hoc facere potuit generale cõcilium ad onera repellendũ, prout in dicto cap. illud fuit mandatum illi principi, ꝙ non permitteret à clero, & populo illam fieri illicitam exactionem. Et inde eſt, ꝙ literæ dietim conceduntur in cancellaria regia (quod plus eſt) ſuper nouis decimis, ne à laicis vltra debitum, & conſuetum modum exigantur. De quo habent expreſſam ordinationem Philippi Pulchri regis, factam Bituris die veneris ante cineres, anno domini M.ccciiij. in cap. xxix. tenoris ſequentis. [Quæ hodie per dominum Auffrerij eſt ſituata prima in titu. de deciſio.] Item ꝙ Seneſcallus ad requiſitionem conſulum locorum quorumlibet, defendat ipſos conſules & vniuerſitates ac ſingulos à noua impoſitione ſeruitutis facienda per prælatos, & alias eccleſiaſticas perſonas, ac à noua exactione decimarum & primitiarum &c. (Additio.) Prædictas ordinationes reperietis in regiſtro ordinationum regiarum cameræ inquæſtarum Parlamenti Toloſæ, fol. xxxix. Quod non eſt cõtra ius cõmune, quo etiã permittitur principi ſeculari præſeruare ab exceſsiuis procurationibus, ſi à prælatis viſitantibus exigerentur, vt eſt tex. in d. cap. illud te volumus. x. q.ó. iij. quod decretum dirigitur principi ſeculari ad exequendum, vt patet ex ſupra ſcriptione illius decreti, iuxta quam papa vel concilium ſcribere conſueuit principibus ſecularibus, & non prælatis eccleſiæ. Quod eſt not. in d. c. clericum nullus. xj. q. j. quæ ſic intelligit dictum capitulũ illud, vt loquatur in principe ſeculari per eccleſiam authorizato ad tales, & ſimiles exactio-
47 nes reprimendas, vt d. cap. de annatis. † Nam conciliorum ſunt principes executores. Præterea dicunt officiarij regij ſemper cognoſcere conſueuiſſe, vbi agitur de infractiõe ordinationum regiarũ, inter quas ſunt decreta Baſiliẽſia in dicta pragmatica incorporata. Quia infringere pragmaticam, & cæteras ordinationes regias nil aliud eſt, quàm temere præſumere ſuper authoritate & iuriſdictiõe regia & regis: cuius ſicut cuiuſlibet alterius iudicis intereſt ſuam tueri authoritatem & iuriſdictionẽ. imò cognoſcere ſi ſua ſit. l. ij. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. & l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. etiam infringẽtes, licet clericos pœnali cohibere iudicio. l. j. ff. ſi quis ius dicenti non obtempera. vt expreſſè decidit dictus dominus Laureti Præſidens in ſuo alle. tractatu. verſi. ſextus & vltimus caſus eſt. allegat Inno. in cap. j. de offic. delega. dicens iudicem ſecularem poſſe tunc nõ ſibi ſubditos coercere capi. Romana. de pœnis lib. vj. Nec propter hoc in ſententiam caderet excommunicationis, prouiſo quòd pro multa non fiat executio in perſona clerici vel bonis mobilibus, ſed in immobilibus & temporalitate. quæ regi eſt ſubiecta. cap. quo iure. viij. diſtinctione de quo dixi in dicto verbo, *Et vxorem nomine Adela.* in primo articulo, & ſecunda deciſione declarando conſuetudinem Franciæ, qua clerici in actione reali, maximè poſſeſſoria coram iudice trahũtur ſeculari. Vnde ſi nunc papa ſpurios, aut baſtardos in regno legitimare vellet, quo caſu ad ſuccedendum in temporalibus, vel alio modo iuriſdictionem temporalẽ vſurpare, occupare, aut quouiſmodo impedire vel turbare: Rex & officiarij talẽ interpriſiã (cùm legitimare in temporalibus ſoli regi pertineat) repellerent authoritate ſua, ſaltem ad illam legitimationem vel alium actum eccleſiæ iuriſdictioni non

pertinentem expeditum nullum reſpectum haberēt: imò impetrantem velut ius, & authoritatem regiam interuertentem punirent: licet cauſa legitimitatis ſit ſpiritualis.cap.tuam. de ordine cognitionū.quia hoc eſt verū,cùm dependet à validitate vel nullitate matrimonij,vt vidiſtis in dicto verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*.in primo art.prin.in prin.Talia enim attentare vel alia cōtra authoritatem, & regias ordinationes ſanctorum patrum decreta,libertates, & priuilegia regni & regnicolarum, vocatur in Francia & apud nos abuſus notorius,qui propriè cōmittitur vbi in actu qui geritur, vſus nullus eſt.l.ob quæ vitia.§.idem Pomponius.ff.de ædil.edict.vel vbi contra naturam actus fit.l.j.§.ſed ſciēdum.ff.illo eo.tit. Or nulla poteſt maior eſſe vſus nullitas, quàm illa quæ à non habente poteſtatē procedit,ſecūdum Inno.Panor.& Doct.in c.cùm olim.de cau.poſ.& propric.& l.extra territorium.ff.de iuriſdi.om.iud.& c.fi.de conſti.lib.vj.quo caſu non paretur, imò etiam à priuato talia repelluntur.l.prohibitū.C.de iure fiſci.lib.x.& plenè in c.ſi quādo.& ff.de legib. Et multo decētius occurri poteſt per poteſtatē ſecularē ordine iuris,ne ſi priuati inſurgerent, ſit cauſa maioris tumultus.l.non eſt ſingulis.ff.de regul.iur. Facit text.in cap.Chriſtianis. xj.q.j.vbi papa cōmuniter reſcribens ait,clericos tibi cōmendo,tuæ ſublimitatis tuitione vallētur,ne quid illis aut ſurreptio, aut inimica legibus violētia neceſſitatis imponat,dicit etiam tex.xxiij.quæſt.v. Adminiſtratores planè ſecularium dignitatū,qui ad eccleſiarum tuitionē pupillorum & viduarum protectionem rapaciúmq; refrenationem conſtituti proculdubio eſſe debēt,quoties ab epiſcopis, & eccleſiaſticis viris conuenti fuerint,eorum querimoniam attentius audiant,abſq; negligentia examinent, & ſtudio dili-
48 genti corrigant. † Præterea Archiepiſcopus nullo modo cognoſcere poteſt in diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum: tamen vbi exceſſus eſt notorius, poteſt de illo cognoſcere.c.Romana.§.ſanè.de cenſi.lib.vj. facit c.Romana.de pœ.eo.lib.Ergo idem erit in ſeculari, aliâs non habente cognitionem.( Additio.) Et ita fuit Areſto Toloſæ pronūtiatum, ſcilicet abuſiuè proceſſum per quoſdam iudices delegatos à ſede apoſtolica,qui quendam dominum Egid. Bellemere archidiaconum eccleſiæ Mirapiſcenſis multis criminibus irretitum,de quibus cauſa pendebat coram ordinariis in curia parlamenti,abſoluerant, parte ac procuratore regio nō vocatis,die **menſis ***. Anno domini M.ccccc.*** Et idem in quocunque iudice eccleſiaſtico,à quo poteſt ad regem,& eius curiā recurri,conqueri,vel etiam appellari, vt quotidie pra-
49 cticari ſolitū eſt,& cācellaria literas cōcedit. † Quia ſicut poteſt iudex eccleſiaſticus ſeculari inhibere, ne ſuam turbet iuriſdictionem,ſic econtra poteſt iudex ſecularis canonico pœnali iudicio, & alio quocunq; iuris remedio inhibere, ne contra iuriſdictionem ſecularem aliquid præſumat,per text.in l. conſulta diualia.C.eod.vbi imperator prohibet eccleſiaſticis de talibus ſe intromittere,ſecundū Bal.in l.ſi teſtamentum.C.eo.titu.Deus profectò poteſtatē regiā ad hoc inter cætera ordinauit in terris,vt eccleſiā & ſanctorum patrū decreta ſynceriter exequi faceret, illibatáque obſeruari. Ad quod in ſua ſacra coronatione iuramenti debito eſt aſtrictus, vt ipſemet rex Franciæ Carolus ſeptimus fatetur in principio pragmaticæ ſanctionis,& in fine §.Nos igitur attendentes, quòd ſicut ſacerdotes debitores ſunt vt veritatem quam audierūt à Chriſto liberè prædicēt, ſic princeps debitor eſt,vt veritatem quam audiuit à ſacerdotibus approbatam quidem ſcripturis,præſertim generalibus conciliis,defendat fiducialiter, & efficaciter exequatur,in authen.quomodo oporteat epiſcopos.in prin. colla.j.& l.fin.C.de ſumma Trinit.Nec refert an via appellationis recurſus, aut ſimplicis querelæ fuerit rex pro tali,aut ſimili exceſſu aditus, quoniam in ſua curia forma non curatur:ſed ſola facti veritas, ſecundum quam curia regia iudicare conſueuit,cū in curia principis non attendatur forma petitionis. Quinimo ſæpe aliter,quàm petitum fuerit iudicatur, & ſæpiùs ſuper eo quod petitū non fuit.l.interdū.la ij.§.qui furem.ff.de furt.vbi fur condēnari poteſt ad rei reſtitutionē,aut dāni reparationē, quæ petita nō fuit, vel ſi aliter petitū eſſet,quā deceat,vt c.ad diſſoluendū. de deſpō.impu.& l.Aemilius.vbi Bar.& Bal.ff.de mino. & c.ad petitionē.de accuſ. de quo ſingulariter loquitur Spec.tit.de actio.& peti.§.ſuper petitionib⁹.verſ. ſed quid ſi reus.de quo dicto ipſum allegans in tit.de appella.Meminit Feli.in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ. xij.col.verſ.vltimò nota quædā.de cōſti.vbi eandem conſuetudinē refert eſſe Venetiis,ſicut in Frācia, vbi faciliter proceditūr,& faciliter proceſſus retractatur per regulam,Nihil tam naturale.ff. de reg.iur.& tex. eſt optimus in l.j.§.& hoc edictū.ff.ſi mulier ventris nomine in poſ.mit.ſecundū Pet.de Anch.conſi.cclx. in fi.Et hoc idem dicit Bald.in c.j.§.inueſtitura.circa fin.de noua fidelit.forma.vbi dicit,ꝙ princeps eſt,& facit vt Deus.in authen.de hære.& Fal.in prin.Deus autem eſt ipſa veritas, quæ nō fallit neq; fallitur.l.fi. C.de ponde.auri.lib.x.Ideo quocunq; modo ſciat veritatē,non debet ire per ambages,ſed ſolam ſequi veritatē,qua inſpecta cauſam decidat,etiā ſi iudiciarius ordo eſſet omiſſus,per text.no.in d.c. ad petitionem. Ad hoc facit quod dicit idem Bal.in c.ij.ij.col.de cōfeſ.ꝙ coram principe valet libellus accuſatorius ſine loco & tempore, quæ aliâs requiruntur in l. libellorum.ff.de accuſ.Et inde eſt,ꝙ cauſas multoties committit ſummariè & de plano ſola facti veritate inſpecta tractandas & decidendas.clem. diſpendioſam.de iudic.& in extrauag.ad reprimēdum. Quod alius facere non poſſet ſine ſpeciali mādato & poteſtate ſibi data,poſito ꝙ legatus eſſet de latere ſedis apoſtolicę, ſecundū glo.quam omnes ſequuntūr in c.fi.de hęret. libro vj.Sed in curia regis Franciæ omnia ſummariè tractantur,cū non curet de apicibus iuris, ſed ſolū ſi quod agitur ſit verum vel non.l.ſi fideiuſſor.§. quædam.ff.manda.& ibi Bart. ꝙ non requiritur litis conteſtatio.facit tex.in l.quintus eo.titul. & l.bona fides. ff.depoſiti. Ideo expreſſè ſtatuit Philippus Pulcher Francorum rex, anno domini M.ccciij.in menſe Februario.cap.viij.& cap.ix.ꝙ propter ineptitudinē libelli actionis vel proceſſus,aut omiſſam ordinis iudiciarij ſolennitatem, dum tamen ex cauſa petendi in iudicio propoſita,certa concluſio & actio,etiam alia ꝙ per partes deducta & cōcluſa elici poſſit,& propoſitis,& ꝓbatis certa poſſit ferri ſententia,iudices ſententiā ferre non omittant, quā rationi viderint conſonam, perinde ac ſi omnia de iure requiſita fuiſſent ſeruata,& ita etiā ſeruatur in curia Parlamenti Delphinatus ſecundū Guid. papæ, quæſt. ccclxix. vnde ceſſat hodie diſputatio ſuper articulis recipiēdis vel non recipiendis,ſecundum eum.quæſt.ccclxvij. Imo curia multoties partes apunctat,viſis litigatis contrariis.Et ꝙ eorum facta latius,& amplius articulabunt per vnum breue intendit.ſuper quibus veritas inqui-
50 ret.†Vnde inqueſta facta etiam ſuper non admittendis ar-



dis articulis,valet & recipitur ſi aliquo modo ſeruiat ad deciſionē cauſæ, ſecundū Bar. in l.ſi duo patroni. §.idē Iulianus.ff.de iureiu.Et licet aduocati reſponderēt articulis,ſaluo iure impertinentiū & nō admittendorū, tamen habetur reſpectus ad inqueſtā ſuper eis factā,ſi cauſæ aliquo modo ſeruire poſſit,præſertim in curia Parlamenti, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta,per text.in cap.dilecti.de iudiciis. ibi, Sed ſimpliciter & purè factum ipſum, & rei veritatē ſecūdum formam canonū, & ſanctorū patrum inſtitutæ inueſtigare curetis &c.Et in cap.abbate ſané.§. cæterum.ibi,quoniā & ſi petitū fuerit indebitè &c.de re iudi.lib.vj.Facit tex.nota.in l.fi.§.fi.ff.quod metus cauſa.vbi per vim exactū non reſcinditur quo ad verum debitum,per quem tex.dicit ibi Bal. ꝙ executio facta pro vero debito non reſcinditur propter ordinem non ſeruatū,nec tenuta data indebitè pro vero debito reuocatur, nec recommēdatio pro vero alieno debito tollit̄ de indebitè carcerato,ſecūdū Bar.ibi per illum tex.dum dicit, quāuis non extra ordinē exactionem fieri,ſed ciuiliter oportuit,quæ tamen ſolutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt reuocari inciuile eſt,quod eſt not.videatis gl. no. ſuper verbo,iuranti in l.j.§.ſi quis argentū.ff.depoſiti. quæ vult libellum ac proceſſum inde ſecutum non vitiari propter ineptitudinē, ſi ex probatione veritas reſultat,quam gloſ.ſummè extollit Ludo.in l. non ſolùm. §.ſed probari.ff.de noui oper. nunt. Et multò minùs vitiaretur ſi de veritate facti conſtaret per confeſſionem partis per tex.in cle.conſtitutionē.in ſi. de elect. & in c.j.&c.ij.de accuſa.lib.vj.& Panor.in c.Piſanis. de reſtit.ſpol.& Bar.in l.ſi confeſſus.de cuſto.reorū. Vnde non eſt ordinatio rei nec ſtylus Franciæ, ſine fundamento vtriuſq; iuris.Etiā in curia Parlamenti ſi filiusfamilias agat vel conueniatur,non requiritur patris conſenſus,ob cuius defectum proceſſus non erit nullus quicquid dicatur in l.fi.§.neceſſitate.C.de bo. quæ libe.& in c.fi.in fin. de iudiciis.lib. vj. Pariter ſi minori xxv. annis, qui de iure perſonam non habet ſtandi in iudicio ſine curatore,non fuerit datus curator,maximè in actione perſonali vel criminali, cùm in criminalibus non curetur patria poteſtas, inſtit.de noxali.actio.§.fin.nec minor ætas niſi in attenuando pœnam.l.auxilium.ff.de mino.& l.j.C.ſi aduer. deli. de quo per Guid.Papæ,quæſt.liiij.& quæſt.ccccx.tamen proceſſus non poterit de nullitate impugnari. Et ſcio,ꝙ curia Parlamenti Burdegalæ in delictis cōtra minores procedens non prouidet eis de curatore, quicquid dicatur in l.clarum.ff.de autho.præſtan. Et ſi minores allegarent ſe Areſto Parlamēti læſos,nūquam audirentur per viam in integrum reſtitutionis, quicquid dicat l.præfecti etiam prætorio. ff.de mino. Et ratio eſt quia per ordinationes regias Prohibitum eſt pœnaliter venire directè,aut indirectè contra Arreſtum curię Parlamenti aliqua via quàm per propopoſitionem erroris. Or quoties per ſtatuta certa via permittitur,cæteræ omnes excluſæ videntur ſecundū eum allegata quæſt.ccccx. Vnde reſtat, quòd in regno Franciæ ceſſat illa ceremonialis iuris communis practica, qua iudices ineptam actionem propoſitam cognoſcentes, ex illa reum condemnare non poterant: Imò ſententia fuiſſet nulla per glo. ſingularem in verbo,ſecundum.inſtitu. de obliga. Sed tenebatur reum abſoluere ab inſtantia,& ipſius iudicij obſeruatione relaxare, actione apta & pertinenti reſeruata actori quoties ea vellet experiri. Quæ practica ſumpta erat originaliter ex textu melioris iuris ciuilis in l.Beblius.§.fi.ff.de pac.dotali. & demū ex ca. examinata.de iudi.(Additio.)Has ordinationes reperietis in regiſtro ordinationum regiarum cameræ inqueſtarum parlamenti Toloſæ,fol. xxxv.verſo. Nec obſtat, quòd curia parlamenti Toloſæ inſtituta fuit, quòd regeretur iure communi ſcripto, vt vidiſtis in verb. *Et vxorem nomine Adelaſiam*. in ſecunda deciſione primi arti. Ex quo viderentur dictæ ordinationes locum non habere in dicto Parlamento, nec aliis curiis patriæ linguæ Occitanæ, quia reſpondetur, ꝙ curiæ prædictæ ius commune ſeruare tenentur, quatenus facit pro eis:cùm eorum fauore conuentū fuerit, ꝙ iure ſcripto regantur, ſed non quatenus facit contra,vel eſſet eis onerosum,prout eſſet ſi dicta iura ceremonialia in maximam litium prolongationem ſeruarentur, quod non eſt dicendum, per l.quod fauore.C.de legi.Præterea tollere ceremonialia prædicta eſt etiam de iure communi ſaltem canonico, vt dicto cap.dilecti.& cap.ad petitionem.Non enim ſunt opportuna ne attendi poſſunt huiuſmodi comitantia in hoc caſu. Nam licet aliquibus curioſis, qui de his quæ non multùm expediunt, ſæpe diſceptant, aliter forſan appareat,vtilius tamen videtur negotia tali expediri compendio,quàm per quandam exactam ſubtilitatem longo diſpendio prorogari:præſertim cùm nonnulla pro vtilitate cōmuni contra iuris aſperitatē ex æquitatis manſuetudine tolerari noſcantur, vt dicit tex.in dicto cap.abbate ſanè.circa fi.de re iudi.lib. vj.Et hinc eſt, ꝙ vſus tolerauit actiones, ſcilicet rei vendicationē & publicianam cumulari poſſe quāuis implicent repugnantiam, & contradictionem. Cum prima dominium præſupponat in actore, alia verò agentem nō eſſe adhuc dominū,vt ibi eſt tex.in prin. dum dicit iure dominij,vel quaſi, ſecundū gloſ.ibi & in §.ſed iſtæ quidē.ſuper verbo,dicit.inſt.de actioni. Ergo facilius ex ineptæ actionis inſtātia ſequi poteſt ſententia condemnatoria vel abſolutoria, vbi cōſtat de ſimplicis facti veritate, quàm reū abſoluere & nouam inchoare inſtantiam, vt circuitus euitetur.l. dominus.ff.de condi.indebi.Sicut infrà dicetur de fideicommiſſario,qui hodie in hoc regno ex æquitate canonica agere poteſt recta via petitorio & poſſeſſorio pro fideicōmiſſo ante illius ſibi factam reſtitutionem per hæredem,ſecundū Bal.in c. in præſentia, de proba.vt circuitus inutilis & vanus euitetur, & lites abbreuiētur,quod reipub.intereſt.l.properandū.§.j.C. de iudi.& c.finē.de dolo & cōtu. Nec eſt hoc mirum cùm etiā partes poſſint ineptitudini libelli renuntia-
51 re, ſecundū Pau. conſil. lxxiij. †Nam ſicut in curia mercatorum procedi debet,& iudicari de bona æquitate nō inſpectis apicibus iuris,vt no. dicit Bar.in d.l. ſi fideiuſſor.§.quædā.& in l.Quintus Mutius.ff.manda.& Bal.in l.ſi pro ea.C.mādati.ex quibus infert idē Bal.ſingulariter in l.ſi mācipiū.§. j.ff.de euict.in ſuis apoſtillis poſt gl.ibi ſuper verbo actū eſſet.ꝙ cùm excuſſio debitoris principalis antequā veniatur ad fideiuſſores ſit de iure requiſita,vt in authen.præſente.C. de fideiuſ.Non habebit locū in curia mercatorū,nec inter mercatores,quod ſequitur Ange.in §. itē ſi quis in fraudē.inſti.de actio.pro quibus eſt tex. in authēt. de fideiuſ.§.fin.colla.j.Ex quibus infert & magis ſingulariter Iaſon in dicto.§. item ſi quis in fraudē.xix. col.in fin.verſi.iiij. limitatur prædicta concluſio &c.
52 † ꝙ illa ſolennitas excuſſionis, quam ius commune in pluribus caſibus requirit, imò ſemper antequam procedatur contra tertiū,ſeruari nō debet de iure canonico,nec in curia eccleſiaſtica, quæ iure canonico

regi debet. cap. decernimus. de iudi. quo nō ſunt curandi apices,id eſt,ſubtilitates iuris ciuilis, vt d.c. dilecti.iuncta glo.in verbo,ſubtiliter. Sic etiam nō ſeruabitur illa ſubtilitas excuſsionis in curiis ſecularibus Franciæ,in quibus.vt dixi, procedi debet ſola facti veritate inſpecta,de qua ſufficit quòd quoquomodo apparere poſsit. Sed quia Iaſon ſuam illationem auſus non fuit verā affirmare,ſic nec ego iſtam, ꝙ in curia Franciæ locū non habeat indifferēter excuſsio. Quia videmus ꝙ locū habet & notoriè ſeruatur niſi in caſibus à iure exceptis. Et in curia mercatorū aliæ rationes militant, quæ cæteris non conueniunt, vt plenè habetur in iuribus præallegatis. facit l.ij. C. de conſtit.pecu.A quibus mercatoribus curias Franciæ liberare dignetur altiſsimus.Vel dicatis,ꝙ curia Parlamenti Toloſæ in decidendo cauſas tenetur ſeruare & iudicare ſecundum ius commune, ſed non in cognoſcendo: quia in his quæ ordinem concernunt iudiciariū,rex,qui ordinationes fecit amplā habet poteſtatem in ea quæ ſunt ordinis remittēdo.cle.diſpendioſam.de iudi.& clemen.ſæpe.de verb.ſig. quod nō poſſet alius etiam legatus facere, ſecundum gloſ.in c.fin.ff. de hære.lib.vj.Sed quo ad cauſarum deciſiones diffinitiuas non poſſet iuri communi in præiudicium partium derogare,præſertim cùm ad illud ſeruandū ſit obligatus ex contractu,vt ibi plenè dixi.Reſtat ergo regem & curias ſuas adiri,& cognoſcere poſſe, ac procedere contra infractores ſuarum ordinationum & decretorum in pragmatica contentorū,adeò quòd Carolus ſeptimus domini noſtri regis auus paternus, anno domini M. ccccliij. ſtatuit & ordinauit cap. ſuarum principalium ordinationū lxxvj.quòd à cancellaria ſua vel curiis ſuorum officiariorum literæ concedātur contra infractores pragmaticæ ſanctionis:dummodo in literis media ſpecificentur,per quæ ipſe impetrans prætendit pragmaticam fuiſſe infractam. Et ſi poſteà in iudicando materiam principalem conſtiterit de infractione illius,quòd tales infractores puniantur,& econtra ſi non cōſtiterit mendia narrata per impetrantem eſſe vera, etiam ipſe impetrās puniatur,ſcilicet arbitrio iudicis. (Additio) Has ordinationes Caroli ſeptimi reperietis in regiſtro dictarum ordinationum cameræ inquæſtarum, fol. cxxiiij.verſi.quarum.c.prędictum eſt.fo.cxxxvij.

53 Reſtat † ergo ad propoſitum noſtrum,quod prælati eccleſiæ honorando clericos in collatione beneficiorum, eos onerare non poſſunt annua pēſione, vel alio quocunque onere.Imò papa hoc facere non poſſet, obſtante ſibi decreto de annatis,vt ſuprà vidiſtis. De quo iampridem erat etiam deciſio concilij generalis antiqua.in cap.extirpandę.§.fi. de præben. facit cap.peruenit.de arbitr. Sunt enim tales penſiones odioſæ tanquā ſeruitutes.cap. quanuis.l.j.de prębend. lib.vj Pinguiùs tamē prouiſū eſt hodie per illud decretum concilij Baſilienſis papam prohibens à quacunq; oneris impoſitione cuiuſcunque nominis ſit,& quacūq; occaſione vel cauſa,aut colore impoſita fuerit contra factum irritum denuntiādo, cum cenſuris inde ſecutis, niſi vt dixi ſuprà in princ. penſionis impoſitio vergeret in vtilitatem eccleſiæ, quę onerata dicitur pēſione. Quod eſſe poteſt in duobus caſibus.
54 à iure expreſsis. †Primò vbi penſio imponeretur pro alimonia renuntiantis eccleſiam,quā regere non poteſt fortè propter ſeniū:quia ſenio cōfectus, vel propter infirmitatem vel aliam perſonę debilitatem non ex delicto ſuo ꝓuenientē,& ſic ex pia cauſa & iuſta, vt habetur in dicta ordinatione beati Ludouici. Quo caſu cùm honeſtè ab adminiſtratione miſſus ſit, ſicut dicitur de veteranis militibus, aut aliâs militare non valentibus: qui priuilegia multa retinent: poterit huic de reditibus eccleſię dimiſſę de congrua penſione prouideri, habita conſideratione, quòd nouus rector ſeu prȩlatus, qui curam habet, non indigeat, & huic renuntianti neceſſaria ſit ad viuendū aliunde non habens.can.quanuis ſit triſte.vij.quęſt.j. Nā hoc caſu intereſt eccleſię,& eius vtilitas maior eſt, quàm ſi prælatus ſibi inutilis eam regeret in detrimentum animarum.Et prætereà,ſi ita non fieret, daretur prælato coadiutor qui cum eo reddit⁹ partiretur.de cleri.ægro.per totum.Et tantùm eſt eccleſiæ,quòd antiquo rectori detur penſio: quia etiam haberet partem fructuum.Ex quo ſequitur, quòd non poſſet penſio conſtitui renuntianti, imò videretur in fraudē canonum facta,vbi haberet alia beneficia, ex quibus poſſet viuere opulenter.Cùm multi ſint, quos dietim videmus,qui ne de pluribus,quæ tenent beneficiis, aliqua ne eis locū in diſpenſatione occupent renuntiāt, retenta ſibi optima penſione,contra quos eſt tex.rotundus in cap.conquerente de cleric.non reſiden.vbi penſio eis aufertur,qui alia habēt beneficia ſufficientia,ita quòd non curatur ſi beneficium penſionarium ſit ſufficiens ad penſionem vel non. Secundò iuſtè cenſetur impoſita penſio, vbi pro bono pacis alteri colligantium, qui iuri per eū prætenſo in eccleſia renuntiauit, & de illo prouiſum fuit,colligatori fuit aſſignata penſio: quia tunc cùm propter diſcordiam contendentiū pateretur eccleſia,& mutuò ſe impedirēt in adminiſtratione. Ex quo multoties eccleſia turbatur,& neſcit durante lite,ad quē illorū recurrat.Et (quod peius eſt) interdum contingit,ꝙ qui titulū canonicum non habet propter potentiā de facto adminiſtrat, & aliquādo nō curās de adminiſtratione fructus rapit.Negari nō poteſt quin eccleſiæ interſit, & eius vtilitas procuretur, ſi veniēt ad pacem, ita quòd eccleſia vni remaneat,& alteri penſio aſſignetur, per tex.not.in cap.niſi eſſent viri prouidi.de præbē.Imò cùm debatum talium vergat in detrimentū ſubditorum,& ſic totius eccleſiæ, etiā ſi nollent cogi poſſent ad pacem & compoſitionē,per tex.in cap. cùm inter R.ſeniorē.vbi Panor.de elect.& in l.j.§.& poſt operis.vbi Alexan.ff.de noui ope.nuntia.Caueant tamen quòd in fraudem canonis non fingant nec ſupponāt litē,cùm multos videamus,qui ad hos fines ſibi quærunt aduerſarios, & qui ſe conſtituunt falsò aduerſarios,ſcientes non habere aliquem colorem tituli, ad fines extorquendi penſionem, quia non valet. Cōtra quos eſt tex.not.in cap.audiuimus. de colluſio. detegē.Sine ergo cauſa legitima vtilitatem eccleſiæ penſionariæ concernēte non valet etiam à papa impoſi-
55 ta pēſio. †Quia licet de iure papa ſine cauſa pēſionē cōſtituere potuiſſet de plenitudine poteſtatis,vt concludunt omnes,& latè Feli.in dicto cap. ad audientiā.l.ij.v.col.ver.iſta procedunt indubitāter.de reſcri. Tamen hodie non poteſt per dictū decretū,de annatis.videatis Petr.de Anch.cōſi.cclxxxx.& ccclxxxix. Oldrad.cōſi.ccxxv.& Feli.in cap.quia veriſimile,de præſumpt.Et hoc quando eccleſiæ conferuntur in titulum: vbi autem in proprietate conferrentur, poſſet onus imponi,& conditio pro voluntate tradentis l.in traditionibus.ff.de pact. quo caſu de eccleſia iudicatur ſicut de patrimonio.cap.cura.de iure pat.ſentit. glo.in c.j.de reg.iur.lib.vj. Et in traditione patrimonij poteſt onus adiici,vt de onere taliarum dixi ſuprà in prin.& ſentit Ludo. alleg. conſil. ccclxix. vbi pro-

pter



pter vnionē prioratus,& ſic iure proprietatis,retenta fuerat penſio.Prætereà tunc penſio non datur perſonæ, ſed eccleſiæ:nam in caſu per Ludo.cōſulto monaſterium ſancti Antonij ad cauſam prioratus ſibi vniti penſionem ſoluebat per Bonifaciū octauum impoſitam monaſterio mōtis maioris,ſicut faciūt capitula & collegia,quibus vnitę ſunt parochiales perpetuò:quia annuatim ſoluunt vicario perpetuo vel conductitio penſionē congruam pro exercitio curæ animarum, vt in cap.extirpandæ.§.qui verò de præben. vbi plenè Panor.Imò eo tunc neceſſe eſt penſionem imponere congruam,quæ vtilis eſt ecclſię pro adminiſtratione curæ,vt ibi.& c.de monachis.eod.titu. &
56 c.j.eod.tit.lib.vj.& in cle.j. de iure patro. † Et idem in fūdatione, aut donatiōe eccleſiæ poteſt per ipſum fundatorē onus imponi,quāuis laicus exiſtat, de quo Panor.in cap.dilectus.de conſue. & Zabarel.in cle.ſi vna.§.j.fi.de rebus eccle.non alien. Et pariter poſſet penſio conſtitui de cōſenſu prælati poſt titulum plenè expeditum, & ex interuallo magno,ne obſtet deciſio Bald.in l.ab Anaſtaſio.C.mādati.quia tūc poſſet papa de plenitudine poteſtatis imponere penſionem alicui perſonæ,quādiu viueret.ſecundum Felin. vbi ſuprà. Nec tūc locum habere decretum de annatis,quod loquitur de onere impoſito in collatione beneficij vel paulò antè, vel poſt ſecūdū Bal.vbi ſuprà: quo caſu nihil operatur plenitudo poteſtatis, etiam cum generali non obſtantia: quæ clauſulæ difficiliùs extenduntur ad cōſtitutiones cōcilij, quàm ad particulares,per tex.in cap.poſt tranſlationē.in ſi.ibi,durum nimis extiterit &c.de renun. facit cap. ex parte, infrà de capel.mona.ſecundum Fel.in c. j.viij.col.de conſti.Quæ omnia notabitis,quia quotidiana.Secunda principalis regula eſt,ꝙ quē non honoro,onerare nullo modo poſſum, nec quouiſmodo grauare nec præiudicare,vt dicta l.ab eo.C. de fideicōmiſ. & dicto.§.libertas. ver. itaq;.inſti. de ſing.re per fideicō. reli.Tamen fallit primò, vbi perſona onerata, quæ honorata non fuit,cēſeretur fictione iuris eadē perſona cū illa, quā teſtator honorauit, quoniā poſſet illā
57 grauare. †Hinc eſt, ꝙ hæres legatarij cui à teſtatore nihil relictum fuit, ita poteſt grauari ſicut ipſemet legatarius,vt dicta l.ſi fuerit.cum l.ſeq.ff.de leg.iij. Et idem eſſet,ſi teſtator filium inſtitueret vel ſeruū alienos: quia grauare poſſet patrem, vel dominum,licet eis nihil reliquerit:quia cùm commodum hæreditatis ſit ad eos perueniturum,fingūtur eſſe eædem perſonæ cum illis,quas teſtator honorauit. l. à patre.ff.de leg. iij.Bar.& Imo.in l.cū filio.ff. de leg.j. Pariter ſi teſtator hæredem inſtitueret pupillum, vel minorem, aut prodigum,vel furioſum, grauare poſſet tutorē & curatorem,vel alium adminiſtratorē.l.peto.§.matre.ff.
58 de lega.iij. † Eodem modo grauare poſſet ſui teſtamēti executores, quibus nihil reliquit. Et pari modo eccleſiæ prælatū, vbi eccleſię reliquit:quia his caſib⁹ cenſetur potius hæreditas vel eccleſia grauata, quàm ipſi adminiſtratores.l.ſi pluribus.ff.de leg.j.Barto.in l.firmo.ff.quando dies leg.ced.& l.ſi quis Titio.ff. de leg.ij.& plenè Bar.in l.alio.ff. de alimen.leg. Secundò fallit dicta regula, ſi teſtator legauerit mixtim,aut fideicōmiſſum reliquit à duobus, ſcilicet ab eo quem non honorauit, nec ei reliquit, & ab eo quem honorauit:quia tunc relictū valebit in totū,& ſolus honoratus tenebitur ad integrum legatū,per tex.not.in l.ſi duobus.ff.de leg.j.per quē conſuluit ſingulariter Bar.
59 conſ.ccxj.incip. Quidā ſibi filios hæredes. † ꝙ ſi teſtator habeat pro indiuiſo.bona communia cum fratre,& Semproniū inſtituat hæredem, vxori verò ſuæ alimenta relinquat in bonis cōmunibus, ſcilicet partim in ſua parte, & partim in parte ſui fratris: totum relictum alimentorum ab hærede teſtatoris erit præſtandum,cùm ſimul ei coniunctim alimenta reliquit in bonis ſuis & fratris,quòd eſt perpetuò notandum, ſecundum Pau.& Alex.in dicta l. ſi duobus. Tertiò fallit, vbi teſtator aliquē grauaret, cui nihil reliquerat, vt aliquid daret de eo,quod in caſum certum cōſueuiſſet ad ipſum grauatum trāſire, vt probatur in l. deniq;.§.interdū.ff.de pecu.lega.iuncta gloſ.in verb. iuris in l.vnica.C.de pecul.eius qui liber. meruit. Nā ſicut videmus ꝙ ſi ſeruus inter viuos manumittatur, tranſit in eum peculium, vt d. l. vnica. ſic etiam ſi in vltima voluntate libertas ſeruo relinquatur, & in peculio grauetur,valet grauamen,quāuis legatū libertatis non ſit pecuniariū. Et ratio quare valet grauamen eſt,quia fuit cauſa cōſequendi cōmodum pecuniariū, ſcilicet peculiū,ſecundum Imo.hîc, & in l.Centurio. de vulga.& pupil.& Alexan.in dicta l.cum filio.ff.de lega.j.Ex quorum verbis clarius hoc demonſtrando ſic dicere poteritis, ꝙ vbi grauamen iniunctum eſt cauſa honoris in grauatū tranſeūtis, aliâs non tranſituri,tale grauamē tenet & debetur.Quia licet imponatur non honorato aliquo pecuniario commodo, tamen quia illud onus eſt cauſa honoris pecuniarij cōſequendi, tale grauamen & onus tenet & debetur, & ſic ſufficit vt quis grauari poſſit,ꝙ fuerit principaliter honoratus,vel in conſequentiā oneris iniuncti, per tex.not.in dicta l. deniq;.§. interdum. vbi fuit libertas ſimpliciter relicta ſeruo habenti peculium: & quia non poterat ſeruus grauari,cùm honorem conſecutus non eſſet ſeu commodum pecuniarium,vt vidiſtis ſuprà in prima regula,quia libertas non eſt pecunia æſtimabilis, nec etiam ad legatum libertatis in teſtamēto,vel alia vltima voluntate veniret peculiū, licet aliud eſſet ſi inter viuos conſequeretur libertatē: vt dicta l.vnica.& ſic ſeruus nō fuit à teſtatore pecuniariter honoratus:tamen quia ille ſeruus cui libertas relicta fuerat,fuit à teſtatore grauatus, redditis rationibus dare cētum hæredi, ex illo tali onere iniuncto ſibi pertinuit peculium, & ſic onus & grauamen fuit cauſa peculij, & ſic honoris conſequendi, certè tale onus iniunctum non honorato tenet, vt ibi eſt text. notab.qui hoc modo declaratus poterit vobis ſeruire ad multa.videatis Bart.in l.cùm tale.§.ſi.ff.de condi.
60 & demonſtr. † Tertia regula eſt, quòd teſtator non poteſt hæredem in plus grauare, quàm apud eum remanere debeat deducto onere.l.ciuitatibus.§.fin.vbi Bart.& l.nō amplius.§.j.ff.de leg.j.& l.Pamphilo.§.ſi.ff.de leg.iij.Salic.in l.ſina.C. quando dies leg. ced. Quod eſt verum, etiam ſi honoratus ex re legata vel fideicōmiſſo, cōſecutus ſit maius commodum,quàm ſit ipſum legatum vel fideicōmiſſum: forte quia cōſecutus fuit vſuras, vel aliud lucrū negotiādo. Nam vltra hoc grauari non potuit vltra valorem corporis legati vel fideicommiſsi: quia hoc lucrū non habuit à teſtatore, ſed à fortuna, vel eius induſtria. text. eſt nota.in l.imperator.§.ſi centū. & §. cùm quidam.ff. de leg.ij.Et idem ſi oneratus fideicommiſſo damnū, aut pœnam euaſit cum re, vel pecunia legata multo maiorem,quàm eſſet res legata:quia propter hoc grauari nō potuit vltra valorem legati, aut fideicōmiſsi, in quo honoratus fuit.Idem forte eſſet in eo, qui ſpeciem ſibi legatam plus vendidit, quàm valeret: quia etiam in illo pluri non potuit grauari, quia cum habuit à fortuna vel fatuitate emptoris.tex.eſt not.in l.

61 iij.ff.ad legem Fal.†Sed hæc regula fallit.Primò,ſi te-
ſtator vni hæredum rem aliquam prælegauerit, aut
partem rei.Nam vltra valorem prælegati poteſt ipſũ
grauare:quia licet vt legatarius à teſtatore commodũ
non ſentiat,tamen commodum ſentit vt hæres,quod
ſufficit.Cùm idẽ homo ſit legatarius, & hæres.l. Ne-
ſennius. ff. ad legem Falc. ſecundum Bart. in dicta l.
Pamphilo.§.fi.& Iaſon in dicta l.ab eo.Secundò fal-
lit in caſu.l.Titio Seio.§.Seia libertis.ff.de lega.ij.vbi
licet perſona vltimo decedens honorata non fuerit
niſi in dimidia,quo caſu videbatur non poſſe vlterius
grauari, tamen quia eadem perſona poſtea ex tacito
fideicommiſſo habet totum, potuit in totum expreſ-
ſè grauari,licet nõ fuerit expreſſè in toto honoratus,
vt ibi eſt tex.ſing.ſecundum Doct.idem vbi grauare-
tur legatarius quantitatis in ſpecie propria danda va-
lente vltra quantitatem ſibi relictam, vt dicta l. Im-
perator.§.ſi centum.ff.de lega.ij.vbi bona glo.plures
62 ponens caſus ab hac regula fallentes.† Et hæc ſubſti-
tutio fideicommiſſaria,ſeu fideicommiſſum fit aliquã
do purè,vt interdũ ſub conditione.purè fit,vbi con-
ditio vel dies non apponatur ad faciendum reſtitutio
nem,putà ſi teſtator dicat:Titium hęredem inſtituo,
& rogo eum quòd hæreditatem reſtituat Caio.Nam
hoc caſu tale fideicõmiſſum dicitur purũ,ita ꝙ mor-
tuo teſtatore illico cedit tẽpus,& dies reſtituẽdæ hæ-
reditatis,& taliter cedit, ꝙ ſi Caius fideicommiſſariè
ſubſtitutus decederet antequam Titius hæres, & hæ-
63 reditatẽ reſtitueret. †Tale fideicõmiſſum vniuerſale
trãſmitteretur ad hæredes fideicommiſſarij defuncti,
etiam ſi ante verbalem reſtitutionem ſibi factam de-
ceſſerit.l.ſi in perſonam.C.de fideicõmiſ.vbi plus di-
citur,ꝙ tranſmittitur etiam non agnitũ, ſcilicet ſi fi-
deicõmiſſarius deceſſerit prius quàm fideicõmiſſum
64 agnouerit, vel alio modo acceptauerit. † Et fit hæc
tranſmiſſio ad quoſcunq; hæredes fideicommiſſarij,
etiam extraneos, vt ibi. Nam licet hæreditas per hæ-
redem non adita,non tranſmittatur, ſi hæres ante adi
tionem moriatur.l.qui ſororem.C.de iure delib. & l.
vnica.§.in nouiſsimo.C.de cadu.tol. Et fideicõmiſ-
ſarius vniuerſalis habeatur loco hęredis.l.j.§.ſi filius.
ff.quod cũ eo.Tamẽ fideicõmiſſum Vniuerſale trãſ-
mittitur ad quoſcunq; hæredes fideicõmiſſario mo-
riente ante omnem reſtitutionem realem, aut verbo
ei factam, vt d.l.ſi in perſonam. & l.apud Iulianum.
§.Antiſtia.& l.cogi.§.idem Mætianus.ff.ad Trebel.
licet glo.contrarium voluerit in dicta l.cum filio. ff.
de leg.j.& in l.à teſtatore.ff.de cõdi.& demonſtra. &
malè ſecundum Docto.ibi. Plus dico,ꝙ etiã ſi fidei-
cõmiſſarius vniuerſalis moriatur antequàm hæres di-
rectus & grauatus hæreditatem adeat, tamen adhuc
fideicõmiſſum non agnitum tranſmittit.l. quidem. in
prin.ff.ad Trebel.quicquid ibi dixerit glo. Et ita cõ-
muniter tenetur in dicta l.cùm filio.Et hæres directè
inſtitutus,& purè de reſtituendo grauatus tenebitur
mortuo fideicõmiſſario hæreditatẽ reſtituere hæredi-
65 bus præmortui fideicõmiſſarij,vt ibi. † Et ratio dffe-
rentiæ quare magis tranſmittitur fideicõmiſſum vni-
uerſale non agnitũ ad quoſcunq; hæredes, quàm hæ-
reditas non adita, eſt quia hæres ante aditam hæredi-
tatem non habet in ea aliquod ius formatum in eſſe:
cùm pro illa adeunda nõ ſibi cõpetat actio,nec aliud
remedium contra aliquem, ſed ipſe poteſt eam ſolus
adire extra iudicialiter,quando vult. Antequàm ergo
adeat,nullum habet ius in eſſe formatum, licet poten-
tiam habeat acquirendi,& ſic nihil poteſt tranſmitte-
re.Hinc dicimus hęreditatem non aditam non eſſe in
bonis noſtris,per tex.ſing. in l.pretia rerum. ff. ad le-
gem Falc.ſecundum Bal.in l.ij.C.de iur. & fact.igno.
Sed fideicommiſſarius vniuerſalis ante omnem reſti-
tutionẽ ſibi factã habet ius formatũ,quia actionẽ ha-
bet ex teſtamento cõtra hæredẽ,ſi hæreditatẽ adiue-
rit,vel ante aditam hæreditatẽ habet officium iudicis
ad cogendum eum adire, & reſtituere. Quod iudicis
officium loco actionis ſubrogatum eſt tranmiſsibile
ad hæredes,ſicut dicimus de beneficio in integrũ re-
ſtitutionis. quod officio iudicis petitur. l.non ſolùm.
ff.de in integ.reſtit.quia eſt trãſmiſsibile,vt ibi. Ergo
non mirum ſi fideicommiſſarius moriendo ius iſtud
formatum tranſmittat, vt dictum eſt, ad hæredes. Et
hæc eſt veritas, ſiue fideicommiſſum vniuerſale reli-
ctum fuerit principaliter, & expreſſè in teſtamento
66 vel codicillis, † ſiue fuerit tacitè inductum virtute
clauſulę codicillaris in teſtamento appoſitæ, ſecun-
dũ Alex.in dicta l.cùm filio.xij.col. & Iaſo.in l.cum
ſecundũ.C.de fideicommiſ.licet Bar.in l.j. ff. de iure
codi.voluerit hoc vltimo caſu fideicõmiſſum nõ eſſe
tranſmiſsibile,donec fuerit agnitum. Quod eſt mira-
bile dictum & ſingulare,tamen cõmuniter non tene-
tur:imò ꝙ indiſtinctè tranſmittitur fideicõmiſſum.
Nec obſtat,ꝙ reſtitutio fideicommiſsi fieri non po-
67 teſt, niſi illi de quo teſtator diſpoſuit. † Et hinc eſt,
ꝙ fideicommiſſum vniuerſale cedi nõ poteſt,nec co-
gitur hæres fideicommiſſum reſtituere, etiam procu-
ratori in rem ſuam.l.mulier.§.ex aſſe.ff.de iur.do. vbi
eſt de hoc tex.ſingularis,ſecundum Bald.in cap.non-
nulli.vj. col. de reſcript. tangunt gloſ. & Docto.in l.
apud Iulianũ. §.vtrum.& l. ſeruo inuito.ff.ad Treb.
68 Nam illud eſt verum,† ꝙ hæres rogatus non tenetur
fideicommiſſum reſtituere vniuerſaliter ei,qui ſucce-
dit titulo ſingulari & particulari, prout eſt ceſsiona-
rius vel donatarius, quãuis ſint procuratores in rem
ſuam, & ita propriè loquitur text. in dicto §.ex aſſe.
ſecùs ſi titulo ſuccedat vniuerſali ſicut facit hæres fi-
deicommiſſarij, qui cùm perſonam fideicommiſſarij
repręſentet,in totum cẽſetur eadem perſona cũ ipſo,
in authen.de iureiur.à morien.præſti.in princip. Ceſ-
ſionarius autem perſonam fideicommiſſarij non re-
præſentat, nec eſt eadem cum ipſo : ideo ei fieri non
poteſt fideicõmiſsi reſtitutio:nec valet ceſsio fideicõ
miſsi vniuerſalis,cùm cedi non poſsit,licet tranſmit-
69 tatur vt dictum eſt. † Nec obſtat regula, ꝙ quicquid
eſt tranſmiſsibile eſt ceſsibile, per l.ex pluribus. ff.de
admi.tuto.quia non eſt verum:nec procedit dicta re-
gula affirmatiuè. Imò videmus multa ſui naturâ eſſe
trãſmiſsibilia,quæ cedi nõ poſſunt, prout ſunt actio-
nes directæ,quæ tranſmittuntur ad hæredes,& tamen
cedi non poſſunt,vt ſcilicet tranſeant in ceſsionariũ,
cùm ita ſint oſsibus affixæ, quòd euelli non poſſunt,
ſecundum glo.in l.iij.ff.pro ſocio.imò dicit alibi glo.
in l.frater à fratre.ff.de condi. indeb. quòd ſicut lepra
ſequitur leproſum quocunque vadit, ſic actio directa
ſequitur principalem contrahentem ; ita quòd euelli
non poteſt nec ſeparari ab eo. Sed procedit dicta
regula negatiuè,ſcilicet quòd ea quæ non ſunt tranſ-
miſsibilia,etiam cedi non poſſunt, & ita propriè lo-
quitur text. in dicta l.ſi ex pluribus. vbi dicta regula
fundatur.fortior enim eſt tranſmiſsio, quàm ceſsio.
70 †Reſtat ergo vera concluſio,quòd fideicommiſſa-
rio decedente ante fideicommiſſum agnitũ per eum,
& ante omnem reſtitutionẽ, poſito etiam quòd hæ-
res directus de reſtituẽdo grauatus nõ adierit hære-
ditatem ; fideicõmiſſum vniuerſale purè vel in diem
certũ,quod idẽ eſt,relictũ,trãſmittitur ad quoſcũque
hæredes.



hæredes fideicõmiſſarij, ſecũdum Bar.in d.l.cũ filio
& Alex.plenè in l.ſed ſi ad tempus.ff.ad Trebel.vt vi
71 debitis infrà, *Mortuo itaq; teſtatore.*ij. † Secus autem
eſſet,ſi relictum fuiſſet ſub cõditione, vel in diem in-
certam,ſcilicet cùm hæres vel quicunque alius extra-
neus morietur. Quia ſi fideicommiſſarius decederet
ante euentum conditionis,aut diei incertæ,fideicom-
miſſum nõ trãſmitteret per regulam l.vnicæ.§.ſi autẽ
ſub conditione.C.de cad.toll.& cõſuluit Ludo.cõſi.
xvij.incip.Viſo puncto mihi propoſito.& cõſi. cccc-
lxxx.incipien.In caſu propoſitæ conſultationis.Imò
quod fortius eſt,fideicõmiſſum conditionale filio re-
lictum vel alteri deſcendenti nõ tranſmitteretur etiã
in ſuos eo moriente ante euẽtum conditionis, ſecun-
dum gl.Bar.& alios in l.j.C.de his qui ante aper. tab.
gloſ.in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebel.tex.in l.
ſi in perſona.C.de fideicommiſ. licet gl. ſolitaria in l.
is cui ſub cõditione.§.fin.ff.de actio.& oblig. tenue-
rit contrarium,& malè ſecundum omnes:quia cõtra
eam tenet Bal.in l.ſi auus.C.de libe.præter. & in cap.
j.qui ſucceſ.teneantur in vſibus feudo.& in l.ſi pater.
in x.quæſt.C.de inſtitu.& ſubſtitu.Oldr.conſ. cxxxj.
incip.Quidam habens tres filios.& Ludo.conſil.xix.
incipien.ſuper puncto præmiſſo. Quod tamẽ limitat
ſingulariter Oldr.conſil.cxxxix.incip.Ad habendum
aliqualem notitiam. In deciſione quintæ quæſtionis,
quam vobis tradidi in verbo,Et ſoboles quam geſta-
bat, in fine. Videatis quæ dixi in materia pupillaris
ſubſtitutionis ſuprà circa finẽ, vbi ponitur alia limi-
tatio. Præterea intelligatis ſanè fideicommiſſum
conditionale mortuo fideicommiſſario ante cõditio-
nis euentum non tranſmitti etiam ad ſuos poſteros,
ſi in teſtamento vel alia vltima voluntate fuit reli-
ctum.Secus autem ſi relictum fuiſſet in contractu vel
alia diſpoſitione inter viuos: quia tunc tranſmittere-
tur per tex.in §.ex conditionali.inſtit.de verb. oblig.
vt dixi,& per exempla.declaraui ſuper verbo, *Et vxo-
rem nomine Adelaſiam.* in primo articulo ſucceſſio-
num ab inteſtato. loquendo de iure repræſentationis
nepotum loco filiorum præmortuorum. Si autem
fideicommiſſum relictum foret ſub conditione neceſ-
ſaria,putà cùm fideicõmiſſarius morietur, tũc tranſ-
mitteretur.ſecundum gloſ.in l.poſt mortem.C.de fi-
deicõmiſ.Circa quæ videatis,quę plenè ſcripſi in ma
teria pupillaris ſubſtit.In primo & ſeptimo principa-
72 libus artic. † Sanè tamen intelligatis, quòd ſuprà di-
xi, quòd fideicommiſſum vniuerſale purè relictum
ilico vel conditionale poſt conditionem purificatam
tranſmittitur per mortem fideicommiſſarij, ſi hæres
directus de reſtituendo grauatus adierit hæreditatem
ſaltem poſt mortem fideicommiſſarij : quia aliàs ſine
hęreditatis aditione fideicõmiſſum ſortiri non poteſt
effectum. Imò ſi hæres directus reſtituere rogatus de
cederet ante hæreditatis aditionem fideicommiſſum
extingueretur.l.ille à quo.§. ſi de teſtamento. ibi, ne
prius hæres decedens fideicõmiſſarium decipiat.ff.ad
Trebel.Nec poſſet hæres hæredis adire hæreditatem
delatam ſuo prædeceſſori,cùm vt dictum eſt,hęredi-
tas ante aditionem non tranſmittatur, dicta l. quoniã
ſororem. Vnde ſequitur quòd,hærede ante aditionẽ
73 moriente, extinguitur fideicommiſſum. †Niſi in ca-
ſibus ſequentibus, in quibus hæc regula fallit. Pri-
mò vbi hæres de reſtituendo grauatus eſſet de ſuis.
quia ſi de ſuis fuerit hæredibus, qualis eſt filius patri,
in cuius poteſtate eſt conſtitutus, vel alius primũ lo-
cum ſuitatis tenens, tunc nõ requireretur hæreditatis
aditio,cùm ſola exiſtentia ſuitatis,tunc fideicommiſ-
ſum confirmaret.l.ita tamen.§.ſi pater.ff. ad Trebel.
Quod qualiter intelligatur, dixi plenè in materia vul
garis ſubſtitutionis tractando eius ſextum effectum,
vbi hoc firmaui cum duabus limitationibus, & latè,
ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſtatore.* ij. dicam. Secundò
fallit,vbi hærede rogato mortuo, idem hæres ad ſuos
hæredes tranſmiſerit ius deliberandi & adeundi hæ-
reditatem, putà quia hæres rogatus deceſſit infrà an-
num à tẽpore ſibi ſcienter delatæ hæreditatis,quo ca-
ſu reſiduum illius anni tranſmiſit ad hæredes. l. cum
antiquioribus.C.de iure delibe.ſecundum plenè not.
per Barto.in l.ventre.ff.de acquir.hær. Et dicam ple-
niſſimè ſuper dicto verbo, *Mortuo itaq; teſtatore.* ij.
Præſertim dum tractabo tertiam ſpeciẽ tranſmiſſio-
nis:quia tunc hæres hæredis adire, & per aditionẽ fi-
deicõmiſſum cõfirmare poterit.Et ſi adire nollet,co-
gi poſſet ſicut potuiſſet ipſemet hęres mortuus.l. eam
quam.C.de fideicommiſ.& dicam ſtatim. Tertiò fal-
lit in caſibus,in quibus hæreditas non adita tranſmit-
titur, de quibus dicam vbi ſuprà. Quartò fallit, vbi
hæres directus de reſtituendo grauatus,qui hęredita-
tem non adiuit, fuiſſet minor xxv.annis. Quia cùm
ad eius hæredem tranſmiſerit ex perſona ſua in inte-
grum reſtitutionẽ,qua mediãte reſtitui poteſt aduer-
ſus omiſſam hæreditatis aditionem. l. Pantonius. ff.
de acquir.hære.& dicam vbi ſuprà : tunc hæres hære-
dis grauati mortui cogi poterit adire & reſtituere. Et
has fallentias probat Bart. per tex.in l. cùm in plures.
§.meſſem.ff.locati.& in l.ij.§.Labeo.ff.ne quid in lo
co publi.vbi dicitur, ꝙ cogi poteſt quis adire propter
alium,& melius allegare potuiſſet l.quod ſi minor.in
prin.ff.de mino.& l.ſi minoris actum.ff.de admini.tu
to. Quintò fallit,ſi ante aditionem tamen poſt coa-
ctionem hæres reſtitutione grauatus deceſſerit: quia
non extinguitur fideicommiſſum, ſed debetur ab eo
quem vadit hæreditas, ſiue ſit hæres, ſiue ſubſtitutus,
per text.ſingularẽ in l.non iuſtam.C.ad Treb.ſiue ſit
de venientibus ab inteſtato ſuccedens teſtatori fidei-
committenti.l.poſt cõſanguineos.in fin.C.de ſuis &
leg. hęred. ſecundum Bar.in dicta l.ille à quo.§.ſi de
74 teſtamento.ff.ad Trebel. †cùm ergo hærede grauato
moriente ante hæreditatis aditionem extinguatur re-
gulariter fideicommiſſum ( vt dictum eſt.) Sequitur
quòd fideicommiſſariè ſubſtitutus,ſeu fideicõmiſſa-
rius cogere poteſt hæredem adire, ne pereat fideicõ-
miſſum,& demum cogere ipſum poterit ſibi reſtitue-
re hæreditatem,ſiue talis hæres rogatus ſit capax hæ-
reditatis,ſiue incapax, quia in hoc caſu potius conſi-
deramus capacitatem fideicommiſſarij, cui hæredi-
tas reſtituenda venit, quàm ipſius hæredis reſtitue-
re debentis, qui nõ præſtat niſi nudum miniſterium.
75 †Quod verum intelligatis, ſi illa incapacitas hære-
dis ei ſuperuenit ex poſtfacto, quæ potius dicitur in-
dignitas. prout eſt in illo hęrede rogato, q. capax eſt
hæreditatis capiendę,ſed efficitur indignus culpa vel
delicto ſuis, vt quia fortè hæreditatem adiuit nõ vin-
dicata nece defuncti teſtatoris vel inteſtato mortui.
A quo licet capax exiſtat,poteſt fiſc⁹ auferre hæredi-
tatem,tanquam ab indigno. Tamen cogi poteſt talis
hæres hæreditatẽ adire, & eam fideicõmiſſario reſti-
tuere,& ita loquitur tex.iuncta glo.in l.Marcellus.§.
fin.ff.ad Trebel.Si autẽ hæres reſtituere rogatus,eſſet
ab initio incapax in totũ,tunc quia inſtitutio de ipſo
pro non ſcripta & non facta,cogi non poſſet adire&
reſtituere,ſecundum gloſſ.in l.eam quam.C.de fidei-
commiſ.Adeo etiam,quòd illi ad quos vadit hæredi-
tas ſiue ſint ſucceſſores ab inteſtato, vt quia hæres eſt

incapax, ſine ſuo delicto, ſine ſit fiſcus ad quẽ vadit
hæreditas, vt quia vitio ſuo hæres grauatus eſt inca-
pax, vt ſuprà dixi, illi tales non tenẽtur ad onus fidei-
commiſſi, ſed perit, & pro non ſcripto habetur. l. ſi in
metallum. ff. de his quibus vt indi. Siue ſit fideicõmiſ-
ſarium vniuerſale, ſiue particulare, cùm inter illa quo
ad hoc non ſit differentia, ſecundum Bart. in dicta l.
eam quam. quem ibi ſequitur Iaſon. in vltima col. &
Alexãd. in l. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. ad Trebel. Licet
Bald. in l. ab eo. C. de fideicommiſſ. aliud dixerit, &
76 malè, ſecundum eos. †Nam vtroque caſu hæredes ab
inteſtato, aut fiſcus non tenebuntur ad fideicommiſ-
ſum vniuerſale, nec particulare legatum reſtituẽdum,
niſi in tribus caſibus. Primò, niſi quis eſſet incapax
à principio propter delictum à ſe commiſſum circa
teſtamentum. l. filius. §. fina. ff. de fal. & l. fina. ff. de his
qui pro non ſcrip. haben. Secundò, niſi ab initio eſſet
inſtitutio hæredis inualida propter errorem teſtantis
circa coniunctionem perſonæ inſtitutæ: caſus eſt in
dicta l. eam quam. ſecũdum vnum intellectum. Ter-
tiò, niſi fideicõmiſſum eſſet ad cauſam piam relictũ.
l. pater filium. §. Iulianus. ff. de lega. iij. & not. in l. co-
dicillis. ff. de lega. ij. In his enim caſibus, licet hęres ſit
incapax, hęreditatis habendæ, tamen cogi poteſt adi-
re & fideicommiſſario reſtituere, ſecundum gloſ. fin.
vbi Docto. in d. l. eam quam. Or multò magis vbi hæ
res eſt capax, cogi poterit adire per fideicommiſſa-
77 rium. † Et ſi eſſent plures fideicommiſſarij, vnus ſo-
lus hæredem cogere poſſet hæreditatem adire, vbi cę-
teri non curarent, & non ſolùm poſſet vnus cogere
hæredem pro ſua parte, imò in totũ cogere cum poſ-
ſet adire, & reſtituere, dicta l. cogi. §. Metianus. ff. ad
Trebel. Plus dico, quòd ſi eſſent plures fideicom-
miſſarij ſucceſſiuè rogari, & quibus ſucceſſiuè per-
uentura eſt hæreditas: & primus nõ curaret hęredem
directum cogere adire & reſtituere hæreditatem, tũc
ſecundus vel deinceps: imò vltimus hoc poſſet, vt di-
78 cta l. cogi. §. ſi ego. vbi Barto. † Et quòd hęres, adire
& reſtituere cogatur, petere poteſt fideicommiſſarius
à iudice in præſentia hæredis compellendi, ſi pręſens
fuerit, vel in eius abſentia etiã ipſo hęrede nõ vocato.
79 †Nam ſicut hęres abſens poteſt per nuntiũ vel epi-
ſtolam, aut procuratorem recuſare adire hæredita-
tem, quamuis eam adire non poſſet per eos. l. Paulus.
ff. de acquiren. hæredit. & dicam infrà, *Mortuo itaq;
teſtatore*. j. Sic etiam in eius abſentia poteſt ſubſtitu-
tus, ſeu fideicommiſſarius impetrare à iudice, quòd
hæres adire cogatur: quia hoc iudicium non eſt ordi-
80 narium, ſed ſummarium. † Ideo iudex, hærede nul-
latenus, vocato literas præceptorias decernere pote-
rit; quarum medio præcipietur ei, quòd hæreditatem
adeat, & eam infrà certum tempus reſtituat periculo
fideicommiſſarij. Quia aliàs cogi non poſſet adire,
niſi periculo fideicommiſſarij, id eſt, quòd omne da-
mnum quod timet ſibi ex aditione hæreditatis in-
ferri, ei ſarciatur, vel à prætore remittatur. l. apud Iu-
lianum. §. j. vbi Barto. ff. ad Trebel. & ſi ſe opponeret
præcepto, audiendus eſſet. Hęc practica probatur per
Barto. ff. de noui operis nuntia. l. de pupillo. §. memi-
niſſe. vbi dicit, quòd valent talia præcepta in abſenti-
tia partis decreta, dum tamen admittatur oppoſitio,
ſi eam fieri contingat, ita quòd non eſt neceſſe incipe
re à ſimplici edicto de in ius vocando. de quo plenè
Ange. in §. curare. inſtitu. de actio. Vel poterit iudex
alio modo practicando literas dare contra hæredem,
quòd veniat ad dicendum coram eo & declarandũ, ſi
hęreditatẽ adire velit, aut non. Et ſi adire recuſauerit,
cogetur per iudicẽ cuiuſcunq; authoritatis vel digni-
tatis fuerit ipſe hęres, etiã ſi eſſet fiſcus, vel reſpub. aut
ſuccedentes defuncto ab inteſt. Et quamuis hęreditas
ſit vilis, & pauci valoris, vel teſtator humilis perſona
fuiſſet, & ſi die aſſignata hæres non cõparuerit aditu-
rus vel recuſaturus hæreditatẽ, tale præceptũ ſeu de-
cretũ pręcepti operabitur in eius contumacia. Quòd
ſi hæres moreretur die ad cõparendũ elapſa, vel ante
diem: imò ſi decederet ante notificationẽ decreti præ
ceptiui contra hæredem cõceſſi, adhuc non adita hę-
reditate, fideicõmiſſum non extingueretur: quinimo
eius hæres ad ipſum reſtituendum fideicommiſſario
cogeretur, vt dicta l. non iuſtam. C. ad Trebel. Sufficit
enim, quòd literæ præceptoriæ fuerint ante mortem
hæredis per iudicem decretæ & conceſſæ, quamuis
nondum executatæ nec hæredi intimatæ. Quod eſt
verum, etiam ſi tale decretum ad vnius ex pluribus fi-
deicommiſſariis inſtantiam emanaſſet, cæteris non
curantibus. Quoniam omnibus proderit diligentia
vnius hęredem cogere petentis. vt dicto §. Męetianus.
prout hęc omnia probantur in l. quia poterat. & l. ſed
& qui magna. & l. recuſare. §. j. & vbique Bartol. ff. ad
81 Trebel. †Plus dico, ꝙ etiam ſi hæredes per quorum
ſolam exiſtẽtiam abſq; alia aditione fideicommiſſum
confirmatur, vt ſuprà dixi, ſi rogati fuerint hæredita-
tem aſcendentium reſtituere, cogi poterunt per iudi-
cem adire hæreditatẽ, ſeu illi ſe immiſcere, ſi fideicõ-
miſſarius hoc requirat, cuius intereſt, ꝙ adeant. Quia
licet neceſſe non ſit adire ad confirmationem fideicõ
miſſi, quod iam firmatum eſt ſola exiſtentia ſuitatis:
tamen expedit fideicommiſſariè ſubſtituto, quòd ta-
les ſui hæredes ſe immiſceãt expreſsè propter facilio-
rem probationem. Nam licet exiſtentia ſui hæredis
filios non obliget, nec adire cogat propter ius abſti-
nendi eis à pętore conceſſum, vt latè videbitis infrà,
*Mortuo itaq; teſtatore*. ij. vbi ſubtilis tractabitur mate-
ria ſuitatis: tamẽ vt proſit fideicommiſſario, cogun-
tur liberi parentum hæredes ſe immiſcere hæreditati:
quia per beneficium abſtinendi comparantur hære-
di extraneo. l. nam nec emãcipatus. ff. de lega. primo.
82 Or † extraneus hæres, vt vidiſtis, cogi poteſt adire
etiam ſi hæreditatem repudiaſſet, ne fideicommiſſum
pereat, ſecundum Bartol. in dicta l. ita tamen. §. ſi pa-
ter. ff. ad Trebellia. Nam quantumcunque fideicom-
miſſario poſſet alio remedio eſſe conſultum, tamen
83 hæres adire cogitur, vt ibi, in §. qui rogatus. †Et co-
gitur adire officio iudicis, & hæreditatem reſtituere,
vt dicta l. quia poterat. & clariùs probatur inſtitu. de
fideicommiſ. hæredita. §. quia autem. Si autem hære-
ditatem adiret ſponte, tunc cogeretur eam reſtituere
actione directa, vel vtili ex teſtamẽto, vt tetigi ſuprà,
& ita intelligitur gl. in dicta l. reſtituta. §. j. ff. ad Tre-
bellia. & in l. ex ea. C. illo eod. titu. ſecundum Cy. ibi,
& Bar. in l. ſi legatarius. §. j. & l. nõ eſt cogendus. ff. ad
84 Trębel. † Et vbi hæres adire cogitur per iudicem
ad requeſtam fideicommiſſarij, nullum damnum pa-
titur, nec diſpendiũ ſentit, ſed totum fideicõmiſſario
85 pertinet. †Nam ex ſenatuſconſulto Trebelliano hãc
fideicommiſſariam ſubſtitutionem cõſeruante ex ſe-
ipſo vel attributiuè quinque habemus remedia. Pri-
mum eſt, quòd hæres reſtituere rogatus cogitur hęre-
ditatem adire, & eam fideicommiſſario reſtituere, vt
dictum eſt. De æquitate autem huius iuris canonici
non eſt opus aliqua actuali reſtitutione verbali vel
reali: imò ilico die fideicommiſſi contingente ipſo
iure tranſit hæreditas in fideicõmiſſum, ſeu fideicom-
miſſariè ſubſtitutum, vt eſt text. quem ibi ad hoc ex-
preſsè



preſsè ponderauit Bal. in cap. in præſentia. de proba.
Et ſic hodie ceſſant multæ vanæ ſubtilitates, & cir-
cuitus inanes, quæ circa hæreditatum reſtitutionem
ex Senatuſconſ. Trebellianico ſeruabantur, & ſecun-
dum hanc æquitatẽ iudicatur in parlamento Tolo
ſæ, vt vidi. [Et dicitur pleniùs infrà ſuper verbo,
*Mortuo itaq; teſtatore*. ij. in materia ſuitatis.] Secun-
dum remediũ eſt, quia omnes actiones actiuæ & paſ-
ſiuæ transferũtur in fideicommiſſarium. l. j. ff. ad Tre
bel. Tertium, quòd hæredi datur exceptio, ſi à cre-
ditoribus conueniatur hæreditariis, vt ibi. Quartum
quòd contra hæredem ſi agere vellet, competit debi-
toribus hæreditariis exceptio, vt ibi. Quintum eſt,
quòd hæres reſtituendo hæreditatem detrahit quar-
tam, quæ appellatur Trebellianica, vt dicta l. j. §. ſi hæ
86 res. vbi Barto. ff. ad Trebel. in princ. † Tamen illam
quartam non detrahit, nec aliud quodcunque com-
modum, ſi coactus adierit & reſtituerit. Quia ſicut ex
tali coacta aditione nullum ſentit damnũ, cũ omnia
fiant periculo fideicommiſſarij, vt dixi. Sic etiam cõ-
ſequi non debet præmium: quia non debet quis ex eo
fructum capere, quod niſus fuit impugnare ſeu recu-
ſare. cap. ex eo. de regu. iur. lib. vj. Niſi adire ſimplici-
ter non recuſaſſet, ſed ſolum pro tũc diſtuliſſet, petẽs
diem ad deliberandum, qua adueniente adire pote-
rit, & nihil perdet. Si autem recuſaſſet, quartam per-
deret iure reſtitutionis ſibi debitam. Ex quo Barto.
87 in dicta l. quia poterat. in fine. †decidit quæſtionem
de duobus ſociis mercatoribus. quorum vnus volens
ire Venetias altero recuſante dixit, volo ire meo peri
culo. Nam ſi illuc acceſſerit ſuo periculo, & multa lu
cratus fuerit, ſocius qui eum ire prohibebat, petere nõ
poterit partem lucri: imò totum pertinebit alteri, qui
integro periculo ſe ſubmiſit, argumen. §. illud. inſtit.
de ſociet. Plus dicit text. in dicta l. ita tamen. §. qui
ſuſpectam. Quòd hæres adire compulſus nedum per-
dit Trebellianicam, & cogitur integram reſtituere
hæreditatem, ſed etiam pupillarem ſubſtitutionem.
Et ſic pupilli filij teſtatoris bona, & quodcũq; aliud
commodum, quod habiturus ex teſtamento non fuiſ-
ſet, ſi hæres non eſſet. Nam eatenus præmium non
conſequitur, quatenus conſequi non potuiſſet impu-
gnatione ſua exiſtẽte vera, & ſic illud quod hęres ha-
bet ex ſubſtitutione pupillari, venit in reſtitutionem
fideicommiſſi, quòd aliàs non veniret. Quod quali-
ter intelligitur, videatis per Barto. in dicto §. qui ſu-
ſpectam. & dicam latiùs in materia reſtitutionis fi-
deicommiſſi ſuper verbo, in reſtitutione bonorum
Raynutij condemnauit. Et hoc adeò verum exiſtit,
vt ſi vnus ſolus ex pluribus fideicommiſſariis hære-
dem cogi petierit, ac adire compulerit, & reſtitue-
re totam hæreditatem, prout quilibet ſolus facere po
teſt de iure, vt vidiſtis, talis hæres ad vnius requeſtam
compulſus totam perdit Trebellianicam, & quod-
cunque aliud emolumentum, ac ſi per omnes fidei-
commiſſarios fuiſſet coactus, vt d. l. cogi §. Metianus.
ff. ad Trebellia. ſecùs ſi pro parte illius duntaxat
compulſus fuerit: quia tunc partem tantùm Tre-
bellianicæ vel alterius emolumenti perderet, vt ibi
88 plenè dicitur. †Et præmiſſa, ſcilicet quòd fideicom-
miſſarius cogere poſſit hæredem adire & reſtituere
hæreditatem, locum habent vbi hæres fuit inſtitutus
& reſtituere rogatus purè. Si autem non eſſet hæres
purè inſtitutus, ſed in diem, vel ſub conditione, con-
ſiderandum eſt, quòd interdum hæres inſtituitur ad
certum diem, vel ex certo die, & purè rogatur reſti-
tuere, & hoc de iure fieri nõ poteſt: ne teſtator videa-
tur deceſſiſſe pro parte teſtatus, & ꝓ parte inteſtatus
contra regulam ius noſtrum. ff. de reg. iur. Ideo hæres
taliter inſtitutus habetur pro purè inſtituto, die illa
certa reiecta, inſtit. de hær. inſtit. §. hæres. de quo dixi
89 plenè in verbo, reliquit. †Vnde cùm talis hæres ha-
beatur pro purè inſtituto, cogi poterit ad requeſtam
fideicommiſſarij adire & reſtituere hæreditatem, ac ſi
purè fuiſſet inſtitutus, vt dicta l. cogi. §. cùm quidem.
ff. ad Trebel. Aliquando hæres purè rogatus inſtitui-
tur ſub conditione, vel in diem incertam. quæ condi-
tioni comparatur, putà cùm Titius morietur, quod
fieri poteſt de iure. vt d. §. hæres. iuncta gloſ. ſua. Et
rogatur purè reſtituere: & tunc ſi conditio appoſita
hæredi ſit caſualis, veluti ſi nauis ex Aſia venerit, vel
Titius conſul fuerit, talis hæres interim cogi non po-
teſt hæreditatem adire. nec fideicommiſſum reſtitue-
re, quamuis purè relictum, donec conditio euenerit,
vel dies incerta. l. ſed ſi alio. §. finali. ff. ad Trebellia.
Quia interim pendente conditione non eſt hæres, &
certum eſt fideicommiſſum non deberi ex teſtamen-
to, in quo nemo hæres exiſtit, cùm ab hærede ſit fien-
da reſtitutio, vt dicto §. in primis inſti. de fideicõmiſ.
hæredi. Nec ante conditionis euentum deberi poteſt
tanquam ex codicillo, cùm omni caſu voluntas teſta-
toris ſuſpenſa ſit per conditionem. Et idem ſi hæres
inſtitutus eſſet in diem certam, vel ex certa die in te-
ſtamento militis, qui ex priuilegio militari in cor-
pore iuris clauſo decedere poteſt pro parte teſtatus,
& pro parte inteſtatus. l. prima. C. de teſtamen. milit.
Quoniam talis hæres in puncto noſtro perinde ha-
betur, ac ſi inſtitutus fuiſſet ſub conditione. l. ſed ſi
ante diem. quæ ſic intelligitur ſecundum lecturam
gloſ. ibi. ff. ad Trebellia. Si autem hæres purè rogatus
inſtitutus eſſet ſub conditione poteſtatiua, tunc ſi ta-
lis conditio erat turpis, putà inſtitutus fuit ſi nomen
veſpertilionis vel aliud turpe nomẽ portaret, vel ſub
conditione impoſſibili de quo plenè dixi in verbo,
reliquit. Talis conditio hæredi remittitur, & pro pu-
rè inſtituto habetur. l. ſed ſciendum eſt. & l. facta re-
ſtitutione. §. ſed ſi ſub conditione. verſ. ſi in danda. ff.
ad Trebel. Nam tales turpes aut de facto, aut de iure
impoſſibiles conditiones pro non adiectis habentur.
l. prima. ff. de conditio. inſti. l. obtinuit. ff. de conditio.
& demonſtra. & inſtit. de hæredibus inſtitu. §. impoſ-
ſibilis. vbi bona glo. imò vt ibi dicit textus, tales con-
ditiones pro non ſcriptis habentur, taliter quod hæ-
redis inſtitutionem non ſuſpendunt: ideo talis hæ-
res velut purè inſtitutus mortuo teſtatore cogi po-
teſt adire & reſtituere hæreditatem fideicommiſſariè
ſubſtituto. Si verò hæres purè rogatus fuit inſtitutus
ſub conditione poteſtatiua honeſta & poſſibili, tunc
ſi talis conditio erat facilis ad implendum, & ſit mo-
mentanea, talis quæ momento impleri poſſit, putà ſi
intrauerit palatium, hæres cogitur eam implere, &
adire, ac reſtituere hæreditatẽ, vt dicta l. acta. §. ſi ſub
90 conditione. in principio. † Si autem hæres inſtitu-
tus eſſet ſub conditione poteſtatiua honeſta facili,
ſed perpetua, vt putà ſi nomen teſtatoris honeſtum
portet & arma: tunc ſi hæres talem conditionem im-
plere nolit, quia non vult nomen ſuum dimittere nec
aliud portare, certè talis conditio ei remittitur ad cõ-
modum fideicommiſſarij. poſtquam talis hæres fuit
reſtituere grauatus, ita quòd perinde cogetur reſti-
tuere, ac ſi purè fuiſſet inſtitutus, poſtquam talem cõ-
ditionem adimplere nõ vult. ne pro defectu hæredis
fideicommiſſum pereat, vt dicto §. ſi ſub conditione,
in fine. vbi Bartolus. Ad ſui tamen hæredis commo-
dum

dum talis conditio non remitteretur, imò ſi reſtitue-
re hæreditatem non eſſet rogatus, non parẽdo condi-
tioni priuaretur hęreditate, & in caſu noſtro quando
rogatus eſt reſtituere, nihil commodi ex hæreditate
petere poterit, poſtquam honeſtam cõditionem im-
plere recuſat. l. cùm hæres. §. j. ff. de ſtatu liber. Quia
nihil mali eſt honeſti viri nomen & arma aſſumere,
vt dicta l. facta. §. ſi ſub conditione. verſi. ſi in danda.
ff. ad Trebel. ſecundum Imo. & Pau. ibi, de quo plenè
dixi in verbo, *Raynutius de Clera*. vbi videatis Imo.
plus fuit deciſum in Parlamento Delphinatus, vt re-
91 fert Guido Papæ, quæſt. cclj. †quòd ſi teſtator onus
portandi nomẽ ſuum & arma appoſuerit in modum
conditionis, putà ſic dicendo, hæredem inſtituo Ti-
tium, ſi nomen meum portauerit, ſiue hoc expreſſerit
citra formam cõditionis, ſic dicendo, volo quòd no-
men meum portes, & ſis hæres. Certè talis hæres inſti
tutus debet priùs vtroq; caſu aſſumere nomen teſta-
toris, quàm hæres eſſe poſsit, ac ſi verba fuiſſent con-
ditionaliter prolata, cùm habeantur pro conditio-
nalibus, per caſum ſimilem in l. mulier. §. ſi qui ſeruũ.
ff. de condi. inſtit. Et idem eſſet ſi conditio ſub qua hę
res fuit inſtitutus, erat poteſtatiua cõſiſtens in facien-
do. Quoniam ſi hæres facere nollet, talis conditio ſi-
bi remitteretur ad commodum fideicommiſſarij, vt
perinde hæredem cogere poſſit adire & reſtituere, ac
ſi conditio impleta eſſet. Sed ad cõmodũ ipſius hære-
dis, vt conditione non impleta, commodum hæredi-
tatis habere poſsit; talis conditio non remitteretur. Si
verò conditio eſſet difficilis, hæreditas ei conſiſteret
in dando: putà quia fuit hæres inſtitutus, ſi decem de-
derit, & fortè non habet, aut dare non vult, contra ta
lem difficultatem ſuccurritur, quia ſubſtitutus ſeu fi-
deicommiſſarius dare tenetur, & ſic conditionem im
plere, vt dicto §. ſi in danda. Et exinde impleta cõdi-
92 tione poterit cogere hęredem adire & reſtituere. †Et
præmiſſa intelligatis, vbi hæres fuit ſub conditione
inſtitutus, & purè rogatus hęreditatem reſtituere, ſed
aliquando fit econuerſo, videlicet quòd hæres dire-
ctus purè & ſimpliciter inſtituitur, tamẽ cogatur ſub
conditione hæreditatem reſtituere. De quo dicam
plenè infrà ſuper verbo, *poſtmodum inter Alterocham & filium eius*. Quia pro nunc de hac fideicommiſſaria
ſubſtitutione, ſeu vniuerſali fideicommiſſo, quo ad
ſui effectum conſeruatorium reſtitutorium & detra-
ctorium alia non dicam, ne ſpoliare videar plura ele-
gantia huius decretalis verba, quæ dote illa inferius
93 vtiliter exornabuntur Chriſto auxiliante. † Reſtat
ergo, quòd vnuſquiſque teſtator grauare poteſt ſuum
hæredem, vel hæredes hæredis reſtituere hæredita-
tem cui teſtator voluerit, quòd facere tenetur hæres,
& ad hoc cogi poteſt, vt vidiſtis. Niſi fideicommiſſa-
riè ſubſtitutus ſeu fideicommiſſarius tale fideicom-
miſſum pacto remitteret, & illi renuntiaret in fauo-
rem hæredis. Nam licet fideicommiſſum cedi non
poſſit, nec donari alteri, vt dixi ſuprà. Tamen hæredi
à quo relictum eſt, poteſt pacto remitti. Et ſi Altero
cha & ſoboles fideicõmiſſum, de quo hîc, remiſiſſent
Adictæ viuenti vel ſuis hæredibus, illud petere nun
quàm potuiſſent, ſecundum gloſſ. noſtram hîc ſuper
noſtris verbis, quæ poſt enumerationem ſubſtitutio-
num ita concludit. Nec eſt in hoc paſſu tam vtili tám
que quotidiano oculis conniuentibus diſſimulatè
94 prætermittenda. † Concludit enim gloſ. quòd fidei-
commiſſum pacto remitti poteſt, non ſolùm purum,
cùm de illo non ſit dubium, ſed etiam conditionale
poteſt per pactum remitti nullo euentu conditionis
expectato. l. j. & l. cùm proponas. C. de pactis. & vale
bit tale pactum, quamuis fuerit de futura ſucceſsione
factum, attento quòd eſt pactum de non ſucceden-
do ex fideicommiſſo, per quod potiùs tollitur, quàm
inducatur votum captandæ mortis. Ob quod à iure
toleratur, imò approbatur & commendatur præſer-
tim inter liberos, vt dicta l. cùm proponas: de pactis,
& l. de fideicommiſſo. C. de trãſact. Nã ex hoc pacto
non inſurgit aliqua iniquitas, ſed patens & notoria
æquitas, quæ potiſsimè in hoc conſiſtit, quòd inter
fratres votum tollitur captandæ mortis, vt dicta l. de
fideicommiſſo. Præterea vbi vnus ſolus frater fuit à
patre grauatus reſtituere alteri hæreditatem, per pa-
ctum talis fideicõmiſſi remiſſorium & liberatorium,
inſurgit inter fratres in ſuccedendo æqualitas, quàm
leges inter fratres multum ſuadent & affectãt. l. cùm
pater. §. euictis. ff. de lega. ij. l. ſin. C. cõmunia vtriuſq;
iudi. & l. illud. §. fin. C. de colla. de quo plenè ſcripſi
in verbo, duas habens filias. in tertio principali caſu
fallentiæ, vbi de his pactis futuræ ſuceſsionis ad ſatu-
95 ritatem habuiſtis. †Vltra quæ dico, quòd adeo valet
tale pactum fideicommiſſi remiſſorium & extincti-
uum, quòd iuramentum vllatenus nõ eſt ad illius va-
liditatem neceſſarium: quia vbi agitur de fideicõmiſ-
ſo, nullo modo agitur de hæreditate viuẽtis, ſed mor
tui: tamen deferenda poſt mortem alterius viuentis,
ſcilicet hæredis grauati. Vnde non ab re remitti po-
teſt ſine iuramenti præſtatione, ſed pacto ſimplici.
Nam in fideicommiſſaria ſubſtitutione tractari di-
citur, non de ſucceſsione ipſius hæredis, cui facta eſt
ſubſtitutio, & qui grauatus eſt reſtituere, ſed tracta-
tur de ſucceſsione teſtatoris defuncti. l. qui hæredi. §.
96 cùm filiæ. ff. de vulga. & pupil. † Idem eſſet, vbi per
pactũ remitteretur ſubſtitutio directa, qualis eſt mi-
litaris, de qua loquitur. l. Centurio. ff. de vulg. & pup.
ſubſtit. vt quia miles directò ſubſtituiſſet filio ſuo pu-
beri, ſicut iure militari poteſt, vt dicta l. Centurio. vel
pagan⁹ directò filio ſuo ſubſtituiſſet adulto, vt poſſet
ſi ſtatutum aut cõſuetudo loci permitteret, ſecundum
Alexand. in l. ij. in princ. ff. de vulg. & pupil. His enim
caſibus poteſt ſubſtitutio remitti pacto ſimplici, ſe-
cundum Alexand. in l. qui Romæ. §. duo fratres. xliiij.
col. ff. de verbor. obliga. licet Ange. ibi, voluiſſet iura-
mentum eſſe neceſſarium, quod non eſt verum, quia
p has ſubſtitutiones nõ ſucceditur ei, cui factæ ſunt.
Et ſic in eis non agitur de ſucceſsione viuẽtis, ſed de-
functi teſtatoris, de quo plenè dixi ſuprà in materia
compendioſæ ſubſtitutionis, ideo cùm tales per ſub-
ſtitutiones ſuccedatur teſtatori, & non hęredi, certè
remitti ſine iuramento poſſunt vt dicta l. prima. C. de
97 pactis. † Sanè tamen intelligatis fideicommiſſum
pacto remitti poſſe, vbi competit paciſcenti ſeu re-
mittenti, cùm de ſuo facere poſsit quod vult, ſecùs
ſi relictum fuiſſet, & ſic competeret eccleſiæ vel mo-
naſterio: quia tunc non poſſet ſolus abbas vel epiſco-
pus ipſum remittere ſine conuentu vel capitulo debi
ta intercedente ſolennitate, vt plenè dixi ſuprà in ma
teria vulgaris ſubſtitutionis, tractando primum eius
effectum. Et idem ſi teſtator expreſsè vetuit & prohi
buit fideicõmiſſi remiſſionem: quia tunc pacto remit
ti nõ poſſet. Quia licet prohibitio facta videatur fa-
uore fideicommiſſarij, tamẽ quia eſt prohibitoria, nõ
poteſt ei renuntiari per gloſ. in l. j. C. ne fideiuſſo. do-
don. ſecundum Bal. in dicta l. prima. de pact. ſed Bar.
contrà, ſcilicet quòd renuntiari poteſt, per l. ſi quis in
98 conſcribendo. illo eodem titul. † Quando autem
tractaretur de ſucceſsione viuentis habenda vel per-
denda



denda, non valeret pactum præſertim de ſucceſſione
habenda & acquirenda, etiam ſi tale pactum iuramẽ-
to vallaretur, vt cõcludunt omnes in l. ſtipulatio hoc
modo concepta. ff. de verborum obligat. & l. pactum
dotali. & l. fina. C. de pact. Nec etiam valeret pactum
de hæreditate viuentis perdenda ſeu remittenda l. pa-
ctum. C. de colla. niſi in eo intereſſet iuramẽtum, cap.
quãuis de pact. lib. vj. vt latiſsimè dixi in dicto verbo,
*duas habẽs filias prope finem*. Ex quibus ſequitur, quòd
99 †cùm in pupillari ſubſtitutione dicatur tractari de
hæreditate viuentis, quia de pupilli adhuc viuentis
hæreditate & ſucceſsione agitur. l. ſi plures. §. ad ſub-
ſtitutos. ff. de vulgari & pupil. quandiu pupillus vi-
uet, non poſſet tale ius ex ſubſtitutione ſubſtituto
competiturũ remitti per ſubſtitutum, ſecundum Bar-
to. in d. §. duo fratres. in vij. quæſt. ff. de verb. ſignifi.
Bald. & Sali. in dicta l. j. C. de pact. vbi hoc tenet Pau.
& in dicto §. duo fratres. vbi Ange. in iiij. quęſt. dicit,
100 quòd † idem eſſet in exemplari ſubſtitutione ſicut
in pupillari, vt ſcilicet non poſsit pacto remitti, nec
renuntiari: quia directa eſt. Præterea per eam nõ ſuc-
ceditur defuncto teſtatori, ſed furioſo vel mente ca-
pto viuenti. Vnde cùm agatur de ſucceſsione homi-
nis viuẽtis, non poteſt pacto remitti, nec renuntiari.
Quod verum intelligatis, ſecundum Alex. in dicto §.
duo fratres. niſi talis pactio firmaretur iuramento
quia tunc valeret, cùm ſit de nõ ſuccedendo, quod iu-
101 ramẽto firmatur, per tex. in dicto cap. quãuis. †Valet
enim renuntiatio iuri de futuro facta cum iuramen-
to. ſecundum Rapha. in l. is qui hæres. ff. de acquir. hæ
redi. quem ibi ſequitur Alex. dicens ſe non meminiſ-
ſe hoc alibi legiſſe, ſubiungens per pulchras rationes
quòd talis renuntiatio iurata valet, licet facta in ab-
ſentia illius, cuius fauore fiebat. Et hoc propter iura-
mentum per glo. in can. quoties cordis oculus. ij. quę-
ſtione vij. & ponit Bal. in rubr. C. res inter alios acta.
102 circa quod vnum menti tenebitis perpetuò, † quòd
pactum de non ſuccedendo ab inteſtato vel ex teſta-
mento, putà ex ſubſtitutione pupillari vel exempla-
ri firmatur iuramento, licet vt dictum eſt, agatur de
hæreditate hominis viuentis, ſi tale iuramentum prę-
ſtetur per eum, cui ius ex tali ſubſtitutione erat defe-
rendum, id eſt, per ipſummet ſubſtitutum, cui ex ſub-
103 ſtitutione erat ſucceſsio peruentura. † Si autem re-
nuntiatio ſubſtitutionis ſeu pactum de nõ ſucceden-
do ex ſubſtitutione fieret per adminiſtratorem ipſius
ſubſtituti, cuius futurum ius renuntiatur, & iuramen-
tum per ipſum præſtaretur adminiſtratorẽ, tale iura-
mentũ nihil operaretur, vt putà teſtator filio pupillo
vel demẽti ſubſtituit hoſpitale vel eccleſiã: certè hoc
caſu iuramẽtum orphanotrophi ſeu rectoris dicti ho-
ſpitalis, aut prælati eccleſiæ non firmaret pactum re-
miſſorium dictæ ſubſtitutionis, ſecundum Bal. ſin-
gulariter in ſeptima oppoſitione in dicta l. j. C. de pa-
ctis. Quia iuramentum perſonæ non nocet pio loco.
nec habet locum diſpoſitio dicti c. quãuis. Et idem in
procuratore ad alienãdum cõſtituto, vel quitandum.
Quia ſi remitteret vel quitaret ius dictæ ſubſti. etiam
cum iuramento nihil ageret, niſi de præſtando tale
iuramentum haberet ſpeciale mandatum à domino.
Et ꝙ iuramentum adminiſtratoris nõ firmet contra-
ctum, qui aliàs non valeret, tenet Ioan. Andr. in cap.
grauis, de depoſito. & magis clarè Bal. in c. j. §. item ſa
cramenta. de pace iura. fir. verſi. quęro vtrum iuramẽ-
tum prælati. Facit quod voluit gloſ. in verbo, contra-
ctum. in c. j. de in integ. reſti. lib. vj. & Bal. in l. genera-
liter. §. j. C. de reb. credit. & tenet Alex. in dicto §. duo
104 fratres. xliij. col. † Ex quibus duæ reſultant conclu-
ſiones. Prima, ꝙ ius directæ ſubſtitutionis pupillaris
vex exemplaris, per quam non ſucceditur principali-
teſtatori defuncto, ſed filio hæredi, cùm in ea tracte
tur de hæreditate & ſucceſsione hæredis adhuc viuẽ-
tis, ſolo ſimplici pacto remitti non poteſt ſine iura-
mento, vt plenè dixi in dicto verbo, *duas habens filias*.
105 prope fin. †Secunda concluſio eſt, ꝙ ſubſtitutio indi-
recta & fideicommiſſaria, & quælibet alia per quam
defuncto teſtatori ſuccedi debet, ſimplici pacto, etiã
ante conditionis euẽtum, remitti poteſt abſque iura
mento, ſecundum glo. noſtram hîc, quæ ſic debet in
telligi. Et quia hæc eſt materia noſtra, non tractata
per me vbi ſuprà, procedo vlteriùs in hoc pũcto no-
106 tabili, & quotidiano. † Et dico, quòd hęc gl. ſeu eius
deciſio, ſcilicet quòd fideicõmiſſaria ſubſtitutio ſim-
plici pacto remitti poſsit, intelligitur vera duobus
cõcurrẽtibus, ſine quibus nõ valeret remiſsio. Primò
requiritur, quòd fideicommiſſi remiſsio fiat per pa-
ctum, quod nihil aliud eſt, quàm duorum pluriúmve
in idem conſenſus & placitum, quia ſine conſenſu
omnium partium fieri non poteſt. Et in hoc differt à
pollicitatione. l. j. ff. de pact. Ante quam enim remiſsio
& renuntiatio fideicommiſsi valeat, & effectum ſor-
tiatur, oportet ꝙ in ea concurrat cõſenſus ſubſtituti
ſeu fideicommiſſarij fideicõmiſſum remittentis & re-
nunciãtis, necnon & hæredis de reſtituendo grauati
cui talis remiſsio fit, & ita intelligitur gl. hic dum alle-
107 gat dictam l. j. C. de pactis. † Si autem remiſsio fidei-
commiſsi per ſimplicem fieret renuntiationem ſolius
fideicommiſſarij, talis remiſsio non valeret: imò illa
non obſtante idem fideicommiſſarius petere poſſet
fideicommiſſum conditione adueniente. l. ſi ita ſcri-
108 ptum. §. ſi ſub conditione. ff. de lega. ij. † Et ratio dif-
ferentiæ, quare plus valet remiſsio facta per pactum,
quàm per ſimplicem renuntiationem, eſt inter cæte-
ras duplex. Prima, quia natura renuntiationis eſt pri-
uare renuntiantem titulo & poſſeſsione, vt plenè de-
ciditur in cap. ſuper hoc. de renun. & ibi Inno. & Za-
barel. in cle. gratiæ. de reſcript. Ideo talis renuntiatio
præſupponit habitum præcedere, cùm priuatio ſem-
per habitum præſupponat, qui deficit quandiu pen-
det conditio fideicommiſsi, ſed nõ ſit in pacto quod
ſui natura diem recipit & conditionem. l. omnia. ff. ſi
cer. peta. & l. ſub conditione. ff. de ſolu. ſecundũ Iac.
But. Secunda ratio eſt, quia pactũ habet in ſe vtriuſq;
partis conſenſum, ſed renuntiatio habet tantùm in ſe
conſenſum ſolius renuntiantis: meritò pactũ eſt po-
tentius, quia in eo eſt conſenſus etiam illius, cui ex
pacto ius quæritur: ſed in renuntiatione non requiri-
tur ille conſenſus ſecundum gloſ. & Bald. in dicta l. j.
C. de pactis. Et idem Henri. in cap. ex multiplici. de
deci. in dubio autem ſi fideicommiſsi remiſsione ap-
109 paret. †Et ſi dubitaretur qualiter facta eſſet, præſume
retur facta per pactum, & non via ſimplicis renun-
tiationis, vt res potiùs valeat, quàm pereat, argumẽ. l.
quoties. ff. de rebus dub. & l. an inutilis. ff. de accepti.
Imò plus dicit Iac. de Butr. in dicta l. prima. quem ibi
Bald. ſequitur, quòd ſi tabellio qui inſtrumentum re-
miſsionis fideicommiſsi recipit vteretur verbo renun
tiauit, ſuper iure futuro remittendo, adhuc intel-
ligeretur de renuntiatione per pactum, quia vbi agi-
tur de liberatione locum habet regula, Si non valet
quod ago, vt ago, valet vt valere poteſt, vt dicta l. an
inutilis. Et ſic niſi expreſſè appareat, ꝙ fuit ſimplex
renuntiatio, ſemper preſumetur in forma pacti vali-
110 di facta. quod eſt notandum. † Si ergo per expreſſam
renuntia-

renuntiationem ſimpliciter factam nõ inducatur re-
miſsio fideicommiſsi,vt dictum eſt,multò minùs cẽ-
ſetur induci per tacitam renũtiationem, cùm nõ plus
poſſit tacitũ quàm expreſſum.Ideo apparet deciſio-
nem Bart.eſſe veram.in dicta l.qui Romæ.§.duo fra-
tres.v.col.cum tribus ſequentibus.ff.de verbo.obliga.
vbi concludit per ſimplicem diuiſionem hæreditatis
inter duos fratres vel alios cohæredes factam ius fi-
deicommiſsi alteri ex ipſis aut viciſsim conditiona-
liter relictum non cenſetur eſſe remiſſum nec quitta-
tum: quia ſi per expreſſam renuntiationem tolli non
poſsit, (vt dictum eſt) minus tolletur per tacitam,
quæ includi videbatur in diuiſione, generali quitta-
tione inter eos facta. Quod etiam eſt verum ſecun-
dum ipſum ibi in fine ſecundæ quæſtionis, ſiue diui-
dentes hæreditatem ignorabant fideicommiſſum, ſi-
ue ipſum ſciebant in teſtamento relictum:& ſiue fue-
rit ſimplex diuiſio inter eos facta, ſiue poſt diuiſio-
nem perfectam ſe inuicem quittauerint, & in aliquo
non contrauenire promiſerint.Quoniã per hoc non
cenſetur fideicommiſſum alteri ex eis, aut viciſsim,
relictum fuiſſe,nec eſſe remiſſum, per text.in l. cùm
111 pater.§.hæreditatem.ff.de legatis ij. † Nam clauſula
generalis quittantiæ ad ea non refertur, quæ ex te-
ſtamento pendent.l.Paulo Callimacho.§.j.ff.de lega.
iij.Plus dicit Barto.in l. qui cum tutoribus.ff.de tranſ
112 actio.†quòd renuntians omni iuri quod habet & ha-
bere ſperat, ſolùm intelligitur renuntiare iuri quod
habet ex cauſa de præſenti:non autem iuri quod poſt
modum ſuperueniet.idem Bart.tenet in l.ſi poſt emã
cipationem.§.j.ff.de libera.leg.& in l. quod Seruius.
per illum text.ff.de condi.cauſa dat.de quo notabili-
ter loquitur idem Barto.in l.ſi vxor.§. diuus.de adul.
& in dicto §.duo fratres. Si autẽ renuntiaret quis om
ni iuri,quod habet,& ſperat, ac habere poteſt, etiam
ex cauſa de futuro,tunc eſſet omnino excluſus, ſecun
dum Bartol.in dicta l.prima.C. de pactis. & in l. ho-
minem. ff. mandati. quem ſequitur Iaſon in dicta l.
qui cum tutoribus.§.primo.in fine. De quo & pluri-
bus aliis quæſtionibus huic deciſioni adiacentibus vi
dere poteſtis per Barto.vbi plenè Alexan.in dicto.§.
duos fratres.& in quarta parte,cõſilio xl. incipiente,
113 Super primo dubio.ſecũda col.† Et idem eſſet (vt ſci
licet non videatur fideicommiſſum fuiſſe nec eſſe re-
miſſum) ſi hæres grauatus fideicommiſſum alienaret
in præſentia tacentis fideicommiſſarij cui venit reſti-
tuendum. Nam per patientiam illius & taciturnita-
tem non inducitur fideicommiſsi remiſsio, per regu-
lam qua dicitur,quòd vbi præſens in actu non poteſt
contradicendo eum impedire, ſua taciturnitas nun-
quàm ſibi præiudicat.l.Caius.iuncta glo.ibi. ff.de pi-
gno.actio.l.Titia cum teſtamento.§.Lucia.ff.de leg.
ij.Barto.& alij in l.quæ dotis.ff.ſolu.matrimo. & Pa-
114 nor.in cap.nónne bene dicimus.de præſumpt. †Sed
pendente conditione fideicommiſſi poſſunt interim
res reſtituendæ alienari, & valet alienatio, licet con-
ditione poſtea adueniente reuocetur.l.finali.C. com
munia de legatis.& dicam plenè in verbo,Eidem re-
lictis à patre.Ergo non poſſet interim fideicommiſſi
alienatio impediri per fideicommiſſarium: vnde ta
cendo non ſibi præiudicat.Et iſta eſt veritas,quam cõ
muniter tenent docto.in dicta l.cùm proponas. C.de
pact.quicquid dixerit ibi gloſ. quæ cõmuniter repro-
115 batur. † Et hoc ſcilicet,ꝙ fideicommiſſarius videns
& patiens res, quæ fideicommiſſo ſubiacent alienari,
nõ videtur ipſum remittere ſiue ignoret, ſiue ſciat il-
lud ſibi deberi,eſt verum niſi hæres aut cohæres fidei
commiſſum vendẽs affirmaret emptori in præſentia
fideicõmiſſarij res quas vendit nulli fideicõmiſſo ſub
iacere.Quia eo tunc fideicommiſſarius tacendo bene
ſibi præiudicaret,p text.no.in l.ſi ſine. C.ad Velleia.
Et hoc caſu ſaluari poſſet gl. in dicta l. cũ proponas.
ſecũdum Sali.& Pau.ibi.Et idem eſſet ſi fideicõmiſſa
ri⁹ præſens in alienatione fideicõmiſsi fideiuſſerit de
euictione pro hærede vẽdente,quo caſu etiã ſibi præ
iudicaret.l.exceptione.C.de euict. per regulam l.ven
dicantẽ.ff.de euict.ſecundum Iaſ.in dicta l.cùm pro-
ponas. Plus dico,quòd ſicut nuda præſentia fideicõ-
miſſarij in alienatione fideicõmiſsi non inducit illius
remiſſionem, vbi hæres fideicõmiſſo grauatus alicui
alienat fideicommiſſum, ſic nec vbi ipſum venderet
ipſimet fideicõmiſſario.Quia nõ obſtante ꝙ fideicõ-
miſſarius fideicõmiſſum emerit, vel rẽ ſibi reſtituen-
dam poterit conditione fideicõmiſſi contingente re-
petere pretium ab hærede,ſecundum Alex.in d.§.duo
fratres.de quo tamen dicas. vt ibi per eum. xxij. col.
116 †Reſtat ergo,ꝙ ſimplex fideicõmiſſi conditionalis
remiſſio ſeu renuntiatio ipſum non tollit, nec extin-
guit fideicõmiſſum: tamen fallit in ſequentibus caſi-
bus. Primò vbi ſimplex fideicõmiſsi remiſsio fieret
in iudicio,quia tunc propter præſentiã iudicis præiu-
dicaret renuntianti.l.j.& ibi gloſ.ff.de cura.bon. dan.
ſecundum Bart.& omnes in d.l. j. C.de pact.& Hẽri.
in d.c.ex multiplici.de decimis. Quod verum intelli-
gatis, ſi iudex tanquam publica perſona & expreſsè
talem receperit renũtiationẽ nomine hæredis abſen-
tis,cuius fauore renuntiat, & ita ſingulariter hoc in-
tellexit Bar.in l.poſtquã liti.vlti.col.C.de pact.quem
ibi multum commendat Alexan. & Iaſon in d.l.j.illo
co.tit.v.col.Aliàs autem ſecùs eſſet,ſecundum Cy.in
j.q.in authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer. vend.
Secundò fallit, vbi renuntiatio fideicommiſsi ſim-
plex fieret per fideicõmiſſarium in præſentia hæredis
tali fideicommiſſo grauati:quo caſu cum tractetur de
commodo eius,qui præſens eſt, & tacet, habetur pro
conſentiente.l.qui patitur.ff.mand.& ſic renuntiatio
expreſſa habetur pro pacto propter partis præſentiã,
vt infrà dicetur.Secus ſi tacita,vt vidiſtis ſuprà. Ter-
tiò fallit, vbi renũtiatio fieret in hæredis grauati ab-
ſentia, ſi notarius ibi præſens tanquã perſona publica
ſtipularetur pro abſente, ſecundum Bald. facit quod
plenè decidit Panor.in verbo, ſeruus ſeruorum Dei.
ſuprà in proœmio. Quartò fallit vbi ſimplex renun-
tiatio fideicommiſsi fieret in abſentia hæredis,tamen
redacta fuit in ſcriptis, licet non per publicam perſo-
nam:ſed fortè manu propria renuntiantis, vel manu
aliena, ſi ipſe in ea ſe ſubſcripſerit: quo caſu totum
videtur ſcripſiſſe,ſecundum Alexãd.in l.ſi ita ſtipula
tus.§.Chriſogonus.& dicta l. qui Romæ. ff.de verb.
oblig. Nam dictis caſibus, quàmprimum illa ſcriptu-
ra deuenerit in manus & notitiam hæredis cuius fa-
uore ſcripta eſt,perinde valet renuntiatio,ac ſi in eius
præſentia facta fuiſſet, quia ſcriptura tunc loqui vi-
detur pro ſcribente.l.Arriani.C. de hæreti. l.Publia.
in fin.ff.depoſi. Or ſi tunc renuntians loqueretur in
præſentia hæredis valeret renũtiatio, vt dixi in ij.ca-
ſu ſ.ſimiliter valebit vbi ſua ſcriptura venit in manus
partis.quæ pro ſcribẽte loquitur ſicut à ſimili decidit
Panor. de confeſſione extraiudiciali in ſcriptis facta
quæ valet,ac ſi in præſentia partis emanaſſet, quàm-
primum in manus partis deuenit, ſecundum eum,
117 & not. in capit. finali. de confeſsis. † Plus dico per
eandem rationem, quòd quàmprimum talis renun-
tiatio iudicialiter producetur, cenſebitur facta in iu-
dicio



dicio,ita quòd ſcriptura loquitur coram iudice pro-
ſcribente:& ſic valebit tanquam iudicialis,vt vidiſtis
ſuprà in j.caſu. Quintò fallit,vbi renuntiatio fideicõ-
miſſi vel alterius iuris futuri fieret cum iuramẽto, ſe-
cundum Rapha.Cuma.ſingulariter in l.is qui hæres.
in princ.ff.de acquir.hæred. quem ſequitur Alexand.
in l.ſed & ſi rei capitalis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio.
allegans quod voluit Bal. in l.pactum.in ix.qõ.C.de
colla.Nec ad hoc facit c.quãuis.de pac.lib. vj. q.a ille
tex.loquitur in pacto iurato,& nõ in ſimplici renun-
tiatione, de qua loquimur. Ad hoc facit quod dicit
118 Bald.in rub.C.res inter alios acta.vbi plus tenet. † ꝙ
liberatio facta in abſentia debitoris cùm verbo, in
veritate,quod nil aliud ſonat quàm iuramentum.cap.
quoties cordis oculus.j.qõ.vij. prodeſt abſenti, ſicut
de cõfeſsione extraiudiciali iurata decidit Panorm.in
dicto cap.fin.de confeſsis.Sextò fallit vbi renuntiatio
fideicommiſsi conditionalis reperiretur geminata,
quia tunc noceret fideicommiſſario,quãuis in abſen-
tia partis extraiudicialiter ſine ſcriptis facta, per id
quod voluit gl. penul.in c.ſi cautio.de fide inſtru. per
quam notatur ibi Panor.in fi. ꝙ vbi ſimplex actus nõ
119 præiudicat,tamen ſi fuerit geminatus nocet. † Sicut
à ſimili dicimus de confeſsione extraiudiciali gemi-
nata, quæ etiam in partis abſentia præiudicat confi-
tenti,ſecundũ Bar.ſingulariter in l.ſcimus.C.de agri.
& cenſi.lib.xj.& Panor.in dicto cap.fina.pro quibus
eſt text.in l.vnica.C.de plus peti.ibi,ſecundis confeſ-
ſionibus. Et ratio omnium iſtorum ſex caſuum eſt,
quia ideo ſimplex fideicommiſsi remiſsio non valet,
quia præſumitur leuis indiſcreta,& nõ ex certa ſcien-
tia fideicõmiſſarij facta,ſicut dicimus de confeſſione
extraiudiciali in abſentia partis facta. Sed vbi facta
eſt in iudicio, aut partis præſentia,vel in ſcriptis, ſeu
corã notario iurata,vel reiterata:nõ eſt præſumendũ
de leuitate nec indiſcretione renũtiantis, cùm nõ ſit
verisimile,quòd quis in iudicio, aut partis præſentia
indiſcretè loquatur,vel iuret,aut ſcribat, vel eandem
ſententiã reiteret leuiter.Imò veriſimilius eſt,ꝙ tunc
mens eſt conſona verbis.l.Labeo.§.id Tubero. ff.de
ſup.lega.& plenè dixi ſuprà in verbo, eidẽ impuberi
ſuccederent.Exceptis ergo his caſibus ſimplex fidei-
cõmiſſi renuntiatio non præiudicat renuntianti, niſi
interueniat primum requiſitum,ſcilicet pactũ vt vi-
120 diſtis. † Secũdò principaliter requiritur,quòd dicta
pactio fideicõmiſſi conditionalis remiſſiua fiat vi-
ſis per fideicommiſſarium renuntiantem & intelle-
ctis verbis teſtamenti, in quo fideicommiſſum reli-
ctum eſt, ſi tale teſtamẽtum fuerit in ſcriptis factum.
121 vel redactum. † Quoniam ſi pactum fieret non viſo
nec intellecto tenore teſtamenti, tale pactum fidei-
commiſſi remiſſiuum non valeret.quod eſt verũ;etiã
ſi tale fideicõmiſſum eſſet purè relictum. l. de his.ff.
de tranſact.& l.j.§.j.ff.quemadmo.teſtamen. aperiã.
De quo per Henri. Bohic. in capit.ex parte. in ij. di-
ſtinct.de tranſact. Et idem ſi tale fideicommiſſum in
codicillis foret relictum ſcriptotenus:quia pactio nõ
valeret, niſi prius viſis & proſpectis codicillorũ ver-
bis. Adeò quòd nõ ſufficeret teſtamẽtum vidiſſe, &
poſtea pactum feciſſe,ſi codicilli poſteà reperirentur,
cùm probabilis ſit ignorantia contentorum in codi-
cillis à teſtamento ſeparatis.l. imperatores. §. cùm
tranſact.& l.non eſt ferendus. ff. de tranſact. Si autẽ
teſtamentum eſſet merè nuncupatiuum, de quo non
ſtaret ſcriptura,non haberet locum d.l.de his. ſecun-
dum Alberi.& Fulg.ibi.& Bart.in d.§.duo fratres. in
iiij.qõ. Nam leges ſupradictæ volentes pactum nihil
valere,niſi priùs viſis teſtamẽti verbis,locum habent
in teſtamento ſcripto: quia licet loquamur in tranſa-
ctione,quæ fit de re dubia & lite incerta,& aliquo da
to vel retento.l.j.ff.de tranſact. Tamen etiam locum
habent in pacto gratuito, vt nõ valeat,niſi factũ fue-
rit viſis & intellectis teſtamẽti verbis, ſecundum glo.
Bart.Bal. & Ang.in dicta l.de his.licet aliqui contra.
122 Et † huius deciſionis eſt duplex ratio.Prima fauo-
re vltimæ voluntatis,ne pereat,faciliter per pactum,
ſed ſuum plenum ſortiatur effectum. Et iſto reſpectu
dicitur continere fauorem publicum, cùm reipubli-
cæ interſit vltimas volũtates exitum habere.l. vel ne-
gare.ff.quemadmo.teſta.aperian. Et ſic non haberet
hoc locum in pactis & tranſactionibus initis ſuper a-
ctibus inter viuos, puta ſuper contractibus, & aliis,
ſecundum gloſ.in dicta l.de his.in fin. imò ſuper illis
valeret conuentio, non viſis verbis inſtrumenti,aliàs
ſuper hoc confecti,cùm in eis non vertatur fauor pu-
123 blicus ſicut in teſtamentis & codicillis. † Vnde vale-
ret tranſactio ſuper cõtractu inter viuos paſſata non
viſis nec inſpectis aut intellectis verbis contractus
prius paſſati, ita quòd non retractabitur tranſactio
prætextu contractus & inſtrumentorum illius de no-
uo poſtea repertorum.l.ſub prætextu.C. de tranſact.
dummodò ſit de contractu cogitatum, aliàs quitan-
tia generalis, prætextu alicuius negotij particularis
in lite pendentis generaliter de omnibus paſſata non
noceret.l. cùm Aquiliana. ff. de tranſactio. Niſi hoc
expreſsè ageretur, vt tranſactio ſeu quitantia omnes
tollat obligationes, etiam de quibus non eſt cogita-
tum. Nam poſſum hoc velle, vt tollatur omnis obli-
gatio etiam incognita, ſecundum Bartolum in dicta
l.cùm Aquiliana.in ſecunda oppoſitione,per dictam
l.ſub prætextu. ſicut tollitur & tacitè ſublata cenſe-
tur, ſi ſæpe inter ſe rationes computauerint: quia ex
reiterata rationum redditione præſumitur fideicom-
124 miſſum,etiam incognitum remiſſum,†per tex. not.in
l. Procula.ff.de proba. Quæ vt locum habeat, tria re-
quiruntur, ſcilicet ratio ſanguinis, taciturnitas longi
temporis, & ſæpius de negotiis inter eos facta com-
putatio & quitantia, vt ibi. Aliàs ius incognitum
præſertim futurum non cenſetur remiſſum.Ob quod
fuit ſtatutum,quòd tranſactio nõ valeat ſine prætore
ſuper futuris alimentis in vltima voluntate relictis. l.
cùm hi.ff.de tranſact. licet valeat ſuper alimentis ex
contractu debitis inter viuos. de quo plenè per Bart.
in ſuo tracta.de alimentis.& Salic.C.de tranſact.l. de
125 alimentis. † Secunda ratio quare non valet tranſa-
ctio ſuper dependentiis ex teſtamento, niſi viſis teſta
menti verbis,eſt odio hæredum teſtamenta occultan-
tium, vt facilius inducant legatarios & fideicommiſ-
ſarios ad tranſigendum ſuper contentis in teſtamen-
to.Sed hæc ratio fuit impulſiua. quia ſecundum doct.
etiam ſi hæres teſtamentum non occultaret, tamen
tranſactio quæ non viſis eius verbis fieret, non vale-
ret, vt dicta l.de his,quæ loquitur indiſtinctè.Quod
eſt verum, etiam ſi illa tenderet in fauorem hæredis,
& detrimentum legatariorum & fideicommiſſario-
rum. Et inde eſt cautela,quòd quando patre mortuo
filia dote cõtenta paciſcẽdo remittit fratribus omne
ius ſibi competens ex teſtamento patris, quòd hoc
fiat prius per ipſam viſis teſtamẽti verbis,& ſibi vul-
garizatis, ſi ſint in latino, & filia latinum non intel-
ligat. Quo caſu debent ei in romantio declarari, vt
illa clarè intelligat, ſiue etiam tenderet tranſactio &
pactio in fauorem legatariorum & fideicommiſſario
rum ac detrimentum hæredis. Quoniam non valebit
niſi

niſi facta fuerit viſis & intellectis teſtamenti verbis,
ſecundum gloſ. Iaco.But.Bart.Rayn.Guliel. Alberi.
Paul.in d.l.de his.& Alexand.in dicto §.duo fratres.
125 Et † ſatis probatur partes vidiſſe & intellexiſſe ver-
ba teſtamẽti, vbi per teſtes hoc apparet, vel in inſtru-
mento renuntiationis fideicommiſsi hoc narratur, vt
quia notarius qui de hoc inſtrumentum recepit, atte-
ſtatur in eo, quòd partes viſis & intellectis verbis te-
ſtamẽti ad tranſactionẽ deuenerunt, nam talia verba
narratiua plenam faciunt fidem inter eos, inter quos
paſſatur inſtrumentũ, ſecundum doct. in l.optimam.
C.de contrahen.& commit.ſtipula.& Domi.in cap.
126 ſi papa.de priuile.lib.vj. † Idem ſi diceretur in inſtru
mento, viſis verbis teſtamenti: quia licet non adiice-
retur verbum, intellectis: ſufficit vt dicamus partes
verba intellexiſſe: quia eo ipſo ꝙ confitentur legiſſe,
ſatis aſſerunt intellexiſſe, per ea quæ notat Barto.in l.
diem proferre.ff.de arbitris. quem ſequitur Iaſon in
dicta l.de his in fin. vbi plus dicit in ij.col. poſt Imo.
quòd etiam ſi partes forent literarũ imperitæ, vt quia
mulieres vel ruſtici, ſatis probaretur per illa verba,
Viſis & intellectis verbis teſtamenti: partes habuiſſe
plenam notitiam de contentis in teſtamento. Quia
præſumitur ꝙ notarius omnia declarauerit partibus:
127 & † notario creditur in his quæ ſpectant ad officium
ſuum, & plenè not.in l.ſciendum.ff.de verb.obl.& in
ca.ſicut.de re iudi.& in l.j.C.de contrah.& commit.
128 ſtipula. quod eſt notandum. † Poſtremò autem dicta
concluſio ( ꝙ in dependentibus ex teſtamento nõ va
leat pactio, niſi viſis & intellectis verbis teſtamenti)
multiphariam capit à doctoribus limitationem. Pri-
mò limitatur, vt procedat in tranſactione, vel pacto,
non autem in ſententia. Vnde ſi hæres per ſentẽtiam
iudicis abſolutus fuerit à legato vel fideicommiſſo in
teſtamẽto relicto, nõ viſis nec intellectis verbis teſta
menti. talis ſentẽtia nõ erit nulla ipſo iure, licet aliâs
ſuccurratur legatario vel fideicommiſſario, vt nota-
biliter dicit gloſ.j.in l.iij.§.j.ff. de tranſact. mota per
text.in l.ij.in princ.ff.de exceptio.rei iudi. quam glo.
expreſsè no.& ſequitur Bal.in dicta l.iij.& in dicta l.
de his. vbi hoc tenuerant Guliel.de Cugn.& Iaco. de
Areti. Sed aduertatis, quia Pau.in d.l.de his.& Ful. in
dicta l.iij.ff.de tranſactio. tenent contra hanc limita-
129 tionem, dicentes † quòd ſicut non valet trãſactio vel
pactio ſuper contentis in teſtamẽto, niſi viſis & intel-
lectis illius verbis, ſic etiam non valet ſententia, imò
eſt ipſo iure nulla. ſiue fuerit pro hærede, ſiue contra
ipſum prolata, ſi teſtamento non viſo fuerit prolata:
quia tranſactio & ſententia æquiparantur. l.ij.ff. de
iureiurando.& l.non minorem.C.de trãſactio. Ideo
quod ſtatutum eſt in tranſactione, etiam locum habe
re debet in ſentẽtia. Et idem tenet Iaſon in dicta l.de
his. vbi ſummè admiratur de doctoribus contrarium
aſſerentibus. Contra quos ſecundũ eum eſt tex.aper-
tus in dicta l.j.§.j.ff.quemadmod.teſtament.aperian.
dum dicit: Neque apud iudicem exquiri aliter veri-
130 tas poteſt. † Præterea videmus iuramentum, ſenten-
tiam, & tranſactionem æquiparari, vt dicta l.ij.ff.de
iureiurando. Sed in iuramento idem habemus deci-
ſum, ſicut in tranſactione, vt ſcilicet non teneat præ-
ſtitum, niſi viſo & intellecto teſtamento. l. finali. C.
de rebus creditis. Ergo idem erit in ſentẽtia. Nec ob-
ſtat dicta l.ij.ff.de exceptio.rei iudicat. Quoniam ibi
non erat controuerſia ſuper teſtamento, ſed propter
incertitudinem, quæ oriebatur extra teſtamentum,
vt clarè tradit Iaſon in dicta l.iij.§. cùm trãſactio.in
fine. Ex quo nunc loco limitationis habetis nunc no-
tabilem extenſionem ad noſtram deciſionem, quòd
ſicut non valet tranſactio, ita nec valebit ſententia,
niſi viſis & intellectis teſtamenti verbis, vel codicilli.
Quod etiam procedit in compromiſſo, ſeu laudo, vt
non valeat latum ſuper dependeñ. ex teſtamento, niſi
prius viſis & intellectis ipſius verbis, ſecundum An-
ge.conſilio ccxix.incipiẽ. Teſtator quidam. quia cõ-
promiſſum cenſetur tranſactio, ſecundũ Doct.in au-
thenti.ſi verò contigerit.C.de iudic.& ſequitur Iaſo.
131 in dicta l.de his. † Secundò limitatur dicta deciſio,
ſcilicet quòd remitti non poſsit fideicommiſſum, ni-
ſi viſis & intellectis teſtamenti verbis, niſi paciſcen-
tes aliâs quàm per viſionem teſtamẽti ocularem ſci-
rent tenorem illius, vt quia fortè à notario vel teſti-
bus certificati de contentis in eodem: quia hoc ſuffi-
ceret ſecundum Barto. Ange. Fulgo.& Paul.in d.l.de
his.& dicta l.j.& l.cùm proponas.C.de pactis. Quo-
niam aliâs ſequeretur ꝙ ſi de teſtamento nulla facta
eſſet ſcriptura, ꝙ nũquam poterat tranſigi, quod fo-
ret abſurdum. Facit text.in l.iiij.verſicul. cùm ſciret.
quem ibi ad hoc no.Barto.in fin.ff.de optio.lega. Per
quem dicit Ange.in d.l.de his.ſufficere, ꝙ tranſigen-
do partes dicant, ſe de teſtamento certificatas. Idem
dicit ibi Bald.per text.in l.generaliter.C. de non nu-
mer.pecun.facit cap.per tuas.de probat. idem tenent
Barto.& Alexan.in dicto §.duo fratres. Et conſuluit
idẽ Alexand.in ij.parte, conſi.xj.incipien. Viſo, &, vt
oportet; cõſiderato themate. imò Bar.in dicto §.duo
fratres.in iij.& v.quęſtio.& in l.eius qui in prouincia.
v.not.ff.ſi certum peta. Plus dicit ꝙ ſufficit præſum-
pta ſcientia teſtamenti, vt eſt in hærede extraneo, qui
iam adiuerat hæreditatem. Quia præſumitur vidiſſe
teſtamentũ, ſine quo adire non potuit, vt plenè vide-
132 biris in verbo, *Mortuo itaq; teſtatore*.j. † Nam eo caſu
valebit pactum ſeu tranſactio, etiam ſi aliâs non ap-
pareret eum vidiſſe teſtamentum. quod eſt nota. Su-
per quo Iaſon in dicta l.de his. mordet Bart. Tamen
conſulit ab eius opinione non eſſe recedendum, cùm
ſit communis. Tertiò limitatur prædicta deciſio, niſi
partes tranſigentes ſeu paciſcentes expreſsè renun-
tiaſſent ſolennitati dictæ l.de his. Quia tunc valeret
pactio non viſis verbis teſtamenti facta, ſecundum
gloſſ.ibi. facit regula generalis, quòd quiſque renun-
tiare poteſt iuribus ſui fauore introductis. l.ſi quis in
cõſcribendo.C.de pact. Sed hanc limitationem gloſ.
omnes doctores reprobant, quia qui errat non paci-
ſcitur, nec verè conſentit. Et quia qua facilitate quis
inducitur ad tranſigendum, eadem inductus præſu-
mitur ad renuntiandum dictæ legi. argu.l. doli clau-
ſula.§.diuerſum.ff.de noua. Prætereà illa l.de his. dat
formam tranſigendi: ergo nullo modo poteſt ei re-
nuntiari. l.nemo.ff.de lega.j. Maximè quia illa lex lo-
quitur prohibitiuè, vt patet ex negatiua, quæ præce-
dit verbum, poteſt, ſecundum gloſſ.& Dyn.in capi.j.
133 de reg.iur.lib.vj. † Or legibus prohibitiuis, velut de-
cretum irritans importantibus, renũtiari non poteſt,
ſecundum gloſſ.in l.j.C.ne fideiuſſo.do.dentur. gloſ.
& Panormita.in cap.dilecto.de præben. & ita com-
muniter tenent omnes, & conſuluit Lud. Roma. con-
ſil.ccccij.incip. Pro deciſione propoſitę conſultatio-
nis. Et Franciſ. Areti.conſilio xciij.incipi. Viſo lega-
to. Sanè tamen intelligatis, quòd ſolennitatem dictæ
l.de his. renuntiari non poteſt, niſi in tali renũtiatio-
ne iuramentum interceſsiſſet, quia tunc renuntiatio
valeret. ſecundum Imo.in repetitio.cap.cùm contin-
gat.de iureiur.& Alexand.dicto conſi.xj. Licet enim
dicta l. de his. ſit prohibitiua. tamen quia prohibitio
ſua eſt



ſua eſt de iure poſitiuo, certè renuntiari poteſt illi cũ
iuramento: ſecundum Ioã. And. ſingulariter in addi-
tio. Spec.titu.de inſtru.edi.§.porrò. Bal.in l. antiquæ,
in fine.C.ad Velleianũ. Alex.in l.ſi conſtãte.§. quo-
ties.ff.ſolu.matri.& Iaſon in d.l.de his. iiij. col. quod
eſt notabi. pro limitatione dictæ glo.in d.l.j.C.ne ſi-
deiuſſo.do.dẽtur. Quinimò plus dicit Alex. in dicto
conſilio, ꝙ per clauſulã generalem, quæ communiter
ſolet in inſtrumẽtis apponi, ꝙ prædictæ partes renu-
tiarũt exceptioni doli, condictioni indebiti, & omni
legum auxilio, ſi eſſet facta cum iuramento, intellige-
retur derogatum d.l. de his. per doctrinã Bart. in Au-
then.matri & auiæ.C.quando mulier offi. tuto. fungi
poteſt. vbi pulchrè declarat effectũ illius renũtiatio-
nis generalis. de quo ibi etiam per Bald.& Bart. in l.ſi
ſub conditione.ff.de teſta.tute.& Spec.titu. de renun
tia.§.j.verſ.& quia.& verſ.quid ſi quis. Bar.in l.ſcien-
dum.ff.de verbo.oblig.& in Authen.ſacramenta pu-
berũ.C.ſi aduer.venditionẽ.& in l.ij.C.de reſcinden.
134 vendi. vbi concluditur, † ꝙ renuntiatio generalis fa-
cta cum iuramento operatur, vt videatur derogatum
d.l.de his. de quo etiam per Alex.in d. §. duo fratres.
ſuper v.quæſt.& conſuluit Ang.cõſi.xcij.incip. Cùm
lis & quęſtio. Videatis Bal.in c.cùm inter.j.col.de re-
nuntiatio. Hoc etiam corroboratur per ea, quæ tan-
quã verus legũ miles decidit Bart. in l. ſi quis pro eo.
maximè in vltimo membro.ff. de fideiuſſo. vbi dicit,
ꝙ renuntiatio futurorum alimentorum quæ ſimpli-
citer ſine prætore facta non valeret, valebit cum iu-
ramẽto. Quia cùm iſta non ſint prohibita tanquam
contra bonos mores exiſtentia, & ſic prohibita non
ſunt iure naturali, ſed ſunt tãtùm prohibita: quia de
facili pro modico de præſenti quis renũtiaret alimẽ-
tis futuris. quod principaliter non tendit in bonũ nec
detrimentum publicum: & ſic talis prohibitio eſt de
iure poſitiuo aliqua ratione facta. Ergo valere debet
renuntiatio iurata ſecundum Imo.in d.c.cùm cõtin-
gat. Et eſt veritas, licet ipſemet Bar.in d.l.cùm hi.§.j.
in fi. quem ibi ſequitur Fulgo. voluiſſet contrarium,
& Bal.in d.l.pactũ.C.de collatio. in fine quæſtionis.
& Barba.in ſecũda parte conſi.lv.col.penulti. quãuis
ipſemet tuendo primam opinionem ſuperius relatã
contrarium decidiſſet in prima parte conſi. xxv. ix.
135 & x.col. † Quartò limitatur dicta deciſio, vt non
procedat in pactione ſeu tranſactione facta per hære
dem cum debitoribus, vel creditoribus hæreditariis.
Quia valeret, licet facta eſſet non viſis teſtamẽti ver
bis per text. in l.controuerſia.ff.de tranſac.& l.iij. in
princ.& §.fi.& l.fi.in fi.illo eo.titu. Vbi valuit tranſ-
actio facta inter hæredem & Debitores & creditores
hæreditarios: & tamen non ꝙ viſa fuerunt teſtamen-
ti verba. Prætereà cùm talia debita non pendent ex
teſtamento, fruſtra quo ad hoc fieret inſpectio teſta-
mẽti: & hîc ceſſat ratio d.l.de his. ſcilicet odium hæ-
redum teſtamenta occultantium, ſecundum Alexan.
in ij.parte allegato conſil.xj. Ex quo ſequitur, ꝙ vbi
validitas vel probatio debiti, quod teſtator debebat
creditori, cui quod debebat legauit, dependet ex te-
ſtamẽto iuxta tex.inſtituta de legat.§.ſi quis debito-
ri. Cùm eò tunc eadem ratio militet, quæ militat in
caſu ſubiecto, tunc non valeret tranſactio facta inter
hæredem & creditorem hæreditariũ non viſis teſta-
menti verbis, per dictam l. de his. Quintò limitatur
dicta deciſio, vt procedat quantum ad pacta & trãſ-
actiones factas per fideicommiſſarium & legatarios
cum hærede: non autem quo ad donationes, aut re-
rum venditiones factas cum extraneis. Et ſic valeret



donatio aut venditio fideicommiſsi non viſis teſta-
menti verbis. Et ita d.l.de his limita. Fulg. conſil. cv.
incip. Quædam domina Lucia. vltima col. quem ſe-
quitur Iaſõ in d.l.de his.ij.col. Quæ omnia notabitis,
velut quotidiana pro ornamento glo. noſtræ hîc vni-
co verbo concludentis vniuerſale fideicommiſſum
conditionale pactum remitti poſſe, per tex.in d. l. j.
C.de pactis. quod vobis ſufficere debet quantum ad
hanc ſubſtitutionem fideicõmiſſariam. Quia inquan
tum eadem glo. noſtra tangit, ꝙ res ſubiectæ reſtitu-
tioni non poſſunt alienari, nihil dicam pro nunc do-
nec ſuper verbo, *Eidem relictis à patre.*

## Tractatus de Legatis, & Fideicom-
## miſſ. particularibus.

SED vltra fideicommiſſum vniuer-
ſale de quo vidiſtis, habemus fi-
deicommiſſum particulare vel ſin-
gulare: & eſt quoties teſtator in te-
ſtamento vel codicillis hæredum
rogat, vel eius fideicõmittit, quòd
aliquam rem particularem in ſpecie vel quantitate
136 conſiſtentem reſtituat alteri. Vnde ſciendum † eſt,
quòd nõ habemus legatum & particulare fideicom-
137 miſſum. † Legatum duobus modis accipitur. Vno
modo largè, prout latiſsimam habet ſignificatio-
nem, vt comprehendit nedum particularia relicta,
ſed etiam inſtitutiones hæredum & dationem tuto-
rum. l.verbis legis. ff. de verbo. ſignifica. ita quòd im-
portat etiam hæredis inſtitutionem. de quo dixi ſu-
prà in verbo, *Eidem impuberi ſuccederent.* Secundo
modo capitur ſtrictè, vt ſolùm comprehendat lega-
ta particularia ab hærede in teſtamento per teſtato-
rem relicta, vt d. l. verbis. Et ſic dicitur propriè le-
gatum, quoties à teſtatore aliquid relinquitur verbis
ipſi legatario directis, putà ſi teſtator dicat, relinquo
Titio cẽtum, aut volo quòd Titius decem habeat vel
talem rem, quibus caſibus vt videtis, verba teſtato-
ris diriguntur legatario cui relinquitur, & olim iure
antiquiſsimo ſcilicet legis duodecim tabularum fue-
138 runt legata inuenta, † quæ fieri non poterant, ni-
ſi quatuor modis: ita quòd certa quædam verba cui-
que generi legatorum erant appropriata, per quæ
ſingula legatorum genera ſignificabantur & demon-
ſtrabantur. Primò per vendicationem, vt quan-
do teſtator dicebat, lego Titio vendicationem ta-
lis rei. vel ſic: volo quòd Titius vendicet talem
rem meam: & tali legatario ad petendum rem le-
gatam non competebat actio ex teſtamento, nec
rei vendicatio, quouſque adeptus fuiſſet rei legatæ
poſſeſsionem. Secundò fiebat legatum per con-
demnationem, quia dicebat, condemno hæredem
meum dare centum Titio, vel talem rem. Tertiò
fiebat per præceptionem, vt quia dicebat teſtator:
præcipio hæredi meo, quòd talem rem det Titio.
Et his duobus caſibus ſolùm competebat legatario
actio perſonalis ex teſtamento. Quartò & vltimò
fiebat legatum ſinendi modo, vt quia teſtator dice-
bat, grauo hæredem meum, quòd talem rem quam
Titio cõmodaui vel apud ipſum depoſui, ſinat eum
habere. Et pro tali legato nulla actio competebat,
ſed ſolùm exceptio. Poſt verò præfatum ius etiam
de iure antiquo digeſtorum pro legatis competebat
actio ex teſtamento perſonalis, & rei vendicatio,
non ſimul, ſed diuerſo modo. l.cùm filius.§. variis, ff.

139de leg.ij. †Hodie autem iure nouo quo vtimur, re-
iectis tribus modis & formis legãdi, legata fieri poſ-
ſunt quibuſcunque verbis, veluti per verbum lego,
relinquo, & ſic de ſingulis. Taliter quòd nõ facta dif-
ferentia quibus verbis facta ſint, ſtatutũ eſt pro om-
nibus & quibuſcunque legatis competere illas duas
actiones ſcilicet perſonalis ex teſtamento, & rei ven-
dicatio, prout iure veteri Digeſtorum competere ſo-
lebant. Et inſuper competit actio hypothecaria, quo
ad res alias teſtatoris: quæ eoipſo quòd legatum eſt,
obligatæ ſunt & hypothecatæ pro ſolutione legato-
rum in teſtamento relictorum. l. j. C. commu. de lega.
& inſtit. de leg. §. j. & ij. vt dicam infrà latius. Cui qui-
dem hypothecę generali non derogaretur per ſpecia-
lem, ſi expreſsè fieret per teſtatorem, per text. ſingu-
la. in l. fundus. ff. de adi. legat. Nec obſtat ſi diceretur
quòd iure antiquo legatarius bona teſtatoris non ha
bebat generaliter obligata tacitè, quia imò habebat,
vt l. creditoribus. ff. de ſeparatio. quod eſt notandum.
140† Et nihil aliud eſt legatum, quàm donatio quædam
à defuncto derelicta ab hærede præſtanda, dicit tex.
in d. §. j. inſti. de lega. & l. legatum. ff. de leg. ij. Et ſic
legatum eſt diminutio hęreditatis, quia quo ad res le-
gatas diminuitur hæreditas. l. legatum. ff. de legat. j.
Vnde fieri poteſt legatum per verbum, dono, ſicut
per verbum, lego, cùm legatum ſit donatio, vt di-
141ctum eſt. †Quod intelligatis verum, ſi legatum fie-
ret abſenti, qui præſens non eſt in confectione teſta-
menti. quia non eſt de eſſentia legati, quòd legata-
rius ſit præſens. l. cùm pater. §. ſurdo. ff. de leg. ij. Quo
caſu tale legatum eſt ſui natura reuocabile ad nutum
142 teſtatoris vſque ad mortem. †Si autem in præſentia
Titij teſtando teſtator diceret, dono talem fundum
Titio præſenti: tunc eſſet donatio inter viuos irreuo-
cabilis, quia in teſtamento fieri poſſunt donationes,
& contractus. l. hæredes palàm. §. fin. ff. eo. & tenet
Ang. in §. legatum. inſtit. de lega. licet Io. Fab. ibi te-
nuiſſet talem donationem eſſe legatum, eo tunc vſ-
que ad mortem teſtatoris reuocabile, conſiderato le-
gatum fieri poſſe per verbum dono. l. ij. C. de com-
mu. de legat. Et legatum eſt donatio. & quòd ſit do-
natio irreuocabilis, tenet Bal. in d. l. hæredes palàm.
§. fi. & Bar. in l. Lucius. §. quiſquis. ff. de lega. ij. & in l.
cùm quis. §. codicillis. ff. de lega. iij. vbi concludi-
tur, ꝙ contractus qui in teſtamento fiunt, ſunt irre-
uocabiles, nec ſapiunt quo ad hoc naturam vltima-
rum voluntatum. de quo plenè conſuluit L. Roman.
conſil. clxxj. & ccxciij. Nec obſt. quia per verbum do-
no, fieri poteſt legatum: quia hoc verum eſt vbi fit
parte præſente. atqui verbum dono, adaptari poteſt
ad propriam donationem & ad legatum, in quo, (vt
dictum eſt,) partis non requiritur præſentia, in do-
natione autem requiritur. l. inter mortis. ff. de dona-
tio. cauſa mortis. Certè propter partis præſentiã ma-
gis habere videtur requiſita in donatione, quàm in
legato: & per conſequens erit donatio inter viuos ir-
reuocabilis & non legatum. ſecùs eſſet vt dixi, ſi in
teſtamento donatum fuiſſet abſenti: quia tunc eſſet
143legatum, licet per verbum dono fuiſſet relictum. †Se-
cundo dixi ſuperiùs, quòd habemus fideicommiſſum
particulare: & eſt propriè ſeu fit quoties verba reli-
cti diriguntur ad ipſum hæredem vel alium qui gra-
uatur dare fideicõmiſſum: & ſic verba dicuntur obli-
qua reſpectu ipſius fideicõmiſſarij, qui neceſſe habet
fideicommiſſum conſequi de manu hæredis, vel alte-
rius fideicõmiſſo grauati. Et iſte modus relinquendi
fideicommiſſum incognitus fuerat tẽpore legis duo-
decim tabularum. Sed fuit inductus eiſdem modis &
rationibus, de quibus habetur inſtitut. de fideicom-
miſ. hæreditatibus in princip. Et plenè dixi in huius
fideicommiſſariæ ſubſtitutionis præludio. Et in hoc
& pluribus aliis fideicõmiſſum particulare à legato
olim differebat, quia verba legati dirigebantur lega-
tario, vt vidiſtis. Sed verba fideicommiſſi dirige-
bantur hæredi, putà quia dicebat teſtator: grauo vel
rogo hæredem meum, vel eius fideicommitto dare
Titio centum, vel domum, aut fundum. De quibus
differentiis plenè habetur per glo. & docto. in l. j. ff.
de leg. j. Et in aliquibus natura fideicommiſſorũ pin
guior erat legatis, vt dicitur in §. ſed non vſque. inſti-
144tut. de legat. † Hodie autem natura legatorum exæ-
quata eſt penitus naturæ fideicommiſſorũ, ita quòd
virtus eorum & efficacia eſt omnino attributa lega-
tis. l. j. ff. de leg. j. & C. commu. de leg. l. ij. Adeò quòd
hodie non curamus de verbis, ſed ſolùm de rebus, &
mente teſtatoris, vt ibi. Vnde ſiue teſtator dicat le-
go, ſiue dicat fideicommitto, erit legatum, & etiam
fideicommiſſum. Quia verba olim attributa legatis
operantur fideicommiſſum, & econtra: taliter quòd
vera eſt hodie hæc concluſio, quod legata particula-
ria ſunt in omnibus æquata fideicommiſſis particula-
ribus reſpectu relinquentium. Quia qui poteſt fidei-
committere poteſt etiam legare, & econtra. Pariter
reſpectu eorum quibus relinquitur: quia cui poteſt
fideicommiſſum relinqui, poteſt etiam legari & con-
trá. Necnon reſpectu rerum quæ relinquuntur, vt il-
læ quæ poſſunt per fideicommiſſum relinqui, etiam
poſſunt per legatum, & econtra. Et etiam reſpectu
nominis, quia ſi relictum fiat per verba olim fidei-
commiſſis appropriata, erit non ſolùm fideicom-
miſſum, & vt tale peti poterit, ſed etiam erit legatũ,
145& vt tale poterit peti, & econtra. †Præterea conue-
niunt: quia ſicut legatarius propria authoritate oc-
cupando legatum, perdit ipſum, ſic etiam occupans
fideicommiſſum. l. non eſt dubium. C. de leg. & l. Pau
lus reſpondet ſi de certa. ff. ad Trebel. Nam de manu
hæredis debet legatarius capere legatum. Aliàs ſi
ante hæreditatem aditam legatarius occuparet lega-
tum, cõpeteret hæredi contra ipſum interdictũ quo-
rum legatorum: quod cuiq; hæredi competit ad poſ-
ſeſſionem legatorum occupatam adipiſcendum. l. j.
ff. quorũ legat. Nec tunc legatarius priuatur legato,
cuius poſſeſſionem, velut hæreditate adhuc vacante,
non dicitur vitiosè ingreſſus: quod præiudicium af-
ferat hæredi nondum domino hæreditatis effecto: ſi
autem legatum legatarius occupauerit, poſtquã hæ-
res adiuit hæreditatẽ, tunc quia vitiosè hoc facit oc-
cupando rem, quam debet de manu hæredis capere,
146perdit eam, vt d. l. non eſt dubium. † Quod verũ in-
telligatis, niſi teſtator in teſtamento licentiã dediſ-
ſet legatario authoritate propria occupandi legatũ:
quo caſu ceſſat vitiũ, & per conſequens priuatio le-
gati. l. Titia cum teſtamẽto. §. j. ſecundũ vnum intel-
lectum. ff. de leg. ij. vbi Bar. & in l. legitimos. ff. de legi-
ti. tutela. Bal. & Sali. in d. l. nõ eſt dubiũ. Et non ſolùm
hoc locum habet vbi teſtator expreſsè licentiam de-
dit legatario, ſed etiam ſi eam dederit tacitè. Putà
prohibendo hæredem, ne moleſtet legatariũ in poſ-
ſeſſione legati: quæ verba euidenter præſupponunt
licentiam fuiſſe datam legatario capiendi legatum
propria authoritate, ſecundum Ange. per illum tex. in
l. hoc ſi res. ff. de rei vendicat. Secundò fallit dicta l.
non dubium. in executore teſtamenti à teſtatore de-
putato: qui relictum etiam ſibi factum in tali teſta-
mento



mento poteſt propria authoritate capere. l. fiſtulas. §.
fi. ff. de contrahen. emptio. ſecundũ Iaco. de Aret. quẽ
refert & ſequitur Io. And. in addit. Spec. tit. de inſtru-
mẽ. edi. §. nũc verò aliqua. Bal. Ang. Sali. Alex. & Iaſ.
in d. l. non eſt dubiũ. Tertiò fallit in hærede inſtituto
in re certa, qui licet comparetur legatario. l. quoties.
C. de hęred. inſtit. tamẽ propter titulum inſtitutionis,
dato alio hærede vniuerſali poterit authoritate pro-
pria capere rem ei relictã, ſecundũ Bart. in l. ex facto.
la grande. ff. de hære. inſtituẽ. vt plenè dixi ſuper ver-
bo, *in eodem teſtamẽto relinquens*. poſt xxxvij. limita-
147tionem. †Eodem modo filius in legitima inſtitutus,
dato alio vniuerſali hærede poſſet eã propria autho-
ritate capere, ſecundum Bal. in l. ſi quis in ſuo. C. de
inoff. teſta. Quod verum puto, vbi pater certam rem
filio reliquit pro ſua legitima. & ita poteſt intelligi o-
pi. Bal. Si autẽ filio reliquiſſet legitimã indetermina-
tè, ſecùs eſſet ſecundũ Bal. notab. in l. ij. per illũ text.
C. quan. & qui. quar. pars de lib. x. vbi ita firmat per
pulchras rationes, de quo, an ſeruetur in hoc regno
Franciæ: vbi ex generali conſuetudine mortuus ſayſit
viuum in parte ſibi competente: dicam plenè in ver-
bo, *mortuo itaq; teſtatore* ij. Quartò, fallit in legatario
cui fuerunt relicti fructus annui certi fundi, quo ca-
ſu licet hæres cogatur colere ſuis expenſis, & ſemina-
re fundũ illũ per tex. ſingularẽ in l. fundi Trebatiani.
ff. de vſufru. leg. Tamen ſi hæres negligeret, poſſet le-
gatarius propria authoritate poſſeſſionem talis fundi
apprehendere: quia non tam facit cauſa adipiſcendæ
poſſeſſionis, quàm iuris ſui conſeruãdi. l. j. C. vti poſ-
ſi. ſecundum Bal. not. in l. vnica. §. excepto. verſicul.
quæro nunquid. C. de cadu. tol. Conſulit tamen lega-
tario tutius eſſe ꝙ proteſtetur hoc facere propter hæ-
redis negligentiam, quod eſt not. Vnum tamen ſci-
re debetis, ꝙ fortè in hoc regno Franciæ locum non
haberet pœna d. l. nõ eſt dubiũ. nec l. Pa*lus. ſuperius
allegatarum per dictũ ſingulare Spec. in tit. de reſti-
148tu ſpo. §. j. verſi. item quidã dicunt ſic. †Vbi decidit
pœnam l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. locum non ha
bere nec in vſu eſſe, cùm pœnę ſint potius moliendę.
l. penul. ff. de pœ. & l. cùm quidam. ff. de libe. & poſt-
hu. & ita videtur decidere in eo ꝙ ibi allegat cõſiliũ
ſapientũ. De quo per Specul. in titu. de peti. & poſſeſ-
ſor. §. j. prope finem verſi. poſtremò not. conſilium,
vbi ſapientes conſuluerunt procedere per inuaſionẽ
poſſeſſionis: quod eſt intelligendũ de cõſilio ſapien-
tum huius regni, in quo ipſe erat. Et per hunc modũ
ceſſant omnes conſtitutiones punientes inuaſores a-
lienarũ poſſeſſionũ priuatione iuris, quod in eis ha-
bent: & ſic ceſſat pœna l. meminerint. C. vnde vi. &
l. extat. ff. quod met. cau. & ſimil. Et ita ſeruatur: nec
vnquàm vidi pœnã dictarũ legum quo ad iuris pri-
uationem adtinet practicari, nec ſeruari: ſed violenti
inuaſores puniunt alia pœna arbitraria regi & parti
applicanda pro modo exceſſus, quæ conſuetudo eſt
foro conſcientiæ conſentanea: in quo vltra intereſſe
partis tales pœnæ non debentur per tex. vbi gl. in c.
fraternitas. xij. q. ij. de cuius gloſ. intellectu plenè per
Pan. in c. quoniã contra falſam. de probatio. & Fely.
in c. j. xj. col. verſ. tertiꝰ caſus. de cõſti. & plenius Fely.
in ca. Raynaldus cxij. col. infrà eod. Ad hoc facit di-
ctum Innoc. in c. ſicut dignum. in fine. de homici. vo-
lẽtis de damno dato culpa leuiſsima, quem nullo mo
do teneri in foro cõſcientiæ: & cùm in Francia mul-
tum viuatur ſecundum conſcientiam, præſertim in
curia Parlamenti, in qua vt in conſiſtorio principis
iudicatur ſecundum conſcientiam, & quod eis vi-
detur ex bono & æquo: nec curantur apices iuris, v
ſuprà dixi, nõ eſt mirum, ſi tales rigoroſæ pœnæ nõ
ſeruentur, quæ etiam ex æquitate iuris canonici non
149 lebentur. c. ſuam de pœnis. † Poſtremò & vltimò
exęquata & pariſicata eſt natura legatorũ & fideicõ-
miſſorum reſpectu effectuum: quia ſicut pro legatis
tres fuerũt datę actiones, ſcilicet actio perſonalis ex
teſtamento, rei vendicatio, & actio hypothecaria, vt
d. l. j. C. cõmu. de lega. Sic etiam competunt omnes il-
læ tres actiones ꝓ cõſequendis fideicõmiſſis particu-
laribus. l. ij. C. illo eod. tit. & d. §. ſed non vſque inſti-
tutio. de leg. Nam licet actio perſonalis communiter
nõ detur domino rei, quæ petitur, præter quàm con-
tra furẽ. l. j. ff. de condict. fur. & l. ſi. ff. vſufruct. quem-
admodum caue. Quia dicta actio concludit ad dan-
dum, & ſic domino cõpetere non poteſt, cum res ſua
ſibi dari non poſſit, nec alio modo ſua fieri, inſtit. de
actio. §. ſic itaque diſcretis. Et conſequenter legatario
rei legatæ ilico mortuo teſtatore effecto domino. l. à
Titio. ff. de furt. competit rei vendicatio: quæ cõtraria
videtur actioni perſonali: attamen dictæ ambæ a-
ctiones concurrunt in eadẽ perſona, ſcilicet ipſius le-
gatarij: pro eadẽ re, & ex eadem cauſa fauore vltimæ
volũtatis & aliis rationibus, de quibus plenè per oẽs
150in d. l. j. ff. de leg. j. † Et intelligatis ſanè ꝙ dominium
rei legatæ poſt mortẽ teſtatoris tranſit recta via in le-
gatariũ, vbi legatum eſt purum. Si autem eſſet condi-
tionale, vel in diem quamuis certum relictũ, tunc ante
diem non trãſiret dominiũ per tex. nota. in l. Sẽpro-
nius Attalus. ff. de vſufructu legat. & gloſ. in l. vnica.
§. j. C. de caducis tollen. Et ratio eſt: quia trãſlatio do
minij rei legatæ ſit opera & miniſterio legis, vt d. l. à
Titio in fin. Quæ lex nunquam facit ſuas operatio-
nes in caſum. l. nõ cogẽdũ. §. ſi Sabinus. ff. de procu-
ratoribus. & l. hæc ſtipulatio. ff. vt lega. nõ caueat. Et
quia legatarius in diem non poteſt effectualiter age-
re, niſi veniente die. l. j. §. ſi. ff. quãdo dies legat. vel fi-
deicom. cedit. Ideo lex noluit talem legatariũ ante
diem facere dominũ, cùm agere non poſſit, & minus
ante conditionem. Et idem in legato duarum rerum
alternatiuè facto: cuius legatarius nõ fit dominus, do
nec facta electione. l. huiuſmodi. §. Stichũ. ff. de leg. j.
Quia tale legatũ pendet à futuro euentu, ſcilicet ab
electione quæ fiet. Vnde ſi ilico dominium vnius rei
tranſiret in legatarium, & poſteà eligeretur altera, o-
peratio legis eſſet vana. Similiter quia quis non poſ-
ſet rem propriam habere ſibiipſi hypothecatã. l. ne-
que pignus. ff. de reg. iur. Certè legatarius habebit hy-
pothecariam actionẽ, non in re legata, ſed in cæteris
aliis rebꝰ teſtatoris, quæ ſunt tacitè hypothecatæ pro
legatorũ & fideicommiſſorũ reſtitutione. Imò plus
151 dixerũt aliqui Doctores, † ꝙ etiã pro ipſa re legata
cõpetit hypothecaria: quia lex dans legatario actio-
nem hypotheccriã, loquitur indiſtinctè, de cuius ra-
tione videatis plenè Barto. & Doctoros, in d. l. j. ff. de
152 legat. j. †Præterea illa hypotheca, quam habet lega-
tarius in bonis hæreditariis ꝓ legato ſibi relicto eſt
tacita: cui non derogatur per expreſſam à teſtatore
forſan ſpecialiter datã legatario, ꝓ text. ſingula. in l.
fundus. ff. de annu. legat. facit l. Lucius. ff. de adimen.
legat. Iuncto etiam ꝙ iure Digeſtorum legatarius ha-
bebat bona teſtatoris tacitè obligata. l. creditoribus.
153 ff. de ſepara. †Pariter non tranſit ipſo iure dominium
rei legatæ in legatariũ ſine traditione, vbi res aliena
eſſet legata. Quia fortè non poterit haberi neq; redi-
mi à ſuo domino. l. cùm rem alienã. C. de legatis, imò
nec etiã vbi legata eſſet res ipſiuſmet hæredis tranſit

do minium ipſo iure.l.ſi tibi homo.§.ſi fundus. ff. de
lega.j.& tenet gl.j.in fine. in l.ſi hæredis ſeruus. eodẽ
titulo.licet gl.ſingularis ſuper verbo, in rem. in fine.
in l.ij.C. commun. de legat. tenuerit hoc vltimo caſu
dominiũ ipſo iure tranſire. Quæ vera eſſe poſſet, vbi
poſſeſſio rei legatæ tempore aditæ hæreditatis eſſet
penes legatarium, per text.in §.interdũ. Inſtitut. de
rerũ diuiſione. Quia tunc hæres rem petendo à lega-
tario repelleretur exceptione doli: qui adeundo hæ-
reditatem videtur conſenſiſſe teſtatori, & ſecum con
154 traxiſſe de legatis & cæteris oneribus ſoluendis. †Et
præmiſſa cõcluſio (ꝙ pro legatis & fideicõmiſſis par-
ticularibus cõpetũt ſupradictæ tres actiones) proce-
dit etiã ſi ruptum fuerit teſtamentũ ex cauſa præteri-
tionis, vel exhæredationis filij. Quia cùm tunc non
pereant, imò ſuſtinentur legata, per Authen.ex cauſa.
C.de libe.præte. vt pleniſſimè dixi ſup verbo, *in eo-
dẽ teſtamento relinquens.* in xxvij. limita. certè pro ta-
libus legatis dictæ competũt actiones, ſecundũ Bart.
in l.j.viij.q.ff.de iure codicillo.& dixi vbi ſ. Et pari-
ter cõpetunt legatario dicta remedia, non ſolùm pro
legatis cõmunibus, ſed etiam pro legatis & fideicom-
miſsis priuilegiatis, quæ ſolo priuilegio ſuſtinentur,
vt eſt quãdo filius emãcipatus præteritus cõtratabu-
lat teſtamentum patris. Quo caſu ſuſtinentur legata
relicta perſonis coniunctis, per titulũ.ff.de lega.præ-
ſtandis.& l.j.C.de bono.poſſeſ.contra tabulas, ſecũ-
dũ Bal.ibi in vltimis verbis, per tex.in d.l.ij. C. com
mu.de legatis.circa mediũ ibi, & precipuè cùm talia
ſint legata. Et ita etiã tenet vtrobiq; Ange. in lectura
155 Florent. †Hæc tamen concluſio volens pro legatis
& fideicommiſsis tres competere actiones, fallit in
ſequentibus caſibus. Primò, vbi natura rei legatæ vel
fideicommiſſæ hoc non patitur, prout eſt videre in
legato libertatis, vbi adaptari non poteſt rei vendica-
tio nec hypothecaria, ſed ſolùm perſonalis competit
actio ex teſtamento, ſecundum glo.& Bar.in d.l.j.C.
communia de legatis. Secundò fallit, vbi non legare-
tur res teſtatoris, ſed hæredis vel legatarij: quo caſu
(vt dixi) in re hæredis legata, cùm nõ trãsferatur do-
minium, niſi tradatur res legata per hæredem, ſecun-
dũ gl.in l.Papinianus.ff.de ſeruitut. & in d.l.ſi hære-
dis ſeruus.ff.de leg.j.& in l.per diuerſas.§.j.C.manda
ti. Non datur pro tali legato rei vendicatio, licet gl.
& malè ſecũdum Doctores, voluiſſet contrarium in
d.l.ij.C.commu.de legat. Tertiò fallit. vbi filius hæ-
res à patre inſtitutus in fraudẽ legatorũ & fideicom-
miſ. hæreditatem repudiaret ex teſtamento, vt veni-
ret ab inteſtato, quò caſu legata ſuſtinentur per titu-
lũ ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. & ſic ſuſtinẽtur ex
edicto prætoris, vt plenè videbitis ĩ. *mortuo itaq; teſta-
tore* j.circa fi. Nã tunc pro talibus legatis non compe-
tunt dictæ tres actiones, ſed actio in factum pretoria,
ſecundũ Bar.in l.ſi pecuniã.ff. ſi quis omiſſa cauſa te-
ſtamen.Bal.& Salic.in l.fi.C.illo eod.titu. Et ſic in ea
cùm ſit ſtricti iuris, non veniunt fructus nec acceſ-
ſiones rei legatæ, niſi à tempore litis cõteſtatæ.l.cùm
fundus.in princip.ff.ſi cer.pet. Quæ omnia venirent
in actione ex teſtamento.ſi com peteret: quæ eſt bo-
næ fidei, ſeu naturam habet actionis bonæ fidei. In
qua veniũt omnia à tempore moræ.l.in minorũ per-
ſona. C. in quibus cauſis in integrũ reſtitutio non eſt
neceſſaria.ſecundum Iaſo.declarat Bar.in l. ſi hæres.
ff.de eo quod certo loco. Quartò fallit, vbi conditio
adiecta legato habetur pro impleta: quod eſt quãdo
ſtat per hæredẽ ne impleatur. l.iure ciuili. ff. de con-
dit. & demon. quia ſi haberetur pro impleta de iure
communi tunc bene competeret actio ex teſtamento
& rei vendicatio. Si autem habetur pro impleta iure
ſpeciali, putà fauore libertatis. l. cùm ita datur. ff. de
conditio.& demonſt. Tunc non competunt dictæ a-
ctiones, ſed ſolùm actio in factum, vel officium iudi-
cis.ſi peculiũ.§.is qui ſeruus.ff. de ſtatulibe. ſecundũ
Bar.Imol.& Raphael.l.in teſtamento. ff.de cõdit. &
demon.& Ang.in l.iij.C.de inſtit.& ſubſtit.quicquid
ibi teneat Salice. Quintò fallit, vbi teſtator in teſta-
mento diſpoſuiſſet aut ſtatuto caueretur, ꝙ legata vel
fideicommiſſa debeantur non adita hæreditate: quia
tunc pro talibus non competerent dictæ actiones. ſed
condictio ex lege, ſeu ſtatuto, vel officium iudicis, ſi
verba ad eum dirigantur ſecundum Bal. ſingulariter
in l.j. C. ſi quis omiſſa cauſa teſta. De cuius dicti ve-
ritate diſputat Alex.in l.j.ff.de leg. j. & Iaſon in l. eã
quam.C. de fideicõmiſ. Sextò fallit in ſingulari ſuc-
ceſſore defuncti rem legatam poſsidente, cõtra quem
non cõpetit actio ex teſtamento quæ perſonalis eſt:
ſed contra ſolum hæredem vniuerſalẽ cum quo tem-
pore aditionis hæreditatis teſtator & legatarij, quaſi
contraxiſſe dicuntur: vel contra legatarium à quo res
legata fuit, qui acceptando legatum ſibi relictum vi-
detur pariter cũ teſtatore quaſi contraxiſſe, & cum
ſublegatario.l.j.§. ſi hæres. vbi Bart. Ange.Imol. &
Moderni.ff.ad Trebel. Nam tales actiones cõtra ſin-
gularem teſtatoris defuncti ſucceſſorem non dantur.
156 Ideo dicit Bald. in d.l.j.C.communia de lega. †quòd
ſi ſtatuto caueatur ꝙ in cauſis guarentigiatis proce-
datur ſummariè etiam in hypothecaria inde depen-
dente, hoc intelligitur, ſi agatur contra principalẽ de-
bitorẽ, vel eius hæredẽ vniuerſalẽ: non autem ſi age-
retur contra ſingulares ſucceſſores, vt etiã tenet An-
157 ge.in l.ij.C.ſi aduerſus creditorem. † Et hæc vera, ꝙ
pro legatis in teſtamento relictis ſupradictæ compe-
tunt actiones, vbi relicta fuerunt in teſtamento vali-
do & perfecto. Si autem relicta eſſent in teſtamento
inualido ex defectu voluntatis ipſius teſtatoris, qui
forſan priuſquàm teſtamentũ perfeciſſet, deceſsit, ta-
lia legata indiſtinctè non valent, nec pro eis cõpetit
aliqua actio.l.ſi is qui teſtamentum. vbi plenè Bar. ff.
eodem. Sed ſi legata & fideicõmiſſa relicta forent in
teſtamento imperfecto ex defectu ſolennitatis in te-
ſtamentis requiſitæ, vt quia teſtamentũ nõ habet de-
bitum numerum teſtiũ, vel deficit in alia ſolennitate
ſubſtãtiali, tũc etiam non debentur legata nec fidei-
cõmiſſa ex tali teſtamento inualido. Quia ex imper-
fecto teſtamento nihil debetur, nec peti poteſt.l. hac
conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.e.& l.j.C.de poſt-
humis hæredibus inſtituen. Niſi in ſequent. caſibus.
158 † Primò, niſi in tali teſtamento appoſita fuiſſet clau-
ſula codicillaris: quia tũc cùm in codicillis relinqui
poſſint legata, & cætera præter directã hæredis inſti-
tutionem, vt ſ. vidiſtis in principio huius ſubſtitutio-
nis, talia legata valebunt & fideicõmiſſa: & idem eſ-
ſet in teſtamento inualido, in quo clauſula codicilla-
ris non fuiſſet adiecta expreſſa. Si tamen eſſet tacitè
ſubintellecta, quod quatuor modis fit, vt clarè vobis
159 demonſtraui in verbo, *Teſtamentũ* iij. †Secundò valet
fideicõmiſſum in teſtamento inutili relictũ vbi hæ-
res per fideicõmiſſarium in iudicio cõuentus negaue
rit fideicommiſſum fuiſſe per teſtatorem in teſtamen
to relictum, ſuper quo iuramentum ei delatum ſubi-
re recuſauerit. Quia tunc in odium hæredis mentien-
160 tis & iurare recuſantis, † condemnabitur ex teſta-
mento inutili præſtare fideicõmiſſum per tex. ſingu-
larem.in l.fi. C. de fideicommiſ.de quo fuit ſumptus
§.fi.inſtit.



§.fi.inſti.de fideic.hæred.quod nõ fieret.ſi hæres con
feſſus fuiſſet fideicõmiſſum fuiſſe relictũ: quo caſu ſi
poſt cõfeſſionẽ, & ſic poſt agnitã bonã fidẽ excipe-
ret de nullitate teſtamẽti, certè abſolueret à præſta-
tione legati, vel fideicommiſſi, etiã peculiaris.c.indi-
cãte.vbi plenè notat.ſuprà cod. Idẽ ſi fideicõmiſſari⁹
viã pbãdi fideicõmiſſum p teſtes elegiſſet, & non per
iuramentũ hæredis: quia probari nõ poteſt fideicõ-
miſſum in teſtamẽto relictũ, niſi per ſeptẽ teſtes, qui
in teſtamẽto requirũtur, vel quinq; ſi petatur ex co-
dicillis vel donatione cauſa mortis.l.fi.in fine. C. de
codicil. Sed vbi iuramentũ detulit hæredi fideicom-
miſſum relictũ fuiſſe neganti, nec iuramentũ præſta-
re volẽti: quia fideicommiſſarius vſus fuit libera vrba
nitate erga hæredẽ, faciendo ipſum in ſua cauſa iudi-
cẽ l.j.ff.qua.rer.act.talis hæres iurare recuſans priua-
tur facultate excipiendi de nullitate teſtamẽti, vt d.l.
fi.ſecundũ vnũ intellectũ ſecundũ quẽ habetis in pũ
161 cto tria ſingularia. †Primum eſt, ꝙ vbi actor nihil
probauit etiã ſemiplenè: imò ſi non habeat aliquam
præſumptionẽ pro ſe, tamen cogere poterit reum ad
iurandũ, licet regulariter actore nõ probante debeat
reus abſolui, etiã ſi nihil probauerit l.qui accuſare.C.
162 de edendo.& c.fi. de iureiurãdo. †Secundum ſingu-
lare eſt, quia regulariter iuramentũ alicui delatũ po-
teſt per eum referri.l.delata.C.de rebus creditis. & l.
manifeſtæ.ff.de iureiurãdo. Tamẽ in hoc caſu hæres
cui à legatario vel fideicõmiſſario defertur iuramen-
tum, nõ poteſt ipſum referre deferenti, vt d.l.fi. Ter-
tium ſingulare eſt, quia hæres qui negauit fideicom-
miſſum fuiſſe in teſtamento relictũ, necnon iuramen
tum ſibi ſuper hoc delatũ præſtare recuſauerit, cum
per hoc habeatur pro conuicto, perdit beneficiũ ex-
cipiẽdi, vt à cætero allegare non poſſit teſtamentum
eſſe inutile propter defectũ ſolennitatis: quod eſt mi-
rabile, ꝙ nuda voluntas vltima veſtiatur legis auxi-
lio propter mendaciũ hæredis. facit l.& eleganter. §.
ſeruus pactionis. ff. de dolo. Perdit enim talis hæres
facultatẽ defenſionis, quæ eſt de iure naturali.clemẽ-
tina paſtoralis.de re iudica.pulchrè Panor.in rub. de
exceptio. Et (quod deterius eſt,) peccato mortali per-
dit ſeipſum, iuxta illud, Pſalmo. v. Perdes omnes qui
163 loquũtur mendaciũ. †cum mendacium (vt dicit Au
relius Auguſtinus.) ſit falſa vocis ſignificatio cũ in-
tentione fallendi: quẽ refert & ſequitur gl.in l. de æta
te.ff.de interrogator.actione. Or graue eſt aliquẽ fal-
164 lere, dicit tex.in l.j.ff.de conſti.pecu. †Vnde nõ im-
meritò mendax punitur priuatione defenſionis etiã
notoriæ, quæ ex ſola reſultat teſtamẽti viſione, licet
videam⁹ ꝙ vbi aliàs de iure denegatur exceptio nul-
litatis proponi, ſicut in caſu clementinæ primæ, de re
iudic. ſcilicet cõtra tres ſentẽtias conformes, tamen
admittitur illa, quæ apparet ex ſola viſione pceſſus
ſecundum Imol.& Zabarel.ibi. Sed tamẽ in caſu no-
ſtro nõ admittitur exceptio nullitatis teſtamenti pro-
ueniẽs ex defectu ſolẽnitatis, licet de illo defectu ap-
pareat clarè, & promptè ex ſola teſtamẽti inſpectio-
ne. Et hoc eſt in odiũ heredis mẽdacis. Et quia appel
latio eſt defenſio, vt plenè habetur in c. intelleximus.
de iudiciis ſalubriter ſtatuit & ordinauit beatus Lu-
douicus Francorum rex huius nominis nonus, anno
domini M.cclij. ꝙ ſi quis ab aliquo ex facto propriõ
vel dicto conuentus factũ ſuum propriũ ſiue dictum
poſt iuramentũ præſtitũ in iudicio negare præſum-
pſerit: & legitima probatione conuictus fuerit con-
☞ demnatus, beneficium appellationis amittat. [Hæc
ordinatio eſt hodie per dominũ Aufreriũ, ſituata pri
ma in titulo de appellatio.] Pro hac ordinatione fa-
cit tex.in Authen.contra qui propriam.C. de nõ nu-
merata pecunia. vbi reus negans propriam ſcriptu-
ram, aut numerationem pecuniæ ei factam in ſcriptu
ra contentam, in duplũ ſi cõuictus fuerit, condemna-
tur. Et ſi aliquid prius ſoluiſſe contendat, in ſoli-
dũ exigitur, nec prodeſt ei ſolutio facta, & ſic perdit
defenſionẽ peremptoriã, vt ibi eſt tex.nota. Et etiam
per ordinationẽ, vt videtis, perdit beneficiũ appella-
tionis, quæ dicitur defenſio, vt plenè dicitur in c. in-
165 telleximus.de iudiciis. †Simile videmus in vaſallo
mendaciter negante rem eſſe feudalẽ, quia conuictus
perdit feudum.c.j.§. ſi vaſallus.ſi de feudo fuerit con
trouerſia inter dominũ & agnatum. Similiter ſi quis
per mendaciũ negauerit ſe filiumfamilias, ſi conuin-
catur de mendacio, perdit beneficiũ tituli.C.quod cũ
eo qui in aliena poteſtate.per tex.in l. ſed ſi ex parte.
§.interdũ.ff.illo eodem titulo. Pariter in illo qui ne-
gat ſe fideiuſſorẽ: qa perdit beneficium diuiſionis.l.ſi
dubitet.§.ita demũ.ff.de fideiuſſo.necnon perdit be-
neficiũ excuſſionis & cedendarũ actionũ ſecundum
Bal.notat. in Authen. contra qui propriã. C.de non
numera.pecu. vbi cõtra mendaces eſt text. notabilis.
Pariter qui mendaciter reſpondit, quadrupedẽ quæ
damnũ dedit nõ eſſe ſuã, perdit priuilegiũ ſe liberan-
di dando quadrupedẽ pro noxa. & inſolidũ cõdem-
nabitẽ.l.j.§.interdũ. ff.ſi quadrupes pauperiem feciſſe
dicatur. idẽ ſi negauerit ſeruum ſuum, qui dãnum in-
tulit habere in ſua poteſtate, quia nõ liberabitur vo-
lens dare ſeruum pro noxa.l.ſed alio.§.ſi abſens.ver-
ſicu. ſi verò falſo.ff.ſi ex noxali cauſa agatur. Etiã ex
ſolo mẽdacio ſurgit iudiciũ & coniectura ſufficiens
ad torturã ſecundum Bar.in l.ſi.ff.de quæſt.per text.
in c.literas, de præſumptio.& ſequitur L.Roma.con-
ſilio viij.incip. Viſo facto propoſito, &c. Similiter
qui p mendaciũ negat ſe ſocium, perdit beneficiũ, ne
exigatur vltra, quã facere poſſit.l.ſi vnus.§. ſi. ff. pro
ſocio.& l.ſed hoc ita. in fine.ff.de re iudic.ſecundum
Bar.in d.§.ita demum. qui etiã in l.etiam.§.j.ff.ſolut.
matri. dicit idẽ eſſe in marito, ſi negauerit matrimo-
166 nium: quia tenebitur de dote inſolidum. † Similiter
libertus q ius impetrauerat annulorum aureorum, &
ſic ius ingenuitatis, perdit illud, ſi ſe liberum menda-
citer negauerit.l.fin. C.de iure annulorum aureorũ,
167 ſecundum Bart in d.l.etiam. † Similiter hæres qui
rem negat eſſe hæreditariam, conuictus de mẽdacio
perdit Falcidiã ex tali re detrahendã. l. hæreditatum.
§.ſi.ff.ad legẽ Falci. Similiter qui negat ſe poſſidere,
commodum pdit & beneficium poſſeſſionis, p text.
168 ſingularem.in l. fi. ff. de rei vendica. † Vnum tamen
notabitis, ꝙ mentiens poteſt etiam interdum puniri
criminaliter, vt ſi faceret impoſturã, id eſt enormem
diffamationem.ff.de extraordinaria.crimini.l.ſaccula
rij. Nã omne mẽdaciũ enorme punitur crimine ſtel-
lionatus, ſi cõmittens petatur puniri criminaliter, ſe-
169 cundũ Bal.in c.fi.de reſcript. †Tertiò fideicommiſ-
ſum debetur ex minùs ſolenni voluntate, vbi teſtator
noluit ſolẽniter relinquere: ſed omnia relicta pone-
re in fide hæredis. Nã his duobus cõcurrentibus co-
gitur heres iurare an teſtator reliquerit: quid ſi iura-
re noluerit? habebitur pro condẽnato, & ſoluere co-
getur abſq; eo ꝙ opponi poſſit de nullitate volunta-
tis ex defectu ſolẽnitatis, per text.in d.l.fi.C.de fidei-
commiſ.ſecundũ intellectum gl.in d.§. fi. inſtitutio.
de fideicõmiſ.hæred. vbi latè Ioan.Fab. quẽ ſequun-
tur cõmuniter Doctores, in d.l.fin.& in d.c.iudican-
170 te. vbi eſt text. not. ſ. eod. †Ex quo notabilem ha-

betis limitationem ad omnia iura dicentia ex teſta-
mento inutili & minus ſolenni nihil deberi. l.ſi veri-
tas.& l.ex teſtamento.C. de fideicommiſ. Quia hoc
verum eſt,niſi duo concurrant. Primò ꝙ teſtator no
luerit ſolenniter teſtari. Secundò ꝙ omnia poſuerit
in ſola fide hæredis. Nam tunc non eſt opus teſtibus,
nec alia teſtamentaria ſolennitate. Ex quo inferunt
Bar.Salic.Ang.& Iaſo.in d.l.fi.ad quæſtionẽ de teſta
tore, qui præſtari iuſſit omnia, quæ continentur in
quadã ſchedula manu ſua ſcripta, quam depoſuerat
penes guardianum fratrum minorũ.Quia dummodo
conſtet vel per literarũ cõparationẽ, vel alias conie-
cturas, ꝙ illa ſit ſchedula quã teſtator aſſeruit manu
ſua ſcriptam,quamuis non probetur aliis teſtibus,po-
ſito etiã ꝙ non fuiſſet ſcripta per teſtatorem, dum-
tamẽ ſit illa de qua locutus eſt, ei ſtandũ erit: ex quo
teſtator voluit ei adhiberi fidem. de quo plenè dixi
171 ſuper verbo,in extremis poſitus. †Hanc tamen con-
cluſionẽ (quod teſtator committere poſſit ſuam vo-
luntatẽ putà legatum, & fideicommiſſum in ſola fi-
de hæredis ſine alia ſolẽnitate) intelligatis verã, niſi
ſtatutum eſſet in ciuitate, ꝙ maritus non poſſit vxo-
rem inſtituere hæredẽ, nec ei quocunq; titulo relin-
quere vltra centũ libras. Quia tunc non poſſet teſta-
tor in fide vxoris aliquid ponere, quantuncunq; di-
xerit, ꝙ ſuam voluntatẽ ſecretè ordinauit cũ vxore,
qualiter pecuniam diſtribuat pro anima ſui teſtato-
ris mariti. Nam ſemper hoc præſumeretur factum in
fraudem ſtatuti,& ſic non valeret ſecundũ Ioã. And.
in additio.Spec.tit.de inſtr.edit. §. nunc verò aliqua.
poſt medium.& Alex.in l.cogi.§. his qui ſolidum. ff.
ad Trebel. Et huic ſecundo caſui non obſtat. l. non
poteſt.ff.de legat.j. vbi habetur, quòd non eſt in po-
teſtate teſtatoris, ſimpliciter fidẽ hæredis eligere, &
in ſua fide omnia legata & fideicõmiſ. ponere, nihil
in teſtamẽto ſcribendo. Quia quo ad ea quæ ſolæ fi-
dei hæredis cõmiſit,cogetur iurare:& ſi iuret ita eſſe,
aut ſi nolit iurare, tenebitur ſoluere. Si autem iuret
nihil relictum aut fidei ſuæ cõmiſſum fuiſſe, abſolue-
tur. Si autem teſtator ſcripſiſſet fideicommiſſa in te-
ſtamento,& ſic confecit ſcripturam,aut fecit confici,
licet inutilem,& in ſolennitate deficientẽ,non poſſet
teſtator facere,quod illud teſtamentũ valeat, ſi hæres
fateatur fideicõmiſſum relictũ: quia defendere ſe po-
terit,& excipere de defectu ſolẽnitatis teſtamenti, &
ita locũ haberet d.l. nemo poteſt. Si autem negaſſet,
& iurare noluiſſet, teneretur in odiũ mentientis, qui
per ſcripturã teſtamẽti cõuincitur ꝙ legatũ relictum
eſt,licet minùs ſolẽniter, vt vidiſtis ſuprà in ſecundo
172 caſu. †Quartò debetur fideicõmiſſum ex minùs ſo-
lẽni volũtate,vbi teſtator non ſimpliciter poſuit in fi
de hæredis, ſed fecit quod hæres ſibi promiſit ſolue-
re legatũ in teſtamẽto inutili relictũ iuxta l.quidã cũ
filiũ.ff.de hæredi.inſtit.& l.ſpadonẽ.§.j.ff.de excuſa.
tuto.De quo eſt tex.in d.l.fi.de fideicõmiſ.ſecundum
intellectũ quẽ ei dat Bart.in l. nemo poteſt. in princ.
ff.de leg.j.quem ibi ſequuntur Imol.& Alexã. ibi, in
iij.col.magnificientes verba.Barto.ibi. Quoties ergo
teſtator ſibi promittere fecit per hæredẽ quod lega-
tariis ſoluet legata: quo caſu, talis diſpoſitio tranſi-
re videtur in vim cõtractus:cuius tunc probatio niſi
duos nõ requirit teſtes, vt habetur in l. hæredes palã.
§.fi.ff.hoc titu. Certè tũc legatarius pro quo teſtator
præſtationẽ legati fuit ſtipulatus,repræſentare cenſe-
tur defunctum.l.id tẽpus.§.j.ff.de vſuc. & ſic debetur
tale relictũ ſtipulatione debitũ, maximè vbi teſtator
faceret hęredẽ promittere nedũ ſibi teſtatori, ſed le-
gatario qui ibi præſens, aut ꝓ illo abſente notarius
173 tanquã publica perſona ſtipularetur. †Quintò de-
bentur legata & fideicommiſſa ex inutili voluntate,
vbi fuit per teſtatorem relicta ſuo debitori liberatio.
Nã cùm ex teſtamẽto minus ſolenni oriatur natura-
lis obligatio.l.fi.de reb.dub.l.in teſtamẽto.ff. de fidei
cõmiſ.liber.tenẽt Bart. & vltramontani in l. cũ quis.
C.de iur.fac.igno.& in l.j.ff.de cond.inde.& Docto.
in c.fi.de ſolu. Or naturalis obligatio de per ſe eſt po
tẽs ad excipiendum & retinẽdum. l. Stichũ aut Pam-
philum.§.naturalis.ff.de ſolu.& l.ſi vnus.§.pactus ne
peteret.ff.de pactis. Et ſic ex minus ſolẽni teſtamen-
to parari debet exceptio debitori virtute naturalis
obligationis de non petendo cauſatæ ex inutili teſta-
mento:tamẽ in contrarium videtur tex. in l.ſi credito
ris.C.de fideicõmiſ.ibi,ſolẽniter tibi.vbi Iaſon fina-
174 liter reliquit cogitandum. †Sextò debetur relictum
ex inutili teſtamento, vbi hæres expreſsè illud agno-
uit poſt mortẽ teſtatoris & ſoluere ꝓmiſit teſtamen-
tum approbãdo: quia tunc poſſet etiã in futurũ cogi
ſoluere,& teſtamentum adimplere.text.eſt ſingularis
in l.penul.C.de dotis promiſ.vbi quo ad inducendũ
obligationẽ ſoluẽdi etiam in futurum ſufficit expreſ-
ſa teſtamenti inualidi,vel cuiuſcunq;, alterius inuali-
175 dæ diſpoſitionis approbatio ſemel facta. † Et idem
eſſet vbi hæres ſcienter ſolueret legatũ, aut fideicom-
miſſum in teſtamẽto inutili relictũ, aliàs teſtamen-
tũ non approbãdo expreſsè. Quia tunc licet hæredis
expreſsè teſtamentum non approbauerit, tamen ex
quo ſcienter legatum vel fideicõmiſſum ſoluit, non
poterit ipſum repetere.l.ij.C.de fideicommiſ. Quod
etiã procedit in ruſtico,qui ex quo nõ errat in facto,
imò factũ ſcit: & quia in tali præſtatione ſeu indebi-
ta ſolutione verſatur ius naturale.l.legatum.ff. de ca-
pi.diminu. Certè etiam ruſticus in tali diſpoſitione
cõprehenditur, ſecundũ Bal.ſingulariter in d.l.ij. idẽ
tenuerat Bar.in l.cùm de in rẽ verſo.ff. de vſuris. iij.
col.per tex.iuncta gl.in l.litibus.C.de agrico. & cen-
ſit.lib.xj.Bal.in l.ſi certis annis.C.de pactis.Anto.de
Butr.& Doct.in c.peruenit.de cenſibus. licet Specu.
quẽ Bal.ſimpliciter refert in l.ſolent.ff.de offic. pro-
con.tenuerit cõtrariũ. Siue enim hæres in teſtamẽto
minus ſolẽni inſtitutus ſciat factũ & ius, id eſt quod
volũtas teſtatoris inutilis erat,ſiue ſciat factũ:ſed er-
ret in iure,credens teſtamentũ non ſolenne fore vali-
dũ,ſemper vtroq; caſu, ſolutũ ex inutili volũtate te-
net,nec repeti põt. Quia primo caſu ſcienter ſoluen-
do præſumitur donare.l.j.ff.de condi.indebi.Secũdo
caſu etiam repeti non poteſt, cùm tale relictũ ſaltem
naturaliter deberetur, vt magis cõmuniter cõcludi-
tur in d.l.cùm quis.C.de iuris & facti ign. Et natura-
liter debitum errore iuris ſolutũ repeti nõ poteſt, vt
176 ibi: & l.error. ff. de iuris & facti igno. †Aduertatis
tamen, quia licet hæres legatum aut fideicõmiſſum
ex inutili teſtamento ſoluens ſibi præiudicet quo ad
legatum ſolutũ, vt ſcilicet illud repetere non poſſit,
tamẽ nõ ſibi præiudicat quo ad cætera legata in eo-
dem teſtamẽto relicta: quæ propter ſolutionẽ vnius
ſoluere non tenebitur.l. non dubium.C.eodẽ. Quod
etiã locum habebit quo ad tẽpus,ſicut quo ad res:pu-
tà ſi hæres ſoluere nõ tenebatur legata, niſi vſq; poſt
certũ tempus,& aliqua ante tempus ſoluerit, talis ſo-
lutio præmaturè facta non ſibi præiudicabit, vt etiã
alia ſoluere teneatur ante tẽpus.l. Lucius. §. teſtator.
ſecundũ vnũ intellectũ glo.ibi.ff.de leg.ij. ſecùs eſſet
tamẽ in loco: quoniã ſi hæres exẽptionẽ habebat nõ
ſoluendi legata in certo loco, ſi in illo vnum legatum
ſoluerit



ſoluerit ſibi præiudicet,vt etiam cætera legata ibi ſol-
uere cogatur.l.fideicõmiſſum.§.fi.ff.de iudic.per quẽ
ita decidit Ange.in lectura Peruſina in d.l.j.C. de fi-
deicõmiſ.Quod verum intelligit Iaſon in d.l.ij.illius
titu.vbi hæres exemptionẽ non ſoluendi in certo lo-
co haberet ex priuilegio & iure ſingulari: quo caſu
ius ſingulare facilius tollitur,quàm ius cõmune.l.eius
militis.§.militia miſſus.ff.de teſtamen.milita.Sed vbi
hæres exemptus eſſet de iure communi, tunc idẽ eſſet
in loco ſicut in re & tẽpore, vt ſemel ſoluẽti nõ fieret
177 præiudicium quo ad cætera legata:†quia valet argu-
mentum de re ad locũ.l.ſi quis ita.ff.de auro & argẽ.
lega.& de tempore ad locum.l. vinum.ff.ſi cert. peta.
178 †Vnum tamen menti tenebitis, quòd differentia eſt
inter hos duos caſus,ſcilicet inter expreſſam teſtamẽ
ti approbationẽ,& tacitam,quæ inducitur ex ſola le
gati inutilis ſolutione ſciẽter facta. Quia primo caſu
hęres expreſsè legatũ approbãdo nõ ſolùm ſibi præ-
iudicat,quo ad ſolutionẽ iam factã,vt tanquã indebi
ta repeti non poſsit, ſed etiã quo ad inducendũ obli-
gationẽ ſoluẽdi in futurũ,vt d.l.ij.C.de dotis promiſ.
quę ad hoc eſt ſingularis ſecundũ omnes.Sed ſecũdo
caſu,qñ hęres tacitè fideicõmiſſum approbat,ſcilicet
illud ſimpliciter, tamen ſcienter ſoluendo ex inutili
teſtamento:tunc ex tali ſimplici ſolutione & præſta-
tione,& ſic tacita approbatione, hæres ſibi nõ præiu
dicat,niſi quo ad ſolutionem factam in illa re & pro
illa vice,& non quo ad inducẽdum obligationem in
futurũ.Vnde ſi heres in teſtamento inutili & inuali-
do grauatus fuerit certum quid ſoluere annis ſingulis,
& ſimpliciter illud ſoluerit ſcienter vno anno,nõ ſo-
lùm nõ tenebitur ad cætera legata ſoluenda:imò nec
etiam ad illudmet quod ſoluit tenebitur ſoluendum
in poſterũ,ſi expreſsè ipſum nõ approbauerit.Et idẽ
eſſet,ſi ipſum ſcienter bis ſoluiſſet. quia adhuc nõ te-
nerẽ in poſterũ ſoluere,licet quod ſoluerit nõ poſ-
ſit repetere,ſecundũ omnes in d.l.nõ dubium. C.eo-
179 dem.& d.l.ij.de fideicommiſ. † Et quod dictum eſt
ex tacita approbatione nõ induci obligationẽ ad ſol-
uendum in futurũ,eſt verum, niſi tria concurrerent.
Primò ꝙ tale legatũ ſeu fideicõmiſſum inutile factũ
eſſet pro alimẽtis: quia tunc fauore alimentorum in-
duceretur obligatio ad ſoluendum in futurũ, vt d.l.j.
C.de fideicõmiſ.quæ locũ habet non ſolùm ſi alimẽ
ta fuerint legata pauperi,ſed etiã ſi diuiti, vt tenet Sa-
lice.ibi,& Alexã.in d.l.ſi certis annis.C.de pactis.per
tex.in l.cùm hi.§.nihil.ff.de tranſact. Nam licet lega-
tarius ſit diues,tamen teſtator cẽſetur cogitaſſe,quòd
in futurum effici poterit pauper:quo reſpectu dicitur
legatũ pium,ac ſi pauperi fuiſſet relictũ, quod ſequi-
tur Iaſon in d.l.ſi certis annis. & in d.l.j. C. de fidei-
180 cõmiſ. † Quæ quidem lex locũ habet etiã in aliis le-
gatis ſimilem fauorẽ habentibus,puta in relicto pro
dote, vel ad refectionẽ viæ publicæ.l.quidã teſtamẽ-
to.ff.de leg.ij.l.ſi cui annuum.ff.de annuis legatis, ſe-
cundũ Bar.in d.l.ſi certis annis.C. de pact. quem oẽs
ibi ſequuntur,excepto Salice. Idẽ tenet Bart.in d.l.cũ
de in rẽ verſo.vbi Fulg.ff.de vſu. & idẽ Bart.in quæ-
ſtione per eum diſputata incip. Mulier habẽs amplũ
patrimonium. Doctores,in d.c.peruenit. & expreſsè
Alex.in l.j.xiij. col.ff.ſoluto matri. Et idem ſeruare-
tur in legato annuo pro redẽptione captiuorum reli-
cto,aut eccleſiis, vel piis locis, vel in pias cauſas fa-
cto:cùm in eis idẽ militet fauor,ſecundũ Ang. in d.l.
ſi certis annis.in repetitiõe. De quorũ, ſcilicet piorũ
legatorũ priuilegiis quæ habẽt, tam in contractibus,
quàm iudiciis & vltimis voluntatibus,ſummo digito
ac magiſtraliter locutus eſt Ludouic.in authen.ſimi-
liter.C.ad leg.Fal.in repet.Secundò requiritur, quòd
relictum alimentorum vel ſimile,de quibus ſuprà fa-
ctũ fuerit in vltima voluntate minùs ſolẽni,ita quod
teſtamentũ ſit imperfectum propter defectum ſolen-
nitatis teſtamentũ concernentis in eo nõ ſeruatæ, vt
quia non fuerint teſtes in ſufficienti numero adhibi-
ti,aut per teſtatorem non rogati.l.hac conſultiſsima.
C.eodem.Si autem teſtamentũ foret inutile ex inha-
bilitate & incapacitate teſtatoris procedẽte ex defe-
ctu iuris naturalis vel gentium, vt quia teſtator erat
pupillus,vel demens:quo caſu lex reſiſtit huic volun
tati, vt ex ea non oriatur etiam naturalis obligatio.l.
qua ætate.ff.eod.& l.ſi.C.de teſta.mili. vel quia teſta
mentũ erat imperfectũ ex defectu voluntatis teſtato-
ris,qui morte præuentus teſtamentũ perficere nõ po
tuit,nec ſuam declarare voluntatẽ,aut fortè eſt teſta-
mentum inualidũ,quia falſum. & ſic caret teſtatoris
voluntate.l.ij.C.de edicto diui Adria.toll.& l.cũ fal-
ſum.ff.de acqui.hæredi.Certè his caſibus multiplica-
ta ſolutio non induceret teſtamenti approbationem,
vt hæres ſoluere teneretur in futurum,aut ſemel ſolu-
tum teneret,ſecundum Ang.in dicta lectura l.j.C. de
181 fideicõmiſ.† Tertiò ꝙ ex tali teſtamento minus ſo-
lenni interceſſerit præſtatio ſeu ſolutio triennalis fa-
cta per hæredẽ:nam talis præſtatio triennalis cõcur-
rens cũ fauore alimẽtorum vel ſimilis cauſæ, & cùm
fauore vltimæ voluntatis, facit vt ex minus ſolenni
volũtate fideicõmiſſum debeatur in futurum,per tex.
ſingul.in d.l.j.C.de fideicõmiſ.quam Fulgo.ibi dicit
habuiſſe in ſuo priuato examine. Et hoc nõ ſolũ vbi
hæres integrè ſoluit legatũ alimentorũ aut ſimile tri-
bus annis,ſed etiã ſi vno anno ſoluit frumentum,alio
anno ſoluit vinũ, & tertiò ſoluit veſtes alimentario
ſeu legatario,ſecundum Bald.ſingulariter ibi in d.l.j.
182 neſcio ſi dicit verũ.†Habet ergo talis præſtatio trien
nalis hunc mirabilẽ effectum,vt dicto fauore dupli-
ci concurrente,peti poſsit fideicommiſſum ex inutili
teſtamento in futurũ. Prouiſo tamen,ꝙ talis ſolutio
triennalis facta fuerit de per ſe ſingulis tribus annis:
ſecus autem eſſet ſi hæres ſemel pro tribus annis ſol-
uiſſet vnica ſolutione.Ita ſingulariter decidit Io.Fa-
bri.in d.l.j.referẽs idem tenuiſſe Iac.de Aret.in d.l.ſi
certis annis.Mouetur etiam,quia plures actus ſepara
tim facti,plus ligant.l.iubemus.& authẽ.ſiue à me.C.
ad Velle.Ad hoc facit quod voluerunt Cyn.& Bal.in
d.l.ij.C.de dotis promiſ.vbi dicunt,ꝙ l. quicũque.de
qua nunc dicetur.C.de apo.publi.lib.x.habet tantùm
locum vbi ſolutio apparet facta ſeparatim tribus an-
nis vltimis,ſecus ſi ſemel pro tribus annis.Facit quod
in ſimili voluit Barto.in l.cum qui.aliâs incipit Iabo-
lenus.ff.de annu.legat.vbi dicit.l.ſi certis annis.C.de
pactis.& l.cùm de in rem verſo.ff.de vſuris.volentes
ex præſcriptione longi temporis cauſam præſumi, &
obligationẽ ſubeſſe: locũ habere ſi talis ſolutio facta
fuerit ſingulis annis, ſecus ſi vna vice pro pluribꝰ an-
nis. Vide plenè Iaſo.in §.præiudiciales.xvj.col. inſti.
de actio.Pro quo facit tex.in d.l.cùm de in rem ver-
ſo.ibi,longo tẽpore. per quẽ apparet requiri tẽporis
ſucceſſum,vt ibi not.Bal.facit etiã quod not.gl.in l.ſi
cõuenerit.la j.ff.de pign.action.vbi qñ in aliquo actu
requiritur trina interpellatio,nõ poſſet vna tantũ vi-
ce fieri per creditorẽ dicẽdo,ter ſolue.Facit quod vo
183 luit Bal.in c.ex literis.in fi.col.de cõſti.†vbi tenet, ꝙ
ſtãte ſtatuto,ꝙ in maleficiis reus debeat ter citari nõ
ſufficeret vnica citatio,quãuis peremptoria, pro tri-
bus.Ad idẽ facit gl.ſuper verbo,tertio. in cle.j.de vi-

tã & honc.cleri.& in c.j.in verbo,tertiam.de mili.va-
ſal.q cõtu.eſt.de quo Pan.in c.fi.de vita & hone.cler.
Ideo cum ſit ſtatutũ hîc & Toloſę ſeu conſuetudo,ꝙ
nemo poſsit eſſe conſul vel dñs de capitulo ciuitatis,
niſi prius onera & tallias in ciuitate ſoluerit,& ſubie-
rit ꝑ plures annos in ſtatuto ſpecificatos, non audi-
ret̃,nec ad dignitatẽ illã ꝓmoueret̃, ſi vno anno ſol-
uere vellet ꝓ omnib⁹ futuris annis ſtatuto requiſitis.
Et cùm ſemel qdã honorũ cupidus Toloſæ hoc feciſ-
ſet,fuit ꝑ arreſtũ Parlamẽti,nõ obſtãte illa fraudulẽ-
ter accumulata ſolutiõe repulſus à capitulatu, donec
debitis tẽporibus ſucceſsiuè decurſis, onera ciuitatis
ſubiiſſet anniſq; ſingulis ſoluiſſet. Plus dico,ꝙ etiã ſi
nouẽ annis ſoluiſſet, videlicet ſingulo tertio anno ꝓ
tribus ſimul,& ſic tres ſolutiões feciſſet, ex tali ſolu-
tiõe nõ præſumeret̃ de præcedẽti.Cùm hîc nõ ſit for
mis præſtatio annuæ obligationi rei naturaliter in-
ſitę cõueniẽs:quia forma ſoluẽdi naturalis eſt,ꝙ ſin-
gulis annis ſoluatur,cui nõ cõuenit annorũ cumula-
ta ſolutio.Et ſic præſumptio quæ ex ſingulari præſta
tione induci**t̃** nõ pertinet ad difformẽ modũ præſta-
tionis,arg.ff.de annuis leg.l.Seia.§.medico. Nã ſi ex
16 *Telorum triplex genus lætale.*
17 *Teli appellatione quid veniat.*
18 *Remus à Romulo necatus.*
19 *Mors naturalis largè ſumpta.*
20 *Mors mala.*
21 *Mortuus morte ſua, quis dicatur.*
22 *Teſtamentum in carcere factum, an valeat.*
23 *Mortuus & occiſus differunt.*
24 *Mortis appellatio continet etiam interfectionem.*
25 *Mortis mentio, etiam intelligitur de violenter illata.*
26 *Mors omnis dicitur caſus fortuitus.*
27 *Mors omnis eſt ex diſpoſitione Dei.*
28 *Duello victus, non cenſetur damnatus criminis.*
29 *Duellum non permittitur, niſi authoritate regia vel parlamenti.*
30 *Teſtamentum quando morte non confirmetur. & numer. 31. & 32.*
33 *Teſtatorem occidens, nec ei nec eius hæredi ſuccedit.*
34 *Dotem non lucratur qui vxorem interfecit.*
35 *Delicto nemo debet præmium conſequi.*
36 *Pœna nemini præſtat immunitatem.*
37 *Maritus occidens vxorem, perdit ius ſuccedendi.*
38 *Hæres priuatur, qui vxorem teſtatoris interfecit.*
39 *Hæres alimenta vel medicinã teſtatori negans priuatur.*
40 *Hæres occidẽs teſtatorẽ quando non priuetur hæreditate.*
41 *Morte non firmatur teſtamentum ſi quis ſeipſum occidat.*
42 *Suſpendi poteſt, qui ſeipſum occidit.*
43 *Occidens ſeipſum, eſt inteſtabilis.*
44 *Mortes duas nouit Plato.*
45 *Occidere ſeipſum non licet.*
46 *Bannitum & ſi liceret interficere, non tamen ſeipſum.*
47 *Occidens ſeipſum videtur crimen confiteri.*
48 *Iura teſtamẽtũ delinquẽtis inualidãtia nõ ſunt correcta.*
49 *Vxor lugere non tenetur maritum, qui ſeipſum occidit.*
50 *Occidens ſeipſum caret ſepultura.*
51 *Sepultura eſt quodammodo teſtimonium bonæ vitæ.*
52 *Chriſtus honorificè ſepultus.*
53 *Sepulturæ priuilegia.*
54 *Cadauera priuſquam ſepeliantur, vexari non debent.*
55 *Meſſagetæ ſenes ſuos deuorant.*
56 *Creditor impedire non poteſt ſepulturam debitoris.*
57 *Nouem diebus à ſepultura vexari non debent hæredes.*
58 *Viduæ vltra annum luctus habent nouem dies.*
59 *Funus alicuius comitantes citari non poſſunt.*
60 *Teſtator prohibere ſibi nequit ſepulturam.*
61 *Simonides ob cadauer ſepultum liberatus à morte.*
62 *Sepulturam impedientes, ſunt infames.*
63 *Clodoueus rex punitus ob ſepulchrum violatum.*
64 *Ioſias ſepulturæ religioſus.*
65 *Ludouicus rex cadaueri inimico fauit.*
66 *Tegulas templi Iunonis impunè non tulit Flaccus.*
67 *Dagobertus rex punitus, quòd eccleſiæ valuas tulerit.*
68 *Sepultura defunctis danda & ſeruanda.*
69 *Cadauer ſuum in mare cõiici mandans, non eſt audiẽdus.*
70 *Religioſus quomodo fiat locus illatione mortui.*
71 *Sepultura quare in principio teſtamenti ponitur*
72 *Occidens ſeipſum in freneſi aut dormiendo non caret ſepultura.*
73 *Ebrius delinquens, quomodo punitur.*
74 *Homicidium ſobrij grauius quàm ebrij.*
75 *Vini vſus in fœminis deteſtandus.*
76 *Occidere ſe volens, criminoſus eſt inteſtabilis.*
77 *Cato ſeipſum occidit.*
78 *Scipio ſeipſum interfecit.*
79 *Annibal ſeipſum interemit.*
80 *Occidẽtis ſeipſum quando non infirmetur teſtamentum. & nume. 81.*
82 *Occidere ſeipſum non licet, niſi inſtinctu fiat diuino. & n. 83. & 84.*
85 *Venenum apud Athenienſis erat pœna delinquentium.*
86 *Monachus ſe ſãguinolẽter in eccleſia percutiẽs eã polluit.*
87 *Teſtatore per ſententiam occiſo an valeat teſtamentum.*
88 *Marci Bibuli moderatio.*
89 *Iudex poteſt quem occidere ſine peccato.*
90 *Flagitia & facinora differunt. & nu. 91. & 92.*
93 *Delictum quid.*
94 *Crimen quid.*
95 *Iudex non ſit ad occiſionem pronus.*
96 *Iuſtitiæ diuinæ proprium eſt peccatores reuocare triplici via.*
97 *Iudex ſi glorietur in morte homicida eſt.*
98 *Delicta tunc punienda, quando nulla eſt ſpes cõuerſionis.*
99 *Iudex nihil maius Deo poteſt offerre quàm iuſtitiam.*
100 *Condemnatus vt ad patibulum portetur, capi poteſt cuiuſuis aſinus vel currus.*
101 *Iudex malos percutiendo miniſter Dei eſt.*
102 *Pœnas ob maleficia lui ratio ſuadet.*
103 *Reip. nil vtilius facere põt iudex, quã punire delinquẽtes.*
104 *Miſericordiã facit cum delinquente qui eũ iuſtè occidit.*
105 *Sepeliri non poſſunt damnati ſine permiſſione principis.*
106 *Contritio tanta eſſe poteſt in damnato, quòd mors in totum ſatisfaciat pro delicto.*
107 *Criminaliter litigãtes non poſſunt tranſigere ſine fiſco.*
108 *Nocte non licet quem ſuſpendere.*
109 *Iudex eſſe debet legibus conformis.*
110 *Iudices debent illos maximè punire qui enormia commiſerunt delicta.*
111 *Geminatum delictum caret venia.*
112 *Gratia ſecũdi delicti nõ valet niſi facta mẽtiõe de prima.*
113 *Qualitatis delictum aggrauantis facienda eſt mentio in obtinenda venia.*
114 *Seruus percutiens clericum vt eat Romam, & à ſeruitute liberetur, an audiatur.*
115 *Debita cõtrahẽs ſpe cedendi bonis non liberatur cedendo.*
116 *Peccatum ſub confidentia veniæ perpetratum eſt grauius.*
117 *Iudiciũ capitale primũ eſt Athenis in Areopago factũ.*
118 *Infantis vel furioſi delicta quare impunita.*
119 *Mors triplex, criminalis, ciuilis, & ſpiritualis delinquẽti poteſt inferri*
120 *Crimen puniendum licet bonus ſit inde effectus ſequutus.*
121 *Teſtamentum per capi. ſententiam irritatur etiamſi mors non ſit ſequuta.*
122 *Sententia per quam adimitur libertas, ciuitas, aut vita, facit damnatum ilico inteſtabilem.*
123 *Hæredes quis habere poteſt ab inteſtato, etiam ſi ſit inteſtabilis.*
124 *Condemnatus ad mortem, vix moritur.*
125 *Sententia ſola quomodo reddat quem inteſtabilem.*
126 *Damnatus ex ſtatuto an ſit inteſtabilis. & nu. 127.*
128 *Damnati teſtari non poſſunt etiam ad pias cauſas.*

*Damnati*

129 *Damnati ad perpetuum carcerem, an teſtari poſſint.*
130 *Carcer perpetuus facit ſeruum pœnæ.*
131 *Carcer iure ciuili eſt ad cuſtodiam, non pœnam.*
132 *Damnati ad perpetuum carcerem perdunt bona.*
133 *Mors ante ſententiam confirmat teſtamẽtum niſi in criminibus exceptis.*
134 *Sodomita eſt ilico inteſtabilis.*
135 *Committens crimen contra naturam perdit ilico dominiũ rerum ſuarum.*
136 *Damnatorum filij non peccant occultando bona confiſcata, ſi indigeant.*
137 *Sodomiticus coitus nullam inducit affinitatem.*
138 *Iumentum cum quo quis coit etiam comburitur.*
139 *Sodomiticum ſcelus quæ mala inducat.*
140 *Crimen extingui morte quomodo intelligatur.*
141 *Hæredis intereſt æſtimationem defuncti purgare.*
142 *Hæres de turpi lucro defuncti tenetur.*
143 *Fiſcus eſt ſaccus ſiue conſcientia imburſans omnia malè quæſita.*
144 *Damnatus ad membri mutilationem poteſt teſtari.*
145 *Damnatus ad mortem eſt inteſtabilis.*
146 *Damnati ad membri mutilationem confiſcantur bona, nec teſtari de eis poteſt in Gallia.*
147 *Dãnatus ad mortẽ quãdo nõ ſit inteſtabilis. & nu.*148.
149 *Sententia ad mortem, ſi quo tempore capi poſſit damnatus, an valeat.*
150 *Criminoſus ſe ante litẽ cœptã abſentãs dãnari nõ poteſt.*
151 *Citandus quomodo ſit quis criminaliter. & nu.*152.
153 *Probationis onere agens ſicut accuſans pariter tenentur.*
154 *Contumacis bona quomodo confiſcantur.*
155 *Moræ purgatio termino lapſo quando non admittitur.*
156 *Contumace accuſatore quid agat iudex.*
157 *Pœna relegationis & banni exercetur in abſentem.*
158 *Ius vnum ciuile per aliud tolli poteſt.*
159 *Citato non comparente quid agat procurator regius.*
160 *Confiteri quis dicitur tripliciter.*
161 *Confeſſionem non vitiat inordinatus proceſſus. & nu.*162.
163 *Contumacia non operatur certitudinem.*
164 *Contumacẽ nõ condẽnet iudex, ſi ſibi de oppoſito conſtet.*
165 *Contumax cenſetur, qui alia cauſa fugit.*
166 *Contumacem non facit qui impedit. & nu.*167.
168 *Contumacem iudex non cõdemnet in qualitate delictum aggrauante, niſi de ea verè conſtet.*
169 *Contumax antequam condemnetur quid perpendẽdum.*
170 *Contumax ſemper debet expenſas.*
171 *Contumace mortuo crimen non extinguitur quo ad bona.*
172 *Confeſſus quomodo appellans audiatur.*
173 *Contumax & verè cõfeſſus differunt. & nu.*174. & 175.
176 *Maritus accuſans vxorem debet ſe inſcribere.*
177 *Statuta limitari debent ſecundum ius commune.*
178 *Sententia etiam contra contumacem lata eoipſo facit eum inteſtabilem.*
179 *Damnatus qui authoritate principis eximitur an ſit inteſtabilis.*
180 *Damnatus eximens eſt reus læſæ maieſtæ.*
181 *Iudici non obſtante appellatione exequenti licet de facto reſiſtere.*
182 *Cardinales cõdẽnato obuiãtes eũ ex priuilegio eximunt.*
183 *Damnatum eximere aliquo cupiente, ſi miniſtri eum occidant, rei ſunt capitis.*
184 *Sententia indigens cõfirmotione non facit quẽ inteſtabilẽ.*
185 *Sententia non facit inteſtabilem, vbi ille cui ius eſt, exequi eam non vult.*
186 *Damnatus ad mortem teſtari poteſt pro malè ablatis reſtituendis. & nu.*187.
188 *Pia relicta non tenetur fiſcus implere.*
189 *Damnatus ad populi tumultum non eſt inteſtabilis.*
190 *Pilatus ad clamorem populi non ritè Chriſtũ damnauit.*
191 *Quinti Scæuolæ conſtantia.*
192 *Populi vox quatenus admittenda.*
193 *Libertas ſeruo ad rumorem populi data eſt nulla.*
194 *Mutij commendatio.*
195 *Populus non eſt ſequendus in condemnando.*
196 *Conſuetudo non valet quòd iudicetur ſecundum opinionẽ populi.*
197 *Sẽtẽtia nulla ex defectu ordinis non facit quẽ inteſtabilẽ.*
198 *Præcipitatio eſt nouerca iniuſtitiæ.*
199 *Ordinis omiſſio vitiat etiam extraordinarium iudicium.*
200 *Ordo iudicialis in criminalibus non ſeruatur in Gallia.*
201 *Accuſationem inſtituere timet vir prudens.*
202 *Crimina in Gallia extraordinariè puniri. & nu.*203.
204 *Procurator regius accuſans non tenetur de præſumpta calumnia ex defectu probationis.*
205 *Sententia debito ordine non ſeruato, non facit inteſtabilẽ.*
206 *Tortura in regimine publico neceſſaria.*
207 *Morte afficere nocentem non eſt peccatum.*
208 *Probatio anceps nihil probat.*
209 *Probatio concludere debet per neceſſe.*
210 *Iudex non iudicabit, niſi neceſſitatem in probatione requirat.*
211 *Iudicans ſecundum allegata & probata non peccat.*
212 *Clauſula appellatione remota, non tollit euidentem iniquitatem.*
213 *Nullitas ex incompetentia iudicij ſemper admittitur.*
214 *Clericus per iudicem ſecularem damnatus non efficitur inteſtabilis.*
215 *Bannitus à priuato impunè occiſus, non fit inteſtabilis.*
216 *Damnatus ad mortem inſolitam non fit inteſtabilis.*
217 *Seneca à Nerone interfectus. & nu.*219.
218 *Seneca an Chriſtianus deceſſerit.*
220 *Neronis ſcelera.*
221 *Sententia quæ reddat inteſtabilem damnatum.*
222 *Torqueri qui iure non debeant.*
223 *Interlocutoria occiſus non fit inteſtabilis.*
224 *Interlocutoria non mutat ſtatum.*
225 *Pœna interloquendo indicta non eſt perpetua.*
226 *Damnatus vt fiat inteſtabilis quid requiratur.*
227 *Chriſtus ſententia nulla damnatus non fuit inteſtabilis.*
228 *Pacis commendatio. & nu.*229.
230 *Inimicitiæ ex coniunctione officij dimiſſæ.*
231 *Pacis fauore ſiunt matrimonia interdicta.*
232 *Sententiæ ratione rebellionis latæ reſcindũtur facta pace.*
233 *Treuga ſtante etiam dicitur eſſe bellum ad excuſandum quem debitorem ob metum.*
234 *Mandatum ad faciendũ pacem non expirat morte mandantis.*
235 *Minor poteſt reſtitui aduerſus amiſſam concordiam poſt condemnationem.*
236 *Vnitas vt ĩter bonos bona, ita inter malos eſt pernicioſa.*
237 *Chriſtus quare iniuſtè damnatus.*
238 *Populi fauore nec liberari debet quis nec damnari.*
239 *Architæ Tarentini moderatio iræ.*
240 *Piſiſtrati moderatio.*
241 *Iudæorum calamitas & iniquitas. & nu.*242.
243 *Pilati ſententia in quibus peccauit. & nu.*244.247.254. & 255.
245 *Confeſſio reiterata non præſumitur erronea.*
246 *Pilati ad Tyberium epiſtola de Chriſto.*
248 *Conſcientia eſt iudicando ſequenda. & nume.* 249.250. & 251.
252 *Conſcientia eſt triplex. & nu.*253.
256 *Chriſtus ob inuidiam occiſus.*
257 *Chriſti geſta ad ſenatum Rom. relata.*
258 *Inuidiæ proprietates.*
259 *Inuidia & obtrectatio differunt.*
260 *Chriſtus non deceſſit inteſtatus.*





261 *Platonis de Chriſto teſtimonium.*
262 *Chriſti teſtimonia varia miraculosè inuenta. & numero* 263. & 264.
265 *Sententia à qua eſt appellatum non facit inteſtabilem.*
266 *Iudex poſt appellationem reum interficiens non cenſetur iudex.*
267 *Sententiæ capi. in Gallia mox fit executio, niſi appelletur.*
268 *Executio ſententiæ capi. quando differenda.*
269 *Meretrix petens condemnatum an audiatur.*
270 *Appellatione pendente decedẽs non cenſetur inteſtabilis.*
271 *Mors eximit de foro iudicis, & facit de foro Dei.*
272 *Erroris prætextu ſententiã retractans, niſi probet, punitur.*
273 *Error poteſt proponi vſque ad biennium à tempore arreſti.*
274 *Teſtamentum pendente appellatione decedentis quomodo confirmetur.*
275 *Teſtabilis eſt qui decedit tempore quo potuit appellare.*
276 *Occidere quem iuſtè licet in quatuor caſibus tantùm.*
277 *Excommunicatio quando inferatur, & quid operetur. & nume.*278.279.281. & 282.
280 *Excommunicationis ſententiam non tollit appellatio.*
283 *Excommunicato communicans incurrit minorem excommunicationem.*
284 *Conſuetudo praua licet excuſet in foro contentioſo, non tamen à peccato.*
285 *Excommunicatus epiſcopus conferre non poteſt, nec eius vicarius.*
286 *Excommunicatus eligere non poteſt.*
287 *Excommunicatus caret ſepultura.*
288 *Excommunicatus an teſtari poſſit. & nu.*289. & 290.
291 *Hæretici ſunt inteſtabiles.*
292 *Excommunicatio an irroget infamiam.*
293 *Excommunicatio dicta anathema & maranatha.*
294 *Excommunicatus quando poſſit hæres inſtitui.*
295 *Excõicatus inteſtabilis an ſaltem ad pias cauſas teſtetur.*
296 *Ciuilis mors duplex. & nu.*297.
298 *Religionis ingreſſu non finitur vſuſfructus.*
299 *Legitimam petere nequeunt filij patre religioſo viuente.*
300 *Teſtamentum prius factum an reuocet religioſus.*
301 *Conſuetudine an fieri poſſit monachus teſtabilis.*
302 *Teſtatore facto cordigero confirmatur teſtamentum.*
303 *Ciuilis mors neceſſaria quæ dicatur.*
304 *Teſtamenti factio eſt actus iuris ciuilis.*
305 *Deportatus teſtari non poteſt.*
306 *Exilium eſt duplex. & nu* 307.308. & 310.
309 *Oſtraciſmus quid apud Athenienſes.*
311 *Prodigalitas triplex.*
312 *Infames an teſtentur.*
313 *Famam perditam ſolus Deus reſtituit.*
314 *Infamia eſt ſimilis morti.*
315 *Officij adminiſtratio quando interdicatur accuſatione pendente.*
316 *Spurina pulcherrimus ſeipſum deformauit.*
317 *Fama boni viri eſt vmbra alijs.*
318 *Duellum pro honore & fama.*
319 *Conſcientia quid. & nu* 320 & 321.
322 *Appellari non poteſt à iudicio conſcientiæ.*
323 *Conſcientia iudicis partem grauantis non eſt à Deo.*
324 *Reſurrectio facit teſtamentum morte non firmari.*
325 *Aditio hæreditatis teſtamẽtũ quomodo perficiet. & nu.*326.
327 *Ius adeundi hæreditatem non eſt in bonis noſtris.*
328 *Ius adeundi non ceditur.*
329 *Hæreditatis aditio vires tribuit teſtamento.*
330 *Hæres vt adeat hæreditatem quid requiritur.*
331 *Filius ſine patre an hæreditatem ſibi delatam adeat.*
332 *Adiens hæreditatem debet eſſe compos mentis.*
333 *Infanti delatam hæreditatem adit pater ſolus vel tutor.*
334 *Tutor ſine pupillo adire non poteſt hæreditatem*
335 *Teſtatore viuente non poteſt hæreditas adiri.*
336 *Teſtator mortuus quomodo probetur.*
337 *Confeſſio non ſufficit, niſi appareat factum eſſe delictum, & num.*338. & 339.
340 *Confitens non punitur ſi iudici conſtet eſſe crimen ab alio commiſſum.*
341 *Punitur aliquando quis de crimine non commiſſo.*
342 *Hæres ſcire debet teſtatorem mortuum antequam adeat.*
343 *Hæres ſcire debet teſtamentum eſſe factũ antequã adeat.*
344 *Hæreditatem ſibi delatam ſcire debet qui adit.*
345 *Aditionem quando vitiet ignorantia adeuntis.*
346 *Hæres ſcire debet teſtatorem potuiſſe teſtari.*
347 *Hæres quæ ſcire debeat antequam adeat. & numer.*348. 349.350.351. & 352.
353 *Aditio hæreditatis fieri pŏt die feriata & in abſẽtia partis.*
354 *Repudiatio hæreditatis vt valeat quæ requirantur.*
355 *Hæreditatem adire vel repudiare quid ſit.*
356 *Animus ſolus an ſufficiat ad hæreditatis aditionem.*
357 *Animus adeundi quomodo declaretur.*
358 *Aditio hæreditatis per quæ verba fieri debeat. & num.* 359. 361.364.365.366.367.368.369.370. & 371.
360 *Repudiatio an fiat, ſi quis dicat, nolo adire.*
362 *Volo verbum quid importet.*
363 *Geminans verba cenſetur deliberatè loqui.*
372 *Verba ambigua interpretandi poteſtas tranſit ad hæredes.*
373 *Scripto poteſt hæreditas adiri.*
374 *Voluntas imperfecta valet in caſu.*
375 *Mutus adire poteſt hæreditatem.*
376 *Muto contrahente quid ſcribat notarius.*
377 *Aditio hæreditatis factis quomodo fiat. & vſque* 389.
390 *Contumacia eſt in deteriorẽ partem ſemper interpretanda.*
391 *Mora eſt delictum.*
392 *Iniuria an ſit ſi dicam: tu mentiris ſaluo honore.*
393 *Aditio quouis modo facta hæredem obligat.*
394 *Aditio primò voluntatis eſt, poſtea neceſſitatis.*
395 *Minor ſine curatore non poteſt adire.*
396 *Heres poſt aditionem, niſi inuentariũ fecerit tenetur vltra vires hæred. creditoribus, ſed non legatarijs. & nu.*397.
398 *Inuentarium faciens quid obſeruet. & vſq;* 404.
405 *Inſtrumentum à duobus notarijs receptum, an probet ſi ab vno ſolo ingroſſetur. & nu.* 406.
407 *Superflua non nocent, ſed neceſſaria omiſſa.*
408 *Tabelliones ſunt iudices ordinarij voluntariæ iuriſ.*
409 *Teſtis infamis probat ſi cum alio probatæ vitæ conueniat.*

Sed quia teſtamentum quantumcunque ſolenne & ritè ac inter liberos factum in vita teſtatoris perfectionem non habet, quin quãdiu viuit, ipſius mutandi facultatem habeat, cùm ſit eius voluntas ad mortem vſque ambulatoria. l. iiij. ff. de adi. leg. vt plenè vidiſſis ſuprà, *teſtamentum*. ij. Et adeò quòd mors teſtantis ſola teſtamentum confirmat, ipſúmque ad irreuocabilitatis effectum perducit, cum ex poſt velle nõ habeat teſtator neque nolle. l. j. C. de ſacroſan. eccl. ideo ſubditur in tex.

*Mortuo itaque teſtatore. I.*

1 NECESSE fuit domini ad perfectionẽ maiorem teſtameti, quòd teſtator moreretur. † Nam antequam teſtamẽtum mereatur dici perfectũ, requiritur quadruplex perfectio ſecundum Baldum in l. prima. ff. hoc titulo. Prima eſt, quæ conſiſtit in perfectione voluntatis ipſius teſtatoris, quæ dicitur perfecta, quando eſt completa, & plenè per ipſum declarata. l. ſi is qui. & l. ex ea. ff. eodem. Nam ſi teſtator decederet priuſquã declaraſſet plenè ſuam volun-

tatē,teſtamētum eſſet imperfectum,nec valeret quã-
uis in piã cauſam factum,vt plenè habuiſtis.ſ.in ver.
*Teſtamentum*.j.in xj.caſu fallentiæ, & plenè ꝑ Bar.in
d.l.ſi qui.& in l.Pamphilo.§.propoſitum.& l.fideicõ
miſſa.§.quoties,ff.de lega.iij.Panor.in c.cùm P.tabel
lio.iij.col.de fi.inſtru.Et vidiſtis ſ.in verbo, in verb.
*In extremis poſitus*.ver.pro præmiſſorum cõfirmatio-
ne.vbi videatis.Et iſta ꝑfectio, ſcilicet voluntatis hîc
interceſſit in teſtamento Raynutij, qui ſuam volun-
tatem plenè declarauit & compleuit.Secunda eſt ꝑfe-
ctio,quæ cõſiſtit in forma ſubſtãtiali,videlicet in hæ-
redis inſtitutione,quæ caput dicit̃ teſtamēti, ſine qua
teſtamentum eſſe nõ põt.l.j.ff.de vulga.& pupil.ſub-
ſti.& §.ante hæredis.inſtit.de leg. Nec valerent aliter
in teſtamento relicta ſine hæredis inſtitutione. Et ſi-
militer iſta perfectione fuit teſtamentũ Raynutij per-
fectum & cõpletum, in eo ꝙ Adiectæ reliquit cætera
bona,vt plenè vidiſtis in verbo, *Reliquit.* & in verbo,
*Cætera bona*. Tertia eſt perfectio, quæ conſiſtit in ſo-
lennitate formali ipſius teſtamenti:quæ legum diligē
tia appellat̃:qualis eſt debitus numerus teſtium, ſub-
ſcriptio,ſignacula,deſcriptio nominis hæredis. inſtit.
eo.§.j.l.iubemus.& l.hac cõſultiſſima.C. eo. fa.l. co-
dicillis.§.fin.ff.de lega.ij.de quo plenè vidiſtis ſ. *Te-
ſtamentum*.j.Et dictę tres ꝑfectiones cõcernunt teſta
mentum,quatenus in eſſe exiſtit, & ſic cõcernunt eſ-
ſentiã teſtamēti,quæ tñ adhuc eſt reuocabilis per con
trariã voluntatē ad nutum teſtatoris.d.l.iiij.ff. de adi.
lega.in fi. Quarta & vltima perfectio teſtamenti effe-
ctum concernit ipſius teſtamēnti, de qua nunc dictu-
2 ri ſumus.& hæc eſt duplex.†prima contingit per mor
tem teſtatoris, ꝑ quã teſtamentum tranſit in irreuoca-
bilitatē:quia ſecundum Apoſtolum ad Heb.ix.ſtatu-
tũ eſt omnibus hominibus ſemel mori.& vbi teſtamē
tum eſt,mors neceſſe eſt vt intercedat teſtatoris: nec
valet teſtamentũ, ſcilicet quo ad effectũ ſortiendum
dum viuit, qui teſtatus eſt,vt ibi dicit̃.& Eccle.ix.di-
cit̃: Nemo eſt qui ſemper viuat, aut qui huius rei ha-
bet fiduciam. Nam Deus qui ꝓprio filio non peper-
cit, quomodo vt non moreremur nobis parceret? ta-
men mortē ipſe ſpõtanea voluntate ſuſcepit, nos aũt
3 ei ſubiicimur ex neceſſitate. †Et dicitur mors,à mor-
deo mordes,quia mordet hominē vnã partē ſeparan
do ab alia,ſcilicet animã à corpore, partē principalē
dimittēdo, minorē partē aſſumendo & conſumendo
per maſticationē & digeſtionē,ſicut cõtingit in mor
ſu rei eſibilis. In morte enim dimittitur anima, quæ
pars eſt principalis,intacta, id eſt immortalis,& cor-
pus quod eſt minus principale vermibus conſumitur.
4 †Vel dicitur mors à morſu,ex eo quod morſu ligni
vetiti per vitium gulæ mors introducta eſt,ſecundum
Zabarel.Card.in cle.j.vt lite pend.iuxta illud ad Ro-
ma.v.Per vnum hominē,ſcilicet Adam,peccatum,ſci
licet originale,introiuit in mundũ: quando videlicet
momordit fructum vetitum. Vel dicit̃ mors à morſu,
quia cõſideratio eius mordet conſcientiã retrahēdo
à pluribꝰ malis,iuxta illud,Memorare nouiſſima tua,
& in æternũ nõ peccabis.Propter quod dicitur,mors
tibi futura eſt:& appropriat, etſi tardet.xiiij.qõ.ij. in
eccleſiaſtico. Quãto aũt morti vicinior efficiaris, ait
Greg.tanto ſolicitior atq; timidior eſſe debes:ad hoc
ſcilicet ſtimulante & mordēte cõſcientia.lxxxvj.diſt.
5 c.tanta nequitia. †Et quia poſt mortē non habemus
velle,neq; nolle,cũ finitũ ſit quod amplius non redit
arbitriũ.l.j.C.de ſac.ſan. eccle.ſola teſtatoris mors te
ſtamētum irreuocabiliter confirmat & perficit,vt ibi
ſ.dicit idem Apoſto.& tex.in c.cùm Marthæ.de cele.
miſ.& d.l.iiij.Vnde dicit Bald.in Authē.hoc ampliꝰ.
C. de fideic. ꝙ mors teſtatoris mouet ad teſtamētum
exequendũ,quaſi dicat,ꝙ teſtamentũ morte teſtato-
ris cõfirmatum nõ reſtat niſi exequatur. Quod eſt ve
rum ſiue mors naturaliter contingat, vt quia teſtator
moriat̃ languore, ſenio, aut infirmitate,ſiue contige-
rit ex violētia, vt quia gladio transfixus,vel aliàs vio-
6 lenter occiſus: †quia ſecundum Philoſophum mors
violēta eſt,qñ principium ſcilicet corruptionis extra
fuerit.Secundum naturam autē eſt,qñ eſt in ipſo ani-
mali,vt ipſe dicit in li.de morte & vita,vt patet prædi
ctis exēplis. Fuit enim homo in duplici ſtatu. Primò
fuit in ſtatu naturę primo à Deo formatę ante pecca-
tũ:in quo ſtatu fuit ita mortalis, quòd potuit mori &
nõ mori:mori quidē,ſi peccabat:nõ mori,ſi nõ pec-
cabat.Vide de cõſe.diſt.iiij.c.placuit.la ij. dicit̃ ibi.Si
quis dicat Adam primũ hominē mortalē factum, ita
vt ſiue peccaret ſiue nõ peccaret,moreretur in corpo
re, hoc eſt de corpore exiret,non peccati merito, ſed
neceſſitate naturę,anathema ſit.Nã in iſto primo ſta-
tu duo remedia homo habebat ſi non peccaſſet: per
quæ præſeruaretur contra duos defectus. Primus de-
fectus eſt deperditio humidi per actionem naturalis
caloris,& cõtra hũc defectum ſubueniebatur homini
per eſum aliorum lignorũ paradiſi, ſicut & nunc ſub
uenit̃ nobis per cibos,quos ſumimus.Secundus defe-
ctus eſt debilitas vigoris naturalis proueniens ex ad-
mixtione extranei: quod eñ generatur ex aliquo ex-
traneo,diiunctum ei quod prius erat humido præexi
ſtēdi minuit virtutē actiuam ſpeciei:ſicut aqua mixta
vino quãuis conuertatur in vinum, tñ minuit virtutē
eius:& quãto plus additur,tãto magis minuit, vt tãdē
vinũ fiat aquoſum,& tollatur & ſpecies & virtus eius.
Sic profectò in ſumptione cibi:quãuis enim ꝑ cibum
reparet̃ humidum radicale hominis,nõ tamē in vigo-
re priori. Vnde fit vt finaliter ſoluatur virtus illius.
7 †Nam caro generata ꝑ alimentũ impurior eſt, ex
cuius continuatione inducit̃ ſenectus: in qua carnes
ſunt impuriores,& tandem deficit vita.Et hoc modo
Chriſtꝰ ſi occiſus nõ fuiſſet, ſenio deceſſiſſet ſecundũ
doc.Et nõ ex infirmitate contracta à virgine eius ma
tre, quæ tota immaculata erat iuxta illud, Tota pul-
chra es amica mea,& macula non eſt in te.Nec ex in-
firmitate cibi pòſt contingente,cùm in eo eſſent qua-
tuor cõplexiones optimè proportionatæ,& vita eius
tã regulata,ꝙ infirmitas in eo cadere nõ poterat.Vn-
de ſolo ſenio expiraſſet. Et cõtra hunc defectum ante
peccatũ erat lignũ vitę ante vetitũ habēs virtutē forti
ficãdi virtutē ſpecie cõtra talē debilitatē.Et quia vir-
tus cuiuſcunq; corporis eſt finita, nõ poterat illud li-
gnum ſemel ſumptum dare vitam tēpore infinito,ſed
vſq; ad certum tēpus, poſt quod vel tranſlatus fuiſſet
homo ad gloriã,vel iterum comediſſet de eo.Immor
talitas ergo illa, quã homo habebat in ſuo primæuo
ſtatu principaliter erat ex virtute ſupernaturaliter da
ta animæ, & ſecundariò ex vſu lignorum ſecundum
beatum Tho.j.par.q.xcvij.qui quidem vſus lignorum
impediebat ſenectutē iuxta illud Augu.lib.xiiij.de ci-
uita.Dei,dicentis, ꝙ cibus aderat homini ne eſuriret,
potus ne ſitiret:& lignum vitæ,ne illum ſenectus diſ-
ſolueret.Vide Lyram ſuper verbo,omne lignum,Ge
ne.ij.c.Poſteà neceſſitatē habuit homo moriēdi in ſe-
cundo ſtatu, ſcilicet poſt lapſum: ex quo mors fuit ei
naturalis & pœnalis,vt plenè declarat idem Thomas
8 ij.ij.q.clxiiij.dicēs, ꝙ†naturale dicitur quod ex prin-
cipiis naturæ cauſatur:principia naturę ꝑ ſe in corpo
ralibꝰ ſunt materia & forma. Et quia forma hominis
eſt ani-



eſt anima,quæ immortalis eſt,vt plenè per gl. in cle.
j.de ſum.tri.Ideo ex parte formę nõ eſt mors homini
naturalis.materia autē eſt corpus, quod quia compo-
ſitum eſt ex cõtrariis èſt corruptibile, & ex hoc mors
eſt homini naturalis. Hæc autem conditio in mate-
ria humani corporis eſt cõſequēs ex neceſſitate ma-
terię:quia oportebat corpus humanum eſſe organum
tactus,& per conſequens medium inter tãgibilia. Et
hoc nõ poterat eſſe niſi cõponeretur ex cõtrariis.Sed
quia Deus qui conditor eſt hominis omnipotēs eſt ex
ſuo beneficio, ademerat homini principali inſtituto
naturalem illam neceſſitatem moriēdi,ita vt quandiu
ratio eius ſubdita eſſet Deo,tãdiu corpus ſubiiceretur
ſpiritui, & eſſet immortale, ſicut ſpiritus immortalis
eſt. Quod beneficiũ trãsfudiſſet per generationem in
poſteros.Et quia primus homo receſſit ab obediētia,
ideo ex culpa ſua fuit, ꝙ auferretur ei & toti humano
generi illud beneficiũ, & remaneret cum neceſſitate
moriendi:& ſic mors eſt pœnalis ꝑ peccatũ inducta.
Nam per peccatũ primi parentis ipſe originalē iuſti-
tiam perdidit,quã poëtæ Aſtræam vocant,iuxta illud
Ouidij j.Metamorph. Vltima cæleſtum terras Aſtrea
reliquit. Quæ originalis iuſtitia à Deo homini data
ad datorē poſt ligni vetiti eſum remigrauit. Secun-
dò pœnã mortis meruit,& conſecutus eſt: quã poetę
etiã fingunt ante lapſum primi parētis in carcere de-
tentam,vbi continebatur vincta non egreſſura in ho-
minē,ſi non peccaſſet. poſt lapſum verò in humanũ
genus ex carcere illo emiſſam ad necandum hominē.
9 †Or hominis mors tribus modis contingit, ſcilicet
ex infirmitate,ex ſenectute,& ex variis caſibus. Pri-
mò,mors homini contingit ex infirmitate, quæ adeò
multipliciter hominē grauat, vt Pſalmiſta in perſo
nam humani generis Pſalmo xxxvij.dicit:Non eſt ſa-
nitas in carne mea.Nã propriè infirmitas dicitur car-
nis, qua elemētorũ ſeu humorũ turbata caro ipſa af-
ficitur,& tandē diſſoluitut. Adeò autē reperitur caro
humana infirma, vt vix reperiatur qui non ab vtero
matris aliquã infirmitatē ſecum adduxerit, quæ cum
frequenter moleſtet,& tandē perimat, vt dictim vide
mus.Hę tamē infirmitates licet hominē corporaliter
torqueant,tñ mēti multũ proſunt. Vnde Ambroſius,
quod nocet corpori,iuuat ſpiritum.de pœnitentia di
10 ſtin.j.c.poteſt fieri. †Et ſæpe infirmitas peccatũ im-
pedit, ne ſcilicet fiat, vt ibi. & Prouerbiorum xx.Li-
uor vulneris abſterget mala. Secũdò infirmitas fer-
uentiorem reddit iuxta illud Pſalmi. Multiplicatæ
ſunt infirmitates eorum:poſteà accelerauerũt:ſcilicet
feruentius operantes. Tertiò hominē humilem red-
dit,iuxta illud Apoſto.ij.ad Corint.xij. Libenter glo-
riabor in infirmitatibus meis, vt in me inhabitet vir-
tus Chriſti, ſcilicet humilitatis. Quartò conſtantem
facit hominem ex aſſuetudine patiendi, vt ibidem di-
cit Apoſtolus.Cùm infirmor,tunc potēs ſum,ſcilicet
cõtra nequitias dęmonum,& tētationum.c. niſi cum
pridē.de renũtia. Vltimò infirmitas ad perfectionem
adducit: quia virtus in infirmitate perficitur, vt ibi.
Secundò mors homini contingit ex ſenectute.Nam
dicit Apoſtolus ad Hebr.viij.Omne quod antiquatur
& ſeneſcit,prope interitũ eſt. Hęc autē ſenectꝰ plena
eſt miſeriis,quę annuntiant domũ corporis citò ruitu
ram.Vnde Boë.li.j.de cõſola.Venit eñ ꝓperata ma-
lis inopina ſenectus. de quibus plenè Eccleſi. c.fina
li.& ſæpe ex ſenio ſenſus deficit, ꝓpterquod dicitur
Pſal.lxx. Ne proiicias me tēpore ſenectutis, cum de-
fecerit virtus mea ne derelinquas me. Tertiò contin-
git homini mors, vt docet experientia per multipli-
ces & varios caſus improuiſos iuxta illud eccleſiaſtis
ix.Neſcit homo finē ſuum,ſed ſicut capiuntur piſces
hamo, & aues laqueo comprehenduntur,ſic capiun-
tur homines in tempore malo, ſcilicet impræmedita-
tè & præter intētionem. Cùm igitur quilibet ſciat ſe
ſubditũ his variis caſibus mortis,cogitare debet,ꝙ de
momēto in momentũ mori põt, etſi ſanus ſit & iuue-
nis: & ſic ſibi ꝓuidere debet. Nõ ſolùm enim malis,
ſed & bonis mors vario modo cõtingit.de quo mira-
batur ſapiens: Video, inquit,aliud ſub ſole mirabile,
quòd moriũtur ſapiētes, ſicut ſtulti,quibus eueniunt
11 varij imò horribiles caſus mortis. †vt exemplo nobis
fuit propheta ille ſanctus,qui poſtquã reprehendit ex
pręcepto domini Ieroboã de idololatria ſua,reuertēs
domum à leone in via ſtrangulatus eſt.iij.Regu. xiij.
12 †Ioſias innocēs optimúſque Dei cultor in bello à
rege infideli Aegypti occiſus eſt.iiij. Regũ xxij.& ſe.
Iuuenis quidã accepto dono omniũ linguarũ in gra-
ui infirmitate detentus manibus propriis & lacertis
morſibus dilaniatus mortuus eſt narrante Gregorio
13 in iiij.dialog. †Summus quidam pontifex (vt chro-
nica Martiniana refert)toxicatus in ſanguinē Chriſti
celebrando mortuus eſt. Et quidam imperator chri-
ſtianiſſimus à pediculis cõſumptus fuit abſque reme-
dio,vt dicit Vincētius hiſtorialis.Recitat etiam Vale-
rius lib.ix.titu.de morte non vulgari.de quadam Ma-
tyana,quę cũ audiſſet ſuũ filiũ occiſum in bello,qua-
dam die cũ eum vidit reuertētē,præ lætitia crepuit &
defuncta eſt. & plures alij morte inſolita obierunt,
quos Vale.lib.ix.titu.de morte non vulg. refert.Mul-
ti etiã propria manu ſe occiderũt: de quibus infrà vi-
debitur.Ex quibus mentes infirmæ ſæpe ſcandalizan-
tur exiſtimãtes vel Deũ curam nõ habere de ſuis ele-
ctis, vel tales ſic inſuetò & horribiliter morientes nõ
fuiſſe ſeruos Dei, ſed grauiſſimos peccatores. Sed er-
rant nimis,cũ ſecundũ Auguſt.mala mors dicēda nõ
ſit,quã vita bona præceſſit. Prætereà videmus ipſum
Dei filiũ morte turpiſſima fuiſſe occiſum,vt infrà la-
tiùs videbitis. Ex quibus credere debetis genus mor-
tis nihil cõferre ad detrimētum moriētis, vt loco ſuo
dicam. Cùm ſcriptũ ſit,Iuſtus ſi morte præoccupatus
fuerit,in refrigeriũ erit. Quia multi ſunt modi & ca-
ſus moriēdi,hominumque anxietates innumeroſæ &
repentinæ mortis,in Auth.de cõſan.& vterinis fratri-
bus.§.ſi igitur.colla.vj.ac infinitę cauſę quę humanis
neceſſitatibus imminent,inſtit.iſto eod.titu.§.placet.
Adeo, ꝙ nullus in præſenti ſeculo dici poteſt felix,
nec felicitatē omnimodã cõſequi propter fortunę vo
lubilitatem,quę aduerſas res cupido animo infligere,
14 ſecundas, id eſt proſperas parco tribuere ſolet. †Ita
ꝙ Valerius in tota gloria Romanorũ niſi vnũ, cui in
omnibus fortuna fauerit reperire non potuit, ſcilicet
quintũ Metellũ: de quo lib.vj.titu.de felicitate ſic di-
cit: Volubilis fortunæ cũ plura exēpla retulimus,con
ſtanter propitiæ admodũ pauca narrari poſſunt.quo
patet eã aduerſas res cupido animo infligere,ſecũdas
parco tribuere. Eadē ſcilicet fortuna vbi malignita-
tis obliuiſci ſibi imperauit, nõ ſolũ plurima ac maxi-
ma,ſed etiã perpetua bona congerit. Videamus ergo
quot gradibus beneficiorũ Quintũ Metellũ à primo
originis die ad vltimũ vſq; fati tēpus nunquam ceſſã-
te indulgētia ad ſummũ beatæ vitæ cumulũ perduxe-
rit.Naſci eũ in orbe terrarũ principē voluit, parentes
ei nobiliſſimos dedit: adiecit animi rariſſimas dotes
id eſt excellētes virtutes, quæ raro aliis cõcedunt̃. Et
corporis vires,vt ſufficere laboribꝰ poſſet, vxorē pu-
dicitia & fœcũditate cõſpicuã cõciliauit. Conſulatus

decus,imperiatoriã poteſtatẽ,ſpecioſiſsimi triumphi
p̃textã largita eſt. Fecit vt eodẽ tẽpore tres filios cõ-
ſulares,vnum etiã cẽſoriũ,duos tri-iphales,& quartũ
prętoriũ videret:vt tres filias nuptui daret;earũmque
ſobolẽ ſinu ſuo exciperet:tot partus,tot incunabula,
tot viriles togæ, tã multæ nuptiales faſces, horũ im-
periorum,omnis deniq; gratulationis ſumma abundã
tia,cũ interim nullũ funus,null9 gemitus,nulla cauſa
triſtitiæ.Cœlum cõtẽplare, vix tũ ibi talẽ ſtatũ repe-
ries,qm̃ quidẽ luctus & dolores deorũ quoq; pecto-
ribus à maximis vatibus aſsignari videmus.Hunc aũt
vitæ actum eius cõſentaneus finis excepit.Nã Quintũ
Metellum vltimæ ſenectutis ſpatio defunctum leniq;
genere mortis inter oſcula cõplexúſq; chariſsimorũ
pignorũ,id eſt filiorũ & nepotũ extinctũ,filij & gene
ri humeris ſuis per vrbẽ latum rogo impoſuerunt. Si
ergo ille ſolus finis fuit in felicitate mundana, regula
cõis in cõtrarium oẽs occupauit,qui vtinã primum&
15 vltimum diẽ felices haberemus.† Nã eum verè felicẽ
dicimus,qui natus optimis auſpiciis vitã honeſtè finie
rit:ſed cũ vita qua fruimur breuis ſit,putarunt ſapien
tes memoriã noſtri faciendã eſſe,quã maximè longã
virtute & rerum geſtarum gloria, ne vitæ cupiditate
ducti malimus in otio & languore diutiùs viuere,quã
breue vitæ ſpatiũ factis illuſtrare.Idẽ dicit Valer.lib.
ix.tit.de morte non vulgari in prin.Humanæ, inquit,
vitæ conditionẽ præcipuè primus & vltimus dies cõ-
tinet:quia plurimum intereſt quibus auſpiciis inchoe
tur,& quo fine claudatur.Ideo eum felicẽ iudicemus,
cui & accipere lucẽ proſperè & reddere placidè cõti-
gerit.Medij tẽporis curſus prout fortunę gubernacu-
lum rexit,modò aſpero, modò tranquillo motu per-
agitur,ſpe ſemper minor,dum & cupidè votis extẽdi
tur,& ferè ſine rõne cõſumitur.Namq; ſi eo bene vti
velis,etiã paruum ampliſsimum efficies numerũ an-
norum multitudine operũ ſuperando.Alioquin quid
attinet inerti mora gaudere,ſi magis exigas vitã quã
approbes?hæc ille.Ambulem9 ergo in fide,ſpe,& cha
ritate,ac patiẽtia,in laboribus, & tribulationibus no-
ſtris.Quia p multas tribulationes & anguſtias opor-
tet nos intrare regnum Dei,& reſurgere ad vitã, quã
moriẽdo p̃dimus.vt poëta cognouit li.j.Aeneid. Per
varios caſus,per tot diſcrimina rerum Tẽdim9 in La
tiũ,ſedes vbi fata quietas Oſtẽdunt.Illic fas regna re
ſurgere Troię &c.quaſi dicat,p varios caſus tẽdimus
ad mortẽ,& cõſequẽter in locũ amœnum,id eſt para
diſum,vbi fata ſedes quietas nobis oſtẽdunt:& in quo
reſurgent regna Troiæ, ſcilicet æterna per vitã æter-
naliter duraturã.prout hæc omnia reperiunt̃ in obli-
gatione politica,in l.j.§.j.ff.de act.& obli. vbi obliga
tio procedit ex tribus:quia ex actu,vel maleficio,aut
ex diuerſis & variis figuris cauſarum.Sic mors ad quã
obligati ſumus procedit vel ex infirmitate, vel ſenio,
vel ex variis & improuiſis caſibus,vt vidiſtis.vñ Oui.
Occurrũt animo pereundi mille figuræ. Et Statius in
Thebaid. Mille modis leti miſeros mors vna fatigat,
Ferro, peſte, fame,vinclis, ardore,calore. Mille mo-
☞ dis miſeros mors rapit vna homines.[Prout etiã di-
cit gl.in §.actionũ autẽ.ſuper verbo ex permutatiõe.
in fi.inſti.de actio.loquendo de actione in factũ,quę
ex variis figuris cauſarũ exiſtit.l.ſancimus.C.de ſacr.
ſan.eccl.Nec poteſt ſub regula cõprehẽdi,ſicut dicit̃
de mora in l.mora.in prin.ff.de vſur.Et nunc de mor
te,vt vidiſtis.] quæ diuerſo modo agit, & genus hu-
16 manum telis ſuis percutit,† quæ ſunt tria principali-
ter.Quorũ prima ſunt ex duriſsimo Chalybum ferro
Scythicis caminis indurata.Chalybes quidam populi
ſunt Hiſpaniæ finitimi Chalybi fluuio ferrũ optimũ
aqua illius fluuij tẽperãtes.Vñ etiã ferrum ipſum Cha
lybs dicit̃,iuxta illud Maronis, vulnificúſq; Chalybs
&c.ac Lucanus,Chalybem frẽnóſq; momordit.Nam
ſecundum Iuſtinum lib.vlti.de Hiſpania loquentem
in Galætia regione æris & plũbi vberrima, auróq; di
tiſsima,pręcipua ex ferri materia.Sed aqua ipſo ferro
violẽtior,quippe tẽperamẽto eius acrius reddit ferrũ.
Nec vllum apud eos telũ probat̃,quod nõ aut Bilbili
fluuio aut Chalybe tingatur.Vnde etiã Chalybes flu-
uij finitimi appellantur:ferróq; præſtare dicunt̃. hæc
ille.Pariter Strabone lib.xj.teſte,Iberes iuxta Cauca-
ſum eodẽ nomine vocantur,quo occidentales ab au-
ro quod apud vtroſque inuenitur.Nec repugnat ferri
illud genus etiã ponto eſſe , vbi certum eſt Chalybes
habitare.Nam Chalybes populi ſunt in Aſia Aſſyriæ
cõtermini(vt Dionyſius refert)genus hominũ duriſsi
mũ,qui nunquã in elaborãdo ferro,parãdíſque armis
ad bella malleis neque ab incudibus vacãt,totáq; illa
regio arida,nulliq; apta cultui fumo cõtẽta, ardere vi
det̃.Et ferramẽtorum ſtructuris ictibúſq; inhorrere:
& veroſimile eſt p̃pter ferrũ ſic dictos,vt dicũt cõmẽ
tarij ad illud Georgicorum,India mittit ebur, molles
ſua thura Sabæi:At Chalybes nudi ferrum, viroſáque
Põtus:vel q̃a nobile ferrum illic eſt,vel primũ ibi re-
pertũ.Ideo Scythę bellicoſi ſem p fuerunt,& telis hu-
iuſmodi vſi,potiſsimũ Soaues,q̃ venenũ ſpiculis ad-
hibẽt:& talibus inſtrumẽtis bellicis de lõge inuadere
pñt induratis , id eſt conſolidatis, tẽperatis Scythicis
caminis,id eſt fornacibus ad duritiam , vt ſint magis
ſecabilia & penetrabilia. Pro certo tñ habemus Tu-
balcain primũ artẽ ferrariam adinueniſſe:fuit quippe
malleator & faber in cũcta opera æris & ferri.Geneſ.
iiij.vt dicunt Hebræi.ꝙ arma ſeu tela inuenit ad occi
dendum,in quo fuit imitator patris ſui Cayn,qui pri-
mus homicida fuit,vt ibi dicitur.Secunda tela ſunt ve
☞ neno ſæuiſsimo infecta.[ Vñ ſciẽdum eſt,apud ſcri
ptores & Strabonẽ traditũ eſſe Herculẽ apud Lernã
à Lerno rege dictã.qui Argiui & Miceni lacus dicit̃,
Hydrã interfeciſſe, ibi in eo lacu cõſiſtentẽ:ex cuius
corpore cẽtum p̃dibãt ſerpẽtum capita,ceruices qua
rum ſingulis cæſis diu renaſcebant̃:ob eãque rẽ mini
mè vinci poſſe videbat̃,cùm pars amputata validior
redderetur.Hãc difficultatẽ arte ſuperans Hercules,
Iolaum monuit,vt eueſtigio id eſt ſtatim ſciſſã cerui-
cẽ face lignea ne afflueret ſanguis inureret, quo illa-
tum vulnus mortiferũ redderet̃.Hæc Diodorus. Her
cules hydra interfecta tela ſua ſanguine eius veneno-
ſo infecit,quibus etiã Chiron extinctus dicitur.]Hoc
certè telo quicũque intoxicati pereunt,quod plus eſt
quã gladio perimere.l.j.C.de maleſi.& mathema.De
hoc habetur in §.eadem lege.inſtit.de publi.iud.Ter
tia tela ſunt incãtationis.l.fi.alle.tit.C.de male.& ma
themati.& Io.Fab.in §.itẽ lex Cornelia.inſt.de pub.
iudic.aut crapulæ malo imbuta,quæ cæteris letaliora
oẽs fatẽtur.Cùm multò plures occidat gula, quã gla-
17 dius.† Et gñaliter apud nos iuriſtas teli appellatione
omne inſtrumẽtum venit,quo mors inferri põt.inſti.
de pub.iud.§.itẽ lex Cornelia.de ſicariis.ver.telũ au-
tẽ.Et primus homo qui mortẽ ſubiuit telo Cayn per-
cuſſus debitum naturæ perſoluit,ſcilicet Abel iuſtus,
18 Geneſ. iiij. †Pariter primus Vrbis conditor,ſcilicet
Remus cultro Romuli percuſſus primitiã mortis red-
didit.l.fi.cum gl.ff.de rerũ diui.vt dixi ſuper verbo,in
19 eodẽ teſtamento relinquens.in xviij.limita.†Quibus
etiã caſibus omnibus,& aliis, putà cõbuſtione,præci
pitatione,ſtrangulatione,aut ſubmerſione, vel fame,
mors



mors largo modo dicitur naturalis,quoties anima ſe-
paratur à corpore,vt eſt bonus text. in l.ſi mater.ibi,
20 vel aliter defũctus.C.de inſti.& ſubſti.† licet qñ quis
occiditur mors dicatur mala,eo ꝙ cõtra naturã infer
tur ſecundũ Bal.in c.j.quib9 modis feu.amitta. Nam
cõtra naturã eſt hominem homini inſidiari.l.ij.ff.de
iuſti.& iur.in quo verificari poteſt quod dicit idẽ Phi
loſophus iij.Ethic.Terribiliſsimũ omniũ terribilium
eſt mors.Pręſertim cũ non naturaliter,ſed gladio in-
21 fertur.ideo dicit Bal.in d.c.j. † ꝙ mortuus ſua morte
dicitur,qui ab alio nõ eſt occiſus,vt eſt gloſ.in l.quæ
ſub cõditione.§. quoties.de cõdi.inſti.Etiã ſi in car-
cere abſq; violẽtia deceſſerit,& ſic naturaliter mor-
tuus dicit̃,ſecundũ Bal.in l.j.in fi.C.qui ad libe.pro-
cla.nõ poſſunt.Per quã mortẽ nõ ſolũ cõſirmatur te-
22 ſtamentũ ante factũ,† ſed etiã teſtamentũ in carcere
expeditũ.quod de ſe eſt validũ : cum crimẽ pro quo
erat incarceratus ſit per eius mortẽ extinctũ , adeo ꝙ
ad ſententiã p̃cedi nõ poſsit,vt l.ij.C.ſi reus vel accu
ſa.mortuus fuerit. niſi hæredes pro purgãda infamia
defuncti peterẽt ꝙ procederetur ad ſentẽtiã:quod fie
ri põt.caſus eſt ſing.in l.filio.§. Scio.ff.de admi.tuto.
ſecundũ Bal.in l.j.C.ex deli. defũ.de præmiſsis videa
tur tex.vbi Bal.in l.ſi quis poſt.ff. eo.& ĩ. latius dice-
23 tur:ſiue ergo ſua morte naturaliter moriat̃,† ſiue vio-
lenter occidatur quocũq; modo non dicitur propriè
mortuus,ſed occiſus ſecundũ Bar.per illũ tex.in l.j.§.
ſi occiſorũ.ff.ad Sylleia.tñ vtrobiq; teſtamentũ cõſir
matur morte.Et pariter cõmittitur ſtipulatio,veluti ſi
quis ſtipulatus fuerit decẽ cum Titius moreretur : nõ
eñ refert qua morte moriatur Titius, etiã ſi occidat̃:
quia quo ad effectũ cõmittendæ ſtipulationis vel al-
terius diſpoſitionis non refert nec inſpicitur qualiter
☞ quis ſit à vita exemptus. [Sed ſolũ cõſideratur & at
tẽditur an ſit exẽptus.]l.j.§.cauſa.ff.de ædi.edi.Maxi
24 mè †quia mortis appellatio continet etiã interfectio-
nẽ.l.qui duos.§.j.ff.de reb.dub.ſecundũ Bar.hîc:qui
hac ſola deciſione cõmittendæ ſtipulationis contra
ſuũ morẽ contẽtus fuit:ſed in c.Raynaldus. & vj.col.
in fi.hoc latius poſteà ac plenius tetigit.& in c.bonę.
la ij.in princ.de poſtu.præla.vbi pulchrè loquitur,&
Alex.in l.Gallus.§.& quid ſi tantũ.iiij. col.ff.de libe.
& poſth. Videatis Bal.& Floria.in l.proinde.§.ſi quis
hominem.& in l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aqui.dicen-
25 tes,†ꝙ vbi ſit mẽtio de morte, intelligitur etiã de vio
lẽter illata.Ideo dicit Bal.in l.ſi tibi.C. de dona.ante
nup.& clarius in l.res vxoris.C.de dona. inter vir. &
vxor.ꝙ donatio cõfirmatur donatoris morte,nedum
naturali,ſed violenta.Idem ergo erit in teſtamẽto, vt
etiã morte violenta teſtatoris firmetur.Prouiſo tñ, ꝙ
donatarius vel hæres vel alius in morte intentionem
ſuã fundãs talẽ mortẽ nõ intulerit,nec affectauerit,vt
ibi per Bal.in l.hæreditas.C. de his quib. vt indi.in ſi.
idẽ dicitur in c.ſuſceptum. de reſcri.lib. vj. qñ dicitur
ſi vacat per mortẽ, cõferens tali beneficiũ. Quo caſu
loc9 erit vacationi & collationi ſiẽdæ , etiã ſi violẽta
occaſione perierit,dũ tñ fundans ſe in alterius morte
cauſam non dederit mortis. Quoniã alias eſſet indi-
gnus ad beneficiũ,& ſucceſsionem,ſeu hæreditatẽ,ac
quodcũq; aliud lucrũ,& prouenire debens ex morte
illius.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi.ff.ſol.matri. vbi bonus tex.
26 de quo plenè dixi ſ̃.in verbo,*Condidit*.ij.†Mors enim
qualitercũque cõtingat, dicitur caſus fortuitus. l. in-
27 terdum.§.j.vbi glo.& Doct.ff.de iudi.†Et ſemper ex
diſpoſitione Dei cõtingit,licet quis occidatur, vt di-
cit glo.ſingu.in §.j.inſti.de capi.dimi. quam ſequitur
Bal.in verbo,diuina vocatione.in titu.de pace Cõſtã.
ſuper verbo,diuina vocatione.& Pet.de Anch.in cle.
ij.de pœni.& remiſsio.Idẽ ſentit glo.in d.l.proinde.
in prin.ff.ad leg.Aquil.quã Bal.ibi põderat. & Fely.
in c.ſi.de homi. Nam Deus ſæpe mortẽ citius & con
tra naturam contingere permittit noſtris exigentibus
peccatis & demeritis,ſecundũ glo.in c. quia fortè. de
appel.& not.in c.qualiter & qñ.la ij.de accuſa.ꝙ ego
ſemper intellexi , ſcilicet Deũ ſemp permittere mor-
tem violentam permiſsione tolerãtiæ,ſed nõ permiſ-
ſione approbationis reſpectu occidẽtis, & mortẽ in-
ferẽtis.quia Deus nullũ malũ approbat.Cùm ſit ſum
mum bonũ,licet multa mala toleret. & per hoc deci-
dit ſingulariter Bal.in c.j.de pace tenẽ.vj.col. vbi ca-
ſus enumerat,in quibus locũ habet duellum in l. j. C.
28 de lati.lib. tollẽ.ꝙ † qui in duello occiditur, non per
hoc ſeruus pœnæ efficit̃, vt eius teſtamentũ rũpatur:
imò tali morte cõfirmatur : quia in duello moribus
militũ ordinatè approbato poteſt licitè animaduerti,
ſecundũ Bal.in l.ſi.C.de proba.Nec victus in duello
pro crimine capitali ad purgationẽ in dicto debet ex
illa ſola probatione mori,ſeu ad mortẽ damnari, niſi
aliter & ſufficientius cõſtaret de delicto , ſecundum
Bal.ibi,qui in ij.col.dicit,ꝙ licet putẽt milites & no-
biles Deum auxiliatorẽ eſſe iuſtorum , cùm ſecundũ
Ariſto.non ſit veroſimile Deum habere curam ma-
lorum & prauorum,tamen vidimus plures ſub iuſto
clypeo perire.Facit quod dicit idem Bal.in l.liberto-
rum. C. de teſti. Et hinc eſt ꝙ per eccleſiam duella
ſunt prohibita,per tex.in c.ij.de purg.vulg.de duello
& purgatione quę fit per ipſum. Et de modo practi-
candi cauſam duelli tam in præſenti regno Franciæ,
quã in patria Delphinatus, videatis per Guid. Papæ.
qõ.dcxvij.cum ſex queſtionibus ſeq. & de tali purga-
tione p duellũ ſcripſit magiſter Guliel.de Brolhio in
ſtylo curiæ parlamenti titu. de cauſa duelli. & latius
de duelli materia.Et an ſit in foro cõſcientiæ permiſ-
ſa,latè ponit Lyra.j.Regum. xvij. & gl.in verbo,tor-
neamenta.in extrauagan.Ioan.xxij.quæ incipit. quia
in futurum.& Bal.in l.ex hoc iure.ij. col. verſi. nonò
29 quæritur.ff.de iuſti.& iure. † Nunquàm tñ etiã in ca-
ſu permiſſo induci poteſt duellum niſi authoritate re-
gia, vel curiæ Parlamenti in præſenti regno ſecundũ
ordinationem Philippi quarti ſeneſcallo Toloſæ di-
☞ rectã:anno domini M. cccxvij.[Quã poſuit domi-
nus Aufrerij in ſuo tractatu ordinationũ regiarũ tit.
de guerris,bellis,& duellis. c.placet. de quo vide bo-
num exemplum,ĩ. ſuper verbo, *Cuidã Petro tradide-
runt.* vbi fuit per curiã parlamẽti duellũ permiſſum.]
30 † Hæc tñ regula ꝙ teſtamentum naturali morte te-
ſtatoris irreuocabiliter confirmetur.fallit in ſequen-
31 tibus caſibus. † Primò vt dictum eſt, ſi hæres qui
morte teſtatoris teſtamentum confirmatum præten-
dit, mortis cauſam dederit. Putà,quia teſtatorem in-
terfecit , vel eum occidi mandauit & fecit. Quo caſu
indignus eſt ſucceſsione,& hæreditate,& omni lucro
ſibi prouenire debente ex teſtatoris morte,vt plenè
dixi in allegato verbo , *Condidit*.ij. Et ibi cui tũc ap-
plicabitur hæreditas,videatis.Nam tunc morte teſta-
toris non confirmatur teſtamentum,nec tranſit ad ir-
reuocabilitatem:imò reuocatur,& pro non facto ha-
betur,ſaltem quo ad hæredis inſtitutionẽ.Et hoc ta-
cita voluntate teſtatoris,qui in puncto mortis ſibi il-
latæ per hæredem cenſetur teſtamẽtum reuocaſſe, &
32 caſſaſſe.†ita ꝙ veriſimiliter creditur & iure præſumi-
tur, ꝙ ſi nequitiam hæredis ſciuiſſet , & ſpatium mu-
tandi teſtamentum habuiſſet, ipſum mutaſſet , prout
poterat.Cùm ſua voluntas ambulatoria eſſet vſq; ad

mortẽ,vt d.l.iiij.in fi.ff.de adimen.lega. vbi idem eſt
quo ad tacitã reuocationẽ legatorũ,facit glo.in l.ſo-
rorẽ.C.de his quibus vt indi.&in l.fideicõmiſſum.C.
de fideicõ. Et nedũ occidens teſtatorẽ non poteſt ei
33 ſuccedere,† imò nec hæredi teſtatoris in bonis, quæ
hæres habuit ab illo teſtatore occiſo,ſecundum gl. &
Bar.in l.Lucius Titius.ff.de iure fiſci.in fi.vt plenè.ſ.
habuiſtis in verbo,*Si abſque liberis moreretur*.ij.in ma-
teria ſubſtitutionis pupillaris.vj.prin. arti. tractando
primũ effectũ illius ſubſtitutionis. Nam ſuccedendo
hæredi teſtatoris, ſatis diceretur ſuccedere teſtator,
cùm hæres hæredis ſit hæres teſtatoris.l.fi. C.de hęr.
inſti.ad præmiſſa facit tex.in d.l.ſi ab hoſtibus.§.fin.
34 ſolu.matri. †vbi maritus ex ſtatuto conſuetudine vel
pacto lucrari debens dotẽ vxoris præmoriẽtis,prout
ſeruatur hîc Caturci, & in noſtra Ciuitate Toloſæ,
vxorẽ occidens,vel occidi faciens,nihil lucratur:imò
ipſo iure priuatur tali lucro.Et idẽ ſi eius nõ vindica
ret mortẽ, ſi ab alio occiſa fuit.l.& qui.ff.de his quib.
vt indig.Et idẽ ecõtra in vxore maritũ occidẽte,quæ
nõ lucrabitur donationem propter nuptias. Quia ex
malitia ſua & improbitate reportare nõ debet cõmo
dum.l.ſiue hæreditaria.ff.de nego. geſt.l.itaque fullo.
35 ff.de fur.†Nec ex eius delicto debet melioris eſſe con-
ditionis.c.audiuimus.de colluſio.detegen.Non enim
iuſtum eſſet minúſq; æquum ſua malitia cum releua-
ri.l.verum.§.tẽpus.ff. pro ſocio. cùm ex ſua culpa de
iure punibili cõſequi nõ debeat pœnã ſimul & præ-
36 miũ.xxij.qõ.ij.ſi quẽlibet. † quia pœna nemini præ-
ſtat immunitatẽ.l.relegatorũ.§.fi.ff. de interdicto &
rele.xvj.qõ.j.legi.& d.l.ſiue hęreditaria.Ex quo dicit
37 Bal.in l.j.C.vnde vir & vxor. Quòd † maritus occi-
dens vxorẽ perdit ius ſuccedendi eidẽ, ꝙ habeat in
defectu parentum,per dictã l.j. & in caſu paupertatis
per Auth.præterea.C.vnde vir.& vx.ita ꝙ ab eo tale
ius ſuccedendi ipſo iure aufertur ſecundũ eũ.Ex qui-
bus infertur notabilius,ꝙ præbẽs alicui cauſam mor-
tis,nõ ſolũ priuatur lucro ei deferẽdo ex diſpoſitione
occiſi,ſed etiã ei deferendo ex diſpoſitione legis ſcri-
ptæ,ſcilicet conſuetudinis.quo ad bona ipſius occiſi.
ſiue etiã de bonis occiſi diſpoſitũ fuerit per alium ab
eo cauſã habentẽ ex ſucceſsione,vt dixi.Ita ꝙ ab oc-
ciſore vel cauſam mortis præbẽte tale lucrũ ipſo iure
aufertur,ſecundũ Bal. vbi ſ.tñ Salic. quẽ ibi ſequitur
Alex.& in d.l.ſi ab hoſtibus.tenet ꝙ non priuatẽ ipſo
facto iure ſuccedẽdi,quia ſibi cõpetit iure cõi, ſed ab
eo velut indigno hæreditas aufertur per l. his conſe-
quẽter.ff.famil.erciſ.licet aliud ſit in iure cõpetẽti pa
cto vel ſtatuto,vt d.l.ſi ab hoſtibus.quo ipſo iure pri
uatur.Et tale ius vbi ſit priuatio ipſo iure remanet pe
nes hæredes teſtatoris. Sed qñ per ſententiã aufertur
tãquam ab indigno,applicatur fiſco.l.Papinianus.§.
38 meminiſſe.ff.de inoffic.teſta.† Et eodẽ modo priuatẽ
hæres hæreditate,ſi vxorẽ teſtatoris interfecerit,vt d.
l.is cõſequẽter.fami. erciſ.cũ ſit pars corporis mariti
& vna caro cũ ipſo:iuxta illud Gen.ij.& erũt duo in
39 carne vna.† Et idẽ eſſet vbi hæres alimẽta denegaſ-
ſet, vel medicinã ipſi teſtatori:ex quo repẽtè mortuꝰ
eſt,aut aliâs teſtamentũ mutare non potuit.Quo caſu
ipſum teſtatorẽ occidiſſe cenſetur, per l.necare.ff.de
libe.agno.& Auth.ſi captiui.C.de epiſco.& cleri.Si-
cut maritus priuaretur lucro dotis morte vxoris ſibi
acquirẽdo,ſecundũ Bal.in d.l.quod in vxorem. C.de
negot. geſt. & in Authen. dos data. C. de dona.ante
nupt.Et facit quod decidit idem Bal.in l. j. §.ſed ſci-
mus.C.de lati.libe.tollen. Idem ſi hæres non bonum
medicum teſtatori adhibuiſſet: quia tunc perinde ha-
betur, ac ſi malũ medicũ adhibuiſſet, per tex.melio-
rem de iure in l.ꝙ ſi nolit.§.ſi mancipiũ.Ibi culpa.ff.
de ędi.edic.vbi dicit gl.ꝙ ille ꝗ malũ medicum adhi-
bet teſtatori indignus eſt hæreditate illius, cui adhi-
buit:quam gloſ.dicit no.Ange.in l.ſi ſeruum.in prin.
ff.de verbo.oblig.& tranſit cum ea Alexã.in d.l. ſi ab
hoſtibus.iij.col.circa mediũ. Sanè tñ intelligatis hæ-
redẽ teſtatori adhibere debuiſſe medicum & bonum
medicum,vbi habere & ducere potuit medicum.Pu-
tà,quia erat in loco vbi erat copia medicorum,vel ſa-
tis faciliter habere poterat,& ducere de alio loco vi-
cino ſecundum Bal.in l.continuus.§.qui inſulã ff.de
verbo.obli.per l.diuus.ff.de tutori.& curato. datis ab
his.quia tenetur ire,vel mittere pro medico, ſi in illo
loco nullus eſſet,vel eſſet,ſed imperitus. Idem Anto.
de Butri.& Imo.in c.ij.de cõſt. & Ludo. in l.ſi duo.
per glo.ibi dum dicit,ſi facilè erat.ff.de acqui.hæred.
licet Bart.contrarium dixiſſet in d.l.ſi ab hoſtibus.§.
☞fi.& in l.idémque.ff.pro ſocio.[Et malè ſecundum
40 Alexã.vbi ſ.]† Præterea intelligatis,ꝙ hæres occidẽs
teſtatorem priuatur hæreditate, ſi ipſum interfecerit
iniuſtè. Secus ſi in caſu permiſſo à lege vel ſtatuto,
putà defendendo ſe, vel quia ipſe reperit cum ſua v-
xore in adulterio. de quo plenè per Bart. Alexand.&
Doctores,in d.l.ſi ab hoſtibus.§.fin.ff.ſol.matri. Ad
idem facit: quia licet vaſallus ſub pœna priuationis
feudi non poſsit dominum quem habet aut olim ha-
buit,offendere:tamen non punitur ſi per eum aggreſ-
ſus ipſum offenderit,ſecũdum gl.in cap.j. hîc finitur
lex:facit c. j. qualiter dominus proprietate priuetur.
facit l.quid ergo.§.ſi hæres.ff.de lega.j.vbi licet debi-
tor ſpeciei non liberetur interitu ipſius, ſi ipſe cauſã
dederit,de quo plenè in l.quod te dare.vbi Salic. ff. ſi
certum peta.tamen liberabitur ſi defendendo, vel in
adulterio cum vxore, vel filia deprehenſum ſeruum
41 legatum,vel aliâs debitum occiderit. †Secundò fallit
regula noſtra, vbi teſtator ſeipſum interfeciſſet,& oc
cidiſſet: quia tunc morte teſtatoris nõ confirmatur,
imò infirmatur teſtamentum priùs factum, & bona
ipſo facto confiſcãtur, ſecundũ Bart.in l.fina. ff.de
his qui mortem ſibi conſciuerunt, quia eſt inteſtabi-
lis.l.ij. C. qui teſtamen.facere non poſſunt. vbi dicit
42 Bal.†ꝙ in arbitrio iudicis eſt talẽ ſic occiſum ſuſpen
di facere, quod facere poſſet ſine dubio, ſi ſe interfi-
ciens erat famoſus latro. Quo caſu eius cadauer dari
poſſet beſtiis,ſecundum glo.in l.ij.ff.arbor fur.cæſa.
Aliâs autem cùm delictum morte extinguatur, iudex
talem ſuſpendere non poſſet,imò dicit Ange.in l.de-
functo.ff.de publi.iud. ꝙ iudex qui hoc faceret,tene-
tur actione iniuriarũ, cùm iniuria etiã cadaueri infe-
43 ratur.l.j.§.quoties.ff.de iniuriis. †Et ꝙ teſtamentum
ſeipſum occidentis morte non confirmetur,eſt verũ:
quia ſe occidendo efficitur inteſtabilis. Cùm nemini
liceat in ſeipſum ſæuire,imò eſſet contra ordinẽ cha-
ritatis. Nam obſtante errore quorundã aſſerentium,
ꝙ ex præcepto decalogi vbi dicit:Non occides.Exo.
xx.ſolùm prohibebatur occiſio proximi,ſed non ſui,
putantium hoc licitum eſſe,ſcilicet ſeipſum interfice-
re.Cùm cuilibet permiſſa ſit ſuiipſius diſpoſitio,iux-
ta illud ſapientis, Reliquit Deus hominẽ in manu cõ
ſilij ſui, cui ſuarum etiã rerum commiſit liberam ad-
miniſtrationem.Sed hoc intelligitur rectè & ordina-
tè diſponendo. Nã reſpectu ſui ad malè vtendũ ne-
mo eſt dominus membrorũ ſuorũ.l.liber homo.ff.ad
legem Aquil.Nec permiſſũ malè vti rebus ſuis, inſti.
de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Et errant tales putantes
permiſſum eſſe ſe occidere, quod eſt falſum ſecundũ
beatum



beatum Thomã in tracta.de x.præce. Nã quod ſcri-
ptum eſt Mat.x. Qui perdet vitã ſuã, ſaluabit animã:
intelligitur de vita animali & ſenſuali, quam neceſſe
eſt cuiq; perdere & annihilare in ſe eã ſubiiciẽdo ra-
tioni,ſi velit ſaluꝰ fieri:& nõ ꝙ quis debeat ſeu poſſit
44 ſe occidere.†Vnde Plato duas morteshominisnouit:
quarum vnã natura,& alterã virtutes præſtãt.Homo
enim moritẽ,cùm anima relinquit corpus ſolutũ lege
naturæ.Mori etiã dicitur,cum & ipſa anima adhuc in
corpore cõſtituta corporeas illecebras( Philoſophia
docẽte) cõtemnit,& cupiditatum dulces inſidias reli
quáſq; eius paſsiones exuit:quã mortẽ dicit Plato ſa-
piẽtibus eſſe appetendã:cũ ſic mori nihil aliud ſit,ni-
ſi voluptates,quæ animã occidunt,cõtẽnere,& futu-
ram vitã deſiderare.Non ꝙ quis naturaliter ſeipſum
occidere debeat. quod eſt prohibitum,vt plenè dixit
45 beatus Thomas in ij.ij.quæſt.lxiiii,arti.v.† Nulli er-
go licet ex quacunq; cauſa occidere ſeipſum.Tamen
omniũ ſe occidentium teſtamẽta infirmãtur: niſi vbi
teſtator cõſcientia alicuius criminis ſe occideret.quo
caſu teſtamẽtum tali morte nõ cõfirmaretur, ſed ex-
tingueretẽ.Quod etiã locum habet in illo qui cõſcien
tia criminis ſe occidere voluit,tamẽ non potuit: quia
fuit ſibi occurſum & obuiatũ.l.fi.§.ſi autẽ.ff.de his ꝗ
mor.ſibi conſciue.& l.omne delictum.§. ꝗ vulnera-
uit.ff.de re mili.& bonus tex.in l.ſi quis aliquid.§. fi.
de pœn.Et hoc verum,ſiue ſit tale crimẽ,de quo põt
quis etiã poſt mortẽ accuſari,veluti de crimine læſæ
maieſtatis,vel hæreſis.l.fi.C.ad legẽ Iuli.maieſta.vel
aliis de quibus per glo.in l.ex iudiciorum.ff.de accu.
ſiue eſſet tale crimen,quod morte rei extinguitur, vt
ſunt regulariter cætera alia delicta:dumtamen hoc iã
eſſet hoc vltimo caſu teſtator accuſatus vel captꝰ pro
illo delicto.Semper enim ſeipſum interficere intuitu
ſuæ propriæ perſonæ, vt quis per hoc acerbiorẽ aut
turpiorẽ mortem euadat,eſt illicitum ſecundum Au-
guſt.in primo de ciuitate Dei,cap.xvij.& bona cõfi-
ſcantur.De Caio Licinio illuſtris ingenij oratore re
fert Valerius lib.ix.titul.de morte nõ vulgari,ꝙ cum
repetundarũ pecuniarũ ab Aſia ꝓuincia ſubſtracta-
rum reus cõſtitueretẽ,& ſentẽtia ad ꝓnuntiandum pa
rata,cũ Ciceronẽ vidiſſet ad iudicum ſententiã ꝓla-
turum:vt genus familiámq; ſuã à turpitudine futuræ
damnationis vendicaret, & domus ſua tanta infamia
notari nõ poſſet,nec ſua bona haſtæ poſſent ſubiici,
id eſt cõfiſcari:protinus ſudario,id eſt velamine quo
ſudorẽ abſtergebat ore & faucibus ſuis coarctatis in-
cluſo ſpiritu pœnã morte præcurrit. Qua cognita re
Cicero de eo nihil pronũtiauit.& ſic liberatus fuit ab
inopia rei familiaris,& à crimine damnationis dome
ſticæ.Sed hoc fuit de facto ex tolerãtia iudicis: cũ de
iure bona rei ſe occidentis ſint applicãda fiſco. Imo
46 †in caſu quo quis poſſet aliũ putà bannitũ ex ſtatuto
occidere,tñ non poſſet ipſe bãnitus ſeipſum occide-
re impunè ſecundum Bal.Salic.Ful.Pau.& Iaſ.in l.j.
C.de ſer.fugi.Cũ multo maior ſit & exiſtimetur cru
delitas in ſeipſum quàm in alium:iuxta illud vulgare:
Cui parceret qui ſibiipſi nõ pepercit?l.fi.§.ſi quis aũt
tædio.ff.de his ꝗ ſibi mor.conſciue.Et qui ſibi nequã
eſt,cui alij bonus erit?Qui ſibiipſi inuidet,nihil eſt il
lo nequius.Eccleſ.xiij.& Seneca in Agamẽnone.Ru
dis itaq; tyrãnus eſt,qui morte ſibi pœnã exigit. De
quo meminit Galterus in Alex.viij.Non veroſimile,
inquit,eſt alieno cuiquã parcere,qui ſibi non parcit.
ac alibi:quẽ fidũ inuenies, ſi tibi ac tuis hoſtis fueris?
Ideo his caſibus teſtamẽtũ ſuum vitiatẽ,& perinde ha
47 betur ac ſi factum nõ fuiſſet:†quia ſe occidẽdo vide-
tur de crimine cõfiteri.l.fi.ff.de bo.eorũ qui mor.ſibi
cõſciue.Ex qua cõfeſsione habetur pro cõdẽnato,&
ac ſi fuiſſet condẽnatus fuit effectus ſeruus pœnæ.Et
ſic teſtamentũ nullum.l.eius qui.§.j.ff.eo.& videbitis
pleniùs in ſequẽti caſu.Nã licet quo ad pœnã corpo
ralẽ imponendã cõfeſſus nõ habetur pro condẽnato,
quia vt dixi,ex quo delictũ morte extinctum eſt.l.de
functo.ff.de pub.iudi.Pœna corporali nõ debet am-
plius affligi.l.j.&ij.C.ſi reus vel accuſator mortuꝰ fue
rit.Tñ quantũ ad hoc vt pœnæ ſeruus cenſeatur quo
ad facultatẽ diſponẽdi de bonis,talis ꝗ( vt dictũ eſt)
habetẽ pro cõfeſſo,etiã habebitur pro cõdẽnato,vt d.
48 l.ij.qui teſta.face.nõ poſ.in fi.†quæ quo ad impoten
tiã teſtandi nõ eſt correcta per Authen.bona dãnato
rũ.C.de bonis dã.Sed tales ſunt inteſtabiles,licet bo-
na ſuis parẽtibus pertineãt inteſtato ſuccedẽtibus ſe-
cũdum Bar.in d.l.fi.& cõmunẽ opi.& Alex.in d.l.ij.
in fi.Hodie autẽ,cũ in regno Frãciæ capitalis aut mẽ
bri vel bãni perpetui cõdẽnatio importet cõfiſcatio-
nẽ bonorũ,nõ eſt dubiũ,ꝙ ſint inteſtabiles.vt j.vide
bitis.quia in regno quo ad cõfiſcationes ſeruantẽ iura
antiqua.l.fi.ff.de bo.dã. & l.fi.C.ſi reus vel acc.mor.
fuerit.Adeo,ꝙ etiã teſtari nõ poſſunt de bonis acqui
ſitis poſt ſentẽtiã cõdẽnatoriã.l.ij.C.de bo. ꝓſcri.li-
cet nõ veniãt in cõfiſcatiõe.l.ſi mãdauero.§.is cuius
bona.ff.mãdati.vt plenè dixi in verbo, *Et vxorem no-
mine Adelaſiam*.in v.arti.ſucceſsionũ ab inteſtato.li-
cet de illis cõtrahere pñt,ſecundum gl.in d.l.ij.nõ tñ
49 teſtari:imò plus dicũt Doctores,†ꝙ licet vxor tenea
tur ꝑ annum lugere maritũ,atq; veſtes portare lugu-
bres ſub pœna infamiæ,tñ ſi maritus ſeipſum occide
rit,luctu carebit.l.liberorũ.§.non ſolent.ff.de his qui
50 not.infa.†Et( quod ſibi deterius eſt)nõ debebit in ec
cleſia ſepeliri,per tex.iuncta gl.in c.placuit.xxiij.q.v.
Attñ eccleſia in hoc detrimẽtum nõ patietur.Ita ꝙ ſi
eccleſiæ certũ quid reliquiſſet,qñ cum ſepeliretẽ in ta
li loco in eccleſia,tale relictũ debetẽ,ac ſi in eccleſia
ſepeliretẽ,ſecundum Bar.poſt Dy. per illũ tex.in l.mi
les.§.reus.ff.de adult.Quia ſe occidendo fuit ſolus in
cauſa,ꝙ ſepultura eccleſiaſtica caruit. Vnde cõſuetu
do inualuit in aliquibus partibus,ꝙ ſe occidens quo-
quo modo etiã citra cõſciẽtiã criminis omnino nõ ſe
pelitur, ſed ſuper poſtello volatilibus cæli exponitur
abſq; alia terrea ſepultura.Et in aliis partibus in ſter-
quilinio ſepeliuntẽ,& poſtellum deſup ponitẽ in ſignũ
deſperationis. Quæ pœna olim Romæ irrogabatur
iis,qui rẽpublicã & eius libertatẽ inquietabant,prout
irrogata fuit Tyberio,& Caio Gracchis,cùm legem
Agrariã contra ſenatus authoritatẽ ferre molirentur,
vt ager ſtellas qui bello & armis captus fuerat, inter
omnes etiã populares æqualiter diuideretẽ,interempti
fuerunt. Erat enim lex illa magnæ ſeditionis cauſa:
quia nobiles de poſſeſsione cedere cogebãtur & om-
nibus cõmunicare.Ideo poſt mortem inſepulti remã
ſerunt,& ſupremo honori conditionis humanæ ſcili
cet ſepultura priuati fuerunt. De quibus Valerius li-
bro vj.titul.de Seueritate ſic dicit:viguit in noſtra ci-
uitate ſcilicet Romana,Tyberij Caij Gracchorũ ſum
ma nobilitas,ac ſpes ampliſsima:ſed quia ſtatutum ci
uitatis conati erant cõuellere, inſepulta cadauera ia-
cuerunt,ſupremúſq; humanæ cõditionis honos filiis
Gracchi & nepotibus Aphricani defuit. Quin etiam
familiares eorum, ne quis reipublicæ inimicis ami-
cus eſſe vellet,de robore præcipitati ſunt,hęc ille.Vi-
deatis quæ dixi vobis ſuprà in verbo, *In eodem teſta-
mento relinquens*.in xviij.limita.loquendo de naturali
& poſitiua iuſtitia.Nõ eſt ergo modica pœna carere



omni

omnino ſepultura: quę dumtamẽ nõ fiat ad põpam,
51 adfert defuncto gloriã: † quia deuotæ ſepulturæ offi-
cium bonæ fidei,& vitæ quodãmodò affert teſtimo-
52 niũ.xiij.q.ij.nõ exiſtimemus gloriã.† Vnde licet Chri
ſtus mortẽ acerbam & vilẽ pro nobis pati voluiſſet,
tamẽ quia vas erat omniũ virtutũ, glorioſè ſepultus
fuit; vt impleretur illud Eſaiæ xj. Et erit ſepulchrum
eius glorioſum,& Pſal.dicit. Nec dabit Deus ſanctũ
ſuum,id eſt, Chriſtum ſepultum videre corruptionẽ.
Imò credunt gentiles carentiam ſepulturæ mortuis
obeſſe. Adeò, ꝙ dicit Poeta lib. vj.Aeneid.ꝙ animæ
ſepultorum donec ſepeliantͬ, erunt centũ annis circa
fluuium infernalem, qui appellatur Cocitus, & circa
Stygias paludes, de quibus aliqua dixi ſuper verbo,
*Cætera bona.* Nec poſſunt infra cẽtum annos ad ſedes
53 tranſire optatas,ſecũdum Poeticam fictionem. † De
gloria autem & priuilegio ſepulturæ quantũ ſit appe
tenda oſtendit Inno.in c.cũ liberũ.de ſepultu.vbi di-
cit,ꝙ ſacerdos ſpoliatus corpore iam ſepulto nõ eſt
ante omnia reſtituẽdus, vt vexatio euitetur corporis
humati. Et idem ſi ageret per viã attentati, quod eſt
remediũ magis pingue,ſecũdũ Inno. & alios in c.di-
lecti.de maio.& obe.quod verũ intelligũt domini de
Rot.de ęquitate,ſecùs de rigore iuris,ſecundũ Hoſti.
in d.c.cùm liberũ.de quo per Domi. in c.nõ ſolum.
de appel.li.vj.in fi. Et adeò vexari nõ debet corpus ſe
pultũ, ꝙ nec vexabiẽ corpus infidelis Iudæi. c. ſicut
deinde.facit.l.ij.ff.de ſepul.viola.& l.fi.C.eo.ti.vbi di
cit Bal. ꝙ licet ſepultus ſi vexetur hãc iniuriam reuo-
care nõ poteſt ad animũ,tamẽ hæredes poterũt reuo
care & agere.l.j.§.& ſi fortè.ff.de iniuriis.& ſi negli-
54 gant,ipſa eccleſia reuocat. † Imò cadauera ipſa prius
quàm ſepeliãtur,vexari nõ debent,nec impediri,quo
minus ſepeliantur ilico,per tex.in l.ſunt perſonæ.ibi,
ne inſepulta cadauera iacerẽt.& l.ſi quis ſepulchrũ.in
princ.& l.ne corpora.ff. de reli.& ſump.fun. Quia cũ
corpora humana in vita ſaltẽ,quãdoq; templum fue-
rint ſpiritus ſãcti,iuxta illud Apoſtoli j.ad Corin.vj.
An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt
ſpiritus ſancti,qui in vobis eſt, quem habetis à Deo?
Auguſt.lib.j.de ciui.Dei,capi.xiij. Nõ,inquit,conte-
mnenda & abiicienda ſunt corpora defunctorũ,ma-
ximéque iuſtorũ ac fideliũ,quibus tanquã organis &
vaſis ad omnia bona opera ſãct⁹ vſus eſt ſpiritus&c.
Ideo certè ipſis mortuis ſunt humãda,ne Dei tẽplum
contaminetur,& illecebris fortè beſtiarũ ſubiiciatur.
(Additio.) Hoc anno domini M.cccccxiiij.fuit Tolo
ſæ quidã hoſpes diuerſorij Stellæ in carreria Sallini,
& quidã iuuenis mulier cuidam furnerio nupta eius
vicina,quã hoſpes ille ad pecunias mariti ſubſtrahen-
dum ſolicitauerat, corã eorum domibus trabe affixa
ſuſpẽſi,& ſtrangulati per ſententiã iudicis criminum
Arreſto Parlamenti confirmatã Iouis antè Penteco-
ſtem,& in craſtinũ cadauera ſuſpenſorũ fuerunt per
Bernardũ Gaſquet lictorẽ ſeu ſpiculatorem altę iuſti
tię executorẽ ad patibulum portata,& in ligando illa
ita cõiũctim, ꝙ tenebãt ora & femora & pudibun-
da veſtibus reuolutis quaſi coirent,& vnus manu ſua
alterius membrum naturę generationis tãgeret in de-
riſum punitorum. Ob quẽ abuſum fuit negotio aue-
rato, per Arreſtum dicti Parlamenti præfatus execu-
tor condemnatus ad curſum villæ & fuſtigationem
vſq; ad ſanguinis effuſionem incluſiuè, & in emenda
centum librarum Turonen. media parte regio fiſco
applicanda,& reliqua dimidia certis conuenientibus
pauperibus ad Deum orãdum pro illis ſupenſis tra-
denda,& fuit vltra bãnitus perpetuò à tota Seneſca-
lia Toloſana in mẽſe Iulij, anno prædicto. Per quod
demonſtratur cadauera defunctorum non eſſe deri-
denda,ſed potiùs honoranda. Ex quo valde ſunt de-
teſtabiles Parthi, apud quos ſepultura vulgò aut a-
uium aut canum laniatus eſt, nuda demum oſſa terra
55 obruunt,vt refert Iuſtinus.† Et Maſſagetæ populi ſe-
nio confectos in fruſta cedunt, & cum ouillis carni-
bus edunt eos.qui morbo moriuntur deuorandos fe-
ris obiiciuntur. Inde dicit Specu.titu. de appella.§.in
56 quibus.verſi.viiij.† ꝙ non auditur creditor appellans
ne corpus debitoris ſepeliatur. Quæ res eſt tempore
corruptibilis,& citò peritura,& non capiens dilatio-
nẽ.l.fi.ff.de appella.reci.vel non. Quod eſt verum,e-
tiam ſi creditor inſtrumentũ haberet capiẽdi debito-
rẽ ad omnẽ ſui inſtantiã & voluntatẽ:quia non vale-
ret, ſecundum Felin. in dicto capi.ſicut. licet Ange.
contrarium voluiſſet in Authẽ. vt defuncti ſeu fune-
57 ra.quod eſt rigoroſum,† & priuilegiũ ſepulturæ hæ-
redes ſepulti cõcomitatur, vt poſt ſepulturam vexari
pro debitis defuncti non poſſunt infra nouẽ dies, &
hoc in honorem ſepulti. C. de ſepulchro viola. Au-
then.item qui domum.& Auth.ſed nec ante. Per quæ
iura dicit Bar.in l.interdum.ff.de iudic.ſe plures defen
diſſe viduas,quæ mortuo marito intra annum tutorẽ
58 filiis non petierant dari:† quia vltra annum gaudent
nouem diebus, quibus non tenentur exire domum.
Facit quod voluit Bart.in l.j. §. eleganter.ff.de liber.
59 agno. † Nec pariter ſequentes funus quantuncunque
extranei vexari,aut in ius vocari poſſunt.l. ij. ff.de in
ius vocan. & quantum ſit mortuorum ſepulturæ fa-
uendum patenter nobis oſtenditur in Eccleſiaſtico
ibi, Noli mortuo denegare gratiam, id eſt, ſepultu-
ram. xiij. quæſtio. ij. in eccleſiaſtico. quæ etiam pro
maleficio ſuſpenſis & occiſis non eſt deneganda. ca-
no.quæſitum.eadem cauſa & quæſtio. facit text.in c.
ad Apoſtolicam. de ſimo. vbi ex fermento hæreticæ
prauitatis procedunt fictitia ſepulturæ impedimenta.
Expedit enim reipublicę non minus mortuos huma-
ri,quàm viuentes conſeruari,ſecundum Bald. in l.fi.
C.de nego.geſt.prout nobis exemplo tradiderũt Cy-
rus,Alexã.& Cæſar glorioſi Imperatores, qui ſe ſuis
mandarunt in teſtamentis in nuda terra humari, vt
refert Leonar. Areti. epiſto. xciiij. Nam cadauer re-
manere non debet inſepultum, imò tumulandum in
memoriam humanæ conditionis. l.quidam in ſuo.ff.
60 de condit.inſtitu. † Nec valeret diſpoſitio teſtatoris
in cõtrarium,vt ibi eſt text.not.& gloſ.in c.nunc au-
tem,xxj.diſtin. Refert Marcellinum iuſſu ſancti Pe-
tri,qui in ſomnis Marcello Papæ apparuit, fuiſſe ſe-
pultum,non obſtante quòd in pœnam peccati ſui ſe-
pulturam cadaueris proprij vetuiſſet. Narrat pariter
61 Valerius lib.j.tit.† de ſomnis.de Simonide, qui cum
naue ad litus deſcendiſſet,compertum in arenis cada-
uer ilico ſepeliri mandauit,ob quod in tantæ charita-
tis retributione à ſpiritu defuncti monitus, ne die ſe-
quenti nauigaret, ipſo in terra manente cæteri eius
ſocij procellis perierunt maritimis. Hic pariter Simo
nides fuit à ruina ſeruatus, vt idem refert Valerius,
eodem libr. titu. de miraculis, in hæc verba: Aequè
Diis immortalibus acceptus Simonides, cuius ſalus
ab imminenti exilio defenſa, ruinæ quoque ſubtra-
cta eſt. Cœnanti enim apud Scopam in Cranone,
quod eſt in Theſſalia oppidum, nuntiatum eſt duos
iuuenes ad ianuam veniſſe magnopere rogantes, vt
continuò ad eos prodiret: ad quos egreſſus nemi-
nem reperit ibi. Cæterùm eo momento temporis tri-
clinium, in quo Scopas dominus domus epulaba-
tur



tur collapſum, & ipſum omnes conuiuas oppreſſit.
Quid hac felicitate locupletius, quam nec mare,nec
62 terra ſæuiens extinguere valuit? Hæc ille. † Igitur
non immeritò impedientes ſepulturam ſunt infames,
vt dicta authẽ.item. Quã ſcilicet infamiã non ſolum
euitauit, ſed innatam ei charitatem non certè timore
pœnæ, ſed virtutis amore exercens, imò ferè in toto
regno die ſepulturæ,laudes prædicantur defunctorũ.
Quod à Solone ortũ habuit, qui è ſeptem ſapiẽtibus
vnus vrbem Athenarum quaſi nouam ciuitatẽ mori-
bus ac legibus condidit. Hic talis ac tantus Philoſo-
phus inſtituit, vt clariſſimorum virorũ laudes in fu-
nere prædicarentur,ſi defuncti fuerant virtuoſi: quia
vitioſorum virtutes fingere, & contra veritatem lau-
des prædicare,eſſet peccatum,vt pulchrè Bart.Boſſus
tertiæ partis Epiſtola lxiiij. licet hodie theologi, &
malè,diuites laudẽt. Et ſicut ſunt defuncti honorificè
ſepeliendi, ita decet ſemel ſepultos ibi perpetuò ma-
nere: nec poſſunt eorum reliquiæ de loco ad locum
transferri. l.nemo.C.de religio. ſub pœna violatori-
bus ſepulchrorum indicta, & decem librarum auri
vltra.l.qui ſepulchra.in fin.C.de ſepul.viola. Præſer-
tim ſi beati exiſtant, de quibus vox ait: Nolite tãgere
Chriſtos meos,& in l.nemo.C.de ſacroſan.eccle. Ne
63 mo,inquit Imperator, martyres diſtrahat. † ob quod
graui fuit vltione punitus Clodoueus ſecũdus Fran-
corũ rex Chriſtianiſſimus, & bonorũ operum opti-
mus artifex, de quo Gagui.lib.iij.c.iiij.ſic dicit: Huiuſ
modi religioſis operibus cum maximè operam daret
Clodoueus Dagoberti regis filius,neq; vllis agitare-
tur bellis aperto beati Dionyſij feretro brachij par-
tem inde abſtulit. Quod eam & ſi reuerenter haberet
protinus tamen mente proſternatus humi concidit:
ſecutæq; ſunt per Dionyſium templum tenebræ &
rerum omnium obſcuritas, vt qui illic aderant paui-
tantes citiſſimè inde aufugerent, rex etſi inſano non
diſſimilis eſſet, brachij partẽ ablatam auro circũnda-
tam, & gemmis multis decoratam beato corpori re-
ſtituit, ſimúlque donaria monaſterio attribuit, quib⁹
meliorem ſibi mentẽ recipere poſſet. Qui etſi paulo
meliuſculus extiterit, præ ſe tamen tulit inſaniæ ve-
ſtigium, quo annos duos afflictus tandem interiit ex-
64 pleto regni ſui anno xvj. Chriſti DCLXij.† Non ſic fe-
cit Ioſias rex, qui oſſa tollẽs mortuorum certificatus
de ſepulchro viri Dei, qui venerat de Iuda: ait: Di-
mitte eum, nemo cõmoueat oſſa eius. Et intacta man
ſerunt oſſa illius cum oſſibus Prophetæ, qui venerat
de Samaria.iiij.Reg.xxiij. Etiam ſi non vt beati hono
rentur eorum reliquiæ prohibentur transferri, vt di-
65 cta l.qui ſepulchra. † Quod exẽplo nos docuit Ludo
ui.xj.domini noſtri Frãcorum regis genitor, qui ca-
dauer Agnetis (licet ei aduerſata fuiſſet) moueri non
permiſit, quanuis impedimentum rei ſacræ foret, de
quo Gagui.lib.x.cap.j.& ij.ſic dicit: Fuit Agnes (quę
bella nuncupata eſt) Carolo vij.Ludo.patri pellex, de
qua conſtans fama fuit eam à Carolo adamatã fuiſſe,
fuit nãq; admodũ lepida & faceta, luxúq; & veſtium
cultu ſupra mulieris modeſtiam gloriabunda. Qui
faſtus non niſi grandi ſumptu ducitur: eius pompæ
impenſam ad amorum mercedem Carolus facere cre
debatur. Accedebat ad ſtupri ſuſpicionem propin-
quorũ Agnetis ad dignitates eccleſiaſticas repentina
promotio, ea in diuæ Mariæ templo, quod in caſtello
lociarũ eſt, ſepeliri voluit, condito lx.millium aureo-
rum teſtamento, datóq; ſacerdotibus annuo prouẽtu
in medio templi choro ſepulchrum ſibi extrui impe-
trauit. Ad eum locũ aliquando diuertens Ludouicus,
ſciſcitatus cuius hoc eſſet monumentum: Eſt, inquit
vnus ex clero, Agnetis illius, quã propter formæ de-
corem bellam vulgus appellauit. Et quia nobis im-
pedimento eſt ſepulchrum, vellemus cum tua venia
alio aliquo ſacello reponere. Non æquum, inquit, rex
poſtulaſtis, quanquàm enim illa dum vixit mihi fuit
multũ aduerſata, mulieris tamẽ buſtum contra leges
non violabo. Sed nec vos arbitror illius cadauer ſine
largo eius munere hîc collocaſſe, ſeruate bene facta
quod viuẽti promiſiſtis. Nefas vobis eſt hinc mouere
ſepultam. Vt autem illius cauſa obnixiores Deum
orare ſciatis, accipite donum ſex millia librarum, &
hoc dicens nummos iuſſit ſacerdotibus tradi, quos in
perpetuos templi reditus impenderẽt. Erat ſi quidem
Ludoui.à pietate non alienus, quantum ex rebus à ſe
geſtis liquet, & nedum reliquiæ defunctorum, imò
quicquam eſt in vna eccleſia transferri non debet in
aliam, etiã tegulæ, vel alia ſegmẽta ædificij, vel orna-
mentorũ: quia non eſt diſcoperiendum vnum altare
66 pro coperiẽdo aliud. † & hoc expreſsit Quintus Ful-
uius Flaccus cenſor Romanus, qui ſua durante cenſo
ria, tegulas ex Iunonis templo in ędem, ſeu tẽplum
fortunæ, quod Romæ faciebat trãſtulit, ob quod de-
mentia percuſſus, & liberis orbatus interiit, de quo
Vale.lib.j.tit.de neglecta religione, ſic dicit: Quintus
autem Fuluius Flaccus impunè nõ tulit, ꝙ in cenſura
tegulas marmoreas ex Iunonis Laciniæ tẽplo in ædẽ
fortunæ equeſtris, quam Romæ faciebat tranſtulit,
negatur enim poſt factum mente conſtitiſſe. Quin-
etiam per ſummam ægritudinem animi expirauit,
cùm ex duobus filiis in Illyrico militantibus alterum
deceſſiſſe, alterum grauiter audiſſet affectum. Cuius
caſu motus ſenatus tegulas Locros, id eſt, locũ ſic vo
catum, vbi Iuno colebatur, tegulas reportandas cu-
rauit, decretiq; circunſpectiſſima ſanctitate impium
67 opus cenſoris retexuit. Hæc ille. † Punitus etiam fuit
Dagobertus Francorum rex, ſupradicti Clodouei ge
nitor, qui valuas eccleſiæ beati Hylarij tranſtulit, vt
dixi ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adela.* in quarto
& vltimo ſucceſſionũ articulo, loquẽdo de venatiõe.
68 † Vnde reſtat defunctis ſepulturã eſſe tradendam, &
inuiolabiliter conſeruandam. Nam homo ille ſanctiſ
ſimus Thobias qui eſurientes alebat, nudíſque veſti-
menta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam
ſolicitus exhibuit Thob.j.c. Imò Pyrrhus gẽtilis Epi-
rotarum rex, vt Eutropius refert, quam fauendum ſit
ſepulturæ, licet paganus foret oſtendit, qui cùm mille
octingẽtos ex Romanis in bello captos teneret, ſum-
mo honore tractauit, multóſq; defunctos licet hoſtes
honorificè ſepeliuit. Sic & Cæſar caput Põpeij hoſtis
ſui. Tales pulchrè commendauit propheta eximius.
ij.Reg.ij.cap. Vos benedicti à domino, qui feciſtis mi
ſericordiam hanc cum domino veſtro Saul, & ſepe-
liſtis eum. Non immeritò per illum text.eccleſia de-
functos ſepelire inter opera miſericordiæ præcepta
cõnumerauit. & leges per illationẽ mortui locũ fieri
religioſum decreuerunt, inſtit.de rerum diuiſ.§. reli-
☞ gioſum.vt dixi [Imò non valeret teſtator in contra-
69 rium diſponere, vt d.l.quidam in ſuo. † Vbi obtem-
perari nõ debet ei, ſi ſuũ cadauer proiici in mare mã-
dauit, ſicut non obtemperatum fuit dicto Soloni Phi
loſopho ex ſeptẽ Gręciæ ſapiẽtibus ſecundo, qui Cy
pro moriens hęredibus mandauit oſſa ſua in cinerem
diſſoluta per omnem prouinciã diſſeminari. De pri-
uilegio & fauore, & quantũ ſit accuratè fauendũ ſe-
peliendis cadaueribus elegantiſsimè poſuit Io.Andr.
multorũ dicta præſertim Valerij recitans ſuper rub

70 j.de ſepul. † Præterea ſanè intelligatis per illationem
mortui locũ religioſum fieri, & locus ille erat omni-
no ſanus,id eſt inſolidum,& à nullo dependẽs domi
no,vt quia allodialis erat , & aliis ſine conſenſu ſocij
vel domini non poſſet dedicari.inſtit.de rerũ diuiſ.§.
religioſum.& l.fi.ff.vt in poſ.leg.aliâs fauore religio-
nis dedicari poteſt ad libitũ poſſeſſoris.]Et inde eſt,
71 † ꝙ modus teſtandi ſaltem inter ſapientes inoleuit,vt
priore loco teſtamenti diſpoſitio ſepulturæ teſtato-
ris deſcribatur ante bonorum ordinationem,quod à
Thobia habuerũt,Thob.iiij.c.in prin.Quibus omni-
bus carent ſeipſos ſcienter occidẽtes,vt videtis,vt im-
pleatur quod de peruerſo ſcribitur Hier. xxij. Quòd
72 ſepultura aſini ſepelietur,†quod locũ non haberet in
illo,qui furore aut phreneſi ſe occidit, ſecundũ gl. in
d.c.placuit.Idem crederẽ,ſi dormiẽdo,quia dormiẽs
furioſo cõparatur.cle.j.de homici.& idẽ ſi in ebrieta-
te cõſtitutus ſe interfecerit : quia dementi cõparatur,
cùm ebrietas mentis inducat exiliũ,cap.à crapula.de
73 vita & ho.cler.† & ebrius delinquẽs non punitur pro
delicto cõmiſſo,ſed ſolùm pro culpa nimiæ potatio-
nis.l.reſpiciẽdũ.§.delinquũt.ff.de pœn.vbi Doct. Et
eſt mirabile,quia licet additio peccati ad peccatũ ſẽ-
per faciat plura peccata , vt clarè dicit Apoſtolus ad
Rom.j.c. nõ tamẽ ſemper facit maiorẽ grauitatẽ , vt
vnũ propter aliud magis puniatur:imò contingit , ꝙ
primũ ſic diminuit ſecundum , ꝙ ambo ſimul iuncta
non tantã habent grauitatẽ,nec tantã merentur puni
tionem , quantã haberet ſecundum per ſe acceptum.
74 † Nam homicidiũ perpetratũ ab homine ſobrio gra-
uius eſt quo ad Deum,& etiã quo ad pœnã fori con-
tentioſi,quã ſi perpetraretur ab homine ebrio , ita ꝙ
præponderat ebrietati & homicidio ex illa ſequenti,
quãuis ſint duo peccata,ſecundum Lyrã Ioã.ix.cap.
in fi.Quoniam in puniendis delictis ponderatur ani-
mus,& propoſitũ delinquentis,cùm voluntas & pro-
poſitũ diſtinguant maleficia.l. qui iniuriæ. ff.de furt.
quæ voluntas ceſſat in homicidio per ebriũ & mentis
exulem cõmiſſo.Et relinquitur ſic impunitũ,etiam ſi
in principem fuiſſet commiſſum.l. j. C.ſi quis impe.
maledi. prout etiã nobis exẽplo tradidit Pyrrhus Epi
rotarum rex,de quo Valer.lib. v. titu. de humanitate
& clementia ſic dicens : Aequè mitis animus Pyrrhi
regis,qui cùm audierat apud quoſdã in conuiuio Ta-
rentinorum parum honoratũ de ſe ſermonẽ habitũ,
accerſitos qui & interfuerant percunctabatur , an ea
quæ ad aures eius peruenerant dixiſſent? Tunc vnus
ex his,inquit, niſi nobis vinũ defeciſſet, iſta quæ tibi
relata ſunt præ his,quæ de te loquuturi eramus ludus
ac iocus fuiſſet. Tã vrbana crapulæ excuſatio támq;
ſimplex veritatis confeſsio , iram regis conuertit in
riſum.Qua quidem clementia,& moderatione aſſecu
tus eſt, vt & ſobrij ſibi Tarentini gratias agerent , &
ebrij bene precarentur. Hæc ille. Videatis quæ dixi
ſup verbo, *Duas habẽs filias*.loquẽdo de ſcuto regio,
& triũpho liliorũ.Et quæ dicã infrà de ſentẽtia iracũ
dè lata , de Pyſiſtrato tyrãno. Ad hos ebrios dicitur
Iohel.j.Expergiſcimini ebrij.flete,& vlulare omnes,
qui bibitis vinũ in dulcedine : quoniam periit ab ore
veſtro.Talibus enim duplices maledictiones ſeu pu-
nitiones dabuntur,vt habetur ij.Ethi. Nõ intelligitur
ſecundũ menſurã peccati , vt ibi declarat Lyra Ioan.
ix.in fi.de vini intemperantia diuus ille Bern. ſic dicit
in epiſtola de cura domus,& regimine rei familiaris.
Qui in diuerſitate & abundantia vinorũ ſobrius eſt,
ille eſt æternus Deus.Ebrietas nil rectè agit,niſi cum
cadit in lutũ.Sentis vinũ,fuge conſortiũ.Sentis vinũ,
quære ſomnum plus quàm colloquiũ. Qui ſe ebrium
verbis excuſat , ſuam ebrietatem apertè demonſtrat.
Malè ſedet in iuuene vina bona cognoſcere.Fuge me
dicum ebrium , præſertim in te volentem experiri.
Videatis qualiter alios de ſimili morbo curauerit.
75 Hæc ille. †Et maximè in fœmina eſt deteſtandus vi-
ni vſus : quia vt dicit Valer. libro vj.tit. de ſeueritate.
quæcunq; fœmina vini vſum immoderatè appteit, &
virtutibus omnibus ianuã claudit,& vitiis aperit.Vi-
de quæ de ſomno , & ebrietate dixi in verbo , *Dotem*
76 *quam ei dederat.* † [Vnũ tamen notabitis, ꝙ ſeipſum
occidens conſciũ alicuius criminis,non ſolùm mori-
tur inteſtatus,ſi realiter & actualiter ſe occiderit, ſed
etiam ſi occidere ſe voluerit, taliter ꝙ per ipſum non
ſtetit.Quia fortè fuit ſibi occurſum,& obuiatũ.l.fi.§.
ſi autem.ff.de his qui mor.ſibi cõſciue.& l.omne deli
ctum.§.qui ſe vulnerauit.ff.de re mili.Et eſt tex.opti.
in l.ſi quis aliquãdo.§.fi.ff.de pœnis.]Si autem teſta-
tor ſe occiderit,non ob conſcientiã criminis per eum
perpetrati,ſed tædio vitæ,vt fecit Dido,vel ob impa-
77 tientiam doloris , & infirmatis , vel aliàs , † vt fecit
Cato poſterior Stoicus Philoſophus , quem aliqui
Vticenſem appellant,eò ꝙ victoriam Cæſaris impa-
tienter ferẽs voluntatiq; vnius à cætero Rẽpublicam
Romanorũ ſubiiciendã fore videret, Imperio Cæſa-
ris fundato , eíq; ſubiici nolens,apud Vticam ciuita-
tem ſeipſum occidit , vt habetur in primo de ciuitate
Dei,cap.xxiiij.Ipſe enim,qui in Vticam ciuitatem ſe
receperat,vltima nocte vitæ ſuæ, dum Platonis librũ
de immortalitate animæ legeret, poſito ad caput gla-
dio, duo hæc in rebus extremis inſtrumẽta perſpexit,
alterũ ſcilicet Platonis librum , vt mori vellet , alte-
rum vt poſſet; ſcilicet gladiũ.Compoſitis ergo rebus
ſuis ſtricto gladio , nihil inquit egiſti fortuna , omni-
bus conatibus meis,quibus dictis impreſſit collo gla-
dium,& mortuus eſt.Ex quo Vticẽſis Cato dict⁹ eſt,
de quo Valer.lib.iij.titu.de fortitudine,ſic dicit: Tui
quoque clariſſimi exceſſus Cato Vtica monumentũ
eſt,in qua ex fortiſſimis vulneribus tuis plus gloriæ,
quàm ſanguinis emanauit. Si quidem conſtantiſſimè
in gladiũ incũbendo magnũ hominibus documentũ
dediſti quanto potior eſſe debebat probis dignitas
ſine vita,quã vita ſine dignitate.de his duobus,Cæſa-
re ſcilicet & Catone,eadẽ tẽpeſtate cõcurrẽtibus pul
chrè in Catilinario refert Salluſtius illorũ contẽpo-
raneus.His,inquit,duobus genus,ętas, eloquẽtia pro
pè æqualia fuere. Magnitudo animi, par etiã gloria,
ſed alia alij: Cęſar beneficiis & munificentia magnus
habebatur,integritate vitæ Cato. Ille manſuetudine
& miſericordia clarus factus,huic ſeueritas dignitatẽ
addiderat.Cæſar dando,ſubleuãdo,ignoſcendo. Ca-
to nihil largiendo gloriã adept⁹ eſt. In altero miſeris
profugiũ,in altero malis pernicies. Illius facilitas,hu-
ius cõſtantia laudabatur. Poſtremò Cæſar in animũ
induxerat laborare , vigilare negotiis amicorum no-
uorũ,ſua negligere,nihil denegare quod dono dignũ
eſſet,ſibi magnũ imperiũ,exercitũ,bellũ nouũ exopta
bat , vbi victus eniteſcere poſſet. At Catoni ſtudium
modeſtiæ,decoris, ſed maximè ſeueritatis erat. Non
diuitiis cum diuite,neq; factione cũ factioſo,ſed cum
ſtrenuo virtute,cũ modeſtię pudore,cũ ignoſcẽtę ab
ſtinẽtia certabat: eſſe,quã videri bon⁹ malebat.Itaq;
quo minus petebat gloriam , eo magis aſſequebatur.
Hæc ille.De quo etiam meminit Valer.lib.iiij.titu.de
abſti. & conti. in prin.dicẽs,ꝙ ex eadẽ materia vtero
& cõtinentia nata eſt & Cato. ſuper quo dicit cõmen
tator:hanc prouinciã,ſcilicet Hiſpaniæ Cato tam in-
tegro



tegro animo tanquã caſtis manibus exercuit , vt neq;
fides,neq; religio, neq; diligẽtia in ea adminiſtratio-
ne defuerit. Nam inter ipſas omnis generis volupta-
tũ materias verſatus ab omni cupiditate manus, ocu-
los,animi cũ ſumma laude & admiratione cohibuit,
& velut aurũ in fornace, ſic eſt Catonis cõtinentia in
ea & alia adminiſtratione probata.Nam inter auri &
argẽti cumulos,atq; inter omnis generis delitias ver-
ſari,quas abũdè Aſia refert, & ab his rebus,quas mor
tales primas putãt, manus & animũ abſtinẽtes habe-
re , hic qui fecerit præſtantiſſimæ integritatis homo,
Deoq; proximus iudicari põt. Vnde meritò dici po-
teſt, cũ ipſo Catone natã eſſe cõtinentiam, tamen(vt
dixi) manu propria animi magnitudine ſe interfecit.
78 †[Eodẽ mentis propoſito vſus eſt Scipio,nanq; infe-
☞ liciter & Gn. Popmei generi ſui defenſus in Africæ
partibus claſſe Hiſpaniã petens cũ animaduertiſſet,
nauẽ in qua vehebatur ab hoſtibus captã,gladio præ
cordia ſua tranſuerberauit , ac deinde proſtratus in
puppi quærẽtibus Cæſarianis militibus, vbînam eſſet
Imperator,ſcilicet nauis: Reſpõdit Imperator ſe be-
ne habere: tantũque eloqui valuit,quãtũ ad teſtãdum
animi magnitudinẽ æternę laudi ſatis erat.Hęc ille.]
Sic & Sagũtinorũ ciuitate triennio poſtquã Annibal
effectus fuit Imperator,fame oppreſſa,vt diuus refert
Auguſt.Famis magnitudine diu paſta ſuorũ cadaue-
ribus,deniq; omniũ feſſa rerũ,ne ſaltẽ captiua in An
nibalis manus proueniret,ingentẽ rogũ publicè ſtru-
xit,in quẽ ardentẽ omnes ſe cõmuni cõſilio miſerũt.
79 †Et finaliter Annibal ipſe cũ in eã perductus fuiſſet
neceſſitatẽ,ne à Romanis caperetur, cõfeſtim guſta-
to veneno, qđ in annulo more regio gerebat, animã
expulit, eóq; genere mortis à Romanorũ vinculis ſe
liberãs deceſſit.Qui nunquã (vt Trogus ait) ſine bel-
lis cubãs cœnauit , nunquã inter innumeras captiuas
miræ pulcritudinis puellas caſtitatẽ perdiderat: nun-
quã in inſidiis ſuorũ,aut etiã inimicorũ proditus fue-
rat. Et idẽ Cymbrorũ vxoribus viris captis vel occi-
ſis cõtigiſſe Oroſius refert. Hi omnes non cõſciẽtia
criminis,ſed dolore perditionis reipu. patriæ ſuæ ſibi
mortẽ cõſciuerũt, tamẽ teſtamẽti factionẽ nõ perdi-
derũt. Idem ſi cauſa iactationis teſtator ſe occideret,
prout fecerunt plures Philoſophi , præſertim Empe
docles,ſecundũ glo.de ipſo & Didone loquentẽ in l.
ſi q̃s filio exhæreda.ff.de iniuſto.rup.teſt. Sed Lactã-
ti⁹ dicit eũ ſibi mortẽ intuliſſe , eò ꝙ animas ęternas
ſuſpicabatur,feliciter vt poſt mortẽ viueret, ſicut Ze-
noman⁹ fecit, vt refert idẽ Lactãti⁹:pariter Theobro-
t⁹ Ambrochiota è muro ſe præcipitẽ dedit præ deſyde
80 rio melioris vitæ,vt narrat Tul. lib.j. Tuſcul.qõ.†Si-
militer ſi quis ſe occideret propter miſerias huius vitę
fugiẽdas,prout fecerũt multi tempore Aegeſię philo.
qui tãtæ fuit eloquẽtiæ, ꝙ politè narrãdo miſerias hu
ius ſeculi vi eloquentiæ multos traxit ad ſe occiden-
dũ.Tamẽ nimis creduli fuerunt, cum ipſe non ſe in-
terficeret,de quo Vale.libro viij.tit.de vi eloquentię.
Quãtum,inquit,eloquẽtia valuiſſe Aegeſiã Cyrenai-
cũ arbitramur & Philoſophum,qui ſic mala vitæ re-
præſentabat,vt eorum miſerãda imagine audientium
pectorib⁹ incerta multis voluntariã mortis appetẽdæ
cupiditatẽ ingeneraret?ideóque à rege Ptolemæo vl-
terius hac de re diſſerere ꝓhibitus eſt.Hæc ille. Idem
ſi quis ſe occidat cauſa pudoris æris alieni, vt fecit q-
dã aduocatus , ſecundùm Richard. Malumbre.quem
refert Io.And.in addi.Spe.tit.de pœn.§.j.verſ.ij.Quę
re an vulnerãs ſeipſum &c.vbi latè hæc omnia diſpu-
tat,& Bal.in proœ.š.viij.col. de clerico ſeipſum per-
cutiente,an ſit excõmunicatus. Idem ſi nõ ſponte ꝓ-
iecit ſe in flumine,vel de feneſtris , vel fugiens aliquẽ
credens natãdo euadere,vt in c.ex parte.le.ij.de ſepul.
Tunc etiã teſtamentum nõ irritaret̃,ſed morte cõfir-
maret̃,ac ſi naturaliter morerẽt̃,vt eſt tex. iuncta glo.
in l.ſi q̃s filio exhæredato.§.ꝓinde.ff.de iniuſto.rup.
teſt.facit tex.in l.quis ſit fugitiu⁹.§. idẽ ait interroga-
tus.verſic.nec eũ quidem,q̃ cum ff.de edil.edic. cũ §.
81 ſeq. †Et idem ſi teſtator ſe interficeret intuitu diuini
honoris,ne ſcilicet vituperium exerceatur in proprio
corpore redundans in Dei vituperium , ſicut timebat
Saul,primi regum vltimo, ne in ipſo, qui principalis
erat in populo , fierent ludibria in contemptum Dei
Iſrael.Et hoc modo Raſias videt̃ ſe interfeciſſe.ij.Ma
chab.xiiij.c.Nec tñ ꝓpter hoc vituperat̃ in ſcriptura,
82 imò potius laudari videt̃. †Hoc etiã modo Sampſon
ſe interfeciſſe legit̃,vt habet̃ Iudi.xvj.Et tñ in epiſto-
la ad Hebr.xj.in Catalago ſanctorum cõnumeratur.
Sic plures ſanctæ mulieres,de quibus ſolẽnizat eccle-
ſia, ſeipſas occiderunt,ne infideles luxurias exercen-
do eis abuterentur cõtra diuinum honorem. Quibus
caſibus ſecũdum Hebræos nedum licet,imò merito-
rium eſt ſe interficere , & opprobrium cupiditate vi-
uendi velle viuere, vt Marcus Aquilius Romanus fe-
cit,de quo Valer.lib.ix.titu.de cupiditate vitæ, ſic di-
cit: Marcus Aquilius cùm ſibi glorioſè mortem con-
ſciſcere poſſet , Mitridati ſcilicet Romano hoſti ma-
luit turpiter ſeruire , quem quis non meritò dixerit
Pontico ſupplicio, quã Romano Imperio digniorẽ.
Quoniã cõmiſit vt priuatum opprobrium publicus
83 rubor,id eſt,verecundia exiſteret.Hæc ille. †Tamen
Auguſt.de ciui.Dei. vbi š.tales nõ excuſat , niſi hoc
fecerint inſtinctu diuino nobis occulto. Quia indi-
gnũ & iniquũ eſt animã eiicere,quã nobis eius condi
tor depoſito cõmiſit, nemo ſanæ mẽtis inficias ierit.
Vnde Seneca ad Lucillum Epiſto.xxxiiij. Quotidie,
inquit,moriuntur,quotidie enim demitur aliqua pars
vitæ,ridiculum tamẽ eſt currere ad mortem tædio vi-
tæ,vel alia occaſione:quia vir fortis,& ſapiens fugere
vitam nõ debet,ſed exire.Cùm idem dicat ad eundẽ
epiſtola lxxvij.Nec vita ſit tædio,nec mors timori: i-
mo non ſolùm ſi ſponte,aut propter paſſiones ſeculi
huius vitandas,ſeu vt perennem vitã citius cõſequat̃.
84 †Sed etiã ſi metu tormentorum falſa confiteretur in
iudicio crimina cõtra ſe,grauiter peccare. Adeò ꝙ ſi
cõfeſſionis huiuſmodi prætextu ad mortem dãnare-
tur,quã ſaltẽ in extremis nõ remaneret , certè in pec-
cato mortali decederet & damnaretur. quoniam hæc
omnia prohibuit Deus ſub generali præcepto.nõ oc-
cides.c.ſi non licet.xxiij. q. v. ſecundũ Panor.in d.c.
ex parte.le ij.de ſepul. Ideo debent eſſe cauti cõfeſſo-
res,vt tales falſas cõfeſſiones faciãt ipſius condẽnatis
reuocare priuſquam executentur ad mortem. Et ideo
ſummè videtur reprobum Maſſiliæ ciuitatis Græciæ
inſtitutũ antiquum, quo cuique licebat ſeipſum occi-
dere , quoties aliquo vehementi gaudio delibutus
erat , & hylaris factus, ne fortuna mutaretur in dete-
rius,cùm ſecundum Boetium in primo libro de con-
ſolatione ſummum ſit infelicitatis genus fuiſſe feli-
cem : vel quoties aduerſa turbatus erat fortuna , ne
perſeueraret , permittebatur ſe occidere , ſaltem ſe
morti offerre , & cauſam coram ſexcentis viris ad
ciuitatis regimen inſtitutis , qui videntes cauſam il-
larum aliquam ſubeſſe, permittebant venenum cum
cicuta, id eſt , herba illa venenoſa temperatum
& mixtum , quod ibi publicè aſſeruabatur dari occi-
dere ſe volenti. De quo Valerius lib.ij. titu. de inſtit.
antiquis.

antiquis,ſic dicit: Venenũ cicuta temperatum in illa
ciuitate,ſcilicet Maſſiliẽ. publicè cuſtoditur,quod da
tur ei,qui cauſam ſexcentis (id enim ſenatus eius no-
mẽ eſt)exhibuit,propter quas mors ſic illa expectãda
cognitione virili beneuolentia temperata, quæ neq;
egredi vita temerè patitur, & ſapienter excedere cu-
pienti celerem fati viã præbet,vt vel aduerſa vel pro-
ſpera nimis vſi fortuna (vtraq; enim finiẽdi ſpiritus
illa, ſcilicet aduerſa fortuna ne perſeueret, hæc ſcili-
cet proſpera ne deſtituat, id eſt derelinquat rationẽ
præbuerit) probato exitu terminentur. Hæc ille.
85 †Olim enim venenũ publica erat Athenien.pœna,
qua hodie nõ vtimur,ne ars intereundi occulta & ꝓ-
ditoria cõmunicetur. Vnde dicit tex.in l.j.C.de male
fic.& mathe.quòd plus eſt veneno extinguere, quàm
gladio occidere: tamẽ prohibitũ eſt ſibi quoquomo-
do mortẽ inferre.Et hoc eſt,quod dicit gl.Ordina.al
legata ſecũdi Machab.xiiij.c.His,inqt,exceptis,quos
lex iuſta generaliter & ipſe fons iuſtitię Deus ſpecia-
liter occidi iubet,quiſquis hominem vel ſeipſum, vel
quẽlibet aliũ occiderit, homicidij crimine innectẽ.
Vnde & ſcriptura libri huius,quæ ab eccleſia ad legẽ
dum pro informatione recepta eſt, non videtur hic
Raziam arguere,ſed magis commendare ex ſuiipſius
interfectione:& ſi prædicta nõ ſufficiãt ad eius excu-
ſationẽ,poſſet dici, ꝙ hoc fecit ſpeciali inſtinctu ſpi-
ritus ſancti. Omnes enim homines ſunt Deo mortis
debitores,quod debitũ poteſt Deus quandocũq; vbi-
cunque & quomodocunq; vult repetere, vt patet per
manum propriã vel alienã hæc ibi.Et ſunt in effectu
verba Aurelij Auguſtini lib.j.de ciui.Dei.De quo ple
nè in d.c.ſi non licet.xxiij.q.v.Videatis etiam per Ly
ram.& Burgẽ.in addi.alleg.j.Reg.vlt.cap. Et quia ex
quacunq; cauſa non licet ſæuire in ſeipſum,& quia ſi
quis hoc fecerit diuino inſtinctu,aut diabolico ſuaſu,
eſt nobis occultũ: videmus hodie ſeruari,quicunq; ſe
interficiet, in ſterquilinio ſepelitur tãquã deſperatus,
priuatꝰ eccleſiaſtica ſepultura, velut excõmunicatus.
86 Dicit etiã Bald.in dicto proœmio. †Quòd ſi mona
chus ſanguinolenter percutiat ſe in eccleſia, talis ec-
cleſia erit polluta & interdicta. De Didone tamen
qua de cauſa ſe occidit dicã vobis alibi, vt ponit Hie
ronymus cõtra Iouinianũ lib.j. cui potiùs crederem,
quã glo.iij.dicti §.proinde.& plus quã fabuloſo Poe
tę in iiij.Aeneid.Vnũ quod ſuprà tetigi notabitis pro
fine huius ſecundæ fallentiæ, ꝙ in dubio præſumitur
quis ſe occidiſſe alia de cauſa, quã cõſciẽtia criminis
per eũ perpetrati,vbi de aliquo crimine non erat ad-
huc accuſatus, nec pro eo captus vel alio modo præ-
uẽtus,ſecundũ Bar.in d.l.ſi.de his qui mor. ſibi cõſci.
vbi dicit, ꝙ etiã ſi quis poſt præuẽtionẽ ſe occiderit,
poſſent hæredes occiſi eũ purgãdo,& bona cõſeruã-
do,ꝓbare ꝙ alia de cauſa ſe occiderit,quã timore pœ
næ ꝓpter crimẽ ſimile inferẽdæ. quod eſt notãdum.
87 †Tertiò fallit regula noſtra,vbi teſtator moreretur
& occideretur per ſentẽtiã iudicis,iuxta illud Eccleſ.
xxiiij. Teſtamentũ huius mundi morte morietur. Et
notãter dico per ſententiã iudicis, cũ nemini priuato
liceat etiã delinquẽtes occidere, iuxta illud Iudæorũ
dicentiũ,nobis nõ licet interficere quenquã, ſed ſoli
iudici hoc permittitur:quia vindicta priuata, quanuis
ſuã quis vel ſuorũ proſequatur iniuriã, eſt interdicta.
Et ſi quis pro iniuria præterita ſecus faceret, animi
moderatione careret,& grauiter peccaret: nec teſta-
mentũ occiſi infirmareẽ tali morte,ſed cõfirmaretur.
88 à iudice profectò eſt petẽda vltio. †Vt exẽplo tra-
didit nobis Marcus Bibulus moderatiſsimus Roma-
nus, qui propriorũ filiorũ necẽ vindicare recuſauit,
cũ ei occiſores oblati fuiſſent. De quo Vale.lib.iiij.ti.
de moderatione animi,ſic dicit: Qui Bibulus ſcilicet
cũ in Syria morareẽ prouincia, duos egregiè indolis
filios ſuos à Gabinianis militibus Aegypti occiſos co
gnouit,quorũ intefectores ad eũ vinctos regina, ſci-
licet Aegypti Cleopatra miſit, vt grauiſſimæ cladis
vltionẽ arbitrio ſuo exigeret. At ille oblato bñficio,
quo nullũ maiꝰ tribui lugẽti poterat,dolorẽ modera-
tioni cedere coegit, carnificẽſque ſanguinis ſui inta-
ctos eueſtigiò ad Cleopatrã reduci iuſſit: dicẽdo po-
teſtatẽ huius vindictæ nõ ſuã,ſed ſenatus eſſe debere.
Hęc ibi,pro quo facit tex.in l. ꝗ iuriſdictioni pręeſt.
ff.de iuriſ.om.iudi.in ſolis ergo iudicibus permittitur
vltio etiã ad mortẽ, quę teſtamẽta nõ firmat,ſed irri-
89 tat. †poteſt enim iudex quem occidere ſine peccato
propter eius publicã authoritatem,& rei flagitiũ, ſeu
facinus,crimẽ aut delictũ. Nã quicquid agit indomi-
ta cupiditas ad corrũpẽdũ animũ,& corpus ſuũ,flagi
tiũ eſt.Sed quicquid agit, vt noceat alteri,facinus eſt.
90 Et hæc ſunt duo genera omniũ peccatorũ. †Sed fla-
gitia ſunt priora, quæ cũ corruperunt animũ ad faci-
nora proſilitur. Sunt enim flagitia in dictis vel cogi-
tationibus, quę cogitationes nõ puniũtur cõmuniter
iſto iure fori.l.cogitationis pœnã.ff.de pœn. Sed faci
91 nora ſunt in factis. †Vnde illa dicuntur flagitia à fla-
gitãdo facere quod ſibi nocet,& ideo ſibi nocet,quia
in foro cõſcientiæ talia flagitia puniuntur: vel à flagi
tãdo corruptelam libidinis, quæ etiã nocet ipſi cogi-
tanti,ſi cõſenſum adhibuerit,& per ipſum non ſtete-
rit.Sed dicuntur facinora à facti commiſſo,quia facit
92 quod alteri nocet: †aliquando tamẽ facinus ſonat in
bonã partẽ, & in bona ſignificatione ratione iuncti:
quia diſcernitur ex adiuncto: vt qñ dicitur pulchrum
facinus, aut præclarũ facinus,vt plenè per Archid. in
c.flagitia.xxxij.q.vij.Facinus autẽ cõtinet ſub ſe deli-
93 ctũ & crimẽ. †Delictũ eſt quod cõmittitur ex animo
delinquendi ſeu nocẽdi,vel quoties nocetur ſine ani-
94 mo,vt l.j.C.de Sicar. †Crimen eſt, quod animo &
volũtate delinquẽdi cõmittitur, veluti furtũ ſecũdũ
glo.l.j.C.ſi aduer.deli.poteſt ergo iudex reũ occidere
propter crimẽ & facinus,aut aliã iuſtã cauſam, iuxta
illud Aurelij Aug.de libe.arbi.lib.j.homicidiũ eſt ho-
minẽ occidere.Poteſt tñ alius aliũ aliquãdo occidere
ſine peccato.Nã & miles hoſtẽ,& iudex malefactorẽ
nõ obſtãte errore aliquorũ putãtiũ ſub pręcepto illo
nõ occides, de quo dixi ſuprà in pręcedẽti caſu fallẽ-
tiæ in principio,occiſionẽ cuiuſcũq; hominis etiã ma
lefactoris eſſe ꝓhibitã,vnde iudices & officiales occi
dentes reos appellãt homicidas,ꝙ eſt falſum.ſecundũ
Tho.in dicto tractatu de decẽ pręceptis.Et pleniꝰ in
ij.ij.q.lxxiiij.art.ij.cõtra quos dicit Aug.Quòd Deus
qui hoc pręceptũ dedit,nõ ſibi per hoc poteſtatẽ occi
dẽdi abſtulit,ꝗ Deut.xxxij.Ego occidã,& viuere fa-
ciam,& Geneſ.ix.Quicunq; effuderit humanum ſan-
guinẽ, fundetur ſanguis illius. Iudices ergo iuridicè
occidendo reos,mãdato Dei occidũt,qui legẽ ſtatuit
vt rei occiderẽtur,Moyſi dicens:Nõ permittes male-
ficos viuere ſuper terrã.& Pau. apoſt.cap. xiij.Epiſt.
ad Roma.nõ ſine cauſa gladiũ portat iudex:miniſter
enim Dei eſt, vindex in irã ei ꝗ malum agit:nam in-
telligitur illud pręceptũ de occidẽte hominẽ propria
95 authoritate,nõ de iudice procurãte. †Qui tñ pronus
eſſe nõ debet ad occiſionẽ,cũ in ipſo pœnarũ capita
liũ debeat eſſe vltimũ recti iudicis remediũ.debet eñ
deuios ad viã reuocare,nunc per minas terrẽdo, nũc
verberando,nunc incarcerãdo, & aliis lenioribus re-
mediis,



mediis, ita ꝙ ad mortẽ properare nõ debet, niſi cùm
alia remedia ſunt cõſumpta,vt per Io.Fab.in l.j.C.de
ſum.Trin.& in rub.inſti.de pub.iud. dicit Iuſtinianũ
præclarè demõſtraſſe per ſituationẽ illius tit.in fi.vo
lu.docẽdo iuuenes, ꝙ in ipſo pœnarũ capitaliũ de-
bet eſſe vltimũ iudicis remediũ. Et quia mors eſt ve-
nenum,quod vt plurimũ reperitur in cauda parte ex-
trema animalis,& ſic iudicium mortis debet eſſe vlti-
96 ma intentio iudicis. †Antiquũ enim diuinæ iuſtitiæ,
& propriũ ſemper extitiſſe ſacris memoraẽ in literis,
reuocare peccatores ad vitã via ac ordine triplici,vó
cibus præconum & vatũ, largitate quoque benefica,
flagello deniq;,ſi duo priora nõ corrigãt:Et hoc clarè
Vlpianus edixit in l.j.ff.de iuſti.& iur.§.j. ibi, bonos
non metu pœnarũ,verùm præmiorũ quoq; exhorta-
tione efficere cupiẽtes &c. Debet enim iudex ſubie-
ctis paternã exhibere prouidẽtiã,in auth.de mã.prin.
§.feſtinabis. Et dolere, & quaſi inuitus trahi ad pœ-
97 nas.†Nam ſi glorietur in morte hominis,ſicut aliqui
faciunt,homicida eſt.c.miles.& c.cum miniſter.xxiij.
q.v.Aliàs meretur percutiẽdo incorrigibiliter,de iſto
iuſtitiæ tẽperamento in recto iudice requiſito diuinè
admodum loquitur magnus ille Greg. in iiij. parte.
xx.lib.Moraliũ c.xj.Omnis, inquit, qui rectè iudicat
ſtaterã in manu geſtat,in vtroq; penſo iuſtitiã,& mi-
ſericordiam portat. Sed per iuſtitiam reddit peccati
ſententiam, per miſericordiã peccati tẽperat pœnã,
vt iuſto libramine quædã per æquitatẽ corrigat,quæ-
dam verò per miſericordiã indulgeat. Qui Dei iuſti-
tiam oculis ſuis præponit ſemper timens & tremẽs in
omni negotio formidat, ne de iuſtitiæ tramite deuiãs
cadat.Et vnde non iuſtificabitur, inde protinus con-
dẽnetur.diſciplina enim ſine miſecordia multum de-
ſtituitur,ſi vna ſine altera teneatur. Vnde circa ſubdi-
tos ineſſe debet iudicibus, & iuſtè conſulens miſeri-
cordia, & piè ſubueniẽs diſciplina. Hinc eſt, ꝙ ſemi-
uiui illius vulneribus, qui à Samaritano in ſtabulum
ductus eſt,Luc.x.adhibetur vinũ & oleũ,vt per vinũ
mordeãtur vulnera,per oleũ foueãtur quatenus vnuſ
quiſq;,qui ſanãdis vulneribꝰ præeſt in vino morſum
diſtrictionis adhibeat,in oleo mollitiẽ pietatis.Per vi
nũ mundãtur putrida,per oleũ ſananda fouẽtur. Mi-
ſcẽda eſt ergo lenitas cũ ſeueritate, & faciẽdũ quod-
dã ex vtraq; temperamentũ,vt neque multa aſperita-
te exulcerentur ſubditi,neque nimia benignitate ſol-
uãtur.Quod & illa tabernaculi arca ſignat,in qua cũ
tabulis virga ſimul & manna eſt, clarè demõſtrãs,ꝙ
vbique in iudice eſt virga diſtrictionis, ſic & manna
dulcedinis.Hoc etiã cognoſcens rex Regũ,& eximiꝰ
prophetarũ Dauid Pſal.xxij.Virga,inquit,tua,& ba-
culus tuus ipſa me conſolata ſunt: quia virga à dño
percuſſus fuit,baculo ſuſtentatus.Sit ergo in iudice di
ſtrictio iuſtitiæ,quę feriat.Sit & cõſolatio baculi,quę
ſuſtẽtet. Sit itaq; amor, ſed nõ emolliẽs.Sit rigor,ſed
non exaſperans.Sit zelus ſcilicet iuſtitiæ,ſed non im-
moderatè ſæuiens.ſit pietas,ſed non pluſquam expe-
diat parcens. In regimine ergo debet vtrũque iudex
miſcere,vt nec diſciplinæ deſit miſericordia, nec mi-
ſericordiæ diſciplina.Hæc ille.Et ad epiſcopum Cõ-
ſtantinopolitanũ idem ait Grægo.Quid autẽ de epi-
ſcopis, qui verberibus tueri volunt canones, dicam?
Bene enim nouit fraternitas veſtra, paſtores enim fa-
cti ſumus,nõ percuſſores.Vnde Apoſtolꝰ prędicator
egregius,argue,inquit, obſecra, increpa in omni pa-
tientia & doctrina.xlv.diſt.per totũ.Et ô igitur iudi-
ces (inquit Iacobus) magni clementiã veſtris iudiciis
aſsiſtricem facite:his indulgere acquięſcatis, quorum
conditio veſtra eſt, quibꝰ etiã ſimiles fieri poteſtis,ſi
vos ſublimat fortuna, naturam quæſo propriam non
negligatis. Mementote vos cupere Deum propicium
iudicẽ habere &c. Hodie proh dolor curioſius quàm
oporteat ſunt iudices delictorum temerarij inquiſito-
res.Qui vtinã diuum audirent Bernardum in cantico
rũ ſermonibus.Caue,inquit,eſſe alienę cõſeruationis
aut curioſus explorator, aut temerarius iudex, etiã ſi
perperam actũ quid deprehẽdis.Nec ſic iudices pro-
ximũ,magis autẽ excuſa.Excuſa intentionem,ſi opus
non potes.Puta ignorantiã, puta ſurreptionem, puta
caſum:qui ſi omnino omnẽ diſſimilitudinẽ rei certi-
tudo recuſãt. Suade nihilominus ipſe tibi, & dicito
apud temetipſum, vehemẽs fuit nimis tentatio. Quid
de me illa feciſſet ſi in me accepiſſet ſimiliter poteſta
tem? Præterea nemo fermè tã porrò inutilis eſt, qui
aliquãtula bonitate nõ præſtet: neq; quiſpiã tã ſum-
mæ & conſummatæ virtutis,qui ſine exceptione lau-
dari poſſit ad vnguẽ. Ideo iis præcipuè indulgendum
eſt, quibus adeſt ſyncera veniam petendo humilitas,
vt pulchrè cecinit Ouidius ad Cæſarem,ſic dicens:

*His precor exemplis tua tunc fortiſſime Cæſar*
*Fiat ab ingenio mollior ira meo.*
*Ira quidem iuſta eſt,nec me meruiſſe negabo.*
*Sed niſi peccaſſem quid tu concedere poſſes?*
*Materiam veniæ ſors tibi noſtra dedit.*
*Si quoties peccant homines ſua fulmina mittat*
*Iuppiter,exiguo tempore inermis erit* &c.

Quaſi velit, ꝙ iuſtitia ſine miſericordia iuſtitia non
98 eſt,imò ſeueritatis ſpeciẽ gerit. †Tũc igitur punien-
da ſunt delicta, vbi ſpes cõuerſionis nulla habetur.In
quorum punitione miſericordia etiã exercetur: quæ
enim illa iuſtitia inimica bonitas palpare crimino-
ſos & vulnera eorũ vſq; in diem iudicij incurata ſer-
uare. c.ſi quis diaconus.l.diſt. imò iudex qui crimen
repertũ nõ vindicat, tegere vt conſcius crimina feſti-
99 nat.l.ij.C.de cõmer.& mer.†Non enim poteſt iudex
maius bonũ offerre Deo, quã iuſtitiam facere de cri-
minoſis:nec pinguior victima poteſt mactari, quàm
homo iniquus, vt dicit Seneca in tragœd. ſecundum
Pau.in l.nemo deinceps.C.de epiſ.audi.facit tex.in c.
nec his.§.illud quoq;.xvj.q.j.Nec olim Galli (Cæſa-
re in ſuis cõmẽtariis de bello Gallico lib.vj.referẽte)
alia gratiora diis immortalibus eſſe arbitrabantur,
quã ſupplicia eorũ, qui in latrocinio aut aliqua alia
noxa erant deprehenſi: imò tantus (vt ibi dicitur)erat
in Francia iuſtitiæ zelus: ꝙ cùm eius generis copia
deficeret, etiam ad innocentiũ ſupplicia deos malo-
rũ punitione placare cupientes deſcendebãt:malè ta-
men in hoc intelligentes rationem l. prouinciarũ.C.
de fer.cùm multo ſanctius ſit facinus nocentis impu-
nitũ relinquere,quã innocentem condemnare. l. ab-
ſentẽ.ff.de pœ.Et ſolos nocentes tenere debet vindi-
cta.l.ſancimus.alleg.hîc. Tanta etiam cõtinentia vi-
xerunt Romani priſcis temporibus, vt nummos ex-
ceſſus punirent,qui vt dicitur in §.placuit.inſtitut.de
obliga.ex delicto.excuſari poterant, & ſine ſcandalo
reipub.diſsimulari.In quo eos Valeriꝰ laudat lib.viij.
tit.de priuatis iudiciis. Multus inquit ſermo eo etiam
iudicio manauit, in quo quidam furti damnatus eſt,
qui equo cuius vſus illi vſq; Ariciam à Roma decem
millibus paſſuum diſtantẽ commodatus fuerat vlte-
riore eius municipij cliuo vectus eſſet. Quid aliud
hoc loci quã verecũdiã illius ſeculi laudemus, in quo
tã minuti à pudore exceſſus puniebãtur? Quinimo ex
delicto alieno, putà ſerui vel ancillæ in dominũ agi-
tur,vt ſaltem pro noxa eũ perdat,inſti.de noxa.actio
per

per totũ. Et quod acrius eſt, ſi meũ animal damnum
dederit contra naturam ſui generis, teneor de paupe
rie, inſtit. ſi quadru. pauper. fe. dicit. per totum. licet in
bruto non cadat animus delinquẽdi: quia aliqua cul-
pa domino animalis imputatur, qui negligenter ani-
mal cuſtodiuit. Adeò ꝙ ſi canis meus comedit carnes
tuas, teneor actione vtil. de pauperie, licet cõtra natu-
ram ſuam canis non deliquerit: cum ſatis ſit de natura
canis comedere carnes: tamen teneor. Quia ſicut in
actione legis Aquilię conſideratur culpa hominis, ita
in hac actione de pauperie culpa animalis, talis ſcili-
cet, quæ cadere poteſt in eo. Ex quo dicit Ioã. Fab. in
§. j. allegato. tit. ſi quadrupes. Paul. Feli. dicit ꝙ eo tũc
tenebor, vbi canis fregit vas aut ciſtam vbi erant car-
nes, vel fortè terruit cuſtodem ferociter rodendo, vel
fortè euertit ollam bullientẽ, vbi erant carnes. ſecùs ſi
canis reperit carnem ſine cuſtode in loco patẽti. quia
tunc non tenebor propter culpam tuã in negligenter
cuſtodiendo carnes. Plus dico, ꝙ etiam crimina pu-
nienda ſunt, licet caſualiter bonus effectus reipub. ſe-
queretur, ſecundũ Petr. de Anch. in repe. c. j. de cõſtit.
vbi dicit ꝙ ſi ingreſſus domum alicuius de nocte, ſcri
niũ ſurripuit, in quo erant literę proditionis ciuitatis:
hoc patefacto non euitat pœnam furti, quia intentio-
nem habuit furandi. Vnde fortuna quæ fœlix fuit ci-
uitati non debet attendi, ſed ſolus animus. Ideo ſi oc-
ciderem volentẽ prodere ciuitatẽ, nõ conſiderans bo
num publicũ, ſed propriã paſsionẽ, morte puniendus
eſſem acſi alium occidiſſem. ſecùs ſi intentio furantis
aut occidentis eſſet hoc facere, vt reip. prodeſſet: vt fe-
cit Cneus Flauius, qui librũ legum de ſecreto ſubtra-
xit, & pop. Rom. tradidit pro bono publico legendũ,
ob quod tribunꝰ plebis creatus eſt. l. ij. §. poſtea. ff. de
orig. iur. quia nõ ꝓpter ſuum lucrũ, ſed vt reipu. pro-
deſſet, hoc fecit. Videatis Fely. in c. j. vlti. col. verſic. &
iſtum tex. amplia. de præſumpt. Quod eſt notandum
pro iudicibus, vt diligentes ſint ad extirpandũ malè
100 factores. Inde videmꝰ, † ꝙ capi poteſt aſinus cuiuſli-
bet de populo aut currus pro portando malefactorẽ
ad furcam cõdemnatum, ſecundũ Bart. per illum tex.
in l. iubemus nullam. C. de ſac. ſan. eccle. Bald. & Sali.
in l. fi. ff. de pigno. act. in quo beatus fuit Simon Cyre
neus, quẽ de villa venientẽ exeuntes milites inuene-
runt, & angariauerunt, vt tolleret crucẽ Ieſu, cùm in-
iuſtè duceretur ad ſuppliciũ. Mat. xxvij. & Marci xv.
Imò conſtitui poteſt de publico ſalarium, ac præmiũ
ei, qui malefacientem ceperit, & iudici præſentauerit
puniendum. l. cùm Nauarchorũ. in fi. vbi Bar. & Io.
de Plat. per illum text. C. ne quis liber inuitus actum
reipublicę gerere cogatur. lib. xj. niſi eſſet vilis perſo-
na, quia cogi poſſet ſecundũ Bald. in d. l. fi. & Chriſto
phorum Porcũ inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.
101 † Iudex enim qui malos percutit, in eo ꝙ mali ſunt,
miniſter Dei eſt, prout dicit ille barbatus Hieronym.
ſuper Ezechiel. lib. iiij. Et idẽ ſuper Hieremiã. homi-
cidas, inquit, ſacrilegos, venenarios punire, nõ eſt ef-
fuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium, & ſuper Eſa.
dicit: Nõ eſt crudelis, qui crudeles iugulat: ſed crude-
lis ideo vocatur, quia crudelis patientibus eſſe vide-
tur. Nam ſuſpenſus latro patibulo crudelem ſemper
iudicem putat. Nam peſsimus quiſque aſperrimè re-
ctorem patitur, vt dicitur in epiſtola j. ad Cæſarẽ ſe-
nem de repub. contra illud Catonis:

*Quod meritò pateris patienter ferre memento.*

De quo etiam plenè xxiij. q. v. per totum. Tamẽ nulla
maior ęquitas in natura, quã hominem exterminare
criminoſũ, qui homo nõ eſt, ſed bellua, quæ ſe armat
contra naturã, vt pulchrè dicit Bal. in c. ſuper hoc. in
fi. de renun. pro hoc eſt tex. in l. vt vim. in fi. ff. de iuſti.
& iure. & clarior in l. probrũ. ff. de verb. ſign. Quoniã
vt ait. Seneca lib. iiij. de beneficio, hominẽ non faciũt
vngues, neque dẽtes terribiles, ſed nudus datus eſt, vt
nulli videatur inimicus. Et Boëtius lib. iij. de conſola.
proſa. ij. Inſerta, inquit, eſt naturaliter mentibus homi
num veri ſummique boni cupiditas. ſubiũgẽs lib. iiij.
Et qui virtute deſerta homo eſſe deſinit, cùm in diui-
nam conditionẽ tranſire nõ poſsit, vertitur in beluã.
& Tullius lib. Paradoxorũ: Tu cùm tibi ſiue dea ſiue
mater (vt ita dicã) rex omniũ natura dederit animum
quo nihil eſt præſtantius, neque diuinius: ſic teipſum
abiicies, atque proſternes, vt nihil inter te & quadru-
pedẽ putes intereſſe? Quid enim (inquit Vale. lib. ix.)
vitiis fœdius, quid etiã damnoſius, quibus virtus at-
teritur, victoriæ langueſcũt, ſopita gloria in infamiã
conuertitur, animique pariter & corporis vires expu-
gnantur? Cùm igitur quilibet dicat hominem ſe velle
fore, cur per delicta facit homo, vt beſtiæ cõparetur?
Nunquid Lycaonem Archadiæ regẽ aduenas, & ſub-
ditos deprædantem ac Deo Ioui de ſanguinolenta
cæde, & rapina cibum offerentẽ, thalamo eius flam-
ma conſumpto rabidum fuiſſe transformatum in lu-
pum fingit Ouidius primo Metamorph.

*Ego, inquit, vindice flamma*
*In dominum dignos euerti tecta penates.*
*Territus ipſe fugit, nactúſq; ſilentia ruris*
*Exululat, fruſtráq; loqui conatur. ab ipſo*
*Colligit os rabiem, ſolitæq; cupidine cædis*
*Vtitur in pecudes, & nunc quoq; ſanguine gaudet.*
*In pilos abeunt veſtes tinctura lacerti,*
*Fit lupus, & veteris ſeruat veſtigia formæ* &c.

Etiam Io luxuriata in vaccã ilico conuerſa fingitur,
ſecundũ eundẽ Ouid. in j. Meta. Peior eſt enim quam
beſtia malus homo, & plus nocet, ſecundũ Philoſo.
vij. Ethic. & j. Polit. Sic Nabuchodonoſor in beluam
ꝓpter peccatũ à catholicis cõuerſus legitur, Danielis
iiij. Sunt enim delinquentes veluti pecora cõtra na-
turã agentes, vt animalia bruta in auth. de inceſt. nup.
colla. ij. Quod ſatis demonſtrat Pſalmiſta pſal. xxxj.
Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibꝰ non eſt intel-
lectus. Et ſequit̃: Multa flagella peccatoris &c. id eſt
multæ pœnę ei infligũtur. His ergo homo, nõ beſtia:
nõ te voluptas vnius horæ ſeruũ faciat rei viliſsimæ,
inquit Ioan. Fab. vbi ſ. Ait etiam Bal. in c. j. de lite pẽ-
dente, ꝙ influentia aſtrorũ nõ excuſat delicta reorũ,
niſi tollat ſenſum intellectus: quia ſcriptum eſt: Sa-
102 piens dominabitur aſtris. † Nam pœnas ob malefi-
cia lui & ſolui magna ratio ſuadet. l. ſi reo. in fi. ff. de
fideiuſ. Cùm publicè interſit crimina puniri. l. ita vul-
neratus. ff. ad leg. Aquil. vt pœna vnius metus ſit mul-
torũ. l. j. C. ad l. Iul. repetun. & ne per impunitatem au
daces fiant, qui mali fuerant nequiores. c. vt famæ. de
ſen. excom. Vnde Auguſtinus de ciuitate dei, Non eſt
inquit, innocentiæ, id eſt boni viri parcendo ſinere,
vt in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad in-
nocentiæ officium non ſolũ nemini malum inferre,
verum etiam cohibere à peccato, vel punire peccãtẽ,
vt aut ipſe qui prius odio habebatur, corrigatur expe-
rimento, aut alij terreantur exemplo. Nam qui vitiis
nutriendis parcit & fauet, peccatorẽ nutrit, & bonos
inficit: quia impunitas aliquorum plures alios morti
tradit: & exitio multos tradit, qui liberat multorum
exitia cogitãtem: & qui eum ſupplicio afficit, omnes
ſaluos facit, in auth. de mã. prin. §. homicidia. vbi bo-
na glo. in verbo ſupplicium. Et idem Auguſt. eo. l. de
ciuita. Dei. xix. cap. xvij. circa finẽ. Pertinet, inquit, ad
innocẽtis officium nõ ſolum nemini malum inferre,
verum etiam cohibere à peccato vel punire peccatũ,
vt aut ipſe qui plectitur corrigatur experimento, aut
alij terreantur exemplo. Mali profectò homines, vt
inquit Bald. in l. Caſsius. ff. de ſentẽ. expelli debent ab
omni honore, quia ſeruiunt diabolo, & ſunt ſine con
ſcientia: boni verò diligi debent, quia Deus eos dili-
103 git, & ſemper vincunt. Et † maius in repub. facere nõ
poteſt ipſe iudex etiam pro bono delinquentium,
quàm non punitionem diſsimulare peccatorũ, ſed in
primordiis occurrere nec parcere, iuxta illud ij. Ma-
chab. vj. Etenim multo tempore non ſinere peccato-
ribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere
104 magni beneficij eſt indicium. † Præterea omnis qui
iuſtè iudicat, quamuis delinquentem occidendo, dici
tur cum eo facere miſericordiam in eo, ꝙ inter flagel-
la ad pœnitentiã eũ inuitat, & à maioribus peccatis
in futurũ committendis eũ præſeruat, pro quibus for-
tè æternaliter puniretur: & peccato finẽ imponit, ſe-
cũdũ gl. in c. omnis qui iuſtè. xlv. diſt. & hoc eſt quod
Catilina in ij. reſponſione ad inuectiuã Ciceronis di-
cebat. Summa, inquit, eſt miſericordia in parricidam
ſubitũ ſuppliciũ animaduertere: quia vt dixi, is pecca
tis ſuis finẽ ponit, & de perpetrato ſatisfit: & ſi pœni
teat, talis pœna mortis, ſi eſt ſufficiens pro delicto
prodeſt, vt in alio ſeculo amplius non puniatur pro
eodẽ delicto. Cùm Deus non iudicet bis in idipſum.
Imò Græci nec denegant ei ſacramenta eccleſiæ, nec
ſepulturam etiã ſolennem. cap. fi. xiij. q. ij. & in cle. j.
de pœnitẽ. & remiſ. & clariùs in cap. quid ergo. xxiij.
q. v. ſecundũ Panor. in d. cap. ex parte. le ij. de ſepultu.
105 † Sepulturæ tamẽ tradi nõ poſſunt ſine permiſsione
principis cui eſt confiſcatũ cadauer. l. fi. ff. de cada. pu
ni. quod fuit patẽter in Chriſti paſsione ſeruatũ: quia
Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio petiit à Pilato,
qui vice principis fungebatur, corpus Ieſu pẽdens in
patibulo, nec tradi poſſunt medicis ad anathomiã fa-
ciendã. quod Bar. ibi relinquit cogitandũ. in d. l. fi. Et
licet puniti per iuſtitiam perdãt omnia politica quo
ad honores, vitã & bona: tamẽ in foro cõſcientiæ nõ
106 perdunt diuina ad ſalutem animæ neceſſaria. † Et
poſſet tanta eſſe contritio in eo, qui iuſtè pro delicto
occiditur, ꝙ mors in totũ ſatisfaceret pro ipſo. vnde
Hieronym. Chriſtus in paradiſum de cruce latronẽ
tulit, & homicidij pœnam fecit martyriũ. de pœnit.
diſt. j. c. importuna. Quæ omnia arguunt iudicẽ ſolici
tum eſſe in punitione delictorum. Præterea ex impu-
nitate maior naſceretur peccandi licentia: ob quod
Plato dicere ſolitus erat neminem prudẽtem punire,
107 quia peccatũ eſt, ſed ne peccetur in poſterũ. † Ideo
licet bonus iudex primò pacem tractare debeat inter
litigantes. c. ſtudendum. xc. diſt. Tamen vbi agitur cri
minaliter ad pœnã, non debet partes ad concordiam
reducere, ne faciat præiudicium fiſco. Præterea quia
expedit peccata nocentum eſſe vt no. l. eum qui. ff. de
iniur. ſecũdũ glo. in dicto cap. ſtudendũ. quã ſequitur
Io. de Pla. in l. litibus. de agri. & cẽſi. lib. xj. C. & vt no-
ta fiant, & in totius populi exemplum punitio eorum
cedat, fieri debet executio palam & publicè, ac de die
& non nocturno tẽpore: aliàs præſumeretur contra
iudicẽ: quia qui malè agit, odit lucẽ, Ioã. iij. c. cõſuluit
de offi. deleg. Hos profectò qui ad ſuppliciũ ducun-
tur, ſequi ſolet populi multitudo, & maximè pueri,
qui vt à talibus caueant maleficiis verberari ſolent ſe-
cundũ gl. in l. adductos. C. de epiſc. aud. & de die fieri
108 debet executio, & publicè. † Vnde tempore Caroli
vj. Francorum regis reprehenſus valde fuit & emen-
datus prępoſitus Pariſiẽſ. qui de nocte duos patibulo
ſuſpenderat ſcholares. De quo Gagui. lib. ix. cap. iij.
Quo inquit tempore duos ex ſchola Pariſiaca ſchola-
ſticos propter cædẽ à ſe factã cùm Guliel. Tignõcil-
lus Pariſianꝰ pręſes ad patibulũ nocte appoſitos ſtrã-
gulari iuſsiſſet, ne ſi ſegnius feciſſet, homicidæ libera-
rentur, coactus eſt ſchola apud iudices ſuã ignominiã
perſequente ſcholaſticos patibulo depoſitos oſculo
mortuis exhibito, & lecticæ impoſitos eccleſiæ reſti-
tuere, aurigante carnifice, qui equo inſidens lineam
inſtar ſacerdotis veſtẽ induerat. Eorũ ſcholaſticorũ
etiam nunc ſepulchrũ in porticu diui Maturini Pari-
109 ſienſ. cum epigrammatæ viſitur. † In criminibus e-
nim puniendis iudex eſſe debet conformis legibus,
quæ appellantur inexorabiles in l. fi. C. de tabula. lib.
x. cõtra quarũ authoritatẽ & diſpoſitionem non licet
effundere preces: quia ſunt res ſurdæ & cõſtãtes, quæ
non mouentur precibus, quin cuilibet merenti dent
præmia, & demerenti ſupplicia. l. j. ff. de iuſti. & iure.
ſecun. Io. de Pla. in d. l. fi. Ex quo ille Græcus Solon è
ſeptem ſapientibus vnus putauit rempublicã duabus
rebus contineri, ſcilicet præmio & pœna, vt hinc
boni ad virtutes inuitentur: quia gloria maximè homi
nes ad virtutem concitat, iuxta illud Ouidij: *lauda-*
*táq; virtus Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.*
Illinc, ſcilicet per pœnam mali à flagitiis arceantur,
etiam pœna mortis ſi debeatur. de quo Horatius in
epiſtola ad Quintum: Oderunt peccare mali formi-
dine pœnæ. Videatis gl. in l. j. §. j. ff. de iuſtitia & iure.
110 † Et maximè debent iudices occidere illos, qui enor-
mia cõmiſerunt delicta, quorum calamitate illachri-
mari non debent. l. obſeruandũ. ff. de offi. præſi. Cùm
enim tales dimittuntur nec puniũtur, publicum gau-
dium & lætitia turbatur, vt d. l. nemo. vbi Bald. in iij.
notabili. C. de epiſ. aud. Et ira Dei in nos prouocatur,
à quo per delictorum punitionem venia ſperatur, ac
populi incolumitas procuratur, vt d. l. prouinciarum.
C. de feriis. præſertim quando aſſueti delinquere pu-
niuntur, qui veloci executione à terra ſunt extermi-
nãdi, nec gaudẽt venia Paſchali, vt d. l. nemo. per quẽ
tex. dicit ibi Guliel. de Cun. quẽ ſequitur Bald. Quòd
111 † qui geminat delictum, ſperare non debet veniam.
Adeò, ꝙ non valet indultum principis ſuper condẽ-
natione ſecunda, niſi fiat mẽtio de prima: quia vide-
112 tur ſurreptitium. † Ideo qui ſemel habuit gratiam de
vno homicidio, quod cõmiſerat, deinde pro ſecundo
homicidio vult gratiam impetrare, debet in hac ſe-
cunda mentionem facere de prima, ſecũdum Guliel.
ibi: inde dicit Barba. in cap. ſuper literis. de reſcript.
vidiſſe Bononiæ quendã decapitari, qui in ij. tacuerat
primam gratiã. idem Iaſon in l. præſcripta. in fi. C. ſi
cõtra ius vel vtil. publi. facit optimè. cap. ij. de ſil. preſ
by. lib. vj. Pariter ſi quis delinqueret, eo quia ſcit regẽ
vel principẽ de proximo venturũ, qui cõſueuit ſaltem
in primo aduentu omnia delicta remittere, & delin-
quentes captos elargire, vel ſciebat pacem inter prin-
cipes de proximo promulgandam, cuius obtentu re-
mittenda ſunt damna hincinde & delicta perpetrata:
non cõprehenderetur talis ſub dicta generali aboli-
tione, quia natura ęquum eſt eum non eſſe impunitũ,
qui hac ſpe audacior factus eſt. l. j. §. j. ff. ſi quis teſt.
liber eſſe iuſſus fuerit. quod facit contra plures gen-
tes armorum guerræ Franciæ, vt dicit Maſue. titul. de
priuil. in princi. Et contra illos, qui delinquunt ſpe
remiſsionis & abolitionis conſequendæ: quoniam
abolitio poſteà obtenta non prodeſt eis, niſi de hoc
mentio

mentionem in ea fecerint, & princeps eis remiſerit.
113 † Cùm de qualibet qualitate delictum aggrauante
ſit mentio fienda in confeſſione ad fines obtinendæ
veniæ, per tex.in d.l.j.§.j.quem Bart. ibi notat contra
præfectum vrbis Romæ, qui coronat imperatorẽ, &
imperator de cõſuetudine ſatisfacit omnibus ſuis cre
ditoribus.Vnde cùm prefectus ſentit aduentũ princi-
pis audacior factus multa debita cõtrahit ſpe libera-
tionis fiẽdæ à principe; ideo à talibus debitis liberari
non debet. Nec ille à pœna delicti vel carcere, qui
ſciens principem venturum, cuius aduentu rei libe-
rantur, deliquit, vel iam deliquerat, & vt liberaretur
in carcere ſe poſuit. Et idem dicit contra eos, qui ſub
ſpe pacis fiendæ delinquunt, vt nõ conſequantur im-
114 munitatem, facit c.relatum.de ſenten.excom. † vbi
ſeruus atrociter percutiens clericũ ea intentione, vt
vadat Romam pro abſolutione, qua occaſione libe-
retur à ſeruitute & poteſtate domini, non reportabit
illam commoditatẽ, vt ire teneatur Romam: ſed ſub
poteſtate domini remanẽs ab epiſcopo poteſt abſol-
ui: facit dictum Ange.in l.is qui huius.ff. qui bo.cede.
115 poſ.dicentis: † ꝙ cõtrahens plura debita ſub ſpe ꝙ li-
berabitur cedendo bonis, nõ liberabitur ceſſione bo-
norum, ſi hoc appareat. Videatis Fely.in c.fi.de teſti.
Et tempore quo audiebam leges, vidi quendam deca
pitari Toloſæ, qui ſub ſpe & cõfidentia habendi gra-
tiam à rege, hominẽ occiderat: & de hoc ante delictũ
ſe iectauerat, ꝙ cum occideret, quia pro decem ſcutis
gratiã haberet, in qua hoc tacuit, ex quo tanquã ſur-
116 reptitia ei non profuit. † Cùm grauius ſit peccatum
ſub confidentia veniæ perpetratum, vt patet ex præ-
dictis. Vnde eo nõ obſtãte per iudicem talis eſt occi-
dendus, etiam ſi ſtatutum pœnã corporalem conuer-
teret in pecuniariam: quia locum non haberet, niſi
in ſemel delinquente. Cui venia debetur.l.omnes.vbi
Bar.C.de delatoribus.lib.x.quia humanũ eſt peccare
& diabolicũ perſeuerare.l.alia cauſa.C.de his quibus
vt indig. Ideo delicta reiterata non veniunt in cõpo-
ſitione priuilegio ſtatuti. Imò in præſenti regno per
ordinationem regiam prohibetur quibuſcunq; iudi-
cibus regiis & rectoribus inferioribus recipere crimi-
noſos ad compoſitionem ſub pœna priuationis iuriſ-
dictionis, ſed puniri debent pœna delicti: & ita ordi-
nauit Carolus filius Ioannis Francorum regis, anno
domini M. ccclvj. tunc regnum in abſentia patris re-
gens. (Additio.) Quam ordinationem poſuit domi.
Auffrerij in tit.de accuſa. Heu me quò abiit aurea il-
la prima ætas, quæ recta ratione viuens iudice aliquo
non egebat, qui delicta puniret, quæ non erant. Cùm
homines innocenter viuerent, ideo aurea fuit dicta,
ſeu aureum ſeculum ab auro metallorum precioſiſſi-
mo. Quo ſeculo regnante Saturno (vt ex Lactantio
habetur) omnium rerũ erat plena tranquillitas: non
furor ſæuiebat armorum, non auaritia hominum flu-
ctibus cõcuſſerat vitam: & ceſſantibus raſtris inarata
grauidas fruges terra promebat. Otioſa erat ac ſecu-
ra vita mortalibus, ac ſine viciſſitudine temporis
continua veris gratia fruebantur. De qua ætate me-
minit Boëtius in j.de conſolatione ibi, Felix nimium
prior ætas contenta fidelibus armis &c. Et pariter
Ouid.lib.j.Metamorph.ſic dicens:

*Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo*
*Sponte ſua ſine lege fidem rectumq; colebat:*
*Pœna metusq; aberant, nec verba minantia fixo*
*Aere ligabantur, nec ſupplex turba timebat*
*Iudicis ora ſui: ſed erant ſine iudice tuti,*
*Nullaq; mortales præter ſua littora norant.*
*Non galeæ, non enſis erat, ſine militis vſu*
*Mollia ſecurè peragebant otia gentes.*
*Ipſa quoq; immunis raſtróq; intacta nec vllis*
*Saucia vomeribus per ſe dabat omnia tellus.*
*Contentiq; cibis nullo cogente creatis*
*Arbuteos fœtus modò tantáq; fraga legebant* &c.

Deinde ſecundum ſeculum ſeu ſecunda ætas, vt idem
dicit Lactantius in argenteam ab aureo colore mi-
grauit, cùm primùm & æſtus ardentior cœli & gra-
uiora frigora incubuere mortalibus: tunc meditata
domorum tutiora ſecreta fuerunt: antea aut in antris
habitabant, aut incolebant fructeta ſyluarum. Semi-
na etiam tunc primùm ſulcis cœpere cõmittere. Cùm
iam terra ſolita hominibus denegaret alimenta. De
hac ſecunda ætate, quam Saturno aurei ſeculi recto-
re cœli arce deiecto teneret Iuppiter, meminit idem
Ouid. allegato Metamorph.lib.j.in hæc verba:

*Poſtquàm Saturno tenebroſa in tartara miſſo*
*Sub Ioue mundus erat, ſubiítq; argentea proles,*
*Aureo deterior, fuluo pretioſior ære*
*Iuppiter antiqui contraxit tempora veris* &c.

Tertium ſeculum ſucceſsit ærcũ argento iam durius,
in quo cœperunt homines inuerecundius viuere. Nã
cupiditate habendi auaritia cum perfidia exorta eſt:
inde mare peruium factum dum diuitiæ requiruntur.
Terra quoq; antea cunctis communis, limitibus ter-
miniſq; diſcreta eſt, & in venis eius nõ ſolùm frumẽ
ta quæſita ſunt, ſed etiam metalla inuenta crepuerũt.
Quartum ſeculum ferreũ à rigore dictum eſt, quod
in tantam rabiem furoris erupit, vt omnia ſcelera cu-
piditatis excelleret. Nam vt ipſe dicit Lactantius, ab
odioſa vita inſánientis auaritiæ ceſſationibus ad par-
ricidia vſque peruentum eſt. De quibus ambabus vl-
timis vbi ſuprà idem meminit Ouidius.

*Tertia poſt illam ſucceſſit ænea proles*
*Senior ingeniis, & ad horrida promptior arma,*
*Non ſcelerata tamen de duro eſt vltima ferro:*
*Protinus irrupit venæ peioris in æuum,*
*Omne nefas: fugêre pudor verúmq; fidéſq;.*
*In quarum ſubiere locum fraudéſq; dolíq;,*
*Inſidiæq; & vis & amor ſceleratus habendi.*
*Vela dabant ventis: nec adhuc bene nouerat illos*
*Nauita, quæq; diu ſteterant in montibus altis*
*Fluctibus ignotis inſultauêre carinæ:*
*Nec tantùm ſegetes alimentáq; debita diues*
*Poſcebatur humus, ſed itum eſt in viſcera terræ:*
*Quasq; recondiderat, ſtygiíſq; admouerat vmbris*
*Effodiuntur opes, irritamenta malorum.*
*Iámq; nocens ferróq; nocentius aurum*
*Prodierat, prodiit bellum, quod pugnat vtroq;*
*Sanguineáq; manu crepitantia concutit arma.*
*Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus,*
*Non ſocer à genero, fratrum quoq; gratia rara eſt.*
*Imminet exitio vir coniugis, illa mariti,*
*Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.*
*Filius ante diem patrios inquirit in annos.*
*Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes*
*Vltima cœleſtûm terras Aſtræa relinquit* &c.

Poſtquã ergo in hac vltima ætate aut ſeculo ferreo, in
quo ſumus vitia orta ſũt, & delicta quæcũque, neceſſe
fuit condere leges præmia bonis & pœnas malis indi
cẽtes, etiã capitales & mortis, vbi qualitas debiti hæc
ſuaderet, ac iudices creati à quibꝰ iudiciũ etiã capitis
redderetur: quod per antea incognitũ fuerat. Nã teſte
117 Plinio naturalis hiſtoriæ.lib.vij. cir.fin. † Primum iu-
dicium capitis Athenis in Areopago actũ eſt. quia nil
æquius quã ꝙ peccatũ puniatur morte, ſi eam exigat:
nec



nec conſideratur ſolũ mẽbrũ, quod delictũ cõmiſit:
quia ſi hoc eſſet, ſequeretur ꝙ homicidiũ aut furtum
vel aliud delictũ cõmiſſum per manũ, nõ imputarẽt
homini ad culpã, ſed cõſideraretur manus, vt ſepara-
ta à corpore. Idẽ in adulterio ſi ſolũ cõſideretur mẽ-
brũ genitale ſeparatũ à corpore. Et ſic totꝰ homo nõ
occideretur ꝑpter delictũ ab vno mẽbro cõmiſſum.
Sed in quibuſcũque delictis puniendis cõſideratur to
tus homo, & mẽbrũ quod deliquit cõſideratur prout
eſt aliquid hominis motũ à volũtate ipſius: & ſic actꝰ
peccati exercitus per aliquod mẽbrũ putà manũ vel
pedẽ nõ eſt volũtarius volũtate manus vel pedis, ſed
voluntate totius hominis, qui manũ diſpoſuit, & mo
uit ad delinquẽdum. Ideo totus homo punitur, & oc-
cidit ꝓ delicto per vnũ mẽbrũ executo volũtate ho-
minis motũ ad hoc faciẽdũ. Quia ſola volũtas & ꝓpo
ſitũ diſtinguunt maleficia à nõ maleficiis. l.qui iniu-
118 riæ.ff.de furt. † Et inde videmus homicidia & cætera
delicta per infantẽ vel furioſum cõmiſſa eſſe impuni-
ta propter defectũ volũtatis qua ipſe caret. Quia vnũ
ſcilicet infantẽ tuetur innocẽtia cõſilij, quia ætas illa
quicquid videt ignorat.l.j.C.de fal.mone. Alterũ ve-
rò ſcilicet furioſum excuſat infelicitas fati.l.infans.ff.
ad legẽ.Cor.de ſica.l.diuus.ff.de offic. præſi.& in cle.
ſi furioſus.de homicidio. Idẽ in dormiẽte, vt ibi: & e-
tiã in ebrio, qui etiã volũtate caret motus vini impe-
tu, cũ ebrietas mentis exiliũ inducat.c. à crapula. vbi
Panor.& cæteri de vi.& ho.cle. Or, domini ſcire de-
119 betis, † ꝙ iudex delinquẽti inferre poteſt triplicem
mortẽ, ſcilicet naturalẽ, ſpiritualẽ, & ciuilẽ, ſecundũ
gl.in §.ſi igitur.in Auth. de cõſang. & vterinis fratri-
bus.coll.vj. Primò poteſt inferre naturalẽ, per quã fit
animæ & corporis ſeparatio, quod multis crudele vi-
deatur, cùm mors ſit vltimum terribilium. l.vlti. ff.de
pœ. Sed ratio publici imperij prætorẽ nimis aſperũ
exiſtimari non patitur, imò ſicut ſe in viris puniẽdis
ſeueritas exercuit, ſic ſe in fœminis quidẽ ſupplicio
afficiẽdis ſegniorẽ, id eſt tardiorem aut pigriorem nõ
egit. dicit Valer.lib.vj.tit. de ſeuerita. pro quo facit l.
quiſquis.C.ad legẽ.Iul.maie. Et (ꝙ plus eſt) tanta cõ-
ſcientia vixerũt homines priſtinis tẽporibus, vt mini-
mos exceſſus punirent, qui excuſari poterãt, & conſe-
quenter ſine ſcandalo reipub. diſsimulari, vt patet in
§.placuit.inſti.de obli.ex delicto. de quo veteres Ro.
laudat idem Valer.lib.viij.tit.de priuatis iudi. in hæc
verba de quodã furti damnato: Multus, inquit, ſermo
eo etiam iudicio manauit, in quo quidã furti dãnatus
eſt, qui equo cuius vſus illi vſq; Ariciam, id eſt, vrbẽ
illã à Roma decẽ millibus paſſuum diſtantẽ cõmoda
tus fuerat, vlteriore eius municipij cliuo vectus eſſet.
Quid aliud hoc loci quã verecũdiã illius ſeculi laude
mus, in quo tã minuti à pudore exceſſus premebãtur?
q.d. multũ profectò verecundi ſicut dicendi & laudã
di ſunt, qui premebant exceſſus excuſabiles & mini-
mè turpes: & Galli plus fauebant vt ſ.dixi fore inno-
120 centes puniẽdo. Plus dico, † ꝙ etiam crimina punien-
da ſunt licet caſualiter bonus effectus rẽpub. ſequere-
tur, ſecũdum Pet.de Ancha.in repe.c.j.de conſue.vbi
dicit, ꝙ ſi ingreſſus domũ alicuius de nocte ſurripuit
ſcriniũ, in quo erant literæ proditionis ciuitatis: hoc
patefacto non euitat pœnã furti, quia habuit animũ
ſubſtrahendi & furandi. Vnde fortuna, ꝙ fœlix fuit
ciuitati, non debet attendi, ſed ſolus animus.l.diuus.ff.
de ſica. licet aliâs Cneus Flauius, qui librum legum de
ſecreto ſubſtraxit, & populo Ro. exemplandum tra-
didit, nõ punitus: ſed tribunus pleb. fuit factus.l.ij. §.
poſtea.ff.de orig. iur.& dixi ſ. in prologo huius ope-



ris: quia intentio illius erat furari, vt prodeſſet reipub.
& hoc intendebat. Sed in caſu noſtro intentio delin-
quentis erat & animus ex toto ad dãnum alterius &
lucrum ſuiipſius ſecundũ Feli.in c.j.vlti.col.verſic.&
iſtum tex.amplia.de præſump. Ideo ſi prodere volen-
tem rempub. quis propria paſsione occideret, nõ con
ſiderans nec aduertens ex hoc bonũ publicũ venturũ,
morte puniretur, acſi alium occidiſſet. Et propter illã
mortẽ efficeretur quis inteſtabilis. Putà quia propter
delictũ fuit dãnatus ad mortẽ naturalem. Nam tunc
efficitur inteſtabilis per ſententiam. imò teſtm̃ antea
factum perit & irritatur, & tali morte confirmatur,
quãuis ante proceſſum & inquiſitionẽ criminalẽ con
121 tra ipſum formatã fuiſſet cõditum. † Et quod fortius
eſt, periit tale teſtm̃, licet mors inducta per ſententiã
realiter non ſequatur: putà, quia teſtator poſt ſenten-
tiam de carcere aufugit, vel in carcere aliquo caſu na
turaliter deceſsit, aliâs quã medio executionis ſenten-
tiæ: vel dũ ad ſuppliciũ duceretur authoritate priuata
arreptus fuit per vim de manibus familiæ. l. qui vlti-
mo.& ibi Bar.ff.de pœ.pro quo eſt tex.in l.mulier in
opus ſalinarum.ff.de capti.& poſtli.reuer. Nam tales
poſt ſentẽtiã in eos prolatã ſunt ilico ſerui pœnæ, &
ſic inteſtabiles quocunque locorũ vadant, etiã extra
territoriũ iudicis, ſecundũ Bal.in l.j.in vltim.q.C.de
ſũ.Tri.& fid.catho.& d.l.ſi quis filio exhæredato.§.
irritũ.ff.de iniuſt.rup.teſt.vbi Ang.& Raph.& Imol.
Facit glo.& quod not. Doct.in Auth.ſed hodie.C.de
122 don.inter vir.& vxo. † Sententia enĩ per quam adimi-
tur libertas, ciuitas, aut vita facit ilico damnatum inte-
ſtabilem.d. l.eius qui.ff.eo.tit.d.l.qui vltimo.& vtro-
bique Bar.& Doc. Nã poſito ꝙ hodie de iure nouiſsi
mo damnati ad mortẽ nõ perdãt bona, nec fiſco ap-
plicentur, ſed remanent legitimis hære.ipſius dãnati,
niſi in criminibus exceptis, in Auth. bona dãnatorũ.
C. de bo.dã. Tamẽ illud intelligit̃ ab inteſt. & nõ ex
teſtõ: quia ſi teſtm̃ feciſſent in quo inſtituti eſſent hæ-
redes per ſententiam mortis, tale teſtm̃ irritaretur, &
fierent inteſta. vt dictis iuribus quæ quo ad incapaci-
tatem teſtandi ipſius ad mortem dãnati non ſunt cor
recta hodie per d.Auth.bona damnatorũ. ſecundum
Doct.maximè Bar.in d.l.eius.§.fin.ff.eo. poſt gl.ibi.
& in l.j.ff.de bo.dãn.& Alex.in l.ij.in fi. C.qui teſta.
123 fac.non poſ. † Nec eſt inconueniens, ꝙ quis habeat
hæredes ab inteſtato, & teſtm̃ facere non poſsit. quia
& hoc etiam videmus in furioſo, pupillo, aut filiofa-
milias: qui habent ab inteſtato hæredes, & tamen te-
ſtari non poſſunt. Et multòmagis ſunt inteſtabiles, ſi
tales condemnati teſtm̃ fecerunt poſt ſententiam ca-
pitalem in eos latam, quãuis ante executionem, cum
124 ſtatim lata ſententia effecti ſunt ſerui pœnæ. † Or cõ
demnatus ſecundum ius cõmune ad mortem bis mo-
ritur: primò moritur ore & verbo iudicis ipſum con-
demnãtis tempore ſententiæ. Sola enim ſententia
reddit damnatum inteſtabilem, & teſtm̃ tollit prius
factum, vt dicto §. irritum. & non delictum tantùm.
125 l.ſi quis poſt.ff.eo. † Et intelligatis ꝑ ſolã ſententiam
iudicis damnatum reddi inteſtabilem, ſi fuerit perfe-
cta, id eſt quo ad verba ſubſtãtialia integraliter facta
per iudicem. Quia dum ſententia vltimi ſupplicij le-
gitur, ille qui damnatur mori nõ cenſetur, nec ſeruus
pœnæ, donec verbum, condemnamus, fuit prolatum.
Vnde excommunicatio non infertur per illa verba:
Titium ex tali cauſa, donec iudex dixerit, excommu-
nico: ideo ſi ante prolationem illius verbi appellare
tur, talis excommunicatio nihil operaretur, velut lata
poſt appellationẽ: cum remediũ vulnus præuenerit.

Ita politè dicit Bal. in c.præterea requiſiſti.de appel.
ſed prolato verbo, cõdemnamus, ille dãnatus ſeruus
pœnæ ilico dicitur factus,& cõſequẽter dicitur mor-
tuus,& pro mortuo habetur.quod facit pro deciſione
Bal.in l.ex hoc iure.vlti.col.ver. ſextò quæritur. ff.de
iuſti.& iur. vbi dicit ꝙ ex ſententia mortis nulla ori-
tur obligatio. Quia ſubiectum in quo cadere debet
obligatio. redditur per ſententiã inhabile, & non ca-
pax.Prẹterea obligatio ad effectũ actionis quã parit.
l.licet.§.ea obligatio.ff.de procu.ſemper poſt ſe expe
ctat ſententiã: & ſentẽtia mortis aliud non expectat,
niſi facti celeritatẽ.i.celerẽ mortis executionẽ.l. cum
reis.C.de pœ.vt dicã nũc.Ex ſentẽtia cadere debet in
ſubiecto,& patiẽtiẹ diſpoſito. l. hos accuſare.§.om-
nibꝰ.ff.de accu.Secundò morit̃ dãnatus realiter tẽpo-
re realis executionis,qñ fit ſeparatio corporis & ani-
mæ,ſecundum Bal.in l.ſi.C.ſi pẽd.appel.mors inter-
ue.poſt quã exe.fruſtra quẹreretur, ſi occiſus teſtari
poſsit,cùm velle non habeat neq; nolle.d.l.j. C.de ſa
croſanc.eccl.Sed nec ante exec.teſtari poteſt,tãquàm
ſeruus. Et certum eſt ſeruũ teſtari nõ poſſe.l.filiusfa.
ff.eod.imò nec poſſunt illi,qui de ſtatu ſuo dubitant,
an ſint ſerui vel liberi.l.de ſta.eo.tit.& l.j.ff.de leg.iij.
126 †Et idem eſſet,ſi quis ad mortẽ damnaretur ex for-
ma ſtatuti:quia ex quo damnatꝰ eſt vltimo ſupplicio,
efficitur ſeruus pœnẹ,ſicut dictum eſt in damnato de
iure cõmuni,vt d.§.irritũ.tenet Io.And. in c.ij.de v-
127 ſu.†Ex forma ſtatuti damnat̃ q̃s in certa quantitate,
quã niſi ſoluat infra decẽ dies,decapitet̃.quia nõ va-
lebit eiꝰ teſtamentũ,nec tali morte cõfirmabitur, ſed
factum infirmatur,videatis Bar.in d.l.eiꝰ. §.fin.ff.eo.
tit. Et ſunt tales damnati ad mortẽ adeo inteſtabiles,
ꝙ ſi etiã in ſententia iudex eis reſeruaſſet facultatem
teſtandi, tñ ꝓpter hoc teſtm̃ ante vel poſt ea per eos
factum non valeret,cùm ſit ſpeciale in milite,vt ei qñ
damnatur reſeruari poſsit ius teſtandi.l.ex militari.ff.
de teſt.mili. ſecundum Bar.in repe.l.j.C.de ſacroſan.
eccle.quem ſequitur Ang.& Imo.in d.§.irritum.licet
128 aliqui in d.l.j.contrarium voluerint. †Plus dico,ꝙ ta
les damnati teſtari non poſſunt etiam ad pias cauſas,
quia cùm tales non poſſunt de ſuis bonis diſponere,ꝓ
liberis,quorum cauſa ſaltem in legitima eis debita eſt
fauorabilior.c.quicunque.xvij.q.vlti.& glo. in l.ſi q̃s
ad declinandam. C. de epiſc.& cle. minus poterunt
teſtari in fauorem eccleſiæ,vel alterius piæ cauſæ,ni-
ſi,vt infrà dicam.& tenet Panor.in c.accedens.de ꝓ-
cu.& Io.And.in c.ij.de vſur.lib.vj. & in addi.Specu.
tit.de inſtru.edi.§.nunc aliqua.ver.xv.& Bal.in l.j.C.
de ſacroſanct. eccle. & in iij. parte conſi. cccxxx. &
ccclxxx.Io.Fab.& Ang.in §.fin.inſti.quib.nõ eſt ꝑ-
129 miſ.face.teſta.& Bal.in d.l.eius.§.ſi cui.ff.eod.tit.†Et
idem puto obſeruãdum,vt ſcilicet ſit inteſtabilis ille,
qui ad perpetuum carcerem eſſet condemnatus: putà
clericus per iudicem eccleſiæ,qui poteſt ad carcerem
perpetuum damnare clericos.c.cum epiſcopus.de of-
fi.ordi.c.tuæ.de pœ.& c.quanuis.illo eo.tit.lib.vj.vi-
deatis Panor.ſ.in rubr.Nam tales clerici ſic perpetuo
carcere mancipati ſunt quaſi mortui: quia licet talis
carcer eis imponatur pro pœnitentia,tñ illa pœniten
tia eſt loco pœnæ,vt d.c.quanuis. ſecundum gl.in d.
c.cùm epiſcopus. & conſequenter habebit effectum
pœnæ mortis, quæ damnatum reddit inteſtabilem,
vt ſubrogatum naturam ſapiat eiꝰ, in cuius loco ſub-
rogatur.l. eum qui.§. qui iniuriarum.ff.ſi quis cau. &
l.j.vbi plenè Bar.ff.ſi quis teſta. liber. iuſſus eſſe fuer.
130 Et†ſic tales efficiuntur ſerui pœnæ, cõſiderato ma-
ximè ꝙ perpetuus carcer dicitur quẹdam ſeruitus, ad
quam laici per iudicem ſecularem vel eccleſiaſticum
condemnari non poſſunt.l.incredibile. C. de pœnis.
131 †Cùm iure ciuili carcer ſolùm ad cuſtodiam & non
ad pœnam indicatur,vt d.l. incredibile.etiam ſi corã
iudice eccleſiaſtico contra laicum ageretur de crimi-
ne eccleſiaſtico ſecundum Io. And.ſingulariter in ad
di.Spec.ſuper tit.de offi. ordi. dicens poteſtatẽ iudi-
cis eccleſiaſtici condẽnandi ad perpetuum carcerem
habere locum duntaxat contra perſonas eccleſiaſti-
cas,& non contra laicos,niſi in crimine hæreſis. vt in
c.pen.de hæret.Ad præmiſſa facit gloſſ.not. in c.quia
diuerſitatem.de conceſ.præben.vbi bona clericorum
damnatorum applicantur fiſco eccleſiæ:ergo de ipſis
teſtari non poſſunt,poſtquàm perdunt bona & ciui-
tatem.d.l.eius qui.ff.eod.& eſt opi. quam cõmuniter
132 ſequuntur doct.in d.c.quamuis.de pœn.lib.vj.†Ego
non facio dubium, quin damnati in perpetuum car-
cerem bona perdant,cùm talis condemnatio ſeu car-
cer perpetuus dicatur pœna capitalis,ſecundum Bar.
in l.j.ff.de publi.iudi.Et in præſenti regno eſt genera
lis conſuetudo, ex quocũque delicto pœna capitalis
confiſcationem bonorum importat, quanuis in ſen-
tentia nihil dicatur,vt dicit Maſuer.ti.de pœ. §. item
in caſibus. tamẽ bona talium temporalia immobilia
fiſco eccleſiæ nõ pertinẽt, ſed fiſco regis vel alterius
domini temporalis iuridici, in cuius ſunt ſita territo-
rio,& à quo tenentur,vt conſuluit Oldr. conſil. xvij.
& plenè dixi in verbo, *& vxorem nomine Adel.* in j.
principali articul. loquendo de deſcentibus qualiter
ſuis ſuccedũt aſcendẽtibus, & de monachis non ſuc-
cedẽdis. Et ꝙ bona talis ad perpetuum carcerẽ dam-
nati dicuntur eoipſo confiſcata, tenet expreſsè idem
Maſuerus alleg.tit.de pœ.§.item ſi bona patris.bona
autem mobilia pertinent epiſcopo: & ita fuit aliàs de
claratum per magnum conſilium regis.& præmiſſa
133 militant in condemnatis. † Si autem accuſati ſolùm
vel de crimine capitali inquiſiti decederent ante ſen-
tentiam, teſtamentum eorum morte confirmaretur,
quanuis reperiatur in carcere factum ſecundum Bal.
in l.ſi quid poſt.per illum text.ff.eo.& Bart. in l.quo-
niam in carcerem.ff.quod met.cauſ. Cùm adhuc non
eſſent ſerui,niſi vt dictum eſt,in criminibus exceptis,
de quibus poteſt reus poſt mortem damnari. Nam
cùm in aliquibus delictis reos eoipſo, ꝙ delictũ per-
petratur,ipſo iure notatur,& à lege dãnatur ſine iudi
cis miniſterio, prout in crimine læſæ maieſtatis. l.
quiſquis.C. ad legem Iul.maieſt.& in crimine hære-
ſis.cap.cùm ſecundum leges. de hæretic. lib. vj. & in
Authen.Gazaros.C.illo eod.tit. Pro quibus orãdum
eſt poſt mortem, nec in vita: & in hoc reprehenſum
fuit collegium doctorum Bononiæ, quoniam ſuppli
cabat pro domino Richardo Malumbre legum do-
ctore,qui fuerat damnatus de hæreſi,ſecundum Bald.
in l.quicũque.C.de epiſ.& cler.poſt Iaco.But.ibi qui
fuit excellentior homo Italiæ, vt ibi dicit. Et nedum
poteſt memoria damnari in talibus exceptis crimini-
bus,ſed etiam executio fieri in perſona mortua in de-
teſtationem criminis perpetrati, quod exẽplo nobis
tradidit Ioſias rex Iſrael iuſtiſsimus, qui vt legitur
iiij. Regum. xxiij. c.oſſa hæreticorum & idolatrarum
defunctorum occiſis ſacerdotibus colentibus Baal,
exumari & cremari fecit. Sic & Philippus huius no-
minis ſecundus rex Francorum Chriſtianiſsimus, de
quo Gaguin. libro vj. cap.iiij. Eodem, inquit anno
qui fuit Chriſtianæ gratiæ M.ccvij. Almaricus Car-
nuteñ. literis apprimè eruditus, cùm apud Pariſios
non paruam doctrinæ opinionem obtineret, palàm
docuit



docuit quoſque Chriſtianos mẽbra Chriſti corporis
eſſe:& dum à Iudæis Chriſtus pateretur, vnà cũ ipſo
dolorem atque afflictionem fuiſſe re vera perpeſſos:
ſed errorẽ cùm tueri non poſſet,damnatus eſt reſipi-
ſcere & contrariã ſententiã aſſerere.Ob hanc ignomi
niã cõtracta animi ægritudine paulo poſt tẽpore in-
teriit.Fuere alij præterea literati homines qui ſingu-
lis diuinæ Trinitatis perſonis ſingula tempora per
ſucceſsionẽ tribuebãt, aſſerẽtes patris omnipotentiã
Chriſti aduentu deſiiſſe. Chriſti verò doctrinã ſpiri-
tusſancti acceſſu exoletam eſſe.Cuius hæreſeos autho
res procurãtibus Petro Pariſien.epiſcopo, atque Ga-
rino conſulari viro, deprehenſi honoribus & dignita
te priuati ſunt:laicos, id eſt qui extra cleri ordinẽ eſ-
ſent,ignis abſumpſit. Fœminis verò parcitũ eſt. At
Almarici cadauer quod penes diui Martini Pariſien.
eccleſiam ſepultum fuerat, exhumatum & crematum
eſt. Et id idem tempore Caroli v. factum fuiſſe
Gagui.lib.ix.ca.ij.de quodam alio ſic dicit,Superſti-
tionis quoddã genus eodem tempore à Turlupinis,
(hoc enim erat hæreticis nomen, qui ſe de ſocietate
pauperum vocitari gaudebãt) ortum, finẽ cepit, cre-
matis eorũ veſtibus & libris in foro ſuillo extra ſan-
cti Honorati portam. Ioanna autem de Bentona, &
cum ea alter, cuius nomen hiſtorici nõ tradũt, eiuſdẽ
ſectæ in primis profeſſores comburuntur.Hic autem
quem ſine nomine præterimus, cùm ante damnatio-
nis eius ſententiam in carcere mortẽ obiiſſet, dies xv.
eius cadauer in aggere calcis ne putreſceret aſſeruatus
eſt,& die ad ſuppliciũ prẹſcripto crematus eſt.Hẹc il
le. [Similiter fieri vidi per arreſtũ curiæ parlamenti
Toloſæ pronuntiatum die xix.mẽſis Nouembris an-
no domini M. ccccxj. de cadauere cuiuſdã doctoris
in medicina per iudices eccleſiaſticos hæretici decla-
rati & condemnati in carcere mortui. Cùm igitur in
talibus exceptis criminibus reus in perſona effectus
ſit & in bonis, certè talis delinquens qui eoipſo etiam
ante accuſationẽ eſt à lege damnatus,& iam per ſen-
tentiam legis occiſus, ilico eſt inteſtabilis, imò teſta-
mentum prius factum rumpitur, ſicut in aliis crimini
bus omnibus fieret per ſentẽtiam iudicis vt vidiſtis.
134 Et†idem puto in ſodomita, vt ilico efficiat̃ inteſta-
bilis, etiã ante omnem accuſationẽ, vt d. ca. cùm ſe-
cundum leges. Quia tales illico dominium bonorum
perdunt per ſententiã iuris licet ante declarationem
iudicis de facto apprehẽdi non poſsint, vt ibi dicitur
per text.in l. defenſionis facultas.C.de iure fiſc.lib.x.
Item cõcluditur per gl.ex text.illo in Auth.de inceſt.
nup.& tenet Bal.in Auth.inceſtus. C.de inceſt.nup.
quem ſequitur Alexan.in l. ſi quæramus.in apoſtil.in
fin.ff.eod.tit.& Bar.in l.poſt contractum.ff.de dona.
& in l.imperator.ff. de iure fiſci. & in l. cõmiſſa.ff.de
135 publi.& in d.Auth.de inceſt.nup.†vbi dicit, ꝙ com-
mittens crimen cõtra naturã amittit ipſo iure domi-
nium bonorũ ſuorũ. Quod dicit ſecus eſſe in cõmit-
tente crimen læſæ maieſt.qui non amittit dominium
bonorũ ſuorũ,ſed ſolã adminiſtrationẽ, vt etiam vo-
luit Bal.in l.j.C.ex delic.defũ.licet in vtroque memo-
ria defuncti damnetur, prout damnatus fuit Romæ
Marcus Lectorius tribunus militum qui tali crimine
accuſatus ſe occiderat.de quo Vale.lib. vj.tit. de pu-
dicitia. ſic dicit: Libidinoſi centurionis ſupplicium
Marci Lectorij Mergij tribuni militaris æquè fœdus
exitus, qui quominus tribunus plebis diem ad populũ
dixit, quòd cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſ
ſet: nec ſuſtinuit eius rei ſententiam Lectorius, ſed
ipſe ante iudicij tẽpus ſe fuga prius ſubtraxit. deinde
etiã morte ſe puniuit: naturẹ modum expleuerat fato
tamẽ functus vniuerſæ plebis ſentẽtia crimine impu-
dicitiæ dãnatus eſt. Signa autẽ illum militaria ſacratæ
aquilæ, & certiſsima Romani imperij cuſtos ſeuera
caſtrorũ diſciplina. [De caſtitate caſtrorũ vide quæ
plenè habẽtur infrà ſuper verb. *Cuidam Petro tradi.*]
quoniã cuius virtutis magiſter eſſe debuerat ſanctita-
136 tis corruptor tentabat exiſtere.hæc ille. †Et in his cri
minibus exceptis, vbi etiam bona hodie confiſcãtur,
ſi liberi talium criminoſorũ raperent, aut occultarẽt
bona paterna, tenerentur ad reſtitutionem, niſi aliàs
indigentes raperẽt, vſque ad legitimã eis iure naturali
debitam: quia tunc non peccarẽt in foro conſciẽtiæ,
ſecundũ Gul.de Montelaudu.in cle. paſtoralis. de re
iud.poſt Henricũ hîc xv.col.vt plenè dixi ſuper ver-
bo,& *vxo.nomi.Adel.* in v.prin.arti.dum dixi de ſuc-
ceſsione per cõfiſcationẽ: aliàs ſi non agerẽt, tenerẽ-
tur in foro conſciẽtiæ fiſcũ fraudãtes in his exceptis
criminibus, quale eſt iſtud,& quædam alia.Hodie ve
rò in præſẽti regno eſt generalis cõſuetudo, ꝙ omnis
pœna capitalis (vt ſuprà dixi) importat bonorũ con-
fiſcationẽ, eſt enĩ iſtud crimẽ ſummũ nefas, & ſcelus
peſsimum, vt habetur Geñ. xxxvij. Accuſauit, inquit,
eos Ioſeph crimine peſsimo: ideo licet per coitũ for-
nicariũ l.damnatum.contrahatur affinitas, vel impe-
dimentum publicæ honeſtatis, ſecundum Innoc. &
omnes in c. diſcretionem.& c. fraternitati. de eo qui
137 cog.conſan.vxo.ſuæ. †tamen per coitũ Sodomiticũ,
ſcilicet extra vas naturæ debitum vel cum maſculo.l.
cùm vir.C.de adul.nulla contrahitur affinitas cum pa
rentibus puellæ vel pueri nec viri. c. extraordinaria.
xxxv.q.iij.iuncta gl.in verbo, ſæpius. ſecundum Pa-
nor.in d.c.fraternitati.Facit quod Deo adiutore dicã
138 in verbo, *Cuidam Petro tradide.* †Præterea in hoc cri-
mine ſi cũ bruto cõmittatur, punitur etiam pecus, &
ambo comburuntur: quia pœna ignis huic crimini
debetur, vt citius à memoria hominis ſcelus hoc de-
leatur: quod non fieret ſi corpora pro eo occiſa in pa
tibulo remanerẽt.de quo Leui.xx.Exo.xxij.in c.mu-
lier.xv.q.j.& per Lyrã.Geñ.xix.ſuper verbo, ignẽ.&
in c.flagitia. xxxij. q. vij. Nec huius peſsimi criminis
vllo tẽpore præſcribitur accuſatio, ſecundum gl.in l.
querelã.C.de fal.Imò tales vocãtur filij diffidentiæ.c.
vt clericorũ mores.de vi.& ho.cle.de quo in Auth.vt
139 non luxuriẽ. contra naturã. † vbi propter hoc crimẽ
veniunt peſtilẽtiæ, fames, & terræ motus.Et punitur
pœna mortis: vt d.l.cũ vir.C.de adul.imò mũdus to-
tus à Deo percuſſus, paucis exceptis ꝑſonis, diluuio
interiit, Geñ.vj.& vij.c.Et Sodoma & Gomorra igne
& ſulphure perierunt, Gene. xix.Et cornelius Gallus
prætorius, & Titus Aetherius eques Romanus inter
vſum puerilis veneris conſumpti ſunt, vt Vale. refert
lib.x.tit.de morte non vul. qui tamen eorum excuſa-
re mortẽ ſatagit & turpitudinẽ, à catholicis reprehẽ-
ditur.de his Sodomitis, ꝙ ſint eoipſo inteſtabiles, vi-
deatis plenè per dominum Anaſtaſium prælatum, in
quadã q.per eum diſputata incip. multos futuros eſſe
arbitror hodie, impreſſa.in fi. primæ cõſiliorũ partis
140 Andr.Barbatiẹ.†Sed cõmuniter alia crimina quẹ ad
pœnam corporaliter vel bonorum confiſcationẽ aut
pœnã etiã pecuniariã ſecundũ Bart. in l.defuncto. ff.
de publ.iud.morte extinguũtur,& per conſequẽs ex-
tinguitur accuſatio, inquiſitio, & denũtiatio criminis.
C.ſi reus vel accuſ.mor.fue.per totũ. & c.accuſatꝰ.§.
ſi verò.in fine.de hæret.lib.vj. Etiã ſi pœna pro deli-
cto debita foret pecuniaria, & nõ corporalis, ſecũdũ
Bart.in l.defuncto. ff.de publi. iudi. Et inde videmus

quòd vbi clericus cõtra clericũ agit petens ipſum ab
eccleſia remoueri,& beneficio priuari ꝓpter delićtũ,
põt ille accuſatus omni tꝑe pẽdente accuſatione be-
neficiũ reſignare, ſicut poſſet quilibet de bonis ſuis
teſtari & diſponere.c.dudũ.le ij.in fi.de elec.& c. per
tuas.le j.in fi.de ſimo. Etiã ſi papa mãdaſſet in euẽtũ
priuationis de illo beneficio prouidere accuſatori vel
alteri:quia illi non debebitur, ſed ei cui per renũtia-
tionem accuſati prouiſum fuit. Et idẽ ſi morte natura
li accuſatus decederet,& accuſatio finiretur: q̃a non
deberetur ei cui papa in caſu cõdemnationis ꝓuide-
ri mãdabat,cũ caſus nõ euenerit: ſed debebitur ei cui
ordinari⁹ collator prouidebit, aut ei cui primũ vacãs
debebatur. Nec locũ habebit hoc caſu diſpoſitio.c.ſi
hi cõtra quos.vt lit.pen.li. vj. ſecundũ gl.ibi in verb.
finita,quã ſequitur Rota in nouis deciſ.ccccxj.incip.
ſi lite pend.&c.& deciſ.ccccxcj.incip.Titius erat &c.
Et intelligatis,ꝙ extinguit̃ inſtãtia, niſi hęredes pro
purganda infamia ipſius defunćti accuſati vel inquiſi
ti vellent ꝙ procederetur ad ſententiã, quia tũc,vt s̃.
dixi,hoc fieri poſſet & deberet ꝑ tex.ſing. in l. filios,
§.Seia.ff.de adi.lega. ſecundũ Bal.in d.l.ij. C. ex deli.
defun.inquantũ hæredes teneãtur. Sicut poſt obitum
Ioannæ Dare (vulgariter la pucelle vocatæ.) Cuius
diuino auxilio regnũ tempore Caroli huius nominis
vij. Francorũ regis,occiſis pro meliori parte & fuga-
tis Anglis ereptũ, cuius vićtoriæ ac Franci nominis
odio,& ꝙ virili veſte fœmina vſa eſſet, nec nõ de fi-
de catholica malè ſenſiſſet, ea apud Cõpendiũ à Ioã
ne Luxẽburgo(qui eã Anglis venũdedit)capta à qui-
bus hoſtiliter habita Rhotomagi de facto cremata in
humanè fuerat. Iſabel mater eius & duo ſui fratres hę
redes fecerunt,qui anno dominicæ incarnationis M.
ccccly. coram à ſede apoſtolica delegatis iudicibus
memoriam nobilis ac virtuoſæ ſuprà fœminæ vires
canonicè purgarũt,ne fama eius tam glorioſa,& quæ
tam validas nationes vicerat,poſteris maculata relin-
queretur.de qua & eius interitu plenè diſſerit Gagui.
lib. j. c. iij. Cuius purgationis proceſſum expoſt hoc
anno domini M. cccccvij. vidi in bibliotheca regia
per Chriſtianiſsimum regem dominum regem Lud.
xij.benefactorem meum nouiter & magnificæ Bleſis
erećta in æternam rei memoriam repoſitum, & in
141 pergameno ſcriptum.†ſemper enim hæredes intereſt
defunćti æſtimationem purgare. dicit text. in l. j. §.
142 quoties. ff.de iniur. † Præterea quo ad turpia lucra
defunćti teneretur hæres ad exonerandum conſcien-
tiam defunćti, & reſtituere illis à quibus extorta ſunt
turpitudine ipſius defunćti, qui fortè furatus fuit vel
rapuit,habita tamen diſtinćtione doćt. in l. commiſ-
ſa.ff.de publican.& in d.l.j.C.ex deli.defun.& clarius
per Panor.in c.fin.de ſepul. De quo videatis Io.Fab.
ſingulariter loquentem inſtit. de perpe. & temporã.
ac.§.pœnales.& tetigi ſuper verbo, *& vxorem nomi-
ne Adelaſ.* in iiij.arti.in fi. Vbi autẽ talia lucra defun-
ćto peruenissent mixta turpitudine,ſcilicet dãtis & de-
funćti accipientis: tunc hæres ſolùm teneretur de eo,
quod ad ipſum perueniſſet. Veluti ſi propter falſum
teſtimonium,aut malè iudicando, vel occidendo qui
ei datum fuiſſet. Quoniam hoc caſu talia lucra ex v-
triuſque parte turpia ſunt ab hæredibus auferenda,
nec morte extinguuntur: imò ſunt nõ his qui turpiter
dederunt reſtituenda,ſed fiſco applicanda.l. in hære-
143 dem.ff.de calũ.vbi tex.not.†Eſt enim fiſcus quidam
ſaccus ſine conſcientia imburſans omnia malè acqui-
ſita,vt d.l. in hæredẽ.& l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.
de inoffi.teſta.vt pulchrè dicit Bald. de pace iura.fir.
§.ad hoc.iiij.col.in quo §. aliqui faciunt tit. de allod.
Et alibi dicit idem Bal.in l.executorem. C. de execu.
rei iud.ꝙ fiſcus eſt duræ ceruicis,rigoroſus,nũquã vel
rarò æquus. à ſuis ergo manibus defendat nos dñs, cũ
intrepidè & inuerecũdè recipiat,quod nõ capit Chri
ſtus. Largũ profećtò habet ſtomachũ, vt verbis vtar
Bal.in tit.de feudo Marchiæ.§.j. vbi dicit ꝙ fiſcus eſt
reipu. ſtomachus,ſaccus & firmitudo, qui licet olim
ſacratiſsimus diceretur.l.omnes.C.de quadrien.præ-
ſcri.hodie tamen ſceleſtiſsimũ cẽſemus,dicit Lud. de
144 Pen.ſuper rub.in fi.C.de iur.fiſci.li.x. †Pariter non
ſunt inteſtabiles,ſed teſtari poſſunt, & teſtamẽta eo-
rũ morte cõfirmantur, vbi teſtatores eſſent dãnati ad
mẽbri mutilationẽ. Nam licet quo ad pœnã irregula
ritatis mors & mẽbri mutilatio æquiparentur. cle. ſi
furioſus. de homici. Tamen non æquiparãtur quo ad
inhabilitatẽ teſtãdi,ſecundũ Bar. & Bal. in l.qui ma-
nus.ff.eo.etiã ſi ex talis membri abſciſsione ſequitur
mors, vt ſemel vidi Toloſæ de quodam, qui abſciſſa
manu per iuſtitiã poſtea deceſsit. Nã propter hoc nõ
ſunt tales inteſtabiles. Cùm mors nõ ex ordinatione
ſentẽtiæ ſed caſualiter proceſſerit.arg.tex.no.in l.qui
145 cũ maior.§.ſi tñ.ff.de bo.lib.†Sicut ſeruatur econtra:
quia inteſtabilis eſt ad mortẽ dãnatus,licet caſualiter
poſtea euadat, vt s̃.vidiſtis. Nam contrariorũ eadem
146 eſt diſciplina. Hodie †tñ in præſẽti regno ex genera
li cõſuetudine cõdẽnatus ad mẽbri mutilationẽ per-
dit bona quæ fiſco applicãtur,vt dicit Maſue.alle.tit.
de pœ.§.item in caſibus. Ideo de bonis ſtantibus tẽ-
pore ſententiæ,cùm fiſco pertineant teſtari non po-
teſt,quæ ſola & non futura veniunt in cõfiſcatione.l.
ſi tibi mandauero.§.is cuius.ff.man. & dixi plenè ſu-
per verbo, *& vxorem nomine Adel.* in v.prin.arti.ſuc-
147 ceſ.ab inteſt.†Prædićta regula,ꝙ damnatus ad mor-
tem & occiſus per ſentẽtiam iudicis cõpetentis ſit de
iure inteſtabilis,ꝙ teſtm̃ prius factũ irritetur,fallit in
148 ſequentibus caſibus. † Primò fallit vbi ſententia ca-
pitalis ferretur in abſentẽ, ſi quo tempore veniret in
fortiam condemnãtis:quæ ſententia ſic lata valet. Nã
licet ſentẽtia capitalis mortẽ inferens ferri nõ poſsit
in abſentẽ.l.abſentem.ff.de pœ. Cũ in talibus nõ ad-
mittãtur procurator.l.reos.C.de accuſ.& plenè habe
tur in c. veniens.j.illo eo.tit. Et ſententia lata nõ præ-
ſente principali vel ſuo procuratore ſit nulla, vt ple-
nè in l.j.C.de ſent.quia illuſoria eſſet, cùm aſſequi nõ
poſſet ſine præſentia condemnati:& ſic eſſet cõtra l.ſi
prætor.ff.de iudic.vbi habetur ꝙ prætorũ edićta eſſe
149 non debent illuſoria. †tamen quando ſentẽtia fertur
ad mortẽ, ſi quo tẽpore dãnatus in fortiã iudicis ve-
nerit, talis ſententia valet per tex.in cle.paſtoralis.de
re iud.nec reddit damnatum inteſtabilem, nec teſtm̃
prius factum irritat. Quia cum talis ſententia videatur
lata ſub conditione,non ſortitur effećtũ donec con-
ditione impleta, ſcilicet quia damnatus venerit in
fortiam & poteſtatẽ iudicis. Et ſic nõ perdit interim,
quod perderet purè condẽnatus ſecũdum Bal.in d.l.
eius.§.ſi cui.ff.eo. Et idẽ Bal.& Imo.in l. ſeruo lega-
to.in fin.ff.de leg.j. Vnde interim teſtari potuit, vel ſi
teſtm̃ anteà feciſſet, & priuſquã in fortiã & manũ ſeu
poteſtatẽ iudicis venerit & inciderit,decedat: tale te-
ſtm̃ vtroq; caſu confirmatur morte, ſecũdum Ange.
in tractatu maleficiorũ ſuper verbo, & caput ſpatulis
amputetur. Videatis Bal.in c.veniens.de iureiur. Ta-
mẽ dubito, ꝙ hoc non ſeruaretur in præſenti regno,
propter generalem ſtylum & antiquam conſuetudi-
nem eiuſdem, ſecundum quam reus accuſatur, con-
tumax habetur pro confeſſo. Et, vt quilibet veſtrûm
in ſua



in ſua prouincia, dum iudex erit, ſciat hoc prafctica-
150 re:ſcire debetis,†ꝙ quicũque fuerit de aliquo crimi-
ne preuentus,& ſe ante iudicium inceptum ſeu litem
conte.vel poſt abſentauerit, etiã ſi debitè ad perſona
liter cõparendũ fuerit citatus,nũquàm de illo crimi-
ne venit cõdẽnandus: imò ſi ſecùs fieret, ſentẽtia eſſet
nulla.l.abſentẽ.ff.de pœ. Et ratio inter cæteras eſt du
plex. Prima quæ fauorẽ innocentię concernit, videli-
cet ne defectu defenſionis abſens feriatur, & innocẽs
puniatur, vt ibi dicit tex. Secũda honorem publicum
reſpicit, ſcilicet ne edićta & ſententiæ iudicum rema
neant illuſoria, inutilia & deriſoria.l. ſi prætor.ff.de
iudic.quod fieret ſi ad condẽnationem procederetur
cõtra abſentẽ, præſertim ſi capitaliter damnaretur, ꝙ
nunquàm cõpareret. Vnde ſentẽtia illuſoria remane-
151 ret in deriſionẽ & ſcandalum iuſtitiæ. †Ideo quoties
quis accuſatur vel de capitali crimine inquiritur, ci-
tari debet perſonaliter cõpariturus de crimine reſpõ-
ſurus, nec reputaretur cõtumax ſemel citatus non cõ
parens. Quinimò citandus eſt tribus edictis debita tẽ-
porũ interualla continẽtibus, iuxta ſtylum & mores
regionũ aut ciuitatũ, in quibus cauſa tractãda venit.
Quibus moribus ſtandum eſt ſecundum Bar.in l.j.§.
præſides.ff.de requi.reis. Ita ꝙ non ſufficeret vnũ edi
ctũ peremptoriũ,pro omnibus illis tribus, quę iudex
abbreuiare nõ poteſt, ſicut poſſet in pecuniariis & ci
uilibus cauſis,ſecundũ Cyn.in l.j.C.de requir.reis.&
eſt gl.ſuper verbo, Tertiã.in c.j.de mili.vaſal.qui cõ-
tu.eſt.vbi plena glo.de modo & forma faciendi tales
citationes.& gl.ſuper ver.tertiò.in cle.j.de vita & ho.
152 cleri.vbi concluditur, †ꝙ quoties venit pœna alicui
imponenda, non poteſt iudex numerum abbreuiare
citationũ de iure requiſitarũ, nec loco illarum ſubro-
gare vnum peremptoriũ. Communiter tamẽ tenetur
oppoſitũ,ꝙ imò poſſit per regulam d.l. abſentẽ. vbi
mãdatur in criminalibus procedi ſicut in ciuilibus; in
quibus vna ſufficit citatio peremptoria pro omnibus
maximè ſi ab ipſomet iudice reus ſemel citetur.l. ij.
& l.tres denũtiationes.C.quo & qñ iudex. Ergo idem
erit in criminalibus, vt expreſsè deciditur in c. de illi-
cita.§.de conuentione.xxiij.q.iij. Et ſi reus debitè ci-
tatus non cõpareat, vtilitas defectus erit, ꝙ bona eius
deſcribentur,& annotabuntur fiſco. Quæ annotatio
debet reo citato intimari, & notificari: qui poſtea fa-
cta bonorum annotatione cõpareat infrà annum, &
perſonaliter ſe præſentet de crimine reſponſurus au-
dietur,& bona ſua ac ſi annotata non fuiſſent ei reſti-
tuentur,ſecundũ Bar.& alios in l.inter accuſatorẽ. ff.
de publ. iudi.& l.diuus.ff.de cuſto.reo.& in d.l.j.ff.de
requir.reis. Et ſi crimen ei impoſitũ non probetur ab
accuſatore vel procuratore regio non probante, reus
cõparens delictũ negãs abſoluetur.l. qui accuſare. C.
de edẽ. Et ſi crimẽ probetur, punietur in corpore, aut
in bonis, vel in vtroq; ſimul, ſecundum qualitatẽ cri-
minis: & onus probandi incũbit accuſatori, vel regio
procu.qui cõtra reũ ſtat, & cõtra eũ partẽ facit, ſicut
cõpeteret cuilibet alteri priuato in ciuilibus.l.qui ac-
153 cuſare.C.de eden.& l.ij.ff.de ꝓba. †quia quo ad on⁹
legitimæ proba.agere & accuſare ſunt paris conditio-
nis.quæ fuit vna de cõcluſi.quas tenui repetẽdo To-
loſæ.l.j.C.qui accuſ.non poſ.anno do. M.cccclxxvij.
die j.Auguſti, baccalarius ordinariè legendo exiſtẽs.
Et eſt bene notãdũ in præſenti regno, in quo omnia
crimina promouentur ad inſtantiam procu. regij, vt
infrà dicam, ꝙ licet in cauſa ciuili teneatur contra ſe
reus fiſco inſtrumenta edere ad fiſci ſeu procur. regij
intentionem fundãdam contra regulam d.l.qui accu-
ſare.per tex.in l.iij.ſecundũ vnã lecturam.ff.de eden.
Tamẽ hoc priuilegiũ nõ habet fiſcus in cauſa crimi-
nali.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſt.& l.ij.§.di-
uus.vbi clarè hoc tenet Bart.per illũ tex.ff.de iur.fiſc.
Et Panor.in c.j.iiij.col.de proba.verſi.Fallit in fiſco.
Et hoc verum, ſiue ſit pœna corpo.imponenda, ſiue
pecuniaria, fiſco tamẽ applicãda: quo etiã caſu dici-
tur etiã cauſa criminalis ſecundũ Panor. ſuper rubr.
de iudi.in anti. In qua reus non tenetur edere fiſco ad
eius intentionẽ fundandã, vt clarè cõſuluit Alexand.
in j.parte conſi.cxxxij.incip. Super primo dubio &c.
vlti.col. Si autem crimen clarè non probetur, vt quia
fortè non directè probatur, niſi per indicia & conie-
ctiones, tunc per quæſtionẽ & torturã ab ore rei veri
tas eruatur, vt infrà dicam in vij.fallẽtia quod eſt mi-
rabile: ꝙ ab ore rei accuſator ſuam intentionẽ fundet
per confeſsionẽ, quã petere poteſt à reo faciẽdo poſi
tiones, quibus petat reſpõderi. quod facere nõ poſſet,
vt dixi petendo inſtrumẽta vel teſtes à reo ſibi edi &
monſtrari. Et ratio diuerſitatis eſt ſecundũ Io. And.
in c.j.de confeſsis. lib. vj. quia procurator regius vel
accuſator reſpectu confeſsionis partis non potuit ve-
nire paratus, quia cõfeſsio partis non erat in poteſta-
te ſua, ſed reſpectu inſtrumẽtorũ aut teſtiũ ꝓ fundã
do ſuã intentionẽ potuit antequàm accuſaret præca-
uere & ſibi prouidere, ꝙ ſi non fecerit, ei imputabi-
154 tur, vt ibi dicit, quem ſequitur Panor. vbi s̃. † Si verò
reus contumax vltra annum in cõtumacia obturatus
perſiſteret, bona per lapſum anni cõfiſcarẽtur: ſuper
quibus poſteà etiam perſonaliter cõparendo nunquã
155 audiretur fiſco ſemel quæſito. † quia quoties tempus
& pœna ſtatuuntur, nunquã purgatio more termino
elapſo admittitur, vt plenè dicitur in l. ſi inſulam. ff.
de verb.obli. Bar.& Sali.in l.ſi pacto quo pœnam.C.
de pac. quæ fuit vna de cẽtum & decẽ cõcluſionibus,
quas publicè tenui anno quo fui doctor regẽs in præ
ſenti vniuerſitate Caturceñ. M. cccclxxxij. in menſe
Decembri repetendo.c.cùm cauſa.de empt.& vendi.
Sed bene audiretur, & perpetuò reciperetur volens ſe
de crimine ei impoſito purgare & ſe defẽdere. Et pa-
ri modo procedi debet contra accuſatorẽ contuma-
citer abſentem, & eius bona pariter, qui tenetur cum
accuſato perſonaliter ſiſtere, & parem carcerem aut
cuſtodiam ſubire, vt de calumnia puniri poſsit, ſi defi
156 ciat in probatione, vt d.l.ſi.C.de accuſat. † Et (quod
plus eſt) accuſatore contumace poſſet iudex inſtante
accuſato vnũ de duobus facere, vel accuſatũ ab obſer
uatione ſeu inſtantia iudicij contra eũ per accuſato-
rem inſtituta & non contumaciter derelicta relaxare
& abſoluere. Quæ tamen abſolutio ſiue relaxatio ab
inſtantia non impediret quominus alio tempore cõ-
parente accuſatore & contumaciã purgãte poſsit de
crimine quæri: aut poſsit iudex contra reum præſen-
tem ſi peteretur facere, & illo perfecto eum abſolue-
re vel condẽnare de crimine impoſito, prout eum re-
periret innocentẽ vel culpabilem.l.placet. ff.de publ.
iudi.ſecundũ Bart.in d.l.inter accuſatorem. in fin. &
in l.libellorum.§.fin.ff.de accu. Sed quãtuncunq; ac-
cuſatus vel inquiſitus in contumacia perſeuerauerit,
nũquã iure cõmuni de crimine capitali principaliter
intentato damnabitur, nec de illo inueſtigabitur do-
nec cõtumax perſonaliter ſe præſentet ꝑ ratiões quas
s̃.dixi, niſi in iiij.caſibus, in quibus valet proceſſus &
ſententia contra abſentẽ contumacẽ capitaliter lata.
Primò vbi proceſſus fieret, & ſentẽtia proferretur ſu-
per tali crimine in quo pœna relegationis ſeu banni
temporalis & perpetui, vel alia à relegatione ſeu bã-

no mitior eſſet imponenda. Nam in tali crimine in
quo pœna relegationis ſeu banni eſt imponenda, iu-
dex examinabit teſtes, & habita fide de maleficio pro
cedet ad condēnationem, vt d.l.abſentē. Et ratio eſt,
157 †quia pœna relegationis & banni ita bene exerce-
tur in abſentem ſicut in pręſentē, inhibendo morā ei
redeundi in patriā, non tamē ſufficeret ad ipſum ban
niendū ſola cōtumacia ſecundū Bar.in d.l.abſentem.
ſed iudex habere debet & examinare teſtes: & poſtq̄
conſtaret per legitimas probationes, poterit bāniri &
relegari. Quia etiā in ciuilibus & pecuniariis ſola cō-
tumacia non ſufficit, vt contra abſentem procedatur.
C.quo.& qñ iudex.in Authē.qui ſemel.ibi perquiſita
veritate &c. Secundò procedi poteſt cōtra abſentem
in crimine capitali, etiā vbi pœna grauior banno ve-
nit imponenda in caſu l.ne diu.C.de pœ. vbi quoties
agitur de perfidia & crimine officiarij, qui in officio
deliquit, proceditur cōtra eum abſentē & cōtumacē
etiā ad pœnā capitalem. Tertiò idē ſeruatur in caſu l.
lege Cornel.§.cōſtitutū.ff. ad legē Corne.de ſica. de
illo qui hominē caſtrauit, & eunuchum fecit: de quo
plene j.ſuper verb. *qui cum alia matrimoniū contrahens.*
circa fi.princ. Quartò idem practicatur contra reum
criminis læſæ maieſtatis abſentē, contra quem proce
detur ad ſentētiam bonorū etiā perſonæ inflictiuam
per extrauagantē Hērici imperatoris incip. ad repri-
mendū.xj.col.quā Bart.alto digito & egregio ac vtili-
ter cōmētauit & gloſſauit: quē etiam videatis in d.l.
j.ff.de requir.reis. Et idem eſſet vbi papa vel impera-
tor de crimine cognoſceret, ſecūdum Ange.in l.reos.
C.de accuſ.dicentē ſic feciſſe papam Bonifaciū octa
uum contra Colonēſes, quos abſentes depoſuit., in c.
j.de ſchiſmat. lib.vj.licet ferre nō poſſet ſentētiam cō
tra omnino non citatū, vel cōtra citatū ad locum no-
toriè non tutum.c.j.de cauſa poſ.& prop.vbi Panor.
& cle.paſtoralis.de re iud.quod ſequitur Feli.in c.cū
olim.x.col.verſi. proceſſus papæ. in ſecunda declara
tione.de re iudic. Vltra autem caſus prædictos nullo
modo proceditur cōtra abſentē ad ſententiam capi-
talem in cauſis crimi.vltra bannū & bonorū adnota-
tionem de iure cōi. Hodie tamē per oēs ciuitates Ita-
liæ vigent ſtatuta, q̄ de quocunq; crimine agatur ca-
pitali ex ſola contumacia accuſatus vel inquiſitus de
crimine habetur pro cōfeſſato: ita q̄ talis cōtumacia
habetur pro legitima & ſufficiēti cōfeſſione & proba
tione: quæ quidem ſtatuta valent ſecundū Bar.in d.l.
abſentē.ff.de pœ. Nam q̄ abſens dānari nō poſſit de
crimine, nō eſt de iure naturali, ſed ciuili & poſitiuo
ſecundū Bal.in d.l.ne diu.C.de pœ.cui iuri per ſtatu
158 ta & conſuetudinē derogari poteſt. † Cùm vnum ius
ciuile per aliud tolli poſſit.l.nō eſt nouū.ff.de legi.&
l.oēs verò populi.vbi plenè Bart.ff.de iuſti.& iure.&
bonus tex.in §.ex non ſcripto.inſtit.de iure natu.In-
noc.& oēs in c.quæ in eccleſiarū.de conſtitu.Et talis
confeſſio & probatio ex contumacia ſurgens non eſt
vera quia realiter & verè non fuit facta, ſed ficta dici
tur, & per ſtatutum interpretata, ac ſi verè ex ore rei
emanaſſet. Et ita etiam ſeruatur & quotidie practica-
tur in curia Frāciæ, ſicut etiā in Italia ex ſtylo & ge-
nerali cōſuetu.regni, vbi accuſatus vel inquiſitus de
qualicunq; delicto capi debet in perſona ſi apprehē-
di poſſit: aut in domicilio vel alio loco citari: ex quo
citatio & adiornamentum veriſimiliter ad ſui notitiā
peruenire poſſit, vt d.l.j.ff.de requi.reis.ſecundū Bar.
in d.l.inter accuſatorē.ij.col. Super hoc tamē cautus
debet eſſe iudex, qui reū ad corpus nunq̄ capiat, aut
perſonaliter cōparituri adiornet, donec ſummariè ei
conſtiterit de crimine. Ideo boni iudices ante omnia
inquirunt ſecretè, & ſi per inquiſitionē ſecretam repe
riant aliquē de illo crimine ſuſpectū decernunt con-
tra illū literas ad eum capiendū & ducendū ad carce-
res, vel ipſum adiornandū perſonaliter cōparitur ū
& de crimine reſponſurū. Quæ practica ſumpta fuit
ex tex. iuncta glo. interlineari in l.ij. C.de exhib.reis.
& ex l.fina.eiuſdem titu.ſecundum Salice. Et ſi iudex
aliter procederet ad captionem vel adiornamentum
perſonale nulla præcedente informatione, reum gra-
uaret: dum ſoli accuſatori nō credatur, vt reus in per-
ſona vexetur, niſi accuſator parem teneret carcerem,
vt eſt tex. ſolēnis in dicta l.fin. C.de accuſat. & ab eo
appellari poſſet. Or ad propoſitum reuertēdo, ſi reus
159 per primū adiornamētū citatus non cōpareat, illicò
procurator regius qui in præſenti regno Franciæ oīa
delicta promouet, & proſequitur quo ad vindictam
publicā, ſimiliter & pars læſa ſi qua ſit, ſuā in ſcriptis
curiæ tradit petitionē contra reum deficientē, vtilita
tem defectus ſeu contumaciæ continētē. Quæ quidē
petitio vtilitatis defectus in ſequenti adiornamento
totaliter inſeritur: ad quam reſpōſurus per illas lite-
ras petitionē continētes adiornatur reus, ita q̄ virtu-
te illius primi defectus ilico q̄ iudex illud adiorna-
mentū ſequēs vtilitatē illius primi defectus continēs
decernit cōtra abſentē, vt ſuper illa petitione vtilita-
tis dicti primi defectus veniat reſponſurus, & illam
procur.regio & parti adiudicati viſurus. Et ſic ordi-
nat iudex ſuper crimine procedendū. Certè ex illo tē
pore dicitur nomen accuſati ſic deficientis eſſe rece-
ptum inter reos, & cōſequēter videtur reus cecidiſſe
ab omnibus ſuis exceptionibus tā iudicij declinato-
riis, q̄ dilatoriis: à quibus per primum defectū fuit ex
ipſo excluſus: adeo q̄ etiā ſi virtute illius ſecundi ad-
iornamēti vtilitatē primi defectus continētis compa
reret, exceptionē aliquā fori declinatoriā aut iudicij
dilatoriā opponere nō poſſet, ſed tantū perēptorias:
quia ſemel data petitione & à iudice accepta, quæ in
iſto ſecundo adiorn.eſt inſerta, nomen rei fuit inter
reos ſcriptū, vt declinare nō poſſet iudiciū, nec differ
re, vt eſt de mente Barto.in l.is qui reus.iiij.col. verſi.
quare dico &c.ff.de publi.iudi.per text.in l. adulterij
accuſatione propoſita.C.de adul. Et ſi virtute hui⁹ ſe-
cundi adiorn.vtilitatē defectus continentis non ap-
pareat, diſcernetur contra eum tertium adiorna. & ſi
illius virtute non cōpareat, diſcernetur quartū. Quo
debitè executato ſi in cōtumacia perſeueret, nec con
pareat, habebitur crimen pro confeſſato, & probato
de omnibus in petitione & libello in dicto ſecundo
adiornamēto contētis: ita q̄ ab omnibus declinato-
riis & dilatoriis ex primo defectu & etiā perempto-
riis & exceptionibus ex ſequentibus defectibus decla
rabitur ipſe contumax excluſus, necnon de crimine
tam capitaliter erga procuratorem regiū quàm ciui-
liter erga partem læſam, vt in petitione, & in libello
petitū reperietur, cōdemnabitur in corpore & bonis.
Etiam ſi in termino, quo comparere citatus debuit,
non ſit præſes aduerſarius qui contumaciam accuſet.
Nam contumax habebitur pro confeſſo, ac ſi aduer-
ſarius præſens eſſet, & contumaciam accuſaret: quia
cùm iſta confeſſio procedat ex diſpoſitione legati
ad eius effectum non requiritur præſentia perſona-
rum: quia talis ficta confeſſio æquiparatur confeſſio
ni ſolēniter in iudicio factę præſente parte, per text.
ad hoc valde ſingularem in l. ſi tutor. C. de interdic.
mat.inter tutorem & pupillum, quem ad hoc ibi pon-
derat Bald. in ſecundo notabili dicens hoc alibi non
eſſe ita



eſſe ita bene expreſſum. Ad quem ſtylum & conſue-
tudinem Frāciæ non modicum præbet adminiculum
decretalis Bonifacij papę olim epiſcopis Galliæ miſ-
ſa, de qua in c.nullus.de præſum. Nullus, inquit, du-
bitat, ita iudicium nocēs ſubterfugij, quemadmodum
vt abſoluatur, qui eſt innocēs quærit. Cōfitetur enim
de omnibus quiſquis ſe ſubterfugere iudicium dilatio
nis putat. Hæc ille. Vbi gl.dicit, q̄ qui iudiciū refugit,
apparet eum de iuſtitia diffiſum. Ad quod facit quod
iij.q.ix.ſcripſit idem Bonifacius ad Gallos. Decerni-
mus, inquit veſtrum debere intra prouinciā eſſe iudi-
cium: vt ſi adeſſe voluerit præſens, ſi confidit, ad ob-
iecta reſpondeat. Si verò adeſſe neglexerit, dilationē
ſententiæ de abſentia nō lucretur. Nam manifeſtum
eſt, confiteri eum de crimine, qui indulto & totiens
delegato iudicio purgandi ſi occaſione non vtitur.
Nihil enim intereſt, vtrum in præſenti examine non
omnia quæ dicta ſunt probentur: cùm ipſa quoq; pro
feſſio, id eſt, confeſſio ex procurata toties conſtat ab-
ſentia. Hæc ille. Adeò q̄ confiteri crimen cenſentur
160 non verè vt dixi, ſed interpretatiuè. † Cùm tripliciter
quis dicatur confiteri, ſcilicet ore, rei euidentia, & cō
tumacia, vt in caſu noſtro. Antequam tamen iudex
ad ſententiam procedat contra contumacem, & eum
confeſſum & conuictum de crimine & ſic ab omni-
bus exceptionibus eum excluſum declaret & pronun
tiet, primò ſup omnia aduertere debet, q̄ rectè & be
ne fuerit ordo edictorum & adiornamentorum obſer
uatus, & adiornamenta debitè executata.l.iiij.§.præ-
tore.vbi Bart.ff.de dam.infec.& l.ad peremptorium.
cum ſeq.ff.de iudic.aliâs ſequi non poſſet condemna
tio. Vnde ad propoſitum dicit tex.in d.l. diuus.q̄ ni-
hil facile mutādū eſt ex ſolēnibus. Et ſi deficiatur in
ſyllaba, cenſetur defectum in tota cauſa, cùm ea quæ
ſunt formæ mutari aut diminui nō poſſunt, vt plenè
dixi ſuper verbo, *In eodē teſtamento relinquens*. j.in iij.
limita. Ideo ſentētia tanquā ex confeſſione inordina
161 ta lata eſſet ipſo iure nulla. † Nam licet inordinatus
proceſſus verā confeſſionem ſpōtè & expreſſè factam
non vitiet, quando ex illa poſſit reus condemnari ſe-
cundum Bar.in l.cōfeſſus.per illum text. ff. de cuſto.
reo.& Panor.in c.Piſanis.de reſti.ſpo. per tex.in c. j.
& c.ij.de accuſ.lib.vj.& in cle. conſtitutionem. in ſi.
162 de elec. † quia confeſſio talem nō requirit iudiciariā.
l.ſi debitori.ff.de iudic.tamen ex hac ficta, & inter-
pretata confeſſione ex contumacia ſurgente per in-
ordinatum proceſſum nulla poteſt ſequi ſententia.
Et ſi ferretur, eſſet nulla, ſecundum Bald. ſingulariter
in addi. Specu. tit. de accuſa. §. & nota q̄ accuſatio.
verſi.& not. q̄ ibi libellus &c. facit quod ipſe dicit in
l.error facti.in fi.C.de iur.& fac.ignora. Secundò ad-
uertere debet iudex & certus eſſe, q̄ crimen pro quo
reus contumax impetitur & vocatus eſt, fuerit verè,
commiſſum: vt quia qui dicitur occiſus viſus eſt &
fuerit occiſus, & mortuus: ſed neſcitur per quem. Si
autem nō conſtet de caſu, non debet iudex procede-
re ad ſententiam, etiam contra præſentem, & delictū
expreſsè cōfitentem.l.j.§. item illud ſciendum eſt.ff.
ad Silleia. vt plenè dicam ſuper verbo, *Mortuo itaq; te
ſtatore*.ij. tractando de ſecunda effectuali perfectione
teſtamenti, quæ fit per aditionem hæreditatis. Ideo ſi
iudex cui fortè per teſtes conſtitit de morte eius, qui
dicebatur mortuus tempore ſententiæ ferendæ con-
tra contumacē, videret illum viuum & non occiſum,
nunquam procederet ad cōdemnationem contra cō-
tumacem fictè confeſſum, cùm nec contra præſentē
expreſsè confeſſum procedi poſsit. Quia per realem
& occularem viſionē quæ cæteras excedit probatio-
nes.inſt.de gradi.cog.§.fi.clarè cōſtat de errore con
fitentis.l.inde Neratius.§.fi. cum l.ſeq.ff.ad l. Aquil.
ita q̄ etiam ſi ſententia cōdemnatoria hoc caſu eſſet
prolata executionem iudex differret, donec princeps
conſultus ſententiam retractaret. l.j.§.fi.ff.de quæſti.
quam iudex ex ſeipſo qui functus fuit officio retra-
ctare non poteſt, vt d.§.fina.& l.iudex. ff.de re iudic.
163 Contumacia† enim non operatur certitudinem, nec
confeſſionem inducit, q̄ caſus fuerit perpetratus: ſed
conſtito de caſu q̄ perpetratus fuit, tunc inducit con-
feſſionem, q̄ abſens de illo caſu delatus & contumax
caſum illum perpetrauerit, poſtquā tam ſæpe citatus,
164 & in defectum poſitus, comparere non curauit. † Ter
tiò aduertere habet iudex, q̄ tempore ferendæ ſen-
tētiæ ſibi non liqueat abſentem non eſſe culpabilem
de caſu illo. Quoniam ſi liqueret iudici abſentem nō
eſſe de caſu illo culpabilem, & non commiſiſſe deli-
ctum, non poſſet eum condemnare: vt quia fortè cō-
ſtat occiſum per alios fuiſſe vulneratum, qui commu
nionem non habent cum iſto contumace: imò fortè
ipſum exonerant: vel aliâs conſtat de eius innocentia:
de qua iudex ſolicitè inquirere debet, etiam pro con-
tumace ſecundum Bart.in d.l.abſentem.per text.in d.
§.ſi.dum dicitur, iudicem debere quærere defenſionē
rei ex quadam humanitate, & naturali æquitate. pro
quo facit in materia ꝓpria text.optimus in d.l.diuus.
in prin.ff.de in integ.reſt.ibi: & ſi nihil facilè mutādū
eſt ex ſolennibus: ſed vbi æquitas euidēs poſcit ſubue
niendum eſt. Etiam facit text. in l. properandum. §.
ſin autem reus. C. de iudi. & in l.& eſt poſt edictū.ff.
de iudi.ibi, ſed & interdum vel abſens ſi bonam cau-
ſam habeat vincet. Et idem conſuluit ipſemet Bart.
cōſi.xcviij.inci.do.Cy.de Bononia &c.in deciſ.quar
ti dubij.& conſil.cv.incip.viſis omnibus ſtatutis &c.
165 † Quartò aduertere debet iudex, q̄ reus citatus non
cōparens ſit voluntariè abſens timore delicti ſeu pœ
næ: q̄a ſi aliâs coactus fuerit fugere, ita q̄ iuſtā habeat
cauſam non reuertendi: certè non cenſetur cōtumax,
& conſequenter damnari non poteſt ex ficta confeſ-
ſione, quæ abſentia iuſtè excuſabili non oritur: præ-
ſertim ſi accuſator ſeu partem faciens, cauſam fugæ
dediſſet, vt ſingulariter conſuluit Pet.de Anch. conſ.
cccc ix. incip. probata tanta viri ſæuitia &c. loquens
de quodam viro qui vxorem verberibus afficiens, vul
neribus etiam cum cicatricibus dehoneſtans, & aliâs
malè tractās, dedit ei cauſam fugæ: quam cùm apud
parentes ſuos retraxiſſet ſæuitiam fingens de furto, a-
dulterio & aliis criminib⁹ accuſauit: quæ finaliter per
contumaciā condēnata fuit. Vbi decidit ſententiam
illam ex contumacia & ficta confeſsione latam eſſe
ipſo iure nullam. Nam cùm à ſæuitia viri fuerit non
voluntariè arrepta fuga vxoris de ciuitate, & cum eo
ſua culpa inimicitia contracta, ſtatutum diſponēs q̄
contumax habeatur pro confeſſo, locum non habet:
quia potius metu & timore mariti cenſetur aufugiſſe,
quàm propter delicta quæ ei poſt fugam fuerant im-
poſita, potius ad lucrandū dotem: quod faciliter præ-
ſumitur q̄ ipſe hoc affectauerit, quia cauſam fugæ
præſtitit.l.ij.§. fin.ff. ſi quis cau.ad hoc facit æquitas
edicti.in l.j.ff.de eo per quē fact.erit quo. in iud. ſiſt.
166 † Vnde fuit obtentum ſemel, cùm quidam Bononię
moram trahens, & vxorem ſuſpectam habens miſiſ-
ſet eā Ferrariā, fecit eā de furto Bononiæ accuſari, &
in banno per contumaciam poni: quam poſtea Bo-
noniæ reuerſam occidit, confiſus de ſtatuto bannitos
occidi permittēte: fuit dictum talē maritum nō gau-
dere

dere priuilegio ſtatuti:ſed vt homicidam eſſe punien
dum,quia vxorem fugauerat, & fraude væнūdari fe-
167 cerat,& odium cum vxore procurauerat. †Et ſic in
premiis ſtatutorū & legū nō veniunt odioſi, nec qui
procurauerunt impedimentū litigantis ſecum ꝙ non
veniat ad iudicium.Et idem puto,vbi citatus notoriè
haberet locum iudicij ſuſpectum vel aliâs nō tutum,
timens per potentiam oſtendi in eo per text.in d. cle.
paſtoralis.§.Piſana.de re iudi.Nec refert à quo infe-
ratur metus, cùm in alterius præiudicium verti alie-
num metum non oporteat.l.ſi cum exceptione.§.Pe
168 dius quoq;.& l.metū.§.fi.ff.quod met.cauſ.† Quin-
tò aduertere debet iudex antequàm pronunciet con
tra cōtumacē,ꝙ ſi in eo ſit aliqua qualitas delictum
aggrauans,ꝙ de illa qualitate verè conſtet.Quia licet
ſtatutum fingat cōtumacē pro cōfeſſo quo ad actum
principalis criminis , putà homicidij vel fornicatio-
nis,non tamen fingit qualitates principale delictum
aggrauātes.imò opus eſt eas verè probare. Ideo ſi qs
citatus debito modo fuerit ſuper parricidio reſponſu
rus,vel ſuper adulterio,& contumax fuerit,licet con-
dēnari de homicidio,quod fictè per cōtumaciam cō
feſſus eſt,poſsit,tamē vt parricida nō condēnabitur,
niſi quòd occiſus fuerit pater eius verè probaretur eo
modo,quo paternitas & filiatio probari debent.l. fi-
liū.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.& in c.per tuas.
vbi omnes,de probatio. Pariter antequàm mulier ex
contumacia de adulterio puniatur. neceſſe eſt ipſam
verè maritatā probare,ſecūdum Pet.de Anch. ſingu-
lariter in dicto conſi.in fi.aliâs nō poſſet,niſi de actu
fornicationis puniri ex ficta confeſsione,quę nō ope
ratur quo ad qualitates aggrauantes,dicens Iaco. Bu
triū ita conſuluiſſe.argu.l.ſi vxor.ff. de adulter. quod
169 eſt nota. Sextò† aduertere debet iudex,ſi crimen de
quo abſens contumax impetitur cadere poſsit in per-
ſonam illius: quia tunc contumax habetur pro con-
feſſo,& de illo condemnari poterit,ac ſi verè confeſ-
ſus fuiſſet.Si verò crimen cadere non poſſet in perſo-
nam cōtumacis,vt quia vxori imponitur crimē fur-
ti,qui titulus criminis non cadit in vxorem.l.manife-
ſtiſsimi.in fine.C.de furt.& ff.rerum amota.l.j.& per
totum.certè nulla poteſt fieri de furto condemnatio,
quod vxor cōmittere non potuit:& ſi fieret ſententia
eſſet nulla,per tex.in d.clemē.paſtoralis.§.rurſus.vbi
ſentētia cōtra Robertum regē Siciliæ velut criminis
læſæ maieſtatis reum,& ex contumacia fictum cōfeſ
ſum per Henricum imperatorem lata fuit nulla ea ra
tione inter cæteras:quia crimen ſibi impoſitum com
mittere non potuit,quod in non ſubdito cadere non
poteſt.Idem vbi contumax,ꝙ puellam deflorauit vel
impraegnauit apparuerit eſſe mulier. Sicut de beata
Marina habetur in ſua legenda,vel appareret caſtra-
tus vel eunuchus , & ſic de ſimilibus. Præmiſsis au-
tem ſex bene per iudicē conſideratis, videlicet ꝙ edi-
cta fuerunt ordine debito perfecta,& delictū fuit cō-
miſſum,non conſtet de ignorantia contumacis , nec
data opera fugatus fecit ꝙ reuerti non audeat,vel ho
neſtè non poſsit.Præterea ꝙ qualitates aggrauantes
fuerint verè probatæ,& delictū in ſui perſona cadere
poſsit.Certè iudex ex tali contumacia ad ſententiam
condēnatoriam prout in repetitione vtilitatis primi
defectus requiſitū erat,procedere poterit:& ꝓcedunt
iudices in præſenti regno contra taliter contumaces.
Etiā ſi conſtaret iudici pro reo,quòd poterat ſe tueri
propter præſumptionem iuris & de iure. Qua non
obſtāte iudex poterit eum condēnare propter fictam
cōfeſsionem,quæ talem præſumptionem tollit, ſicut
expreſſa cōfeſsio ſecundū gl.in Auth. ſed iam neceſ-
ſe.C.de don.ante nup.nec tūc dicit admitti probatio
contra præſumptionē iuris & de iure, quia confeſsio
quæ contra talē præſumptionē recipitur,non dicitur
propriè probatio,ſed à probatione reuelatio,vt dicit
Panor.ſuper rub.de cōfeſsis.& de prob.Et condēna-
bitur talis cōtumax,quātumcunq; poſsit ſe tueri ali-
qua exceptione,vt putà exceptione temporis ſeu prę
ſcriptionis.Nā exceptio præſcriptionis nō facit deli-
ctum nō eſſe cōmiſſum,& non eſſe punibile.l.ſi ma-
ritus.§.præſcriptiones.ff.de adult.Etiā ſi ſit armiger,
nō poſſet allegare,ꝙ prætextu militiæ occupatus pro
repub.cōparere nō potuit:aut ꝙ literas ſtatus à rege
obtinuit,vt certo tēpore occupat⁹ pro negotiis publ.
cōparere nō teneretur. Quia nō obſtantibus talibus
literis eius cōtumacia punietur, & pro confeſſo habe
bitur:cū in cauſis criminalibus locū non habeāt lite-
ræ ſtatus.Imò tales literæ prohibitæ ſunt concedi in
cancellaria.Et ſi de facto conceſſę fuerint etiā à rege,
debēt à iudicibus refutari,& procedi cōtra non com
parētē ac ſi literas nō haberet, quæ per ordinationes
regis Caroli.vij.& Caroli viij.eius nepotis regū Fran
ciæ,ſunt prohibitæ concedi:& ſi per cancellariā con
cederentur,prohiberētur interinari. Sed ſi vellet reus
contumax ſponte cōparere ante ſententiā, vel reper-
tus in perſona duceretur ad iudicē inuitus, poſſet cō
tra illā fictā confeſsione ex cōtumacia ſurgētē ſe de-
fendere & probare,ꝙ delictū non cōmiſit.Quia etiā
hoc poſſet poſt veram & expreſſam confeſsionē,quę
vſq; ad ſentētiā poteſt de errore impugnari.l. error.
C.de iur.& fac.igno.& c.fin.de confeſsis. Vnde ſi ad
requeſtam ſolius procu.regij,dicti quatuor defectus
fuerunt conceſsi certè audietur reus nunc comparen
do contumaciam purgās in ſuis defenſionibus nullis
refūſis expenſis,quia cùm procu.regius ex ſtylo nun
quàm in expenſis condemnetur,pariter à nulla parte
petere poſſet expenſas,per tex.in l.fin.C. de fruct.&
lit.expen.Quod ſecùs eſſet,ſi ad requeſtā partis læſæ
vel alterius particularis fuiſſent iam dicti defectus
conceſsi.Cui ſemper deberentur expenſæ etiā ſi cum
170 parte eſſet procur.regius adiunctus.† Expenſæ enim
contumaciales,bonā vel malam faciat cōtumax cau-
ſam.ſemper debētur.l.properandū.& l.ſancimus. C.
de iudi.Si autem poſt ſententiā reus contumax vellet
dicere non deliquiſſe,vel aliter ſe defendere compa-
reret,non audiret per iudicē,nec reciperetur,cū poſt
ſententiam non ſit opus nouo proceſſu,ſed ſola facti
executione.cōſtito ſolū per ſuā confeſsionē vel aliâs
ꝙ ipſe eſt ille qui citatus & cōtumax damnatus fuit,
vt clarè decidit Bar.in l.diuus.verſi.vlteriùs vos vide-
tis &c.ff.de cuſto.reo.& in l.j.ff.de requi. reis.& in l.
inter accuſatorem.ff.de public.iudi.in fin.nec poteſt
iudex poſt ſentētiam diffinitiuam procedere.dicta l.
iudex.de re iudi.Etiā ſi eſſet iniuſta, & appareret ini-
171 qua,vt d.l.j.§.fi.ff.de quęſt.†Quinimò ſi lata tali ſen
tentia reus cōtumax moreretur,crimē illud nō extin-
gueret,niſi quo ad pœnā corporis afflictiuā.ſed non
quo ad bonorū cōfiſcationē,aut emendā pecuniariā,
quæ defuncto reo exeq. poſſet cōtra hęredes,acſi prę
ſens & defenſus fuiſſet & dānatus,ſecundū Bart.in l.
ex iudiciorum.ff.de publ.iud.nec ille reus contumax
poſſet ab ea appellare.l.& poſt edictū.§. fi.ff.de iud.
Facit d.l.diuus Ant.& l.fi.cū glo.ff.de in integ.reſtit.
Sicut non poſſet expreſsè & ſponte cōfeſſus appella-
re.c.Romana.§.ſinautē.de app.lib.vj.& c.cū ſpecia-
li.§.porrò.de app.niſi appellando cauſam iuſtā & ra
tionabilem allegaret,ſecundū Panor.ibi, prò quo eſt
tex.ibi à ſolo Bal.pōderatus in l.minoribus. C.de his
172 qui.vt indig.†quia ſicut expreſsè confeſſus allegādo
in ſchedula appellatoria iuſtā cauſam recipitē appel-
lans,putà quia dicit, vi, metu, aut dolo, vel fraude ſe
fuiſſe inductū ad ſic confitendū. Sic etiā audiri debet
fictè confeſſus, ſi appellando aleget ſe fuiſſe impedi-
tū quominùs apparere potuerit quæ cauſa fuerit ſine
ſua culpa & illata,vel tutus nō fuerit locus,in quo cō-
pariturus citabatē.Et finaliter de qualibet ſex cōſide-
rationū quas iudex habere debet antequàm defectus
iudicet & reū contumacem condēnet, pōt ſumi iuſta
cauſa appellandi : ſi iudex illas conſiderationes non
ſeruaret,vel alteram illarum omitteret.Sed illis ſerua-
tis non habet contumax remedium, niſi rex per ſuas
literas patentes mandaret talem condemnatū audiri,
& recipi in ſuis defenſiōibus cōtumacia & cōdemna-
tione inde ſecuta non obſtante.Quia tunc reciperē-
tur per iudicem ad defendendū refuſis expenſis par-
ti læſæ,ſi quæ ſint, vt ſ.dixi. Et ſuperſederet in exe-
cutione ſententiæ quo ad pœnam capitalē & aliā,ni-
ſi talis ſentētia fuiſſet arreſto parlamēti confirmata:
quia tūc per ordinationem.[Quam hodie habemus
per dominū Auffrerij poſitā in ſuo tractatu ordinat.
regiarū tit.de reſcrip. circa fin. ] domini noſtri regis
Caroli viij. nūc regnantis nouiter factam in numero
lvij. Tale arreſtū quatenus tāgit intereſſe ciuile par-
tis læſæ nō obſtan.prædictis literis realiter executio-
ni mandaretur data cautione per partē de reſtituēdo
cōdemnationē ciuilē ei adiudicatā , ſi per finē cauſæ
cognitū fuerit literas reciſionis ſententiæ arreſto cō-
firmatæ interinandas fore. Facit auth. quæ ſupplica-
tio.C.de precib.impe.offer. Nā ſi princeps poſſet ta-
lē cōdemnatū in totū abolere, & cōdemnationē mi-
ſericorditer extinguere,prout poteſt, inſt.de iùre na-
turali.§.ſed quod principi placuit.verſ.planè.& l. ad
beſtias.ff. de pœ. vbi poſt ſententiam tollit pœnam.
& l.j.ff.de conſti.prin.Multo facilius diſpenſat , ꝙ in
ſuis audiatur defenſionibus,& ſe non criminoſum o-
ſtendat.d.l.j.§. fin.ff.de quæſt.& ſicut nō poteſt prin
ceps remittere intereſſe parti debitū, præſertim adiu-
dicatum.l.ij.C.de in ius vocan.ſic non poteſt in caſu
noſtro executionem illius ſuſpendere neque differre
173 vt patet in dicta ordinatiōe regia.†Ex quibus omni-
bus reſultat reum contumacem ex ficta confeſsione
eſſe condemnandum virtute ſtatuti ſeu conſuetudi-
nis contumacem pro confeſſo haberi volentis, & di-
centis acſi verè & expreſsè crimen fuiſſet confeſſus:
ita quòd valet ſententia eſſe lata ex hac ficta confeſ-
ſione , ſicut ex vera & expreſſa : & ſimilem effectum
habet niſi in certis, in quibus differunt. Primò, quia
ex vera & expreſſa confeſsione iudicialiter ſponte fa-
cta etiam ex inordinato proceſſu ſequi poteſt ſenten-
tia condemnatoria : quod non fieret ex ficta confeſ-
ſione, vt ſuprà dixi, ſecundum Bald.in addi. Spec. ti-
tu.de accuſa. Secundò differunt , quia licet ſententia
lata contra verè & ſpontè confeſſum faciat illum in-
habilem quo ad omnes , vt dicta l. ſi confeſſus. ff. de
cuſto.reo.Tamen quando lata fuit propter cōtuma-
ciam ex illa ficta confeſsione ſententia non præiudi-
cat,nec damnatū inhabilitat , niſi quo ad illam per-
ſonam,ad cuius inſtantiam fuit damnatus ſecundum
Bart.ſingulariter in l.eius quod delatorē.§.j.in fin.ff.
de iure fiſc.& per tex.in l.ij. ff. illo eod.tit. nec fidem
174 facit in aliis cauſis,vt ibi dicit.Ex quo deciditur,† ꝙ
licet vera cōfeſsio probet delictū verè eſſe cōmiſſum,
vt dicta l.ſi confeſſus.& l.j.& l.iij.de confeſsis.Tamē
hæc ficta confeſsio ex ſola cōtumacia reſultans nun-
quā probat delictū verè cōmiſſum,ideo ſi vnus nota-
rius fuerit de vera cōfeſſione de falſo condemnatus,
quia deliquit in officio , nunquā poterit inſtrumenta
recipere nec conficere,ſecundū Bart.plenè in l.eadē.
§.j.in princ.ff.ad leg.Iul.repe.per text. in auth. de ta-
175 bellio.§.fi. †Tamen ſi eſt dānatus ex ficta cōfeſſione
per contumaciam non perdit aliorum inſtrumento-
rū confectionem, vt ſingulariter decidit idem Bart.in
l.ſi ideo.ff.de euict.& Bal.in l.tranſigere circa mediū.
C.de tranſact.quia tunc magis cenſeretur lata ſenten
tia propter abſentiā & contumaciā , quàm ꝙ maleſi-
cium commiſerit , vt ibi ; & l.qui repudiantis. in fi.ff.
de inoffi.teſtamen.Alibi tamen Bald. variādo tenuit
contra Bar.in l.in exercendis. C. de fide inſtru. & in
addi.Spec.ti.de inſtru.edic. Tertiò differūt,quia licet
ſententia contra præſentem expreſsè confeſſum , aut
veris probationibus conuictum lata , vel abſentem
verè conuictum, irroget infamiam , non tamen eam
irrogat lata ex cōfeſſionibus & probationibus fictis
ex ſola contumacia reſultantibus contra bannitum;
qui ex forma ſtatuti habetur pro confeſſo : quia cum
tunc condemnatus grauetur in probatione , cùm ſo-
la abſentia & contumacia habetur pro vera , & ſuf-
ficienti probatione cōtra omnia iura canonica in l.
diuus.ibi,non quaſi pro cōdemnato.ff. de cuſto.reo.
& ff.de publi.iudi.l.inter accuſatorem.ibi, ne per tri-
duum per ſingulos.xxx. dies ter citatus reus damne-
tur,&c. Et cōſequenter grauetur in ſentētia, videtur
cū infamia diſpenſatū.l.quid ergo, §. pœna grauior.
ff.de his qui notā.infa.& l.ſi Poſſidoniū. & l. & ſi ſe-
uerior.C.illo eo.tit.Et decidit expreſsè Bar.in l.ictus
fuſtiū.in fi.alle.ti.de his qui not. infa. quem ſequitur
Paul.cōſi.cxcviij.incip.Super hoc puncto interroga
tus , &c.per plures alias rationes & media. Nec ob-
ſtat tex.no.in l.ſi tutor.C. de interdic.matr. inter tu-
to.& pup.vbi tutor ex ficta cōfeſſione,de qua ibi , ex
dolo ſuo præſumpto efficitur infamis , quia ibi ficta
confeſſio deſcendit ex facto quod fieri nō debuit , vt
quia tutor pupillā ſibi aut filio ſuo vxorē copulauit.
Sed in caſu noſtro cōtumax non deliquit in faciēdo,
ſed in omittēdo,id eſt,nō cōparādo.Et cōſtat ꝙ mi-
nus delictū eſt omiſsionis,q̄ cōmiſſionis,vt not.in l.
ſi mora.ff.ſolu.matri.ſecundū Bald.in d.l.ſi tutor. fa-
cit l.j. cum l.ij.C.ſi aduerſus delictū.Præmiſſa intelli
gatis vera, vt dixi, quando ex ſola ſimplici contuma-
cia fuit quis condēnatus, nec aliqua ſpecie probatio-
nis conuictus. Quia ſi iudex contra contumacem ſu-
per crimine probationem recepiſſet vel feciſſet, vt fa-
cere poteſt, & fieri vidi aliàs : tunc contumax contra
quem.probatum eſſet delictum damnatus eſſet infa-
mis:quia ceſſant rationes d.l.ſi ideo.ff.de euict.& di-
cti §.pœna grauior. Nec tunc ſententia cenſeretur
lata propter ſolam contumaciam , ſed quia delictum
cōmiſit. Quartò differunt:quia licet verè & expreſsè
confeſſus de crimine debeat per iudicem condemna-
ri:tamen criminaliter erga rempubl. & ſuum inter-
eſſe publicū:quia talis cōfeſſio verè facta probat cri-
men quo ad intereſſe publicū & priuatum , vt in illis
ambobus condēnetur.l.ſi cōfeſſus.ff.de cuſt.reo. Ta-
men hæc ficta cōfeſſio ex cōtumacia ſurgēs nō ope-
ratur condemnationē , niſi quo ad pœnam crimina-
lem applicandā fiſco pro intereſſe publico, vt ex illa
fieri poſſit condēnatio,& nō quo ad pœnā ciuilē ap-
plicandā parti,vel quo ad eius intereſſe , vt ſic ſtatu-
tum vel cōſuetudo patriæ, ꝙ contumax habetur pro
confeſſo tanquam exorbitans à iure communi quo
ad fictam confeſſionem contumacis, quātum poſſu-

mus reſtringamus argu. c.odia.de reg. iur.lib.vj. Sed
hāc differentiā nō tenēt communiter doct. Quinimò
ſicut cōtumacia operat̄ fictā cōfeſſionē quo ad pœ
nā criminalē, quæ maioris eſt præiudicij.l. moris.in
fi.ff.de pœ.Etiā operatur quo ad ciuilē applicādam
parti.Veruntamen Petr. de Anch.in d.conſil.ccccix.
hanc differentiā ſaluat in vno caſu ſingulari, ſcilicet
vbi ageret̄ de lucro dotis applicando marito propter
adulteriū vxoris: quia nunquā applicabit̄ ex tali ficta
cōfeſſione,quæ nō ſufficit ad lucrū dotis: imò requi-
ritur vera probatio adulterij. Allegat text.in auth. vt
lice.ma.& auiæ.§.qa verò plurimas. coll. viij. vbi in
hoc caſu.& ſi marito inſidiata vel inſidias parauerit,
176 eſt aliud ſpeciale. †ꝙ maritus accuſans vxorem ad
perditionem dotis, debet ſe inſcribere in accuſatio-
ne:aliàs accuſatio non ſolēnis eſſet,ſed inepta. Vnde
ſententia ſuper inepta accuſatione eſſet nulla ſecun-
dum glo.ſingu.inſti.de obli.tit.generali. Idem tenet
glo.in c.tuæ.de procu.& facit c.cū dilecti.de empt.&
vēdi.& l.libellorū.§.ꝙ ſi libelli. vbi Bart.ff. de accuſ.
nec obſtat ꝙ ſtatutū vel conſue.regni non facit men-
tionē de ſolennitate inſcriptionis,ſed indiſtinctè, ꝙ
quatuor defectus habeant̄ pro cōfeſſione. Quia imò
per legē & ius cōmune ſupplēdū eſt, quod deficit in
ſtatuto l.ij.C.de noxa.actio. Præterea diſpoſitio ſta-
tuti eſt generalis ad omnē pœnā ex ficta confeſſione
inferenda, cui derogatur per ſpecialē legis prouiſio-
nē in hoc caſu.l.ſanctio legū. ff. de pœ.& c. generi.
de reg.iur.lib.vj.vbi agitur de perditione dotis appli-
177 cāda marito, †quia ſtatuta limitari debēt ſecundum
ius cōmune in pœnis.vt dicit Bal.in l.data opera. C.
qui accu.nō poſ.Et potuit fortè cauſa eſſe, ne mariti
cupiditate lucrandæ dotis ſint faciles,& proni ad ac-
cuſandū vxores. Quod fieri nō cōſueuit,nec de hoc
querela corā iudice fieri, niſi p viles homines & im-
potentes, qui de verecundia apud homines & vulgus
non curant, ſecundū quorū ſcilicet vulgarium iudi-
cium ex tali querela non parua ſequitur verecundia.
quia reputātur viles & cornuti, qui propriis manibus
de talibus non ſe vindicant,ſed expectant per iudices
vindicari. Quinimò iudices de talibus non ſolent ius
reddere,ſed truffari,ridere,& cachinnari, ita ſingula-
riter dicit Pau.conſ.cxcij.incip. in cauſa incarcerato-
rum &c.iiij.col.verſic.nunc ad propoſitū &c.Et verè
tales qui propter lucrū dotis reputari volūt cucurbi-
tæ [De quorū infamia & pœna plenè habetur j. ſu-
per verbo, *Cuidam Petro tradidit.* ] infames ſunt. &
paucæ exiſtimationis homines, nec immeritò grauāt̄
in iſto caſu.Quę omnia ſunt notanda in practica.Ex
178 qbus ad noſtrum ꝓpoſitum videtur, †ꝙ ilico ſecuta
ſententia capitali contra habitum contumacem, quę
quo ad perſonæ inhabilitatem plenum ſolo verbo
iudicis ſortiri effectum & perſonā afficit, ſecundum
Barto.& omnes in l. qui vltimo.ff.de pœnis. Eoipſo
talis damnatus tanquam mortuus fit inteſtabilis præ-
ſertim quia tales contumaces banniuntur, & conſe-
quenter bona confiſcantur in Francia. Et ſic ceſſat
dubitatio, quæ oriri poſſet ex ſecunda & tertia diffe-
rētiis inter verā & hanc fictam confeſſionem ſuprà
poſitis, ſi nō eſſet bannū ex quo reus inhabilitaretur,
ſecūdum Bal.in d.l.eius.§.ſi cui.verſi. ſecūdò quæro
ff.eo. dummodo ſentētia purè, & non ſub cōditione
ſi in fortiam iudicis venerit, feratur, vt fit quotidie.
Nec vnquam vidi in ſententia addi illā conditionē,
de qua in d.cle.paſtoralis. Et poſito ꝙ ſubintelliga-
tur, cùm ſentētia exequi nō poſſit, niſi damnatus in
poteſtatem iudicis incidat: & ſic ineſſe videtur, per
regulā: ea quæ tacitè intelligantur, ineſſe videntur,
vt ſuſpēdant,ac ſi exprimerent, l.ij. ff. de legatis pri-
mo.Quia reſpondetur,quòd nō eo.ſcilicet per modū
cōditionis ſubintelligitur illa clauſula. Vel melius,
illa clauſula ſubintelligit̄,non in ſentētia quę purè &
ſimpliciter præfertur ex cōſue.regni,ſed ſubintelligi-
tur quo ad executionem realem. Et certū eſt vt ſ.di-
xi,ꝙ ſola ſententia purè lata facit damnatū inteſtabi
lē,qui verbo & ore iudicis iā occiſus eſt, licet ſentē-
tia illa nunquam exequatur: quia fortè reus poſt ſen-
tentiā malè cuſtoditus aufugit, vt dixi. Sed ſi ſenten-
tia cap.ferret ſub illa conditione,vt qa iudex diceret:
Te condēno ad trūcationē capitis,& declaro te, &c.
ſi in fortiā noſtrā perueneris. Tunc quia ſententia eſt
cōditionalis, no efficeretur per eam reus inteſtabilis,
donec purificata cōditione.Et hoc modo vera manet
179 hæc prima fallētia. †Secūdò fallit, vbi taliter dāna-
tus à carcere eximeretur, vel de manibus familiæ au-
thoritate principis,vt l.relegati.in fi. ff. pœn. ſecus ſi
authoritate priuata eximeretur, vel ipſe aufugeret,vt
vidiſtis ſuprà,& tenet Panor.in cap.poſtulaſti.v.col.
de foro cōpeten. & Bart.in l.qui vltim. in prin.ff. de
180 pœ.†Imò condemnatum eximens punit̄ pœna cri-
minis læſæ maieſt.Itē ſi eximat de crimine cōfeſſum.
l.iiij.ff.ad leg.Iul.maie.qđ verum intelligit Ioā. Fab.
& ſingulariter in §.pœnales.verſi. idē aduerſus eum.
in fi.inſti.de act. in capitis authoritate Imperatoris.
Secùs ſi ab aliis iudicibus capti forent, quo caſu exi-
mēs tales ſolum puniretur pœna capitali, & vt reus
læſæ maie.de cuius limitat. veritate videatis ibi Iaſo.
xxiij.col.in fi. Præterea nullo modo puniret̄ cōdem-
natū eximēs, vbi à condēnatione fuiſſet appellatum
p ſe vel cōſanguineos amicos, vel extraneos iuxta l.
181 nō tm̄.ff.de appel.†Nā ſi iudex nō obſt.appel.vellet
ad executionē mortis vel mēbri quę irreparabilis eſt,
procedere.licitū eſſet de facto reſiſtere,ſecundū Inn.
ſingulariter in c.ſi qñ.de offic.deleg. quē ſequit̄ Bal.
in l.addictos.C.de epi.aud.& l.addictos.C.de appel.
182 vbi tertiò limitat ſingu.& etiā Sal.ibi, in fi. †vt non
procedat in cardinalibus, qui ſi obuiant condēnato,
cū ducitur ad ſuppliciū, habent ex priuilegio & con-
ſue.eū eximēdi,& à morte liberandi.Quos etiam ſe-
quitur Cæpola in ſuis cautelis. Quod an ſit verum
diſputat plenè Barba.in j.parte tracta. de præſtantia
cardi.ix. quæſt.Baſilica.vbi huius deciſionis veritate
præſuppoſita ſic limitat ſextupliciter, præſertim non
habere locum in crimine atroci & horrendo. in quo
etiā negat̄ delinquenti aduocatus & defenſor.l.p oēs
C.de defen.ciui. imò dicit Bal.in l.j. C.ex deli.defun.
ꝙ iſti tales poſſunt duci ad mortē imbauiagliati, vt
loqui nō poſſint, & nec per ſe nec per alium, ſcilicet
aduocatū.vnde non immeritò reprehenſum fuit gra-
uiter collegiū Bononiēſe,quia ſupplicauerat pro Ri-
chardo Malūbre legū doctore de hæreſi damnato vt
refert Bal.poſt Iac.But.in l.quicūq;. de epiſc. & cler.
183 Vnum tñ menti tenebitis,†ꝙ ſi damnatus dū ad ſup-
plicium ducitur,eximatur,ſi à familia occidatur, priꝰ
ꝗ ad locum ſupplicij deueniat, talis occiſor capitali-
ter punietur. Cùm ipſum occiderit vt priuatus, & nō
authoritate publica, etiam ſi eum occiderit timens,
quòd euaderet, ſecundum Bald. in dicta l. addictos,
niſi commiſſionem habeat hoc faciendi.De qua ma-
teria ſcilicet eximendi condemnatum plenè per Bar-
to. in dicta l.iiij.Bald.in dicta l.addictos.Ang. & Ia-
ſo.in dicto §.pœnales. poſt Ioan.Fabr.Iaſo.in l.pri-
ma.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.vbi plenè decidi-
tur. De eximente captū pro delicto vel ciuili debito.
nondum



nondum confeſſum nec cōdemnatum, & per Ioā.de
184 Plat.in l.quoties.C.de exacto.tribut. lib. x. † Tertiò
fallit vbi talis ſententia capitalis, quanuis lata indi-
geret confirmatione principis, vel alterius. Nam ſi
damnatus interim ante cōfirmationem ſententiæ mo
ritur naturaliter,teſtamentū eius confirmatur morte,
ſiue factum fuerit ante ſententiam,ſiue poſt. vt dicta
l.ſi quis filio exhæredato.§. eius qui deportatur.ff. de
iniuſto rup. teſta. & tenet Ange. in l.j. C. de ſumma
Trin.quē ſequitur Aug.Arimin. in dicto tracta. ma-
leſi.vbi ſuprà in additio.incip. Tu autem in hac ma-
185 teria adde Bal.in l.fi. &c. † Quarto fallit, vbi talis ad
mortem damnatus pœnam euaderet facto illius, cui
executio ſententiæ capitalis pertinet, vtputà,quia ſen
tentiam ſic latam exequi noluit. Nam licet damnatus
capitaliter ante executionem ſit vbiq; terrarū inteſta
bilis, vt d.§.irritum.etiam ſi pœnam euadat fugiēdo.
l.ex ea.ff.de poſtulan.tenent.Bart.xv.col.& Bald.vlt.
col.in l.j.C.de ſum.Trin.per l.qui vltimo.ff.de pœn.
vel quia per vim eripiat̄ authoritate priuata, vt dicta
l.mulier in opus ſalinarum. ff. de captiuis. Tamen ſi
pœnam euadat, eo ꝙ ille cui pertinet executio con-
demnationē exequi nō vult, talis nō erit inteſtabilis,
vt eſt tex.not.in l.fi.ff.de legat. quod qualiter intelli-
186 gatur, videatis ibi p Doct.†Quintò fallit, vbi damna
tus ad mortem teſtatus fuiſſet, vel teſtaretur pro malè
ablatis reſtituendis in ſuæ conſcientię exonerationē.
Nam licet talis non poſſet ad pias cauſas voluntariè
187 diſponere vt ſuprà fuit dictum. † Tamen ſi teſtetur
pro malè ablatis reſtituendis iis, à quibus fuerint ex-
tracta, vel eorum hæredibus,& ſi ſint incerti, teſta-
tur illa fore reſtituenda, vel conuertenda in opus
pium ſecundum conſilium ſui prælati, iuxta plenè
not.in cap.non remittitur peccatum.de regu. iur.lib.
vj.& per Doct.in l.nulli.C.de epiſco.& cleri.& ple-
nè Pan.in cap. cùm ſit. de Iudæis. tale teſtamentum
valebit. Et ſi non vt teſtamentum, tamen valebit vt
quædam diſpoſitio, ſecundum Ioan. And. in nouel.
in cap.quanquā,de vſur.lib. vj. vbi inteſtabilis velut
vſurarius manifeſtus validè diſponit de malè ablatis
reſtituendis,& ibi Petr.de Anch.pulchrè reſtringens
dictum Ioan. Andr.videatis Bald.in l.fin.C.ſi à non
compe.iudi.& Bart.in l.qui ſoluendo.ff.de hære. in-
ſtit.Vbi decidit, an quis poſt damnationem ſe obli-
gare ad reſtitutionem malè ablatorum poſsit. Quod
ſingulariter limitatur per Angel. & Imo. in l.ſi quis
mihi bona.ff.de acqui.hære.§.j.Et quæ circa hoc di-
xi latiſsimè ſuper verbo, *Si abſq; liberis moreretur.* j. in
xij.limitatione data,ad l.cùm acutiſsimi. C. de ſidei-
commiſ.vbi dixi. quòd vt talis voluntas ſortiatur ef-
fectum,neceſſe eſt quòd conſtet de malè ablatis ali-
ter quàm per confeſsionem damnati,aliter fraudare-
tur fiſcus, cui ius quæſitum eſt per ſententiam in pa-
tria,vbi ſententia capitalis trahit ad ſe confiſcationē
188 bonorum, vt in Francia. † Non enim tenetur fiſcus
credere,aut ille cui confiſcatio quæſita eſt.niſi ex vr-
banitate talia pia relicta implere vellet. Ad quod fa-
ciendum honeſtas cogeret & religio, ſi pro communi
vtilitate relictū fuiſſet, vt exēplo veteres olim Athe-
nien.tradiderunt,qui votum Diomedontis ducis, eo
ꝙ contra decretum pugnauerat, quanuis viciſſet,ad
mortem damnati impleuerunt,de quo Vale.lib.j.titu.
de neglecta religione. in fi. licet meliùs ſituaretur in
tit.de ſeruata religione.Sic dicit Diomedon vnus ex
decem ducibus, qui eadem pugna Athenienſibus vi-
ctoriam ſibi verò damnationem pepererūt, cùm iam
ad meritum ſupplicium duceretur, nihil aliud locu-
tus eſt,quàm vt vota pro incolumitate exercitus ab i-
189 pſo nuncupata ſoluerentur. Hæc ille. † Sextò fallit
vbi quis ad tumultum populi & furorē quāuis per iu-
dicem occideret̄: qa tunc morte illius teſtamentum
prius factum non infirmaretur, ſed confirmaretur,
necnon de nouo teſtari poſſet, ſecundum Angel. vbi
ſuprà. Nam licet pœna delicti ritè impoſita vel im-
ponenda ad fauorem & tumultum populi aggrauari
poſsit, ſecundum Imol.in l.ſi quis poſt.in fine. ff. eo-
dem. Vel accelerari poſsit, vt celeriùs imponatur, vel
acceleretur vbi aliter tumultus ſedari non poſsit, nec
ſcandalum euitari. l. qui cædem. in fine. ff. ad legem
Corneliam de ſicar. Tamen nunquā ad furorem po-
puli ſeu tumultum eſt aliquis ſine debita cauſæ cogni
tione occidendus. Quia ( vt reſpondebat Catilina ad
inuectiuas Ciceronis contra eum in ſenatu propoſi-
tas) omnes homines,qui in maximis principalibus vi-
tam agūt,aut qui de rebus publicis, aut priuatis con-
ſultant, decet in primis animaduertere, ne cuiquam
voluptati temere eſſentiant,néve liberum ingenium
furore aut iracundia peſſundent. Sed diligenter eui-
tandum eſt,vt durent inuictis animis, vt omnium ra-
tiones æquè circūſpiciant, nec in alterutram partem
declinent,donec luce clariores in apertū deductæ,&
ſatis peroratæ videantur. Difficile eſt enim cōmotis
animis, & concitatis ingeniis verū cuiquā pſuadere.
Nō enim cōmotis animis debent iudices procedere,
ſed Chriſtum imitari rectiſsimum iudicē de quo di-
ctum erat Pſal.92. Etenim firmauit orbem terræ qui
non commouebitur.& Pſal.95.Qui non commouebi
tur judicabit populos in æquitate. Nec obſtat quòd
in ira & furore peccatores corripit,Pſal.6.quia ibi lo
quitur de ira ex imperio rationis procedente & iuſto
libraminę iuſtitiæ: ſecundum quā poteſt, imò debet
moueri quilibet iudex rectus. Nā vt ſingulariter dicit
Bal.per illum text.in l.moueor.C.ſi ſeruus expor.ve-
niat.animus iudicis rectè & iuſte pōt tripliciter mo-
ueri. Primò admiratiuè, cū videt aliquod execrabile
delictum eſſe commiſſum, vt ibi eſt tex.& in l.fœdiſ-
ſimæ. C.de poſtli.reuerſis & redemp.Secundum mo-
ueri poteſt punitiuè,cùm motus admiratione proce-
dit quodam furore iuſtitiæ ad puniendum tale deli-
ctū,vt ibi fecit,& l.cū vir. ibi, iubemus inſurgere le-
ges,armari iura gladio vltore. C. de adult.& in auth.
de manda.prin.§.homicidia autē.ibi, cum vehemen-
tia corrigere, collat.iij. Tertiò mouet̄ iudex præſum-
ptiuè,quia cogimur apparentiam ſequi, donec con-
trariū probetur, per text. in dicta l. moueri. hos tres
motus notate, qui procedāt ex imperio rationis. Sed
contra imperium rationis nullo modo debet iudex
moueri proprio vel aliorum impetu.Præterea. ſi im-
petu iræ abſtractus iudex ſæuire feſtinaret, admitte-
ret magis ſcelus, quàm vindicaret,vt dicit Valer. lib.
quinto. titul. de parentum moderatione in liberos.
190 †Et in hoc defecit Pilatus volēs populo Iudaico fu-
rore commoto credere,& ſatisfacere, ipſúmque pla-
care.Quoniam corripere debuit, & cogitare pauco-
rum ſcilicet pontificum inuidiam plerunque inno-
centes iure, aut iniuria ſuppeditari: quod Pilatus nō
fecit. Quoniam non ſolùm accelerauit pœnam, i-
mò Chriſtum innocentem interfecit ad clamorem
popilli inuidia Phariſæorum moti & excitati, vt pa
tet Matth. xxviij. ibi, Videns autem Pilatus quia ni-
hil proficeret, accepta aqua lauit manus coram
populo dicens: Innocens ego ſum à ſanguine iu-
191 ſti huius,&c. † Non ſic fecit, domini, non ſic fecit
ſapiens ille Iureconſultus Quintus Scęuola Metello
Numid

Numidico meritò cōſtantia & fortitudine cōparan-
dus,de quibus lib.iij.tit.de conſtātia, ſic dicit Valer.
Metellus autē Numidicus ꝓpter cōſtātiæ genus exce
pit quoq; indignā maieſtatē ac moribus ſuis ꝓcellā.
cùm enim animaduerteret quò tēderent Saturnini tri
buni plebis funeſti conatus;quātóque malo reipubl.
ſi nō his occurreret,erupturi eſſent,in exiliū quàm in
legē eius ire maluit.Poteſt aliquis hoc viro dici con-
ſtantior,qui ne ſententia ſua pelleretur,patria in qua
ſummū dignitatis gradum obtinebat carere ſuſtinuit?
Cæterū vt neminē ei prætulerim, Quintum Scæuolā
meritò cōparauerim. Depulſis ꝓſtratiſq; inimicorū
partibus Sylla occupata vrbe ſenatū armatus coege-
rat,& ſumma cupiditate ferebat,vt Caius Marius,ſci
licet eius hoſtis per cū victus,q̃ celerrimè hoſtis iudi
caretur.Cuius voluntati nullis obuiā ire audentibus,
ſolus Scæuola interrogatus de hac re, ſentētiam dare
noluit.Quinetiam truculentius ſibi minitanti Syllæ,
licet,inquit,mihi agmina militū quibus curiā circun-
dediſti oſtētes,licet mortē identidē miniteris, nūquā
tū efficies,vt propter exiguum ſenilémque ſanguinē
meū,Marium à quo vrbs & Italia conſeruata eſt,ho-
ſtem iudicem. Hæc ille. Minus ergo debuit Pilatus
Chriſtū innocentē iudicare, qui non vrbē aut Italiā,
ſed vniuerſum orbem redēpturus & ſaluaturus vene-
rat.Non enim interficere debebat eū ad clamorē po-
puli,maximè ei ſubditi,cui reſiſtere poterat. Cùm in
hoc vanæ voces populi non ſunt audiēdæ per iudicē
nec admittendæ.l.decurionū.C.de pœ.quia plebs ſæ
pe clamoribus, aut gratia vel pretio fortaſſè excitata
moueri ſolet.c.ſi ergo.viij.q.j. Ideo nūquā lex ciuilis
fecit populū,& multitudinē diffinitorē cauſarū. Nā
prudentia quæ requirit in cauſarū deciſione & termi
natione eſt in paucis literatis, & ſolennibus viris.Cū
nihil ſit honeſtū horū,quæ tractat multitudo,vt dicit
tex.in auth.de referēdariis.Et leuitatis ac peſsimi er-
roris author ſemper eſt turba.Et ſapiens ait Ariſtote.
iij.Rheto.Quanto maior populus,tātò minor intelle
ctus,& ſic in iudicādo nō ſequendus.c.ad noſtrā.de
192 cōſue.†Licet eñ voces populi ſint admittēdę in col
laudando aliquē,vt l.vna.C.de quæſto.& mag.offic.
lib.xij.nō tñ in puniendo,ſed requiritur cauſæ cogni
tio,vt ibi dicitur.& l.iuſtiſsimè.C.de offi.rect. ꝓuin.
193 & d.l.decurionū.ſecundum Io.de Plat.in d.l.j.†quia
etiā libertas ſeruo data ad rumorem populi eſt nulla.
l.ſi priuatus.ff.qui & à quib⁹.qui tex.eſt no.Sicut nec
electio fiēda eſt ad vocē populi.c.Oſius.de elect.vbi
dicit Bal.ꝙ ſemper cōtra vulgus ſunt malæ præſum-
ptiones:qa clamor impedit animū, ne poſsit diſcer-
nere æquū.l.ſi cōſtat.ff.de appel.& ff.qui & à quibus.
l.ſi priuatus.nihil eñ recti geritur,ſi cū clamore vin-
citur.l.fi.ff.de here.inſtit.Præterea, q̃ placet populo,
diſplicet Deo, cùm populus docēdus ſit,& nō ſequē
dus ſecundum eum.lxj.diſt.c.miramur. & c.docēdus
eſt populus.xlij.diſt.& gl.in d.c.Oſius. Nā ſcriptum
eſt Eſa.xxxij. Quòd erit opus iuſtitiæ pax, & cultus
iuſtitiæ ſilentium,& in conci.xj.Toletano dicitur,ꝙ
cultum ſuum iuſtitia ꝑdit,qñ ſilētia iudiciorū obſtre
pētium turba cōfundit.v.q.iiij.c.in loco.& Io. Papæ
xxij.vt in ſupplemēto Chronicorum habet.aliquan-
do interrogatus,qui foret à veritate remotus, reſpon
dit vulgi ſententia.Nam quicquam laudat, vituperio
dignum eſt.Quicquam cogitat vanum, quicquam lo
quitur falſum. Quod improbat bonum eſt, & quod
approbat malum, ac quicquid extollit infame, quod
Iudæi patenter oſtenderunt,qui à Pilato interrogati,
Matth.xxij.Quem vultis dimittam vobis,Barrabam
an Ieſum,qui dicitur Chriſtus? reſponderunt, Barra-
bam.Erat autem Barrabas latro, qui homicidium fe-
cerat in ſeditione,quē elegerunt,vt Ieſum innocentē
perderent.Circa quod Salluſtius in Catilinario:Sem-
per,inquit,in ciuitate, quibus pro maiori parte opes
nullæ ſunt, bonis inuident, malos expellunt, vetera
odere,noua exoptāt,odio ſuarum rerum mutare om
nia ſtudēt. Turba atq; ſeditionibus ſine cura alūtur,
qm̄ egeſtas facilè habetur ſine dāno,&c.Et in Iugur-
tino ait:Vulgus vti plerunq; ſolet ingenio mobili ſe-
ditioſum,atq; diſcordioſum cupidum nouarū rerum
quieti,& otio aduerſum.Hæc ille.Vnde oratione pri
ma ad Cæſarē Senem de repub.dicitur:Quòd multi-
tudo vulgi more magis,quàm iudicio alius poſt aliū,
quaſi prudentiorem ſecuti. & Seneca in prima Tra-
gœdia:vulgus infidum bonis,fluctúque magis mobi
le vulgus,quemadmodum Iudæi clarè monſtrarunt,
qui Chriſtum curantē languidos,& ſuſcitantem mor
tuos,regem facere voluerunt Ioā.vj. Et die paſsionis
ſuæ alta voce clamarunt:tolle tolle crucifige eum, vt
impleretur quod dicit Poëta lib.ij.Aeneid.

*Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.*

194 Ideo† non eſt ſequenda imperitæ multitudinis ſim
plex fides,quæ ꝓna eſt ſemper ad ſcandala.Vnde nō
abs re apud Valerium lib.v.tit.de gratis.commenda-
tur in hoc Mutius Equitum magiſter Ro.qui impru-
dētis vulgi errorē gratæ mentis ſignificatione corre-
195 xit.† Quare non eſt in iudicando, & condemnando
ſequendus populus,ſicut fecit Pilatus,qui vt habetur
Luce xix.Tradidit Ieſum voluntati eorum, quod fa-
cere nō debuit.Ideo nō licet populo interficere quē-
quàm,vt reſponderunt Iudæi eidem Pilato dicentes:
196 nobis nō licet interficere quenquā,Ioan.xviij.†Imò
non valeret conſuetudo, ꝙ iudex teneretur iudicarē
ſecundum voces,& opiniones populi atteſtantis co-
ram eo,vt dicto c.ad noſtram audiē.de conſue.Cùm
vt plurimum non ſint omnes ſapientes,ſed potius in
maiori parte ſtulti, iuxta illud Eccleſi.j. Stultorum
infinitus eſt numerus.Et ſtulti ac peruerſi credunt,&
exiſtimant omnes ſibi eſſe ſimiles, iuxta illud Tullij
in Parado.Stultorum ſententia eſt,omnes inſaniunt.
& Eccleſiaſt.x.In via ſtultus ambulans cùm ipſe in-
ſipiens ſit,omnes ſtultos æſtimat.Vnde ne innocētes
pro nocentibus puniantur,reprobatum eſt ad clamo
rem populi aliquem eſſe condemnandum, vt dictis
iuribus: quia multò melius & ſanctius eſſet facinus
nocentis impunitum relinquere,quā innocentem cō
demnarē.l.abſentem.ff.de pœnis.Verè de Chriſto &
ciuitate Ieruſalem dicere poſſumus,quod Valer.libr.
v.ti.de ingra.inſcribit,de Licurgo & Lacedæmoniis,
ſic dicens, Neminē Licurgo aut maiorē, aut vtiliorē
virum Lacedæmō genuit,vtpote cū Apollo Pythius
oraculum petenti reſpōdiſſe fertur,neſcire ſe vtrum
illum hominū aut Deorū numero aggregaret. Huic
tamen ſcilicet Licurgo neque vitæ ſumma ſynceri-
tas,neque conſtantiſsimus erga patriam amor,neque
leges ſalubriter excogitatæ auxilio eſſe potuerunt,
quominus infeſtos ciues experiret.Sæpe enim lapidi-
bus petitus,aliquando eiectus,publico furore etiā pri
uatus oculo,ad vltimum ipſa patria pulſus eſt. Quid
aliæ facient vrbes, etiam vbi illa quæ conſtantiæ,
& moderationis ſibi laudem eximiam vendicat, tam
ingrata aduerſus tam bene meritum extitit?Hæc ille.
197 De hoc aliqua dicentur infrà. † Septimò fallit, vbi
ſententia capitaliter lata,eſſet nulla propter ordinem
non ſeruatum iudiciarium, qui ſicut ſeruari debet in
ciuilibus.l.prolatam.C.de ſenten. ita etiam in crimi-
nalibus



nalib⁹,& multò magis, qñ agit de maiori prȩiudicio,
vt d.l.abſentē.ff.de pœ. Nam licet hodie in crimina-
libus quædam ſolennia olim obſeruata ſint ſublata.l.
ordo.ff.de pub.iud. Tñ ſubſtantialis ordo iudiciari⁹
ſeruandus eſt,ſicut in cauſis ciuilibus, vt d.l.abſentē.
Quinimò cū in ciuilib⁹ plena ſufficiat cauſæ cogni-
tio,tñ in criminal.propter maioritatem præiudicij in
agnoſcendo requirit pleniſsima cognitio. l. iudices.
cū ſua gl.C.de iudi.& in ꝓbando requirit luce meri-
diana clarior ꝓbatio.l.fi.C.de prob.Nō enim accuſa
tus ilicò eſt æſtimādus reus.l.fi.C.de accu.Imò vide-
mus,ꝙ q̃uis procedat in cauſa crimi.ꝑ viā inquiſi. ex
off.& ſic ſummariè,vbi neceſſe nō eſt vſquequaq; or-
dinē ſeruari:tñ aliqualis ſeruādus eſt, ne ex nimia ꝓ-
198 cipitatione, †quæ nouerca dicitur iuſtitiæ,ſententia
corruat,cle.paſtoralis.de re iud.vbi tex. no.quia ſicut
omiſsio iudiciarij ordinis in cauſis ordinis reddit iudi
199 ciū nullū,vt d.l.ꝓlatā.†Sic etiam omiſſio talis qualis
ordinis in iſtis extraordinariis, vt pulchrè conſuluit
Pe.de An. conſi.clxvj.prope fi.adeo ꝙ Bar.in odium
præcipitationis dicit ꝑ illum tex.in l.prolatam.C.de
ſenten. ꝙ q̃uis iudex in proceſſu ſeruauerit ordinem
debitū,tñ ſi cōpleto proceſſu ſentētiā protulerit,illo
deliberante non viſo,ſentētia eſt ipſo iure nulla, licet
fuerit iuri cōformis, de quo latiſſimè diſputat Fel. in
c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de cōſtit.Præcipitatio enim
ferè iniquitati cōparatur: ideo iudices eſſe non debēt
prȩcipites,cū iniquitas oīa præcipitet. c.nō imperpe-
tuū.vbi gl.in fin.xxiiij.q.iij.& tex. in c.inter hæc hir-
cū.de pœ.diſt.iij. dicit,ꝙ virtus lenta eſt,& oīm per-
cūctatrix,iniqtas autē oīa præcipitat. Quia qui iudi-
cat plus q̃ intelligat in Labyrinthū incidit erroris,di-
cit tex.in c.ſciendum.xxix.diſt.vnde Hiero.ſuꝑ Iere-
miā lib.xx.Nō pōt, inquit maturitas eſſe conſilij,vbi
nullus eſt ordo iudicij.& Stat.Thebai.lib.x. Da ſpa-
tium,teneq; moram:malè cuncta miniſtrat Impetus.
Facit tex.in d.c.ad noſtrā.de conſue.per quē Bal.ibi
expreſsè inuehit cōtra iudices ſentētiā fabricātes non
ruminato proceſſu,& Domi.in c.ponderet.l.diſt.ex-
clamat cōtra iudices,quib⁹ de ſero mittitur proceſſus
& de mane iudicant,prout prius dixerat Bart. in d. l.
prolatā.C. de ſentē.de quo cōqueritur Spec. ſecundū
Fel.vbi s̃.de appel.§.nunc breuiter.aliàs eſt in tit. de
act.peti.§.ſuꝑ petitionib⁹.verſi.ſed q̃d ſi regeret &c.
Cōtra ſtylū curiæ regis Frāciæ,vbi nō ſeruatur ordo
iuris,& ſecūdum eū id idē dicit Pet.de Anc.cōſi.clx,
incip.ex verbis dictæ ſentētiæ.de curia Venetorum,q̃
de facili cōtra abſentē inauditū iudicat, & etiā facili-
ter ſentētiā audit opponentis.Nā tales præcipitatio-
nes ſententiā reddūt nullā. Suꝑ hoc dñi,vnū notabi-
200 tis, †ꝙ licet de iure cōi ordo iudicialis ſeruād⁹ ſit in
criminalib⁹,ſed imò fortius q̃ in ciuilibus,tñ in præ-
ſenti regno Frāciæ indifferēter proceditur cōtra de-
linquētes ꝑ ꝓceſſum extraordinarium ſola via inqui-
ſitionis inſurgente ex denuntiatione aut notorietate
delicti ꝑpetrati:vel officio iudicis nobili, fama publ.
vel rumore viciniæ ipſum mouente ad inquirendum.
Nec locū habet in ꝓſenti regno titu.de accu. imò per
ordinationes regias nullus admitteretur etiā pro ſua
vel ſuorū iniuria ad aliquem accuſandum de crimine
ad fines iudiciales & pœnam publicā, niſi duntaxat
pro ſuo intereſſe ciuili.Imò ſi delinquens abolitionē
criminis à principe obtentam prȩſentaret iudici,non
reciperetur pars damnificata ad impugnandum eam
de ſurreptione.Et ratio eſt,quia ſiue interimetur, ſiue
non, ſemper pars læſa habet ſuū intereſſe ſaluū; plus
tamē vel minus à iudice taxandū, ſecundū quod reus
abolitus fuerit in dolo vel in culpa delinquēdo & ſic
cùm priuatus nō admittatur ad accuſandū pro publi
ca vindicta,certè in regno iſto etiam locū non habet
ſenatuſconſultum Turpillianum,quod factum fuerat
cōtra accuſatores ab accuſatione deſiſtentes, nec tit.
de aboli.generali. quia nemo neceſſe habet impetra-
re,vt deſiſtere poſſit ab accuſatione.ad quā in regno
non admitteretur,ſed omnia crimina promouentur,
& perſequuntur ꝑ procuratorem regium in qualibet
Bayliuia, & Seneſcalia inſtitutum, & de publico ſti-
pendiatum à rege,de quo dicit Io.Fab.in §.fi.inſt.de
except. ꝙ in curia Franciæ procurator regius eſt ma-
gnus magiſter. Et ratio nō recipiēdi priuatos ad accu
ſandum eſt,vt crimina efficacius puniantur.Et ne in-
nocentes indebitè vexentur: nam vexarentur multo-
ties pauperes & debiles per falſas,& calumnioſas po-
tentū accuſationes, & eo modo qui potentes ſunt &
diuites opprimerēt pauperes ex inuidia.Omnes enim
accuſatores vulgò dicunt æmuli, quia ſemper præſu-
mitur cauſa inuidiæ accuſatio fieri. can. decreto.ij. q.
vj.vbi bona glo.Ob quod text.in c.ſi quis epiſcopus,
eadem cauſa q. vij. vocat accuſationem illaudabilem
intentionem,& ibi bona gl.pariter in l.ij.in princ.C.
de exhib.reis.accuſator vocatur inſimulans, quaſi ſi-
mulet delictum non verum.Ideo iura tales accuſato-
res reputant inimicos capitales,inſtitut.de excuſ.tuto.
§, item propter litem. etiam accuſatio tendit ad vin-
dictam,quam Deus ſibi reſeruauit. Pariter ex inimi-
citia ex accuſatione orta ſequitur rancor,& ſi rancor,
ergo peccator, niſi inſtitueretur pro ſua vel ſuorum
iniuria,vel zelo iuſtitiæ,& propter bonum publicum,
aliàs eſt peccatum,ſecundum Io.Fab.in §.j.in fin. de
pub.iudi.& licet zelo iuſtitiæ ſit meritorium, & lau-
dabile propoſitum pro bono publico, & dicit text.in
l.ſi quis in hoc.& l.nulli. in fin. C. de epiſco.& cle.l.
iubemus.C.ad legem Iul.repet.& l.ſi. C.de maleſi. &
mathe. tamen ſi accuſatio vnicuique permitteretur,
201 pauca delicta punirentur. † Timet enim quiſq; pru-
dens ſolennem inſtituere etiam bono zelo, & ex cha-
ritate accuſationē propter multa. Primò ne defectu
probationis de calumnia puniatur,& ne inuidus, &
æmulus prædicetur, vt prima facie præſumitur. Se-
cūdò ne in accuſationis proſecutione depauperetur.
Et pauci ſunt, qui ſubſtātiā propriā pro ſalute rei-
publicæ exponāt, & etiā plures cum accuſatis collu-
derēt, & ꝙ triſtiſsimum eſt, ſicut capitalis inimicitia
oritur inter accuſatorem & accuſatum,ſic etiam inter
domeſticos & amicos eorum. cap.repellantur.de ac-
cuſat.& tex.not.in l.ſciendum.§.ij.ff.de legat. ſecun-
dum gl.in dicto c.decreto. Quod redundaret in rei-
publicæ diuiſionem ex tantorum inimicorum cumu-
latione, & regnū diuiſum faciliter deſolaretur. Præ-
tereà hoc fit,ne facultas ꝓbandi auguſtet:qa inſtante
procuratore regio ꝓ delicto offenſus teſtis pōt recipi
& audiri,cui aliàs nō crederet,& ipſe pro ſua iniuria
delinquentem accuſaret, vt plenè dixi ſuper verbo,
*in extremis poſitus.* Quibus & pluribus aliis conſidera-
tis conſultiſsimi Chriſtianiſsimi reges ſtatuerunt ꝙ
nulli priuato permittatur accuſare de aliquo delicto
etiam publico. Sed quòd omnia fiant ad requeſtam
procuratoris regij vicem accuſatorum pro bono pu-
blico ſuſtinentis.Et expediuntur omnia per viam in-
quiſitionis,quæ practica etiam iure iſto canonico eſt
approbata.capitu. inquiſitionis. & ibi clarè Panor.
de accuſat. cum de iure ciuili nemo ſine accuſatore
puniretur,niſi in caſibus notatis per gl.& Docto. in
l.ij.§.ſi publico.ff.de adulte. Ideo cùm hodie ſemper
per inquiſi-

per inquiſitionem procedatur loco accuſationis ſub-
rogatam, ſicut dãnatus via accuſationis erat infamis,
ita nunc ſi dãnetur via inquiſitionis, ſecundũ Panor.
vbi ſuprà.& Bar.in l.infamẽ.ff. de publ. iudi. prouiſo
ꝙ damnatus tali pœna afficiatur, & facto ꝙ per ſen-
tentiam affligatur. l.ictus fuſtiũ.ff.de his qui not.infa.
vel ſi faceret emendã honorabilẽ. Si autem quis con-
dẽnetur ad mulctã & pœnã pecuniarũ ꝓ aliquo deli-
cto & exceſſu, nõ eſſet infamis, ſecundũ tex. in l.j. vbi
etiã Bart. C.de modo mulctarũ.aliter & aliàs infiniti
illuſtres viri eſſent infames, quod non eſt dicendum.
202 †Similiter in iſto regno oĩa crimina hodie puniun-
tur, & diſcutiuntur ꝑ proceſſum extraordinariũ ſum-
mariè, & de plano: nec debet iudex facere criminoſis
proceſſum ordinarium : quia prohibitũ eſt ꝑ ordina.
regias, & ſtylũ totius curiæ Francorũ. Et ſi ſecùs fie-
ret, puniret iudex, cõtra quẽ hoc faciẽdo præſumetur
ꝙ differre, & differedo diſsimulare vellet, regere de-
licta, quæ abũdant in regno. Vnde forma data eſt, ꝙ
cõmiſſo delicto inquiritur generaliter q̃s illud cõmi-
ſit, vel ſi notoriè cõſtaret, aut per famam vel denun-
tiationẽ, aut ex inquiſitione generali ſurgerent iudi-
cia, & cõiecturæ cõtra aliquẽ, tũc cõtra illũ nomina-
tim inquireretur ad requeſtam procu.regij. Et ſi facta
& viſa informatione ſeu inquiſitione cõſtet verè, vel
ex cõiecturis cõtra aliquẽ, iudex decernit illũ capien-
dum & incarcerandũ, vel perſonaliter adiornãdum,
ſecũdum qualitatẽ delicti, vel efficaciã iudiciorum.
Quod quidẽ decretũ dicitur ſentẽtia interlocutoria,
quæ requiritur antequam quis realiter capiatur. l. fi.
C.de exhib. reis. quæ prædicta etiam ſurgunt ex l.ij.
C.de exhib.reis.iuncta gl. in princ. vbi capi põt quis
quoties aliquali præſumptione conſtat de facto per
illã ſecretã informationẽ, quæ cum facta ſit parte nõ
vocata, nõ ſufficeret ad dãnationẽ, neq; torturam, ſed
ſufficit ad perſonæ captionem, & ilico ꝙ captus eſt
auditur per iudicẽ, & ſi neget reaudiuntur teſtes, ſeu
eorũ recolũtur depoſitiones, & inde acarãtur & cõ-
frontantur cũ inquiſito: quia vnus poſt alium in præ-
ſentia inquiſiti, & etiam inquiſitus in præſentia teſtis
iurãt dicere veritatẽ, & interrogantur ſi eſt inter eos
inimicitia, vel aliud propter quod teſti nõ debeat cre
di, & debet ſcribi reſponſio vtriuſq;, & caueat inquiſi
tus, ꝙ cõtra teſtes tũc dicat quicquid dicere, & obii-
cere intẽdit. Quo facto legiẽ depoſitio teſtis in præ-
ſentia inquiſiti, quã teſtis auoare tenetur, vel negare,
& inquiſitus eam fateri, vel impugnare, & ſic de ſin-
gulis teſtibus, & collectis acaraminibus, ſi inquiſitus
negauerit, & ꝑ teſtes in præſentia ſui modo prędicto
iuratos, & auditos conſtet de caſu vel per indicia ſuf-
ficientia, dummodo quodlibet illorum iudiciorum vr
gentium probetur per duos teſtes, per glo.ſing. in l.
fin.C.famil.erciſc.reus ſubiiceretur torturæ, vt plenè
per Bart.in l.fin.ff.de quæſtio.Idem ſi de veritate de-
licti conſtaret per vnum teſtem, omni exceptione
maiorem: qui ſufficit ad torturam, ſecundum gl.in l.
iij.C.ad legẽ Iul.maie.quæ qualiter intelligaẽ in prę-
ſenti regno, dixi ſuper verb. *Adiectæ impuberi.* loquen
do de nobilitate hominis. Et perfecta quæſtione, &
tortura iudex iudicabit ſecundũ ea quæ per proceſ-
ſum reperiret, cõdemnando vel abſoluendo, & ſi ſe-
curè nõ videret reum clarè eſſe damnandũ, vel abſol-
uendum, poſſet ei aperire proceſſum ordinariũ, quo
pendẽte multa pro vel cõtra reũ occurrere poterunt.
203 Ex quibus iudex inſtrueretur. † Vnde ex præmiſſis
dicere poſſumus.l.ordo. ff.de publi. iudi. verè ſeruari
in regno, nec habuit Speculator, vbi ſuprà cauſam
conquerendi de curia Franciæ, in quo ſi ita non fie-
ret, regnũ ꝓpter delicta impunita corrueret. Et hoc
eſt, quod Celſus adoleſcens prudenter ſcripſit, videli-
cet hãc quæſtionem eſſe de bono & æquo, in quo ge-
nere plerunque ſub authoritate iuris ſcientiæ perni-
cioſè erratur.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.obl.&
ſapientiſsimus Scipio Naſica Mutio Sceuolæ conſuli
Romano ſeditionem Tyberij Gracchi tribuni pleb.
iure ordinario punire volẽti dixit. Quoniam, inquit,
conſul dum iuris ordinem ſequitur, id agit, vt cum
omnibus legibus Romanũ imperium corruat, vt re-
fert Valerius lib.iij.tit.de fortitudine. Et alibi lib. vj.
tit.de ſeueritate. dicitur in euidẽtibus delictis longum
quæſtionis tempus non expectandũ. Non, inquit, pu
tauerunt, ſcilicet criminũ vltores in tam euidenti ſce-
lere longum publicæ quæſtionis tempus expectan-
dum. Itaq; quorum innocentium defenſores fuiſſent
ſontium maturi, id eſt, feſtini, & tempeſtiui vindices
extiterunt. Videatis omnino quæ dixi ſuper verbo,
*Si abſq; liberis moreretur.* in materia fideicommiſſariæ
ſubſtitut. tractando regulam, quem honoro onerare
poſſum, in iij. caſu fallẽtiæ, vbi habetur, ꝙ in præſen-
ti regno ineptitudo non vitiat proceſſum. Ideo tales
via inquiſitionis ex proceſſu extrardinario damnan-
di, mitius ſunt per iudices puniẽdi, quàm ſi via accu-
ſatiõis per ſolennẽ proceſſum dãnandi eſſent, vt ple-
nè Panor.ſuper ti.de iudiciis.in fin.& in c.qualiter &
204 quando.& c.inquiſitionis.de accuſa.†Vnum tamen
notabitis, ꝙ procurator regius accuſans nõ teneẽ de
præſumpta calumnia, quæ ſurgit ex defectu proba-
tionis, dummodo cõtenta in inquiſitione non fuerit
tranſgreſſus. Si autẽ vltra inquiſitionẽ reum grauaret
de alio delicto, vel acrius quàm in iure caueatur, &
ſit fundatum per inquiſitionẽ, certè tũc teneretur de
illa euidenti calũnia, ſicut tutor accuſans pro pupil-
lo.l.ij.C.qui accu.nõ poſ. Præterea licet pars damni
ficata accuſare non poſsit ad pœnam : tamen pro ſua
iniuria & intereſſe ciuili, & ne ꝓcurator regius col-
ludat cum inquiſito, poteſt ei aſſiſtere. Vnde reſtat
205 quòd† ſententia capitalis nulla propter ordinem iu-
ris communis nõ ſeruatum, vbi ius commune ſerua-
tur, vel propter talem qualem ordinem extraordina-
rium (qui ſufficit in præſenti regno) non ſeruatum
non reddit condemnatum inteſtabilem. Ex quibus
domini videtis, quãuis erroribus & cæcitatibus ſubie-
cta ſunt humana iudicia, cùm veritas criminum latet,
& aliter niſi quæſtione, & tormẽto probari non poſ-
ſunt, quæ quidem tortio periculoſa eſt, & quãdoque
fallax veritatis teſtimonij, vt pulchrè deducit Aure-
lius ipſe Auguſti.lib.xix. de ciuita. Dei, c.vj.ex cuius
dictis, quæ forſam recitata apud multos obſcura eſ-
ſent, quatuor in effectu legalia documenta nobis re-
206 ſtant in effectu. † Primum eſt, quòd ad regendum
remp. neceſſariæ ſunt hæ tortiones, quas iura noſtra
ciuilia vocãt quæſtiones, ad quas compellit humana
207 ſocietas, cuius cõſeruationẽ intendit ius ciuile. † Se-
cũdum documentum, ꝙ talia ſupplicia exercere, ſiue
in nocentes & culpabiles, ſiue in innocentes, ſecun-
dum modum à iure præfixũ, non eſt peccatum, quia
iudex ſapiens iſta non facit nocendi voluntate, ſed
neceſsitate neſciendi: quia neſcit ſi obiectum crimen
verum ſit, tamen ſi illud eſt verum ex indiciis cre-
dit. Vnde excuſatur ex intentione. Nec obſtat ſi quiſ-
piam diceret, ꝙ iudex ad iudicandum moueri debet
ſolum ex probatione neceſſariò concludente ſic eſſe,
& nõ alio modo nec aliter.cap.in præſentia, de ꝓba-
tioni. vbi quoties probatio eſt dubia, non releuat
in ali-



in aliquo probantẽ, nec capiẽ in illa ſpecie, quæ pro-
banti prodeſſe põt, ſed in illa, quæ nullo modo iuuat
208 probantẽ, ſecundum Pan.ibi. † Et ſic probatio quæ
põt ſignificare hoc vel illud, nullatenus probat, cùm
aliquid de neceſsitate nõ probet, quia nõ probat hoc
eſſe, quod ad hoc contingit abeſſe.l.non hoc.C.vnde
legiti.adeò ꝙ dicit Bal.in l.ad probationẽ. la ij.C. de
209 proba.† ꝙ probatio nunquã cõcludit per poſsibile,
imò cõcludere debet per neceſſe, ita ꝙ probatio ne-
ceſſario, tale quid eſſe nõ cõcludens, nedum nõ reue-
lat.vt d.l.non hoc.ſed nec facit aliqualiter rem dubiã
de iure, vel de facto, ſecundũ Bal.in l.ij.C.de bo. poſ.
ſecundum tabu. Et ſic quia cõfitens crimẽ in tortura
põt dicere falſum metu tormẽtorũ, quæ ſuſtinere nõ
potuit, ſicut verum, talis ꝓbatio quæ põt concludere
falſum ſicut verum, prodeſſe nõ debet accuſatori, cui
onus incumbit probandi. Præſertim quia indicium
ratione cuius ille torquetur põt eſſe fallax: imò teſtes
poterunt corrupti pecunia, odio & fauore dicere fal
ſum, vel notarius ſcribere falſum, aut etiã ſponte cõfi
tens potuit cõfiteri contra veritatẽ ex errore.c.fin.de
confeſ.& c.licet.de proba.& per totũ titu.de crimine
falſi. Vnde ſequitur, ꝙ cũ qualibet probatio ſit dubia
quæ cõcludere poteſt verũ, aut falſum, vt videtis: cer-
tè omnia iudicia deberent eſſe abſolutoria, maximè
criminalia, & vero & indubitato Dei iudicio reſeruã-
da, qui fallere non poteſt, neq; falli. Sed, domini, non
obſtantibus præmiſsis, tenete documenta Auguſtini
eſſe veriſsima. Nec obſtat dum diciẽ, ꝙ omnis proba-
tio debet concludere neceſſariò ſic eſſe, & non aliter:
quia illud intelligitur, ꝙ cõcludere debet de neceſsi-
tate præſumptionis, ſufficit etiam ꝙ probatio neceſſi-
tet, & inclinet iudicem ad credendum ſic eſſe, ſicut te
ſtes dixerunt, vt eſt tex.aureus in c.in pręſentia.de re-
nun.vel ſicut continetur in inſtrumẽto vel cõfeſsiõe,
cùm pręſumendum nõ ſit teſtes iuratos, & notarium
publicum ſuæ ſalutis falſum dicẽdo fuiſſe immemo-
res.l.fi.C.ad legẽ Iul.repe.& idem præſumendum eſt
de parte confitente ( ꝙ verum dixerit) qñ aliàs nulla
probatio cõcludere poſſet dę neceſsitate veritatis, &
210 ita intelliguntur contraria ſuperius allegata. † Nam
iudices vix aut nunquã iudicarent, ſi neceſsitatẽ veri-
tatis in probatione requirerẽt. Sed ſatis eſt, ꝙ ſequun-
tur probationẽ de neceſsitate præſumptionis conclu
dentem, nec eſt neceſſe, ꝙ ſciant hoc eſſe verum: imò
ſufficit ꝙ hoc eſſe verum præſumant, vt ſingulariter
conſuluit Paul.de Caſtr.conſil.incip. Iudex miniſter
Dei eſt.aliàs ſequeretur, ꝙ iudices iudicare non poſ
211 ſent, niſi de his quę propriis oculis vidiſſent. † Ex quo
ſequitur Auguſtini tertium documentum, ꝙ iudicans
ſecundum allegata & probata, & non ſecundum pro-
priã conſcientiã, ſcilicet certam, non peccat: quia ad
illud cõpellit iſta ſocietas humana. Vnde iudex pro-
cedens ſecundũ inſtituta iuris, ſcilicet præcedentibus
indiciis non peccat torquẽdo innocentẽ, quamuis in
quæſtione deficiat, & debilitate moriatur vel confeſ-
ſus per iudicem occidatur, vel accuſator deficiens in
probatione veri criminis tãquã calũniator puniatur,
dũmodo iudex hoc faciat cũ diſplicentia non odiens
perſonã, ſed perſonæ malũ. Ideo hæc tot & tãta mala
nõ putat Augu.eſſe peccata: nõ enim hæc facit ſapiẽs
iudex nocẽdi voluntate, ſed neceſsitate neſciendi: &
tñ quia cogit humana ſocietas, neceſsitate etiam iudi
candi. Vnde cõcluditur in fine, ꝙ parũ eſſet, vt iudex
hoc faciens ſit ſolùm excuſatus, ſi non ſit etiã beatus,
q.d. ꝙ iudices torquẽdo etiã innocentes vel occiden-
do, dum tamen ordine iuris ſeruato nedum excuſan-
tur ex bona intẽtione, ſed beatificantur, tanquã ſocie
tatẽ humanã in pace cõſeruantes. Et erũt tales ſic cõ-
dẽnati inteſtabiles, ac ſi nocẽtes dãnati fuiſſent, cùm
ſentẽtia ꝓ veritate accipiatur.l.ingenuũ.ff.de ſtat.ho.
Quod non eſſet, ſi damnati fuiſſent nõ ſeruato ordi-
ne iuris cõis, vel illius regionis: quia teſtamẽta eorum
non caſſarentur. Octauò fallit regula, vt capitaliter
damnatus non ſit inteſtabilis, qñ ſententia foret nulla
propter errorẽ expreſſum in ſententia.c.j. de re iudi.
& l.cũ prolatio.ff.illo eod.tit.& l.ij.C.qñ prouocare
non eſt neceſſe: vel propter euidentem & notoriã ini
quitatẽ ex proceſſu notoriè reſultantẽ: quæ ſententiã
reddit nullã, ac ſi fuiſſet expreſſus error in ea, vt plenè
per Panor.in c.cùm Bertoldus.& ca.inter cæteras. de
re iudi.& l.ſiue parens. vbi Ang.ff.de inoffi. teſtamẽ.
adeo ꝙ dicit gl.ſing.in c.ex quæſtione.de reſtit.ſpoli.
212 † ꝙ clauſula appellatione remota non tollit euiden-
tem iniquitatẽ, qñ ſententia ſit ipſo iure nulla: etiam
ſi eſſet ſententia excõi.c.per tuas, vbi not.de ſentent.
excõi.& in c.venerabilibus.§.poteſt.illo eo.tit.lib.vj.
Et tenet gl.pragmaticæ ſanctionis.titu.de agnatis.in
verbo, cenſuræ. nec etiã ſententiarũ pluralitas opera-
tur, vbi ſententia eſt nulla, clementina prima.de re iu-
di.tamen operatur, quòd in ciuilibus contra tres ſen-
tẽtias opponi non poteſt de nullitate, vt executio dif-
feratur, ſed poſt executionem cognoſci debet de nul
litate, & cum die illa conſtiterit retractabitur execu
tio, vt ibi. In capitalibus autem, & vbicunque execu
tio eſſet intrectabilis, prius eſſet cognoſcendum de
nullitate, quæ executionem differre debet, etiam ſtan
tibus tribus ſententiis cõformibus, ſecundum Imol.
& Zabar.ibi. Et multò magis eſſet ſententia nulla, ſi
lata fuerit à iudice incompetenti.l.fi.C. ſi à non com
pe.iudi.quia in mundo nõ poſſet eſſe maior nullitas,
213 quàm incõpetentia iudicis.† Nã licet cõtra tres ſen-
tentias conformes ad differendũ executionẽ non ad-
mittatur exceptio nullitatis ſententiæ, dicta clem.j.de
re iudi. Tamen illa nullitas quæ ſurgit & procedit ex
incompetentia iudicis, admittitur in quacunq; cauſa,
etiã ciuili: & recipitur antequam tręs ſententiæ con-
formes executentur: imò impedit illarum trium ſentẽ
tiarum conformium executionem, ſecundum glo.ſin-
gul.in cle.j.in fin.de ſequeſtra. Pro qua multum facit
text.in l.ſcire oportet.in fin.ff.de excu.tut.& l.fin. C.
ſi à nõ cõpe.iudi.& tenet Bal.in l.eius.§.ſi cui.ff.eod.
vbi dicit, ꝙ ſi poteſtas pro delicto occidi faceret cleri
cum, nõ eſſet inteſtabilis: imò tali morte teſtm̃ cõfir-
mareẽ prius factũ. Et idẽ ſi occiſus ꝑ ſententiã reperi
reẽ innocẽs: quia nõ fuit ipſe q̃ occidit, ſed alius putà
Sẽpronius, qui nõ obſtãte accuſati punitione decapi-
tabitur. Cũ per iniuſtã punitionẽ non fuerit ſolutũ id
quod debetur. Præterea res contra aliũ iudicata ſicut
Sẽpronio vero homicidæ nocere non poterat, ſic etiã
prodeſſe ei non põt: vt decidit Bal.per illũ tex.in l.ij.
C.quibus res iudi.non nocet.in fi. Et ſic quo ad bona
in quibus ſentẽtia cõtra innocẽtẽ executata retracta-
ri põt, retractabiẽ ſaltẽ per principẽ.l.j.§. ſi q̃s vltro.
ff.de quæſt.& l.inde Neratius.§.fi.ff.ad le.Aquil. His
ꝓfecto caſibꝰ & aliis, de quibꝰ ſentẽtia capitalis eſſet
nulla, talis ſentẽtia nõ rũpit teſtm̃ prius factum, quin
cõfirmeẽ per mortẽ ex tali ſententia illatã: nec reddit
ipſum cõdemnatum inteſtabilẽ. Quinimò ſi à iudice
talẽ ſententiã de facto exequente condẽnatus occide
retur, teſtm̃ prius factũ non irritaretur, ſed confirma-
reẽ ac ſi nunquã damnatus fuiſſet. Quod puto habere
locum, etiam vbi occideretur per ſentẽtiam qualiter-
cunq; nullam. Quia ſententia quę non tenet nõ dici-
tur ſenten

tur ſententia.l.iiij.§. condemnatũ.ff.de re iudic. ideo
nõ facit damnatum eſſe ſeruum pœnæ.l. ij.ff. de pœ.
214 † Adeò ꝙ clericus ꝑ iudicem ſecularem ad mortem
dãnatus,& ſic per iudicẽ incompetentẽ, non efficere
tur ſeruus pœnæ,nec inteſtabilis: imò occiſus ꝑ iudi-
cem decederet teſtatus, ita ꝙ teſtamentũ prius factũ
morte confirmaretur,ſecundum Bal. & Ange.in d.l.
215 eius qui.†Nonò fallit,vbi dãnatus vel bãnitus,non à
iudice,ſed ab aliquo priuato occideretur impunè, vt
quia ſtatutum hoc ꝑmittit, quod qualiter intelligatur
latiſsimè decidit Feli.in c.quæ in eccleſiarũ.de cõſtit.
Pan.& Docto.in c.fin.de conſuet.Certè talis occiſus
(cũ occiſus fuerit ab eo qui non eſt miniſter legis, cũ
lex priuato non præcipiat occidere talẽ,licet occide-
re permittat & toleret, vt voluit gl.in l.accuſationis.
in fi.C.quod met.cau.) decedit teſtatus, & eius teſtm̃
tali morte confirmatur. Qm̃ iſte longè diſtat ab occi
ſo ꝑ iudicem,cui à lege ꝑcipiẽ malos occidere, quod
& facit tanq̃ legis miniſter habẽs prçceptum & pote
ſtatem à lege. Sed priuatus poteſtatẽ nõ habet à lege
occidendi bannitum,& ſic nõ eſt legis miniſter:licet
hoc faciẽdo toleretur in locis vbi talia vigent ſtatuta.
quæ tuta nõ ſunt in foro cõſcien.ſecundũ doct.vbi ſ.
216 † Decimò fallit, vbi quis damnaus eſſet ad mortem
inſolitã,& de iure prohibitã.Quo caſu, non eſſe cen-
ſetur pœna iuſta,ſed potius fera crudelitas.Putà ſi iu
dex fecerit aliquẽ occidi nõ gladio,vel alio ferro cõ-
ſueto,ſed cũ alio nõ cõſueto,putà cũ ſecuri,id eſt ſer
ra,ſicut occiſi fuerunt plures ſancti per mediũ ſciſsi:
qualis fuit Eſaias propheta diuinus: de quo meminit
barbatus ille Hier.poſt prolog.in Eſaiã.Eſaias,inquit
in Ieruſalẽ nobili genere ortus eſt, ibiq; ꝓphetauit,
ſub Manaſſe rege ſect⁹ in duas partes occubuit:ſepul
túſque eſt ſub quercu Rogel iuxta tranſitũ aquarum:
quas olim Ezechias rex iacto obſtruxerat puluere.hçc
ille.Similiter Thraces crudelitate ꝑſtare dicunẽ,q̃bus
nec viuos hoĩes medios ſecare, nec parẽtes liberorũ
veſci corporib⁹ nephas fuit,vt refert Vale.lib.ix.titu.
de crudelit. Pariter Hetruſci viuorum corpora cada-
ueribus aduerſa aduerſis alligata atq; cõſtricta,ita vt
ſingulę membrorum partes ſingulis eſſent accõmo-
datæ,tabeſcere,id eſt putrefieri ſimul patiebãtur. A-
mari vitæ pariter ac mortis tortores, q̃ dũ viuos ne-
carẽt,nec mortuis parcebãt: quos in ſepulchris & ſe-
dib⁹ ſuis cõquieſcere nõ patiebanẽ, ſepulchra quodã
modo violãtes. Sicut illi barbari,quos ferũt mactata-
rũ pecudũ inteſtinis & viſceribus egeſtis hoĩes inſere
re,ita vt capitib⁹ tantũmodo emineãt, quóq; diutius
pœnæ ſufficiant,cibo & potione infelicẽ ſpm̃ proro-
gant: donec intus putrefacti laniati ſint ab aĩalibus,
q̃ tabidis, id eſt putridis in corporibus naſci ſolent.
Queramur nũc cũ natura rerũ, ꝙ nos multis & aſpe-
ris aduerſæ valetudinis incõmodis obnoxios eſſe vo-
luerit, habitúmq; cæleſtis roboris humanę cõditioni
denegatũ moleſtè feramus, cũ tot cruciatus ſibimet
ipſa mortalitas impulſu crudelitatis excogitauit. hæc
ille. Quaſi dicat,queramur, id eſt faciamus querelas,
poſtq̃ tã crudeles inueniantur hoĩes,cũ natura rerum
ſcilicet De⁹ ꝙ voluerit nos eſſe obnoxios & ſubiectos
multis & aſperis incõmodis aduerſæ valetudinis: &
feram⁹ moleſtè habitũ, id eſt diſpoſitionẽ roboris &
fortitudinis cęleſtis eſſe denegatũ cõditioni humanę,
cũ ipſa mortalitas, ſ. homo mortalis ſibimet exco-
gitauit tot cruciatus,impulſu crudelitatis,q. d. id nos
iniuſtè facturos. Sicut olim vſus erat apud Gallos, vt
Cæſar.de bello Gal.cõmẽ.ſuorũ.lib.vj. refert in hæc
verba, Alij immani magnitudine ſimulachra habent,
quorũ contexta viminibus mẽbra viuis hoĩbus com-
plẽt,quibus ſuccenſis circũuenti flãma exanimantur
hoĩes, &c. nec dicunẽ tales iuſtæ ſententiæ,ſed plena
crudelitas,q̃ tales dãnatos non reddit inteſtabiles.fa-
cit l.qd ergo.§.pœna grauior.ff.de his q̃ no.infa.& l.
& ſi ſeuerior.C.illo eo.tit. Et idẽ ſi quis dãnatus fue-
rit,vt ꝓiiciatur & præcipiteẽ de feneſtris, vel vt occi-
datur malleo,cõtra text.in l.aut dãnum.§.j.ff.de pœ.
Nã tales pœnæ potiùs inferunẽ furore belli, q̃ diſcre
tione fori, vt fecit Antiochus rex in perſonã Menelai
ſacrilegi: quem ꝑcipitari fecit de turri in cineres ſub-
tus.ij.Mach.xiij.c. Id idẽ legitur factum fuiſſe ij.Para.
xxv.ibi.Et alia x.millia virorũ ceperũt filij Iuda,quæ
duxerunt ad ꝑruptũ cuiuſdã petrę, pręcipitaueruntq;
eos de ſummo in præceps:q̃ vniuerſi crepuerũt. Alia
exẽpla plura refert Val.lib.vj.ti. de ſeueritate: quorũ
vnũ habuiſtis ſ.dum loquebar de illo,q̃ ſeipſum occi
dit.Aliud verò recitaui vobis ſup ver.*domũ.* in princ.
Et de Perillo noui tormẽti fabricatore dixi ſup ver-
bo,*Si abſq; libe.moreretur.* In materia vulga. ſubſti. in
iiij.prin.arti.in fi.Et aliud recitat idem Val.lib. vj.tit.
de iuſtitia.de Lucio Sylla tyranno Rom. qui quendã
de ſaxo Tarpeio præcipitari iuſſit. Idem ſi laicus ad
perpetuũ carcerẽ dãnareẽ: q̃a illa pœna de iure ciui-
li nõ fuit cõſueta:imò ꝓhibita inferri eis de iure ciui-
li.l.incredibile.C.de pœ.Et idẽ ſi q̃s muro aut carce-
re includereẽ dãnatus ad patiendũ famen vſq; ad in-
teritũ. Sicut fuit Ioſeph ab Arimathæa nobilis decu-
rio,q̃ pro eo ꝙ Chriſtũ à diris Iudæis occiſum,petijt
à Pilato ſepeliendum, vt habetur Ioã.xix.fuit ab eis,
ſpiſſo quodã muro intercluſus,vt ibi fame moreretur.
Sed per Angelum diuinitus fuit paſtus & cõſeruatus,
donec fuit ciuitas deleta per Titum & Veſpaſianum,
ipſéq; ibi repertus viuus, vt habetur in legẽda beati
Iacobi Minoris. Vnde tali morte damnatus nõ fit in-
teſtabilis, imò teſtamentũ ſi quod fecerit cõfirmatur
per talem mortem, quæ quidem mors eſt alia morte
crudelior,vt habeẽ Threnorũ iiij.ibi,melius fuit occi
ſis gladio,quàm interfectis fame. Et idẽ ſi occidi quis
præciperetur veneno,ſecundum Ang. & Doc. in l.ſi
quis mihi bona.§.j.ff.de acqui.hære.& in d.l. eius.ff.
eod.Pœnæ enim imponendæ ſunt ſecundum morem
regionis.l.ſaccularij.ff. de extraordi. crimini. non ꝙ
quis veneno extinguatur,cùm plus ſit illud, quã gla-
217 dio occidere.l.j.C.de maleſi.& mathema. †Sicut per
Athenienſes Socrates, & per Neronẽ fuit ſecundum
aliquos Seneca interfectus venenoſa potione: licet
ſuus fuiſſet ab infantia, & eſſet eo tunc magiſter &
præceptor: & poſt adeptũ imperiũ cancellarius ſan-
ctiſſimus ac in omni genere ſapientiæ perſpicu⁹.Vel
ſecundum alios in balneo poſitus, venas omnes ſibi
aperiri facere coactus fuit: & indę dictus fuit Seneca
quaſi ſeipſum necans. Hîc enim erat ille Seneca, qui
inter cætera gratiarũ ſuarũ beneficia ſibi à Deo col-
lata,tantæ fuit memoriæ, vt duo millia nominum re-
citata, eo quo dicta ordine erant mox recitabat, &
ducẽtos verſus à ducẽtis ſcholarib⁹ recitatos ab vlti-
mo incipiẽs ad primum vſque integerrimè recitaret.
218 De †hoc autem Seneca viro doctiſſimo diuus Hie-
ronymus, in libr.de viris illuſtribus meminit dicens:
Quòd fuit vir catholicus & cõtinẽtiſsimæ vitæ: quẽ
in catalogo ſanctorum aliàs non poſuiſſet, niſi eum
illæ epiſtolæ prouocaſſent, quæ leguntur à plurimis
Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum, inter quas
vnius verba ſic habent:Paulus Senecæ ſalutẽ. Perpen
denti tibi ea ſunt reuelata quæ paucis diuinitas con-
ceſsit. Certus igitur ego in agro iam fertili ſemẽ for-
tiſſimum



tiſsimum ſero.Non quidem materiam,quę corrumpi
videtur, ſed verbũ ſtabile Dei deriuamentũ creſcen-
tis & manẽtis in æternũ: quod prudentia tua aſſecuta
eſt indeficiẽs fore debebit:& Ethnicorũ Iſraelitarũq;
obſeruationes cenſeri vitãdas.Nouũ te authorẽ fece-
ris Chriſti Ieſu præconiis,oſtendo rhetoricis irrepre
henſibilẽ ſophiſtam: quã propemodum adeptus regi
tẽporali eiuſq; domeſticis atq; fidis amicis, inſinua-
bis,quibus aſpera & incaptabilis erit perſuaſio. Cùm
pleriq; eorũ minimè flectantur inſinuationibus tuis
quibus vitale cõmodum ſermo Dei inſtillatus nouũ
hominem ſine corruptela perpetuã animam parit ad
Deum iſthinc properantem.Vale Seneca chariſsime
nobis,data Kalendis Auguſti Leone & Samnio cõſu-
libus. hæc ibi. De eodẽ Seneca nonnulla bene dicta
ab Aurelio Auguſtino libro de ciuitate Dei,cupidiſ-
219 ſimè diſſeruntur. †Quem tandẽ ante bienniũ,quam
Petrus & Paulus martyrio coronarentur à Nerone
ſæuiſsimo eius diſcipulo retributionis gratia interfe-
ctum fuiſſe legimus.Nam cùm ſenex admodum eſſet
Seneca, Piſonianæ coniurationis labe falsò notatus:
imò ob innatum in virtutes odium à Nerone,per cen
turionem dictũ Senecæ fuit,vt ſibi ipſi mortẽ delige-
ret.quod fuit contra tex.in d.l.aut damnũ.§.proinde.
ff.de pœnis. vbi iudex dare non poteſt condemnato
electionẽ mortis.Qui tandẽ cognita imperatoris vo-
luntate petiit, vt in tepenti aqua poneretur, & ibidẽ
omnes venę eidẽ aperirẽt,donec ſpiritum exhalaret,
220 quod & factũ eſt. †Nero ille hominum ſceleratiſsi-
mus fuit,adeò vt nomen eius vſque hodie pro aliquo
peſsimo poni ſoleat: quia cùm imperiũ adeptus fuiſ-
ſet,felicitatis magnitudine abuſus eſt, & virorũ oĩum
leuiſsimus omniumq; flagitiorũ genere inquinatiſsi-
mus, & auũculo Calligulæ in rebus ſceleratior & de-
terior eſſe cœpit. Magnã namq; ſenatus partẽ, quaſi
ei inſidias tetẽdiſſent,interfecit. Poſt quos in omnes
etiã vir nequiſſimus immanitatẽ ſuã cõuertit: & pri-
mò in Senecã præceptorẽ & cancellariũ ſuum virum
ſenem, poſtmodũ in Lucanũ poëtam eiuſdẽ Senecæ
nepotem,& ſecundum alios patruum:deinde in Piſo
nẽ & Cornutũ Philoſophum quem in exiliũ egit. In
Agripinã quoq; matrẽ ſuam ſæuiit,quam pro mune-
ris retributione interimere fecit,nõ ſolùm pro matris
officio hoc ei impendens,ſed etiam vt Ioſephus ait,ꝙ
ei ſuis machinamẽtis præbuerit Romanũ principa-
tum.In Octauiã prætcrea vxorem,& Britannicũ co-
gnatũ, ac in omnes deniq; qui aliquo in pretio apud
ciues eſſent, vſus eſt crudelitate. Præter incendiũ vr-
bis,ac Petrum & Paulum apoſtolos,innumeros inter
fecit chriſtianos,& primã contra optimã Chriſti legẽ
ſuſcitauit perſecutionem.Meritò Antichriſti figuram
tenuiſſe deſcribitur.de quo etiã in Policraton dicitur,
quòd Romanum imperiũ exhauſtum & diuiſum eſt
Nerone imperante:cuius gula omnia deuorauit, ma-
culauit libido,& ſuperbia exinaniuit. Tandẽ à ſenatu
hoſtis pronuntiatus,cùm turpiſsimè fugeret, ſeipſum
occidit anno ætatis ſuæ xxxj. Et lætata eſt Roma,
quaſi victoriã obtinuiſſet cõtra aliquẽ peſſimũ inimi
cum cultioribuſq; veſtibus ſe inducẽtes epulati ſunt.
iuxta illud Nehemiæ viij. Comedite pinguia, bibite
mulſum,dies enim Domini ſanctus eſt.Cuius ſæuiciã
& peſsimã vitã Boëtius lib.ij.de conſolatione, metro
ſexto,lamẽtabiliter commemorat,dicens: Nouimus
quãtas dederit ruinas Vrbe flãmata patribúſq; cæſis,
Fratrẽ q̃ quondã ferus interẽpto, Matris effuſo ma-
221 duit cruore &c. † Reſtat ergo, ꝙ illa ſola capitalis
ſententia damnatũ reddit inteſtabilem,per quã mors
conſueta infertur: putà ſuſpẽdij in perſonis plebeiis,
aut decapitationis in nobilib⁹,cũ nobiles & in digni-
tate conſtituti & diuites honeſtiores populi pati non
debeant pœnas viles ſuſpẽdij.l.deſertorẽ. §.j.vbi gl.
hoc dicit ff.de re milit.& Bar.in l.capitaliũ.§.ſerui.ff.
de pœnis.& Bal.in §.ſi ruſtic⁹.in fine.in titu.de pace
tenẽ.collatio.x.Imò multoties pœna corporalis mu-
☞ tatur [Vt plenè habetur.j.ſuper verbo, *cuidam Petro
tradiderunt.*] in eis in pecuniariã ratione nobilitatis,
ſecũdũ plenè nota.in l.Pedius.ff.de incẽd.ruina,nau-
fra.&c.cùm quidã.de iureiur.vbi dicit Bal. in fi.illud
eſſe verũ, ꝙ nobiles vili pœna ſuſpendij & ſtrãgula-
tionis affici nõ debent, niſi pro crimine proditionis:
quia tunc ſuſpẽdi furca poſſunt, & ſuſpendi debẽt in
altioribus furcis,id eſt in altiori trabe furcarũ. Et ita
refert ſeruari in Francia:& verum dicit vt experimen
to videmus ferè omnia patibula regia habere tra-
bem vnam cæteris altiorem pro nobilibus. & ita ſer-
uatur,vt dicit Bar.in d.l.deſertorẽ,dicens: in Francia
etiam nobiles ſuſpendi. Nec ibi habetur illa mors ſic
222 ignominioſa,vt in Italia. †Maximè in militibus,de-
curionibus,& baronibus, & Doctoribus, qui etiam
de iure nõ poſſunt torturę ſubiici.l.diuo Marco.C.de
quæſtioni.nec valet cõſuetudo in cõtrarium per tex.
ſingularẽ in l.oẽs iudices.C.de decurio. lib. x. tamen
hæc omnia de tortura in præſenti regno Francię non
ſeruantur: imò nobiles & quicunque ſicut plebeij tor
☞ quẽtur. [De quo meminit dominus Auffrerij in ſuo
tractatu arreſtorũ c.xvj. incip. Item in Parlamento.]
Vnde cũ ſemel anno Domini M.ccclxxxv.quidã Ad-
uocatus in Parlamẽto Pariſiis allegaret, ꝙ baro non
debebat ſubiici torturæ,fuit ei publicè per præſiden-
tem inhibitum hoc decætero allegare.Et ꝙ comes in
tortura poneretur caſu requirente nec curia illo iure
ciuili vtebaẽ,ſedꝙ omnes ponerẽtur indiſtinctè caſu
exigente.Cũ reatus omnẽ honorẽ excludat.l.j.C.vbi
223 ſena.vel clariſsi. †Vndecimò fallit regula noſtra,vbi
quis occiſus eſſet per ſententiã iudicis nõ diffinitiuam
ſed interlocutoriã:quia talis nõ efficeretur inteſtabi-
lis,nec teſtamentũ antè factũ rũpetur:imò tali morte
cõfirmaretur, ſecundũ Bald.in l. j. C. ex delictis de-
funct.inquantũ hæredes teneantur.verſi. ſed inciden-
ter dubitatur de bãnito.Ex quo infertur ibi,ꝙ illi qui
ſimpliciter iubentur ſuſpendi, & duci ad furcam per
bariſellum ſeu officialem, qui de facto exequitur hu-
iuſmodi iuſſum, cũ talis ſine cauſæ cognitione iuſſus
224 ſit interlocutoria,tales nõ moriũtur ſerui pœnę.†q̃a
interlocutoria nõ mutat ſtatũ.l.quid ergo.§. quantũ.
ff.de his qui not.infa.& hoc eſt quod voluit fons elo-
quentiæ Cicero in oratione ſua pridie quã iret in exi-
liũ. Nemo,inquit,tam facinoroſus inuentus eſt vita,
vt nõ tam iudicũ prius ſententiis conuinceretur, quã
ſuppliciis addiceretur &c.quaſi dicat,ꝙ iudex repen-
te pœnas infligere nõ debet,niſi per ſententiã diffini-
tiuã,quã præcedere habet plena cauſæ cognitio:quia
ſecundum Ouid.lib.ij. ſine titulo. Culpa nec ex facili
quãuis manifeſta probatur.& Seneca ad Lucillũ epi-
ſtola xl.Nihil ordinatum eſt quod præcipitaẽ & ꝓpe
225 rat.Prçtereà dicit text.in l.fin.ff.de pœnis.† ꝙ pœna
per iudicem interloquendo ſine cauſę cognitione in-
dicta cenſetur non perpetua,ſed temporalis.Adeo ꝙ
ſi aliquem interdiceret exercitio artis ſuæ,morte talis
iudicis finiretur, & extingueretur interdictio:quæ nõ
durat niſi quãdiu durabit iudex,vt per Innocen. in c.
quod tranſlationem. de officio legati.& Panor.in c.
ex literis.de cõſtitutio.Secùs ſi cum cauſæ cognitione
& ſeruato ordine,vt l.j.C.de poſtulã.Et hoc verũ,vbi

ſimpliciter interdicitur, vel alia pœna reo infligitur:
quia ſi ad aliquā pœnā expreſsè cōdemnaretur quis
diffinitiuè ad tēpus,abſq; alia temporis præfinitione,
tunc in decenniū videretur condemnatus.l.ſine præ-
finito.ff.de pœnis.Nec obſtat tex.in cap.j.de re iudi.
vbi iurgantium cauſas celeri ſententia diffinire non
ſuadetur imò præcipitur:quia id intelligit̄, vbi cauſa
eſt iam inſtructa per debitā & ordinatā à iure cogni-
tionem,ita ꝙ nō reſtat niſi proferre ſententiam, quæ
renunciato & concluſo in proceſſu eſt celeriter ꝓfe-
renda,nec aliquo modo differēda. Et hoc eſt quod di
cit etiam tex.in l.cū reis.C.de pœnis,ꝙ poſtquam co
gnitum eſt ſufficienter de crimine, velox pœna reos
ſubducat.Quod facit cōtra aliquos iudices, qui pro-
ceſſu inſtructo,& quod plus eſt,eo viſo, & in cōſilio
reportato, & concluſa illius diffinitione differunt ꝑ
plures dies aut menſes ſententiam proferre,quia for-
tè non ſunt ad eorum libitum per conſilium deciſæ.
226 † Antequàm ergo occiſus ꝑ iudicem efficiatur inte-
ſtabilis,requiritur ꝙ damnatus fuerit diffinitiuè,& ꝙ
talis ſententia diffinitiua fuerit valida, aliquam nō pa
tiens nullitatē. Quia ſola ſententia eſt, quæ occiſum
reddit inteſtabilem:& non delictum,vel executio fa-
cti ſimplex.l.ictus fuſtium.ff.de his qui not. infam. vt
patet ex ſupradictis.Nam ſententia ſuper delicto ve-
rificato eſt cauſa executionis facti,propter quā dāna-
tus infamatur & inhabilitatur, vt ibi dicit text.qui ſic
intelligitur.Ideo dixi vobis, ꝙ reo etiam vero delin-
quente ante ſententiam decedēte crimen extinguitur
quoad omnē pœnā perſonæ afflictiuā,& teſtamentū
ſuum morte cōfirmat̄.Sed ꝑ ſententiam infirmatur,ſi
diffinitiuè & ordinatè cōdemnatus fuerit, aliàs non.
Tamen in aliquibus partibus eſt conſuetudo, ꝙ cùm
proceſſus criminales omnes in præſenti regno fiant
hodie extraordinariè,imò ita fieri debent ſecundū or
dinationes regias, reus interrogatus ſi ad iudicē du-
ctus in confeſſione perſeueret, & de delicto conſtet,
ſtatim reducitur ad carcerem, & ſecundum opinionē
conſilij iudex ſine alia ſententia ipſum tradit,ſeu tra-
di facit lictori ſeu ſpiculatori & carnifici,indicādo ei
quid de eo agere debeat, nullā ſuper hoc proferendo
ſententiā, vt refert Maſuerus titulo de quæſtionibus.
§.item ſi delatus vltro. Et ad iuſtificationē huius,al-
legat no.in l.ij.C.qui teſtamenta facere poſſunt. & in
l.ſi.ff.de his qui mortē ſibi cōſciuerunt.& text.& glo.
in cap.j.de cōfeſſis.& l.prouinciarū. C.de feriis.& l.
j.C.de falſa moneta. Sed hoc intelligendū eſt,vbi reꝰ
conuictus eſt & confeſſus: & ita loquit̄ vbi ſuprà, &
clarius hoc dicit titulo de appllationibus. §. item in
cauſa criminali. Quo caſu etiam non auditur appel-
lans.l.ij.C.quorum appellatio nō recipi. Sicut in cri-
mine ita notorio,quod aliqua non poteſt tergiuerſa-
tione celari,cap.veſtra.& c.ſi.de cohabita. clerico.&
mulierū.Or vbi ex cōſuetudine fiunt proceſſus crimi
nales extraordinariè,perinde valent, ac ſi ſolēnis or-
do fuiſſet ſeruatus, vt ſuprà dixi in ſeptima fallentia.
Sed cauere debent tales iudices poteſtatē extraordi-
nariè procedendi habentes,ꝙ odio non moueantur,
nec fauore, timore, prece vel precio.Quia maius pe-
riculū feriendi innocentiā verſatur in his proceſsibus
extraordinariis, quæ inter iudicē & ſolum delatū ſe-
cretè fiūt, ſemotis aduocato,procuratore & quocūq;
inſtructore,quàm in ordinariis. Ideo vbi maius peri-
culum,ibi cautius agendum.c.vbi maius. de elect.lib.
vj.& l.j.ff.de carbo.edict.Et ſuper omnia ꝙ in talibꝰ
maximè proceſſibus ceſſet iracundia & cuiuſcunque
vindictę perſonalis ſcintilla: quia ira impedit animū,
ne poſſit cernere verum. Sed cum omni moderatio-
ne ꝓcedant in punitione delictorum. Et conſiderent
Architam Tarentinum philoſophum illum doctiſsi-
mum à ſtudio reuerſum, qui rura ſua videns deſerta
& perdita, motus iracundia villicum reliquit impu-
nitum,quem intuens male meritum, Sumpſiſſem, in-
quit,à te ſupplicium, niſi tibi iratus eſſem. Maluit e-
nim impunitum relinquere quā propter iram grauius
iuſto punire.vt refert Valer.lib.iiij. tit.de moderatio-
ne animi.Et lib.v.tit. de humanitate & clementia re-
fert de Piſiſtrato Athenienſi tyranno, qui licet in
conuiuio inter epulas, verbis & ſputo in faciem inie-
cto laceſsitus à Traſippo valde fuiſſet, linguam te-
nuit & manū: nec pœnam per ſe aut filios ab illo exe
git. Quinimò Traſippum timore cōcuſſum recedere
volētem benignè retinuit.Et cum deinde ſe occidere
vellet,in eodem gradu amicitiæ eum retinendo, ne ſe
occideret impediuit,ne iratus vlciſci videretur. Si ni-
hil aliud dignū honore memoriæ geſsiſſet, his tamen
factis abundè ſe poſteritati commendaſſet.Hæc ille.
Non tamen intelligatis, iudicē eò ꝙ iratus eſt,relin-
quere debere omnino delictū impunitū, vt Architas
fecit.Sed debet differre vindictam & dare locum iræ,
quia tunc moderatio rectè dici poteſt, ſi iratus det
iræ ſuæ ſpacium,vt reſidente per interuallum tempo-
ris animi tumore modū habeat caſtigatio.l. ſi vindi-
cati.C.de pœnis.& c,cū apud.vbi tex.aureus.xj.q.iij.
Vnde idem Valer. vbi ſuprà, de Platone loquens ſic
dicit. Nimis liberalis Architæ moderatio: tēperatior
Platonis. Nam cùm aduerſus delictum ſerui vehe-
mentius exarſiſſet, veritus ne ipſe modum vindictæ
diſpicere nō poſſet,Speuſippo amico caſtigatiōis ne-
gotium mandauit: deforme ſibi futurum exiſtimans
ſi cōmiſiſſet,vt parem reprehenſionem culpa ſerui &
animaduerſio Platonis mereretur. Hæc ille. Quia
animi moderatione vix vti poſſunt, qui breuiter in-
terloquendo reos morti tradunt, vt fecit infelix Pila-
tus:de quo legitur Ioan. xix. ꝙ Iudæis tradidit illum
ſcilicet Chriſtum creatorē ſuum vt cruciſigeretur.Et
ſic non fuit ſeruus pœnæ factus, vt ſupra dictū eſt de
illo quem ad furcas iudex ſimpliciter mitti mandauit
per bariſellum ſine forma ſententiæ.ſecundum Bald.
in d.l.j.C.ex delic.defun.Et finaliter ſpiculatores par-
titi ſibi fuerunt veſtimenta eius,& ſuper veſtē incon-
ſutilem miſerunt ſortem,contra tex.in l.diuus. §.pā-
nicularia.ibi:itaque neq; ſpiculatores vltro ſibi vendi
cent,neque optiones ea ſibi deſiderēt,quibus ſpolia-
tur quo momento quis eſt punitus.ff.de bonis dāna-
227 torū. † Quæ omnia clariſsimè demonſtrauit Chri-
ſtum redemptorem & ſaluatorē noſtrum non deceſ-
ſiſſe inteſtatū:imò valuit & valet eius teſtamentū, ita
ꝙ non fuit per iniquiſsimi Pilati ſententiam ſeu illius
executionē ruptum:de quo ſalutifero & ineffabili te-
ſtamento diuus Ambroſius in quodam ſermone de
paſsione ſic dicit: Author pietatis in cruce pendens,
teſtamentū condidit, ſingulis opera charitatis diſtri-
buens,apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus,patri
ſpiritum,virgini paranymphum, latroni paradiſum,
peccatori infernum,pœnitentibus crucem. Hæc ille.
Nam etiā paulò ante eius ſalutiferam paſsionē,mun-
do pacem reliquerat,vt habetur Ioan.xiiij. & Matth.
x.ibi,Pacē relinquo vobis,pacē meam do vobis. Pa-
cem ſuam relinquit nobis,quæ eſt vinculū charitatis,
228 c.nouit de iudic. †Sine qua (ſcilicet charitate) ſaluari
non poſſumus.iuxta illud Apoſtoli j.ad Corinth.xiij.
Si linguis hominum loquar& Angelorum, ſi habeam
prophetiam,& nouerim myſteria omnia, & omnem
ſcientiam



ſcientiam & fidem,& ſi tradā corpus meum vt ardeā,
charitatem autē non habeā,nihil ſum. Pręterea dicit
tex.in clemen.dudum.de ſepult.ꝙ niſi pacis tempore
non bene colitur pacis author,nec iuſtitia virtutum
mater(ſine qua ſecundum Auguſti. regna aliud non
ſunt quàm latrocinia)ſuā facere poteſt operationem.
quia fructus iuſtitiæ in pace ſeminatur, Iacobi iij.ca.
in fine.de quo pluſquā propheta Pſal.lxxxiij.iuſtitia,
inquit,& pax oſculatæ ſunt,quaſi dicat,ꝙ à Deo con
iunctæ ſunt,ꝙ vna ſine altera eſſe non poteſt. Vnde
Chriſtus in ſua paſsione ſatisfecit pro nobis per viam
iuſtitiæ,quam ſtatim pax fuit oſculata:quia per ſuum
ſanguinē pacificauit ea quæ ſunt in cœlis & in terris,
vt dicit Apoſtolus ad Colloſenſ.j.ſecundū Lyrā.vbi
ſuprà.Et ſic pax eſt nobis ſummè neceſſaria, adeò ꝙ
non eſt iuramētum in mundo,quod pacem impedire
poſsit.ſed illo non obſtante fieri poterit,& concluſio
pacis valebit.c.qui ſacramento.xxij.qō.iiij.Et nedum
petenda eſt pax,imò roganda,Pſal.cxxj.Rogate, in-
quit,quæ ad pacem ſunt.Cùm diſſenſiones & ſcādala
prauis actibus aditum præparēt, rumores & odia ſu-
ſcitent,& illicitis moribus auſum præbeāt. Ob quod
de pace loquens Aurelius Auguſt.libro xix.de ciuita.
Dei.cap.xj.in fin.tantum eſt,inquit,pacis bonum,vt
etiam in rebus terrenis atq; mortalibus nihil gratius
ſoleat audiri,nihil deſiderabilius concupiſci,nihil po
ſtremò poſsit melius inueniri. De quo ſi aliquantò
diutius loqui voluerimus,non erimus, (quātum arbi-
tror)oneroſi legentibus,propter finem ciuitatis huius
de qua nobis ſermo eſt,& propter ipſam dulcedinem
pacis,quæ omnibus clara eſt.Hæc ille.Vnde non abs
re ſeraphicus ille Bal.de pace tenēd.in prin.per illum
tex.dicit pacē deſiderandā velut neceſſarium bonum.
& Caſsiodorus: Omni quippe regno deſiderabilis
debet eſſe tranquillitas,in qua & populi proficiūt, &
vtilitas gentiū cuſtoditur.hæc ſcilicet pax eſt bonarū
artium mater decora,hæc mortalium genus multipli-
cat, facultates protendit,& mores extollit. & Oldra.
conſi.xciiij.incip.Eleganter circa negotium.ix.colū.
in fine.Pax,inquit,deſideranda eſt,in qua bonum,&
ſalus multitudinis conſiſtit.ob quod dicit tex. in l.cō
gruit.ff.de offi.præſi.ꝙ bono & graui cōgruit præſi-
di curare pacatā atq; quietam eſſe quā regit ꝓuinciā.
Nā pace remota ſocialis vitæ perditur vtilitas: quin-
imò multitudo diſſentiens ſibiipſi fit oneroſa, nihil-
que habet honeſti,in authen.de referen.in princ.col.
la v. Sicut enim caſeum vermiculus corrodit,ſic diſ-
ſenſio rem publicā,ſecundū Bal.de caducis tollēdis.
l.vnica. Vnde poëta Buco.j.En inquit,quo diſcordia
ciues perduxit miſeros. Adeamus hæreditatē nobis à
Chriſto relictā fratres,ſcilicet pacē habendo ad Deū
eius præcepta ſeruando,iuxta illud Eſaiæ xlviij. Vti-
nam attendiſſes mādata mea,& facta fuiſſet ſicut flu-
men pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris apud
nos ſenſualitatem rationi ſubiiciēdo. quia ſecundum
Auguſt.de ciuit.Dei:Pax vera nō eſt quandiu pugna
tur cū vitiis,& erga proximū,ipſum ſicut noſipſos di
ligendo:quia nō eſt hæres Chriſti,qui pacē eius teſta
mento relictā nō habet,dicit glo.in verbo, pacē,in c.
ad apoſtolicæ.de re iudi.lib.vj. Quantū enim ſit pax
deſideranda,maximè bello ſæuiente,docet tex.in d.l.
vnica.in princ.C.de caduc.tollend.ibi,vt quod belli
calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopiat. Ad
quam nos poſſetenus exhortatur Valer.libr.iiij. titul.
de reconciliatis.Tranſgrediamur ad egregiū humani
animi affectum,quem ab odio ad gratiam deflexū,&
quidē cum læto ſtylo proſequamur.Nam ſicut placi-
dum mare ex aſpero,cœlúmq; ex nubilo ſerenū hila
ri aſpectu ſentitur,ſic bellum pace mutatum plurimū
gaudij affert Offenſarum etiam acerbitas depoſita,
candida relatione celebranda eſt. quia vt dicit Salu-
ſtius in Iugurthino.Cōcordia paruæ res creſcūt,diſ-
cordia verò maximæ dilabuntur.& Cato:

*Ira odium generat,concordia nutrit amorem.*

229 Ob † quod ſapientes Romani conuiuia ad pacem
ſemel in anno celebrabāt,vt maximus ille refert Va-
le.lib.ij.tit.de inſti.antiquis.Conuiuiū etiam ſolenne
maiores(vt dicit) inſtituerunt:idq; chriſtiani appella
uerunt.Cui præter cognatos & affines nemo interpo
nebatur, vt ſi qua inter neceſſarias perſonas querela
eſſet exorta,apud ſacra menſæ & inter hilaritatē ani-
morū fautoribus cōcordiæ adhibitis tolleretur. Hæc
ille.hinc eſt qđ Cicero in lib.de amicitia: Nulla, in-
quit,ciuitas tā firma tāq; ſtabilis,quę nō odiis ciuium
labefactetur,nec vllum tā grande imperiū,quod ciui-
lis diſcordia non euertat. Quia vt dicitur in ſecunda
Catilinæ reſponſiua in Cicero. Nihil eſt tā periculo-
ſum ciuitatibus,quā cū delecti ciues inter ſe diſsidēt.
Inimica nāq; eſt rerum maximarum diſcordia.Ea res
fortè diſsipat & demolitur. Quod prudenter conſi-
derās Marcus Aemilius Lepidus cum Fuluio Flacco
eius inimico cenſor ratione creatus, eo momento ini-
micitiā corde ſyncero depoſuit, quā nociturā reipu-
blicæ videbat.De quo Valer.allegat,titu.de reconci-
230 liatis.† Marcus,inquit, Aemilius Lepidus bis conſul
& pontifex maximus,diuturnas ac vehemētes inimi-
citias cū Fuluio Flacco eiuſdē amplitudinis viro geſ-
ſit:quas vt ſimul cenſores renuntiati ſunt,in cāpo de-
poſuit,exiſtimās nō oportere eos priuatis odiis diſsi-
dere,qui publicè ſumma iuncti eſſent poteſtate.Id iu
diciū animi eiꝰ & præſens ætas cōprobauit, & nobis
veteres annaliū ſcriptores laudandum tradiderunt:
ſubiungens poſtea,idem Sextū Liuiū Salinatorē Ne-
roni ſibi odioſo publicè iunctū feciſſe:quæ quidē mē
tis ad tranquiliorē habitū inclinatio,in aſpero ac dif-
ficili tēporū articulo plurimū ſalutis vrbi atq; Italiæ
attulit:quia pari virtutis impetu conuixi Punicas vi-
res contuderunt.hæc ille,ſicut refert à ſimili Auguſti-
nus lib.i.de ciuit.Dei,capit.xxxiiij.Scipionem dixiſſe
nullā cenſere rempublicam felicē ſtātibus mœnibus
& ruētibus moribus.Ob quod nō immeritò dicit tex.
231 in c.ij.de deſponſa.impub.ꝙ † matrimoniū aliâs ra-
tione perſonarū interdictū tolerat̄ fauore pacis:quia
pax vt ſeruetur moderamē iuris habetur, ſecundū gl.
ibi ſimiliter dicit Bal.in tit.de pace Conſtan.ix.col.ꝙ
ſi bona rebelliū tēpore guerræ aliis ſint conceſſa per-
ſonis,ſunt facta pace prioribꝰ reddēda dominis: quia
pax non ſolū habet vim ſimplicis indulgentiæ,ſed in
integrū reſtitutionis,vt quod clade bellica turbatum
eſt pacis remedio reformetur.c.cū per bellicā.xxxiiij.
232 q.ij.†Et adeò ꝙ ſi ſententiæ ſunt latæ cōtra rebelles
occaſione rebellionis, reſcinduntur facta pace. Imò
poſſet princeps pro bono pacis (vbi aliâs haberi non
poſſet)generalē legē faciēdo,tollere actiōes quęſitas
ſingulis in bello in dānum pacis.l.Antiochenſium.ff.
de priuilegiis creditorū.l.vēditor.§.ſi cōſtat.ff. cōmu
nia prædi.& plenè not.in c.in noſtra.de iniuriis.facit
tex.in c.hoc quippe.iij.q.vj.vbi propter bonum pacis
epiſcoporū depoſitio & aliorū ſubrogatio etiā cōtra
cōſcientiā facta,fuit per papā tolerata.Quo etiā caſu
poſſet papa eccleſiæ electiuæ inhibita electiōe autho
ritate ſua prouidere:quia bonum pacis eſt iuſta cauſa,
dummodo ſit in literis prouiſionis expreſſa ſecūdum
Ludo.Roma.cōſi.cccxxxij.inci.quo ad primū cōſul-

tationis articulũ &c. iiij. col. cùm ſeq.vt plenius dixi
ſuper verbo, *Et vxorẽ nomine Adela.* in j.arti. ſucceſ-
ſionũ ab inteſtato ij.deciſione. Vnde etiã arbitrator
poſſet, nõ ſolũ in caſu dubio,ſed etiã in caſu certo da
re pro bono pacis de iure vnius alteri parti, vt per il-
lum tex.decidit Pano.in c.niſi eſſent.ij.col.de prębẽ.
Nec immeritò:quia vbi non eſt pax ſed guerra & diſ-
233 ſenſio in patria vel loco,turbata ſunt omnia. †Etiam
ſi treuga interponatur,quæ ad tẽpus eſt:adeo ꝙ ſicut
obligatus ad ſoluendũ & debitũ portandũ, excuſatur
ſi ſcit guerrã , ita etiã ſi ſciat treugã. Caſus eſt ſingul.
ſecũdũ Bal.in c.j.§.vaſalli.de pace Cõſtã.& ſic treuga
plus accedit guerræ q̃ paci. Non enim ſolidat treuga
timentẽ,ſicut nec ſaluus cõductus. c. accedens.vt lite
nõ cõteſt.videatis Ioã. And. ſuper rubr. de treuga &
pace.Ideo ſpeciale eſt in publica pace facta vt rũpens
eã ꝓ furto quinq; ſolidorũ laqueo ſuſpẽdat̃, ſi minùs
ſcopis,& forcipe excorietur & tundatur.in vſib.feud.
de pace tenẽ.& ei⁹ violat.c.j.§.ſi quinque ſolidos. v-
bi alias ꝓ primo furto ſi nõ eſſet nimis egregiũ trib⁹
æquipollẽs,pœna mortis nõ puniret̃:in auth.ſed no-
uo iure. C.de ſeruis fugit. ſecundum Bal.ibi, & plenè
Guido Papæ,q.Dlxxxix.Prætereà fauore pacis & pro
illius ſumma vtilitate, quæ ꝑ trãſactiones procuratur
ꝑ quas cõtrouerſiæ,lites,& quæſt.ſedantur & pacifi-
cant̃,fuit cõſultiſſimè proſpectum & lege diffinitum,
in tranſactione locum non habere remedium l. ij. C.
de reſcin.vendi. Quia in ea prætendi non poteſt læ-
ſio,cum eo ſolo ꝙ à lite diſcedit̃,ſummum bonum &
ſic inæſtimabile cuilibet parti acquirat̃.l.Lucius.§.fi.
ff.ad Trebel.Similiter ſi ꝓmiſſum cauſa tranſactionis
nõ ſeruet̃ aut datum euincat̃,cõtrouerſia ſemel tranſ-
actione ſopita nõ inſtaurat̃, nec pax ſemel inter par-
tes ꝑ tranſactionem facta perdit̃,ſed ad promiſſum a-
gitur.l.ſi ꝓ fundo.ibi,inſtaurari deciſam litem ꝓhibẽt
iura &c.quã ibi ſingulariter ad hoc cõmendat Bar.in
prin.C.de tranſactio.nec locum habet regula,frangẽ-
ti fidẽ &c.quæ ſolum militat in ſimplici pacto.l.cum
proponas. C.de pactis. Pariter decidit & ſingulariter
234 Bal.in additio.Specu.tit.de homicid.prope finem.†ꝙ
licet mandatũ morte extinguatur mandatoris.l.man-
datum.C.manda.tamen nõ finitur etiam re integra,ſi
mandatũ fuerit ad faciendum pacem : ideo ſi vulnera
tus mandauerit alicui vt faceret pacem, & re integra
mãdator moriatur , nihilominus fieri poterit pax vi-
gore mãdati allega.l.ij.ff.ad Sylleya.& l.ſi verò nõ re-
munerandi.§. fin. ff. manda.quod ſequitur Iaſon , in
l.eius.§.placebat.ff.ſi cert.pet.dicens hoc alibi nõ le-
giſſę.Ad hoc facit ſingularis deciſio gl. in l.ſi ex cau-
ſa.§.nunc vidẽdum.ff.de mino.vbi Bar.Bal.& Alber.
235 †Vbi ſi minor xxv.annis potuerat habere concordiã
& pacẽ cum aduerſario in mille ducatis & noluit,ſed
eam refutauit. Et poſteà fuit condemnatus in duobus
milibus,nõ nocet ei talis ſententia,licet tranſiuerit in
rẽ iudicatam:imò habebitur ꝓ cõcordato fauore cõ-
cordiæ.Et quod magis cõcludit, q̃a ex ſequẽti ſenten
tia apparet de euidenti læſione: ꝓpter quam reſtituit̃
aduerſus cõcordiam omiſſam.& idẽ tenuit Bal.in re-
petitione l.ij.C.de reſcin.vendi.quia relinquens con-
cordiam læſus videt̃.quaſi Deum reliquiſſet, qui non
eſt diſſenſionis De⁹,ſed pacis.j.Cor.xiiij.Quę omnia
ꝓ pacis cõmendatione ſunt notanda : quia inducunt
ad pacẽ,quę inter bonos ſeruãda eſt,vt pupilla oculi,
ſi angelico præcepto parere velimus, vt tenemur,qui
vt habetur Lucæ ij.Gloria,inquit,in excelſis Deo,&
in terra pax,hominibus bona voluntas.quanuis inter
malos procurãda ſit diuiſio & diſſenſio: quia vt dicit
Salluſtius in Iugurthino, Inter bonos amicitia cui fa-
uendum eſt,inter malos factio eſt,quę poſſetenus diſ
236 ſolui debet. †Nam,vt dicit Greg.in moralibus, Sicut
noxium eſt,ſi vnitas deſit bonis , ſic eſt pernicioſum,
ſi non deſit malis.Peruerſos quippe vnitas corrobo-
rat , dum concordat. Et tantomagis incorrigibiles,
quanto vnanimes facit. Ideo Paulus ſe Phariſæũ di-
cens , diuiſionem ſeminauit inter Phariſæos & Sadu-
ceos,& liberationẽ cõſecutus eſt, Actorum xxiij. vbi
dicit glo.ꝙ ſicut vnitas bonorũ vtilis eſt,ſic malorum
ſemper bonis nociua eſt.Et hoc eſt quod dicebat Sal-
uator,Lucæ xij.Non veni pacem mittere in terra,ſed
ſeparationẽ.& Eſaias lviij.cap.dicit:Diſſolue colliga
tiones impietatis,& faſciculos deprimentes. Vnde &
inter hoſtes diſcordias procurare ſapientis eſt ducis,
ſecundũ Vegetiũ de re mili.c.x. cui cõcordat Iſidor.
in lib. de ſummo bono lxviij. c. de malorũ cõcordia.
& Oldrad.conſil.lxxj.incipiẽ. Nunquid Chriſtianus
poſsit ſine peccato. De laudibus & effectu pacis, vi-
deatis Lud.Ro.conſi.vlti.incip. Vos eſtis lux mundi.
vj.col.Et vnde procedit pacis & concordiæ exilium,
videatis tex. ſuprà in prooemio huius voluminis De-
cretaliũ. Poſtq̃ ergo Chriſtus tam ſalubertimam no-
bis reliquit hæreditatẽ, debemus ſuum poſſetenus te-
ſtamentum ſuſtinere, vt ex eo fructum conſequamur
tanquã omnium iure valido, non obſtante funeſtã &
237 execrabili contra eum lata ſententia , † quæ peccauit
in multis: quæ ad ipſius detegendã iniquitatẽ & iniu-
ſtitiam notoriã glomeratè concurrunt. Primò , quia
ad fauorẽ populi & clamorẽ lata fuit , & ideo ſeueri-
ter,iuxta illud Poetæ j.Aeneid.Sæuitq; animis igno-
bile vulgus.& habetur Lucæ xxiij. ibi , At illi ſuccla-
mabant dicẽtes,Crucifige,crucifige eum. Et inſtabãt
vocibus magnis poſtulantes vt crucifigeretur. Et in-
ualeſcebant voces eorum: Et Pilatus non aduertens,
238 †ꝙ ſicut fauore populi liberari nõ debet damnat⁹ l.
ad beſtias. ff. de pœn. ita nec ipſius furore Innocens
erat damnandus:imò multo minus ꝑ rationẽ.l.abſen-
tẽ.ff.de pœ. adiudicauit fieri petitionẽ eorum dicen-
tiũ ſi hunc dimittis,nõ es amicus Cęſaris.Et ſic timo-
re,iuxta illud:Quatuor iſta,timor,odiũ,dilectio, cen
ſus,Sæpe ſolent hominũ rectos peruertere ſenſus. Et
alibi nõ hunc ſed Barrabã , ſecundũ quod ſpiritu ꝓ-
phetico dixerat loco Chriſti eximius prophetarũ ille
Dauid pſalmo xxj. Circundederunt me vituli multi,
tauri pingues obſederũt me. Aperuerunt ſuper me os
ſuũ,ſicut leo rapiẽs & rugiẽs.Quoniã circũdederunt
me canes multi,cõ ſiliũ malignantiũ obſedit me.& a-
libi Pſal.ij.Aſtiterũt reges terrę & principes cõuene-
runt in vnũ aduerſus dominũ,& aduerſus Chriſtum
eius. Non ergo iracundè , ſed cũ animi moderatione
ꝓcedi debet in punitione delictorum: quia ira impe-
239 dit animũ,ne poſsit cernere verũ. †Ideo Tarentinus
Architas à ſtudio reuerſus videns rura ſua deſerta &
perdita, motus iracundia villicũ reliquit impunitum
quẽ intuens malè meritum , Sumpſiſſem , inquit, à te
ſuppliciũ,niſi tibi iratus eſſem. Maluit enim impuni-
tũ dimittere,quã propter irã grauius iuſto punire, vt
refert Valer.lib.iiij.tit. de moderatione animi. & lib.
240 v.tit.de humani.& clemẽ.†refert de Piſiſtrato Athe-
nienſi tyrãno , q̃ licet in conuiuio inter epulas verbis
& ſputo in faciẽ iniecto à Thraſippo laceſſitus valde
fuiſſet,linguã tenuit,& manũ,nec pœnam ꝑ ſe aut fi-
lios ab illo exegit. Quinimo Thraſippũ timore con-
cuſſum recedere volentem benignè retinuit:& cũ de-
inde vellet ſe occidere,in eodẽ gradu amicitiæ cũ re-
tinẽdo,ne ſe occideret impediuit:ne iratus vlciſci vi-
deretur.



deretur.de quo Valer.vbi ſ.pulchrè ſic dicit,A Thra-
ſippo amico inter cœnã ſine fine laceratus,ita & ani-
mũ & vocẽ ab ira cohibuit, vt putares ſatellitẽ à tyrã
no malè audire: abeuntẽ quoq; verit⁹ ne ꝓpter metũ
maturius,id eſt citius ſe conuiuio ſubtraheret inuita-
tione familiari cœpit retinere: Thraſippus concitatæ
tẽmulẽtiæ impetu euect⁹,id eſt tranſportatus, os eius
ſputo reſperſit, nec tamen in vindictam ſui valuit a-
ſcendere.Ille verò ſcilicet Piſiſtratus etiam filios ſuos
violatæ patris maieſtati ſubuenire cupientes retraxit.
Poſtero quoq; die Thraſippo ſuppliciũ à ſe volũta
ria exigere volente morte, venit ad eum ſcilicet Piſi-
ſtratus, dataq; fide in eodẽ gradu amicitiæ mãſurum
ab incepto reuocauit.Si nihil aliud dignũ honore me
moriæ geſſiſſet , his tamẽ factis abundè ſe poſteritati
cõmendaſſet.hæc ille.Non tamẽ intelligatis iudicem
eo ꝙ iratus eſt,relinquere debere omnino delictũ in-
punitũ ſicut Architas fecit. Sed debet differre vindi-
ctã,& dare locum iræ:quia tunc moderatio rectè dici
poteſt,ſi cũ iratus dediſſet iræ ſuæ ſpaciũ, vt reſidẽte
per interuallũ tẽporis animi tumore modũ habeat ca
ſtigatio.l.ſi vindicari.C.de pœn.& c.cũ apud xj.q.iij.
Vnde melius,vt loco priùs alleg.Valer.feciſſe videtur
Plato,qui nõ remittẽdũ ſeruo ſuppliciũ,ſed ab altero
minimè perturbato inferendũ eſſe iudicauit, dicẽs in
hæc verba:Nimis liberalis Architæ moderatio,tẽpe-
ratio Platonis. Nam cũ aduerſus delictũ ſerui vehe-
mentius exarſiſſet , veritus ne ipſe modum vindictæ
deſpicere non poſſet, Speuſippo amico caſtigationis
arbitriũ mãdauit,deforme ſibi futurum exiſtimãs , ſi
cõmiſiſſet,vt parẽ reprehenſionẽ culpa ſerui,& ani-
maduerſio Platonis mereretur. hæc ille. Qua animi
moderatione caruerũt põtifices Iudęorũ vt ſuperius
dixi , de hac ſententia tumultu populi lata loquendo.
Sed quia in leges diuinas impiè agere impunè nõ ce-
dit ij.Mach.iiij.Et prætereà, quia vt lib.iiij.ti.de ami-
citia,in fine dicit Vale.Optima vindex inſolentiæ eſt
241 varietas humanæ cõditionis. †Cõtingit paulò poſt
ꝙ in foribus templi ipſo feſto Paſchali, vt Faſciculus
refert tẽporum,triginta millia hominum necata ſunt.
Et continuè durauit inter eos ſeditio,furor & tumul-
tus,donec vt dictũ fuerat Moyſi Deuter.xxviij.peni-
tus per Titum & Veſpaſianũ deleti fuerũt.Et nõ abs
re:Barabbã enim petierũt nequiſſimũ & ſeditioſum,
& non mitẽ & humilem Ieſum.Imò ante faciẽ Pilati
ipſum negauerunt dicentes:nõ habemus Regem, niſi
242 Cæſarẽ.†De quo nullã pœnitentiã egerunt: nec tan
quã de prçterito cogitarũt, ob quod peſſimi facti ſũt
iuxta illud Senecæ , ad Lucillũ epiſtola lxxxiij. Hoc
nos, inquit, peſſimos facit , ꝙ nemo reſpicit vitã ſuã.
Quid facturi ſumus cogitamus,& id raro.Quid fece-
rimus nõ cogitamus, ſicut cogitabat propheta Eſaias
xxxviij.dicens : Recogitabo tibi omnes annos meos
in amaritudine animæ meæ. & Sextus (vt narrat Se-
neca lib. iij. de ira.) omni die ſeipſum interrogabat
qualiter vixiſſet.vnde Hugo de clauſtro animę.Sicut,
inquit , cõuentus hora ſtatuta ad capitulũ confluit vt
mala corrigat , ſic ratio ad ſecreta cordis conuenire
debet, & quod nephas eſt corrigere : iuxta illud Eſa.
xlvj.Redite præuaricatores ad cor , & recordamini
prioris ſeculi.In frõte enim tẽpli Apollinis olim ( vt
Macrob.lib.j.narrat) ſcriptũ erat:Hęc via eſt ad bea-
titudinẽ:ſi teipſum cognoueris , vt etiã tradit Policr.
lib.iij.c.ij.cui cõcordat Iuuenalis,& Aug.iiij.de Tri.
c.j.Scientiã (inquit) cœleſtiũ atq; terreſtriũ magnam
exiſtimat genus humanũ: ſed profectò meliores ſunt
qui ſciẽtiis huiuſmodi, ſeipſos noſſe præponũt.Cùm
laudabilior ſit anim⁹ cui ſua eſt nota infirmitas, quã
243 qui ea non reſpecta vias ſiderũ ſcrutatur. †Secundò
peccauit dicta ſentẽtia, & nulla apparet propter ordi
nẽ proceſſus nullo modo ſeruatũ per iudicẽ.Cõdẽna
tus enim extitit ad funeſtã vocẽ ſacerdotũ ipſum ac-
cuſantiũ,cõtra l. fin.C.de accuſa. Nam licet ageretur
de magno,tamen proceſſus fuit adeo præcipitatus ꝙ
vix decẽ durauit horis,cõtra tex.in clemẽ.paſtoralis.
de re iudic. vbi præcipitatio dicitur nouerca iuſtitiæ.
In quibus verificatũ fuit illud Salluſtij in Iugurtino,
vbi dicitur:Animo cupiẽti nihil ſatis feſtinatur.vt la-
244 tius ſuprà fuit oſtẽſum. †Tertiò peccauit , quia ex
proceſſu Pilati euidẽter apparet de ſentẽtiæ iniquita-
te,& notoria iniuſtitia:cũ ſæpius dixiſſet Iudæis,Nul
lã cauſam inuenio in homine iſto ex his in quibus eũ
accuſatis. Et iterum,quid enim mali fecit iſte? Nullã
cauſam mortis inuenio in eo, Lucæ alle.xxiij.c. quod
& cæteri euãgeliſtę teſtãtur: ꝙ ſæpe hoc dixit Pilatus
ad demõſtrandũ eius cõfeſſionẽ de Chriſti innocẽtia
245 non fuiſſe erroneã. †Non enim præſumit̃ de errore
alicuius cõfeſſionẽ reiterãtis: ideo valet cõfeſſio rei-
terata: etiã extra iudiciũ abſente parte facta , tãquam
vera & ex certa ſciẽtia ꝓcedẽs, ſecundũ Bart.in l.cũ
ſcimus.C.de agri.& cẽſi.lib.xj.pro quo eſt text.quem
ipſe nõ allegat in l.j.C.de plus peti.ibi,& ſecũdis cõ-
feſſionibus &c. Et ſi ꝑfidi Iudæi Euãgeliſtis credere
nolint,ſaltẽ credẽdũ eſt ipſi Pilato iudici per eos ele-
cto:qui poſt Chriſti paſſionem de ipſius ſanctitate &
innocẽtia Tyberio Cęſari epiſtolã ſcripſit,in hęc ver-
246 ba. †Tyberio Auguſto Põtius Pilat⁹ ſalutẽ. Nuper
accidit,quod ipſe ꝓbaui, Iudæos ꝑ inuidiã ſe ſuóſq;
poſteros crudeli damnatione peremiſſe: cũ enim pro
miſſum haberẽt patres eorũ,ꝙ Deus mitteret illis per
Virginẽ ſanctũ ſuũ : qui rex ipſorũ meritò diceretur,
hunc me præſente miſit in Iudæã.Quẽ cum vidiſſent
cæcos illuminaſſe , leproſos mũdaſſe,paralyticos cu-
raſſe,dęmones effugaſſe,mortuos ſuſcitaſſe, vẽtis im-
peraſſe , pedibúſq; ſiccis ſuꝑ vndas maris ambulaſſe,
& alia multa miracula feciſſe , & omnis populus Iu-
dæorũ diceret eũ eſſe Dei filiũ:Prĩcipes ſacerdotũ in-
uidia cõtra eũ moti mihi eũ tradiderunt, & alia pro
aliis mentientes hunc magum eſſe, & cõtra legẽ eorũ
agere dixerũt.Ego autẽ ita eſſe dicẽs, ipſũ flagellatũ
eorũ arbitrio tradidi,qui eũ crucifixerunt , & ſepul-
chro cuſtodes adhibuerunt. Ille quoq; militibus meis
cuſtodiẽtibus,die tertia reſurrexit. In tantũ verò ne-
quitia Iudæorũ cõtra eũ exarſit, vt ipſis cuſtodib⁹ pe
cuniã darẽt quatenus diſcipulos eius corpus rapuiſſe
dicerent. Sed illi quod factũ fuerat tacere nõ valẽtes,
teſtati ſunt eũ reſurrexiſſe, ſéq; viſionẽ Angelorũ vi-
diſſe, & à Iudæis pecuniam accepiſſe. Hoc aũt ideo
ſcripſi,ne quis aliter æſtimet factũ eſſe,vel credẽdum
mẽdaciis Iudæo.hæc ille.Tũc Tyberius cũ ſuffragio
magni fauoris retulit ad Senatum , & poſtulauit vt
Chriſtus Deus haberetur. at ſenatus recuſauit , indi-
gnatus ꝙ nõ ſibi ſecũdũ morẽ epiſtola primò fuiſſet
delata.Cùm eſſet mos Romanis,vt prouinciarum iu-
dices ſenatui ſcripto renuntiarent, ſi quid noui in his
quas regebant,prouinciis accidiſſet.Et iterum ei ſcri-
pſit, Pilatus Tyberio Cæſari ſalutẽ.De Ieſu Chriſto
quẽ tibi planè poſtremis meis declarauerã, nutu tan-
dem populi acerbum (me quaſi inuito & ſuſtinente)
ſupplicium ſumptũ eſt. Virum herclè ita pium & ſe-
uerum nulla vnquã ætas habuit,nec habitura eſt : ſed
mirus extitit ipſius populi conatus, omniũmq; ſcriba
rum principum & ſeniorũ conſenſus : ſuis prophetis
& more noſtro Sibyllis cõtrà præmonentibus : hunc

veritatis legatũ cruci(ſignis etiam ſupra naturã appa-
rẽtibus)dũ pẽderet,& orbi vniuerſo Philoſaphorum
iudicio lapſum minitãtibus.Vigẽt illius diſcipuli ope
ræ & vitæ cõtinẽtia magiſtrũ nõ mẽtiẽtes:imò in eiꝰ
nomine beneficẽtiſsimi: niſi ego ſeditionem populi
æſtuantis exoriri pertimuiſſem, fortaſſe adhuc nobis
vir ille viueret.Et ſi tuæ magis dignitatis fide cõpul-
ſus,quã volũtate mea adductus pro viribus nõ reſtite
rim,ſanguinẽ iuſtũ totius accuſationis immunẽ, ve-
rùm hominum malignitate iniquè,in eorũ tñ(vt ſcri-
pturæ interpretãtur) exitũ pati & venundari. Vale.v.
Kalendas Aprilis. O glorioſum & nobis ſalubre iu-
dicis ſcripto reiteratum teſtimoniũ, Chriſtum inno-
centem profitentis & ante mortẽ,vt vidiſtis. Et hora
mortis qua ſcripſit titulũ Pilatus.in quo ſcriptũ erat,
IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM.Pa-
riter & poſt mortem,vt in prædictis epiſtolis conti-
netur,ſententiæ iniquitatẽ euidenter demõſtrans, &
Chriſtum redẽptorem noſtrũ ab infamia præſeruãs.
Non enim ſentẽtia aut ictus fuſtiũ vel quæcunq; alia
pœna infamiã irrogat: ſed cauſa propter quã id pati
meruit.ff.de his qui not.infa.l.ictus fuſtiũ. licet enim
aliquãdo quis ſine culpa, nõ tñ ſine cauſa puniatᷣ,tñ
Chriſtus ſine culpa,imò ſecundum confeſsionem iu
dicis ſine cauſa punitione digna,fuit occiſus ad dictũ
falſorũ teſtiũ:quorũ teſtimonia nõ erant cõueniẽtia,
imò varia,cõtraria, & manifeſtè vacillãtia,vt ſcribi-
tur Marci xiiij.ad inſtar teſtium Suſannæ.De quibus
habetur Daniel.xiij.& gl.in l.teſtium.C. de teſtibus.
247 †Quartò peccauit,quia iudex errorem in ſua ſenten-
tia expreſsit,quia videns quòd nihil proficeret, ſed
magis tumultus fieret,accepta aqua lauit manus corã
populo,& ſedendo pro tribunali dixit: Innocẽs ego
ſum à ſanguine iuſti huius.Ac protinus Ieſum flagel
latũ tradidit eis vt crucifigeretᷣ.Matthæi xxvij.Or in
mũdo maior iuris error in ſententia nunquã fuit,quã
in fatẽdo aliquẽ fore innocentẽ ipſum condẽnare ad
248 mortẽ,ſicut fecit Pilatus Chriſtũ.†Non aduertẽs,ꝙ
in mẽte iudicis debent eſſe duo ſales, ſcilicet ſciẽtiæ,
aliâs eſt inſipida:& ſal ſecuræ cõſciẽtiæ,aliâs eſt dia-
bolica,vt pulchrè dicit Bal.in l.ij.circa fi.C.de ſentẽ.
249 experi.reci.†Apices enim iuris in foro cõſciẽtiæ nõ
excuſant.quia forus cõſcientiæ eſt forus boni & ę qui
ſimul coniuncti. Et eſt tribunal veritatis & fictionis.
Nã qñ æquũ bono opponitur, diuina iuſtitia potius
amplectitᷣ ęquum,quã id quod ius ciuile vocat bonũ.
Cũ perfecta iuſtitia requirat hæc duo ſimul, ſecundũ
Bal.elegantiſsimè in l.vnica.C.de cõfeſ. Iſtos deniq;
apices diſtinctionũ iuris ciuilis ſimplicitas naturalis
ignorat,ſecundũ Bal.in c.fi.xij.col. de cõſuetudine
& dixi ſuper verb. *Et vxorẽ nomine Adela*.in j.arti. &
ſecunda deciſione, loquendo an executio fieri poſsit
cõtra clericos in fructibus beneficiorũ. Pariter Bal.
in c.auditis.prope finẽ.de elect.cõſultiſsimè decidit,
250 †ꝙ plus peccant qui ſciẽter indignũ eligunt,quã qui
eligunt cõtra formã eligẽdi:quia primi cõtra cõſcien
tiã faciunt.Secundi verò ſolos canonũ apices pręter-
mittunt:quod non eſt cõtra bonã fidẽ nec naturalem
æquitatẽ,ſed cõtra nimiã legum diligentiã, nulla ra-
tione cogẽte,ſed ſola authoritate veterũ introductã.
ff.de leg.ij.l.codicillis.§.fi.& ff.mãda.l.fideiuſſor.§.
quædã.Heu me,quia hodie homines parum curãt de
cõſcientia quæ Deo debetur,ſed ſolũ de ſcientia quę
debetur homini,id eſt de virtute legis poſitiuæ, quæ
quantũ ad Deũ ꝓ nihilo reputatᷣ,ſecundum Bal.in c.
eccleſia diuæ Mariæ.iiij.col.vt lit.pend. ſimiliter idẽ
Bal.in l.fi.C.de pœna iud.qui malè iudica. ſingulare
251 dicit,†ꝙ adeò eſt cõſcientia in iudicãdo ſequẽda,ꝙ
iudex faciẽdo ſecundum cõſciẽtiã,licet faciat contra
ſcriptã iuſtitiã,nõ incidit in pœnã.c.cùm æterni tri-
bunal.de re iudi.lib.vj.iudex enim,vt ibi dicit Bal. ſe
qui potius debet conſcientiam ſuã,quàm conſcientiã
partiũ,maximè cõſcientiã quæ nemini nocet. Quod
ſi Pilatus feciſſet,id eſt cõſcientiã ſuã ſecutus fuiſſet,
& nõ Iudæorum latratũ,crucifige clamantium:rectè
252 iudicaſſet in foro cõſciẽtię ſuæ.†Quæ ſecũdum Bal.
ibi eſt triplex,ſcilicet ligata rebus viſis,& ligata ratio
nibus legum,nec nõ eſt cõſciẽtia motiua & adhęrẽs
quibuſdã imaginationibus intellecta.Prout alibi di-
cit idem Bal.in c.niſi cùm pridẽ.iiij.col.de renuntia.
ꝙ cõſciẽtia eſt animi motus ſibiipſi ꝑſuadẽs & ſeſe
concernens,vt pariter dicit in c.j.§.ſacramentum.de
cõſue.recti feudi.& dicã infrà dum decidetur,an infa
253 mis teſtari poſsit.† Vnde licet hæc vltima non obli-
get animã iudicis,cùm ſit cõſciẽtia impulſiua & non
arctatiua:tñ infelix beſtia Pilatus ſciẽs Chriſtum in-
nocentẽ,cõtra viſa illius miracula omni ratione legũ
poſtpoſita,& quod eſt deterius,cõtra motiua imagi-
nationibus ſui intellectus adhærẽtia,ſciebat enim ꝙ
ꝑ inuidiã tradidiſſent eum,cõtra veritatẽ & æquitatẽ
iudicauit illum.Quod nõ feciſſet Bal.qui in c.quoniã
cõtra falſam.de proba.dicit veritatem & æquitatem
eſſe duos lapides iuſtitiæ angulares,vt ꝓbat text.ibi,
dum dicit:ne falſitas veritati præiudicet aut iniquitas
præualeat æquitati &c. facit l.illicitas.§. veritas.ff.de
offi.præſi.& l.quod ſi æpheſi.ff.de eo quod certo lo.
& l.placuit.C. de iudi.Nã ſciẽtia eſt verorũ dũtaxat
ſecundum Bal.in d.c.fi.de cõſue.xj.col. Igitᷣ ſentẽtia
Pilati non fuit bona de iure ciuili nec tenuit in foro
cõtentioſo,fuitq; minus æqua,nec valuit in foro con
ſcientiæ de iure diuino. Quinimò fuit nulla ex tali
expreſsione erroris.c.j.de iudic.& l.cùm prolatis.ff.
illo eo.tit.& l.ij.C.& quando prouo.non eſt neceſſe.
254 † Quintò, peccauit in acerbitate pœnæ inſolitæ.Nã
crudeliſsima morte affecit eum,vt iam prophetatum
erat Sapien.ij.Circumueniamus iuſtum, qm̃ inutilis
eſt nobis,& cõtrarius eſt operibus noſtris, & impro-
perat nobis peccata legis,& diffamat in nos peccata
diſciplinæ noſtræ.Promittit ſe ſciẽtiam Dei habere,
& filiũ Dei ſe nominat.contumelia & tormẽto inter
rogemus eũ,vt ſciamus reuerentiã eius, & probemus
patientiã illius:morte turpiſsima condẽnemus eum.
Deinde ſequitur:hęc cogitauerunt & errauerunt.Ex-
cæcauit enim illos malitia eorum, neq; mercedẽ ſpe-
rauerunt iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorẽ animarũ
255 ſanctarum.hęc ibi. †Sextò peccauit, quia dicta ſen
tentia non fuit in forma ſententię diffinitiuæ prolata,
ſed in forma ſimplicis interlocutoriæ & nudi præce-
pti.nõ enim condẽnauit eum aliquo ordine ſeruato,
ſed ſimpliciter ac præcipitãter Iudæis tradidit illum
vt crucifigeretur,Ioã.xix.Et ſic nõ fuit ſeruus pœnæ
effectus,vt ſ· dictum fuit de illo.quẽ ad furcas iudex
ſimpliciter mitti mãdauit per Bariſellum, ſecundum
Bal.in d.l.j.C.ex delict.defun.Et finaliter ſpiculato-
res partiti fuerunt veſtimenta ſua,& ſuper veſtem in-
conſutilẽ miſerunt ſortẽ,vt ibi dicitur cõtra text.in l.
diuus.§.pãnicularia.ibi,Ita neque ſpiculatores vltrò
ſibi vẽdicent:neq; optiones eas ſibi deſiderẽt,quibus
ſpoliatᷣ quo momẽto quis eſt punitus &c.ff. de bonis
damnat. Malè enim Chriſtum perſequi cœperunt:
256 †quia nõ zelo iuſtitiæ,ſed typo inuidiæ.ideo de ma-
lo in peius proceſſerunt,quia ſcriptum eſt per philo-
ſophũ in libro de cœlo & mũdo,ꝙ modicus error in
principio maximus fit in fine.ſecundum Baldũ in d.
c.quo



c.quoniã cõtra.& in l.j.§.j.ff.de iuſti.& iure.Et mul-
toties vnum peccatũ eſt cauſa alterius. vt pulchrè di-
cit apoſt.ad Rom.j.Sicut enĩ mors inuidia diaboli, vt
habetᷣ Sap.ij.in fi.mundũ intrauit, ſic Chriſtus Iudæo
rũ inuidia, præſertim Caiphę põtificis arrogãtiſſimi
& alienæ felicitatis inuidi ſuaſione interfectus vitam
nobis reſtituit. In iſto Caipha verificatũ fuit quod di
cit Salluſtius in Iugurtino, ꝙ homines ſuperbiſſimi
procul errãt.Profectò Chriſtus virtuoſus,imò(vt ve-
rius loquar) ipſamet virtus,cũ eſſet ſola æmulorũ in-
uidia (quæ virtutis comes eſſe ſolet)in Aegyptũ pro-
fugus:tandem morte viliſſima, vt ſcitis, nos à vilitate
257 peccati lauit. †De quo & eius excellẽtia corporis &
animi præſtantia vltra Sybillas reperit Eutropius in
geſtis Romanorũ hãc epiſtolã tp̃e Octauiani ſenato-
ribus Romæ ſcriptã fuiſſe ꝑ Lentulũ ſe ad cãm certi
officij ſui reperiẽtẽ in partibus Iudęę Herodis regis.
Cuius epiſtolæ verba ſunt hæc:Apparuit tp̃ibus iſtis.
& adhuc eſt homo magnæ virtutis noĩatus Chriſtus
Ieſus,q̃ dicitᷣ à gẽtibus ꝓpheta virtutis:quẽ eius diſci
puli vocãt filiũ Dei,ſuſcitãs mortuos, & ſanãs oẽs lã
guores.Homo quidẽ ſtaturæ ꝓceræ,mediocris & ſpe
ctabilis,vultũ habẽs venerabilẽ:quẽ intuẽtes diligere
poſſunt, & formidare: capillos habens coloris nucis
auellanæ præmaturę,& planos ferè vſq; ad aures.Ab
auribus verò cincinnos criſpos aliquãtulũ ceruliores
& fulgẽtiores ab humeris ventilãtes:diſcrimes habens
in medio capitis iuxta morẽ Nazaręorũ,frõtẽ planã,
& ſereniſſimã cum facie ſine ruga & macula aliqua:
quam rubor moderatus venuſtat, naſi & oris nulla
prorſus eſt reprehẽſio: barbã habẽs copioſam & im-
puberẽ capillis cõcolorẽ,nõ lõga,ſed in medio bifur
catã,aſpectũ habẽs ſimplicẽ & maturũ,oculis glaucis
variis & claris exiſtẽtibus:increpatione terribilis, in
admonitione blãdus & amabilis: hilaris ſeruata gra-
uitate,q̃ nunquã viſus eſt ridere,flere autẽ ſic: in ſta-
tura corporis propagatus rectus, manus habẽs & bra
chia viſu delectabilia: in colloquio grauis rarus &
modeſtus,ſpecioſus inter filios hominũ.hæc ille. Cui
ſacra conſonat litera, Pſal.xliiij.Specioſus forma pręe
filiis hominũ &c.quod nõ legiſlator ignorauit. in l.ſi
quis in metallũ. ibi, quo facies quæ ad ſimilitudinem
pulchritudinis eſt cœleſtis figurata.C.de pœnis.Qui
tandẽ inuidia põtificũ & phariſæorũ fuit occiſus pro
258 nobis vtiliter. †De hac execrabili inuidia os ſuum
aperuit benignus ille noſter præceptor Sali. in l. per
diuerſas.C.mãda.ſic dicẽs,hęc ſcilicet inuidia virtuti
continuò detrahit, parẽ deprimit, maiorẽ nõ diligit,
minorẽ attrahit,attractũ conterit, ſuumq; poſſeſſorẽ
falſum teſtẽ ſæpiùs fieri ſubegit.Hæc ſæpius mũdum
illuſtrãtibus pro meritis ſupplicia cõtulit. Nam illos
multoties in carcere diu,vt legimus, tenuit, diuiteſq;
fecit inanes. & à propriis laribus plerumque exulare
coegit,& interdũ occidit.Hæc pacis æmula Romã in
partes diuiſit: diuiſamq; ſuo ardenti feruore ad inte-
ſtina bella deduxit,& eã omni gaudio & honore pri-
uauit. De his omniũ magiſtra rerum experientia nos
certiores reddit, cũ ad hoc opus noſtrũ ꝑficiendum
nos illa Ferrariã cõtulit.hęc ille.De quo etiã dedi vo
bis exemplum,quod cõtingit in præſenti regno, ſ. in
verbo, *condidit* j.loquendo de ſæuicia dominorũ erga
ſubditos: quæ plerunq; incitatur inuidia Palatinorũ,
qui ſi virtute ſatis valerent (vt habes in oratione ad
Cęſarẽ ſenẽ de repub.)magis ęmuli,id eſt,imitatores
bonorũ quã inuidi eſſent: quia deſidia & inertia,ſtu-
por eos atq; torpẽdo inuaſit:ſtrepũt,obiectãt: alienã
famã bonã ſuũ dedecus æſtimãt. Heu noui quoniam
inuidia fera peſſima eſt, ſuoq; veneno eo citiùs infi-
cit & pungit,quo aliquẽ meliorẽ & virtuoſiorẽ ſẽtit.
Et quantò quis vilior videtᷣ, tantòminùs ei inuidetur.
Qm̃ inuidus nõ maiori aut minori ſtatui inuidet, ſed
pari: cum quo ſe ſtare nõ patitur ad modum actionis
de dolo.l.ij.vbi hoc dicit glo.C.de dolo.vilibus enim
& nõ virtuoſis nõ inuidetur. Cùm inuidia ex virtute
& opulentia orta ſit,dicit Salluſtius in Catilinario in
principio. Quod clare cognoſcẽs Publius Scipio A-
fricanꝰ cùm Lucius Scipio eius frater de ratione An-
tiochẽſis pecuniæ ſola inuidia impeteretur,Aphricã,
inquit,totã cùm poteſtati veſtræ ſubiecerim, nihil ex
ea quod meũ diceretur,præter cognomen,retuli.Nõ
igitur me punicæ, non fratrem meum aſiaticæ gazæ
auarũ reddiderunt.Sed vterq; noſtrum inuidia magis
quã pecunia locupletior eſt.hæc Valer.lib.iij.titu. de
fiducia ſui.& lib.viij.tit.de Iudici. Vir, inquit, ſynce-
riſſimæ vitæ,ſcilicet Lucius Scipio ab hac ſuſpicione
procul remotꝰ, inuidiæ quæ tunc in duorum fratrum
inclitis cognominibus habitabat, reſiſtere nõ potuit.
Quia teſte Tullio in rhetorica ſecũda,virtutis comes
eſt inuidia,quæ placari nõ põt,niſi virtute relicta, vt
dicit Horatiꝰ,quẽ ſequitur glo.in l. nec quicquam.§.
obſeruare.ff.de offi.procõ. Ideo poſt mortẽ pluſquã
in vita relucet virtus:quia ceſſant detractores,vt pul-
chrè dicitur in eadẽ oratione ad Cæſarẽ ſenẽ de rep.
in fi.ibi,Nam viuos interdũ fortuna,ſæpe inuidia fa-
tigat.Vbi aĩa naturę ceſſit,dẽptis obtrectatoribꝰ,ipſa
ſe virtus magis magiſq; extollit. Quaſi dicat,ꝙ durã-
te vita, virtutem & inuidiã vix ſeparare potes. Sicut
Aphricano prædicto dedit induſtria virtutem, virtus
gloriã,& gloria æmulos cõparauit:quia ſecundũ Va-
le.lib.iiij.tit.de amicitia.in fi.Nulla tã modeſta felici-
tas eſt,quæ malignitatis dẽtes vitare poſſit. Imò pau-
corum inuidia plerunque innocentes iure aut iniuria
ſuppeditãtur, vt dicitur in ſecũda reſpõſiua Catilinæ
in Cicer.& dicit Salluſtius in Iugurtino: Poſt gloriã
memineris inuidiã ſequi: iamq; inter mortales diffi-
cillimum eſt gloria inuidiã vincere. quia diabolus il-
lius ſator eſt,cuiꝰ inuidia mors mundũ intrauit, Sapi.
ij.Sed cõfidãt virtuoſi,quia curæ Deo eſt hoĩum vir-
tus.Præterea dicit Valer.lib.vj.titu.de pietate,ꝙ ma-
gno vbiq; pretio virtus ęſtimatur.Ideo oportet in ma
ximis rebus & rerũ publicarum adminiſtrationibus,
nõ penitus inuidiã formiditare, ſed magno animo ad
præclariſſima quæque adniti, & virtutis ac potentiæ
magnitudine inuidiã ſuperare,dicit Plutarchus com-
parationem Niciæ & Craſſi enarrans. Quia multo-
ties inuidi plus in ſeipſis torquentᷣ, q̃ aliis nocuerint,
dum prauã eorũ voluntatẽ exequi nequeunt. Similes
enim ſunt mõti Aethnæ,qui aliis parum nocendo, ſe
ipſum cõburit: de quo Alanus ſic dicit. Nil aliud niſi
ſe valet ardens Aethna cremare.Sic ſe non alios inui-
dus igne coquit.Et deinde ſubiungit,Fumũ non ignẽ
iaculatur ab ore caminus. Colloquio nõ re liuor ob-
eſſe põt.Cõtra quos exclamat Seneca:O vtinã inuidi
in ſingulis ciuitatibus aures & oculos haberent, vt de
259 ſingulis hominum proſperitatibus torquerentur. †Et
differt inuidia ab obtrectatione, quia ĩuidia eſt inter
impares,ſcilicet cũ minor inuidet maiori. Obtrecta-
260 tio verò inter pares. †Ex quibus omnibus reſultat,
ꝙ malè cõcluſit Ang.in d.l.q̃ ſedem.ff. ad legẽ Cor.
de ſic.dũ dicit Chriſtũ deceſſiſſe inteſtatum, velut ca
pitaliter damnatũ. quod eſt falſum ſecundũ Euange.
Cui quo ad Chriſti innocentiã & iniuſtitiam ſibi fa-
ctam licet Iudæi nõ credãt,tamen ex alio ſuę proprię
gentis confunduntur teſtimonio,ſcilicet Ioſephi, ex-
nn iiij cellen.

cellen.Iudæorũ hiſtoriographi,qui de Chriſto redē-
ptore noſtro & eius ſanctitate & innocētia.xviij.an-
tiquitatũ.lib.ix.c. de illo tp̄e loquētis ſic ait.Fuit autē
iiſdē tpib⁹ Ieſus vir ſapiēs,ſi tñ virũ nominare fas eſt,
erat eñ mirabiliũ operũ effector,ac hominũ maximè
qui quę vera ſunt libēter audiuit: hāc ob rē multos tũ
ex Iudæis tũ ex gētibus ſibi adiũxit.Chriſt⁹ hic erat:
hũc autē cùm Pilatus à principibus noſtræ gētis inſti
gatus in crucē agendũ cenſuiſſet: nō tñ hi deſeruêre,
qui eum ab initio dilexerāt. Eiſdē præterea die tertia
poſt mortē viuus apparuit, quēadmodũ diuinitus in-
ſpirati prophetæ & hæc, & alia de eo innumerabilia
miracula futura eſſe prædixerāt. Perſeuerat & vſq; in
hodiernũ diē celebre Chriſtianorũ nomē ab ipſo ſũ
ptũ,perſeuerat & genus.hęc ille. Id idē ante Chriſti
aduentum ccclxix.anno,prædixerat ille diuin⁹ Plato:
quo in nuptiis diſcũbente mortuo, in eius tumba in-
uenta fuit lamina ſuper pectus ſuũ aurea, vt habetur
in cōmēto ſuper illo verbo Boetij de diſciplina ſcho
261 larium. †Platonis probata diuinitas in qua ſcriptum
erat,Credo in Chriſtũ naſciturũ de Virgine, paſſurũ
pro humano genere,& tertia die reſurrecturũ. Et de
eodē refert Aurelius Augu.lib.vij.cōfeſſionum ſe le-
giſſe in quibuſdā Platonicorũ libris principiũ euan-
gelij Ioan. In principio erat verbum.Non quidē his
verbis.ſed hoc idē multis & multiplicibus perſuaderi
rationibus, ꝙ in principio erat verbũ, & cætera quæ
ſequuntur,adúſq; , & tenebræ eā nō cōprehēderunt.
Et ꝙ omnis anima quãuis teſtimonium perhibeat de
lumine,nō eſt ipſa lumē,ſed verbũ Dei Deus, eſt eñ
lumen verũ,quod illuminat omnē hominē veniētem
in hunc mundũ:& in mundo erat, & mũdus per eum
factus eſt,& mundus eũ non cognouit. Pariter dicit
ibi legiſſe,ꝙ verbũ De⁹,nō ex carne,nō ex ſanguine,
non ex voluntate viri,neque ex voluntate carnis, ſed
ex Deo natus eſt. Ex quibus videt̄, quod Plato ſciuit
ſicut beatus Ioan. & ante ipſum, ꝙ in principio erat
verbum,& verbum erat apud Deum,& Deus erat ver
bum.Cuius contrariũ dicit Hiero.in epiſtola ad Pau-
linum.v. c.hoc ſcilicet euangeliũ doctus Plato neſci-
uit.hoc Demoſthenes eloquens ignorauit &c.Sed in-
telligit̄ hoc neſciuiſſe à puro ſpiritu, & puro aſpectu
intelligentiæ ſicut ſciuit Ioannes. Sed quodā rationis
diſcurſu & ęnigmate,quo intellecto credidit & lami-
262 nā illā aureā,credo in Chriſtũ &c.†Similis aurea la-
mina Conſtantinopoli, vt refert faſciculus temporũ,
& reperta fuit ſuper corpus cuiuſdā defuncti in quo-
dam veteri ſepulchro,in qua ſic erat ſcriptũ.Chriſtus
naſcetur de virgine Maria, & ego credo in eũ. O ſol
iterũ videbis me.hæc ibi,fol.xlvij. Beatus Thomas in
ij.ij.q.ij.artic.vij. in reſpōſione ad tertiũ argumentũ,
263 de iſto, vt puto loquitur. †Et fortè de alio dicens
inuentum fuiſſe in hiſtoriis Romanorũ, ꝙ tempore
Conſtātini imperatoris,& Helenę eius matris in quo
dā ſepulchro fuit inuentus homo habens in pectore
ſcriptũ: Chriſtus naſcetur ex virgine,& ego credo in
eum.O ſol ſub Helenę & Conſtātini tēporibus iterũ
264 me videbis. & idē Faſciculus, † Iudæum quendam
narrat in Hiſpania apud Tholetum fodiendo ſub la-
pide librum vetuſtiſſimũ inueniſſe hæc verba conti-
nentem: In tertio mũdo filius Dei naſcetur de Maria
virgine,qui patietur pro hominum ſalute. Quo viſo
Iudæus credidit. & cũ tota domo ſua baptizatus fuit.
Pariter Philo Iudæus ex ſacerdotũ genere natus, &
Alexandriæ educatus, anno ante Chriſtum clxvj. In
quodam eius libro Græca lingua in qua peritiſſimus
erat eleganti ſtylo conſcripto, quē ideo ſapientiæ li-
brum nominauit: quia in eo Chriſti domini noſtri
laudes ſpiritualiter narrauit, vt barbarus Hierony-
mus in lib.de viris illuſtrib⁹ cōmemorat. Imò pſeudo
propheta Mahumetus porcus ille ſpurciſſimus Chri-
ſtum dicit omniũ prophetarũ maximũ diuina virtute
nō humano ſemine de virgine Maria ortũ, ſecũdum
Lyrā in quodā ſuo tractatu quem fecit cōtra Iudæos
☞ nunc impreſſo in fine apocalypſis. [Vide quæ dixit
de Iudæis ſuprà eo.nume.cxcvj.] Quid abeſt igitur
ó Ieruſalem,quin publica dementia ſit exiſtimanda,
ſummo conſenſu maximas virtutes, quaſi grauiſſima
delicta punire,beneficiáq; iniuriis rependere? Quod
cùm vbiq; tum prę̄cipuè Ieroſolymę intolerabile vi-
deri debet, in qua vrbe aduerſus ingratos actio con-
ſtituta eſt,& rectè.Quia dādi & accipiendi beneficij
cōmercium, ſine quo vix vita hominis conſtat tollit
& perdit,quiſque bene merito parem referre gratiam
negligit. Quantā ergo reprehenſionē merentur ſcili-
cet Iudæi: qui cũ æquiſſima iura ſed inæquiſſima ha-
berent ingenia,moribus ſuis magis quàm legibus vti-
maluerunt? Quo euenit & Dei prouidētia effici poſ-
ſet, vt excellentiſsimi viri legē ingratorum vindicem
retinentes patriā ſuam in ius ad alias ciuitates pertra-
xerunt,ingenioſum & garrulum populũ mutum atq;
elinguē hac poſtulatione reddiderunt,diſcordes foci
tui,pacíſq; diuidua tuguria facta ſunt incolumen. Et
quia bene meritis debita reddere pręmia noluiſti, læ-
ſis iuſta piacula exolue. At immemores beneficiorũ
Iudæi reprehenſione lingua ſermone licenti ſoluta
non vacent,id eſt non poterũt vacare, id eſt vacui &
immunes eſſe à reprehēſione,ſcilicet viuentiũ,& hoc
lingua ſoluta,id eſt effuſa ad loquendũ ſermone licē-
ti. Quia viuentes tantā Iudæorũ ingratitudinē libe-
rius & licentius vituperabunt in æternũ,quibus pro-
pter hoc peccatum contigit, ꝙ in caſu iſto propheta
265 tum olim fuerat Deutero.xxviij. † Duodecimò fal-
lit regula noſtra, vbi à ſententia capitali cōtra teſta-
torem lata fuiſſet appellatũ, quia tunc per talem ſen-
tentiā non irritaret̄ teſtamētum, imò poſt talem ſen-
tentiā interiecta appellatione teſtari poſſet, adeò ꝙ
vtroque caſu ſi dānatus pendente appellatione inte-
rim moreretur aliquo caſu,tale teſtamentũ eius mor-
te cōfirmaret̄,ac ſi ante ſententiā deceſsiſſet.l. ſi quis
filio exhęredato.§.hi autē omnes.ff.de iniuſto rup.te
266 ſtamento.& l.qui à latronibus.ff. hoc tit. † Idem ſi
poſt appellationē iudex ipſum interficeret exequēdo
ſententiā.quia hoc faciendo nō eſt iudex,imò cenſe-
retur occiſus à priuato. Et idem ſecundũ aliquos, ſi
per iudicē occideretur ante appellationē durante tē-
pore appellandi,ſcilicet,decēdio.Cùm illud tēpus pa
ri gaudeat priuilegio, cũ tēpore poſt appellationem
c.non ſolùm.de appella.lib.vj.quo ad hoc vt nil noui
interim fiat,donec decem diebus elapſis, & plenè de
267 cidit Bal.in l.iij.C.ſi pend.app.mors interue. †Sed
hoc vltimũ nō ſeruatur in hoc regno in criminalibus
ſecundum Bart.in l.qui vltimo.ff.de pœ.in fin.imò ſi
in caſu in quo appellatio admittitur, ſiue in quo non
admittitur, ſemper ſententia ilico exequatur ſi non
appellent,per tex.in l.non tantũ.ff.de appel. & l.addi
ctos.C.de epiſ.aud.vbi dānatus intra decēnium duce
batur ad ſupplicium, quod patet, quia datur facultas
cuilibet appellādi ꝓ eo:quod nō fieret ſi tēpus appel
lādi fuiſſet elapſum.facit l.furti.§.j.ff.de his qui notā.
infa. Sententia enim in cauſa criminali lata ilico eſt
exequenda.ij.quæſt.j.ſicut & l.cum reis.C.de pœnis.
268 † Niſi in ſequentibus caſibus. Primò, vbi prin.
ceps tuliſſet ex iracundia ſententiā, quia per triginta
dies



dies differēda eſſet illius executio, vt interim ratione
corrigatur,quod furore promulgatũ eſt.c. cum apud
xj.q.iij.& l.ſi vindicari.C.de pœnis.Secundò,vbi ſen
tentia lata eſſet contra mulierē prægnantē, quo caſu
executio differri debet,donec pepererit, vt plenè ha-
buiſtis.ſ̄.in verbo, *Et ſoboles quā geſtabat in vtero.* Ter-
tiò differtur executio, ſi lata fuerit in ſeruum, donec
reddiderit rōnes dño. l.j.C.de bo.proſcri.Quartò dif
fertur, quoties inſula eſt aſsignanda à principe: vi-
deatis bonā gloſ.in d.c.cùm apud. Et idē in quacũq;
ſententia certo loco exequenda:quia differtur, donec
ad locum deſtinatũ perueniatur.Quintò differtur, v-
bi damnatus eſſet ſummè peritus in aliqua arte val-
de neceſſaria reipublicæ : ob quod populus eſſet mo
tus ad ſupplicādum principi pro eo.l.ad beſtias.ff.de
pœnis. Sextò differtur, vbi condemnatus accuſare-
tur de aliquo delicto,ex quo grauior pœna ei veniret
imponenda.l.j.§.fin.ff.nil noua.appel.pē.& ita Bar.
in l.ij.in fi.ff.de cuſto.reo.Septimò differtur executio,
vbi teſtes ad quorum dicta reus fuit condemnatus &
eos producens accuſatur de falſo teſtimonio: ꝙ cor-
rupti falſum depoſuerunt:ſecundũ Sali.in l.ſi docue-
ris.C.de falſ. faciunt plenè nota.per glo.& Panor.in
269 c.licet cauſam.de probationibus.†Octauò differtur,
in aliquibus partibus criminalis executio, ſi damna-
tus per aliquā puellam petatur in maritum:nā fauore
matrimonij remittitur ei pœna capitalis maximè ſi
petatur per mulierem diſſolutā, vt ad frugē melioris
vitæ peruenire poſsit medio talis matrimonij.c. com-
miſſum.de ſponſa. Nā ſicut ibi talibus datur omniũ
peccatorũ indulgentia, & ita pœnæ capitalis remiſ-
ſio,ſecundum Maſuerũ in tit.de pœnis, quod an iu-
re ſuſtineri poſsit,dicam in verbo, *Cuidam Petro tra-
diderunt.* vbi decidetur,ꝙ nō.Nonò differt̄,vbi dāna
to dum mittitur ad ſuppliciũ obuiat aliquis cardina-
lis:quo caſu habent cardinales ex priuilegio vel con-
ſuetudine,ꝙ damnatũ liberent à morte,ſecundũ Bal.
in l.addictos.C.de appella. quod verum intelligit ibi
Pau.ſi pileum ponat in capite dānati qui ducitur ad
mortē.idem Cæpolla de caute.aduocato.cautela ij.vt
270 ſuperius dictum fuit. †Decimò differtur,vbi à ſentē
tia capitali appellatũ fuit in caſu, in quo admitti de-
bet appellatio.Nā interim differenda eſt executio, &
ſententia remanet ſine effectu: quia per appellationē
interim extinguitur pronuntiatũ.l.j. in fi. ff. ad Tur-
pillia. In quo verificari poteſt quod eleganter dicit
Bal.in l.j.in fi.C.ſi à momēta.poſ.appel.fuerit.vbi di
cit,ꝙ contra venenũ iudicis data eſt tyriaca appella-
tionis.volēs innuere,ꝙ appellatio(quæ dicit̄ tyriaca)
extinguit pronũtiatũ,quod videtur iudicis venenum.
Adeò ꝙ dicit.Bar.in d.l.ſi quis filio.§.hi autem.ff.de
iniuſto rupto teſta. ꝙ etiā ſi iudex nō receperit appel
lationē,tamē differēda eſt corporalis executio à qua
fuit appellatũ.quod eſt not.Et ſic moriēs poſt appel
lationē ſuā mori cenſetur in ſuo ſtatu integro, quem
habebat per antea:quod qualiter intelligatur, videa-
tis Bar.elegāter loquentē in d.l.qui vltimo.ff.de pœ-
nis.Et extincta ſentētia per appellationē,mors dāna
ti cōtingens extinguit delictũ,& per conſequēs quæ-
271 ſtionē perſonę & bonorũ. †Nam per mortē eximi-
tur de foro iudicis,& efficitur de foro Dei,qui de bo-
nis non curat.Et ſic perinde habetur,ac ſi ante ſentē-
tiam deceſsiſſet. Quo caſu vt ſ̄.in principio vidiſtis,
teſtamentũ valet.Quod eſt verũ, vbi bona nō fuerũt
per ſententiam expreſsè confiſcata : quia tunc extin-
cto crimine per mortem rei quo ad pœnam corpora
lem,in cōſequentiā cēſetur eſſe extincta quæſtio bo-
norũ tanquā perſonæ acceſſoria per regulā, acceſſo-
rium.de reg.iur.lib.vj.Si autē in ſentētia bona dānati
eſſent expreſsim confiſcata, tunc quia adhuc quæſtio
bonorum remanet ſub iudice cōtētioſo, ſi crimē pro
betur poſt mortē rei,& ſic malè appellauit à ſentētia
cōtra eum lata,efficitur,imò redditur ſecũdũ aliquos
retro inteſtabilis:prout hæc omnia probātur per tex.
in l.ij.C.ſi penden.appella.mors interuenerit. & in l.
fi.C.ſi reus vel accuſator mor.fuerit. Nam hoc vlti-
mo caſu, cum quęſtio ſit principaliter de bonis in ſē-
tentia expreſsis,talis quæſtio velut acceſſoriè nō ve-
niens ad perſonā dānati,quinimo expreſsè & princi-
paliter,nō ſequitur cōditionem perſonæ per mortem
extinctæ,& à pœna corporali huius fori exemptę.Si-
cut è cōuerſo fieret,ſi ad mortē dānatus non appellaſ
ſet,& ſic executatus fuiſſet. Nam poſſet hæres in eius
teſtamento inſtitutus illico appellare,& appellatione
iuſtificata per innocentiā cōdemnati iam mortui fin-
geretur retro fuiſſe ante ſententiā appellatum, vt per
mortē illius teſtamentũ eius dicatur confirmatũ tan-
quā nō factum à ſeruo pœnæ: quia talis appellatio iu
ſtificata licet poſt ſententiæ executionem corporalē
fingitur retrò ante ſententiā interiecta, ſecundũ Bal.
ſingulariter in l.vna.C.ex delict.defunct.inquantum
hæredes.tene.per tex.in l.furti.§.j.ff.de his qui no.in-
fa.facit l.iij.præallegata.C.ſi penden.appel. imò plus
dicit Alex.in addi.ad Bar.in l.eius. §.ſi cui.ff.codē.ꝙ
etiā hoc operaretur appellatio iniuſta:quod nō vide-
tur de mente Bal.vbi ſ̄.Nā eo ipſo quod hæres fuit in
teſtamento inſtitutus intereſt ſua,ꝙ teſtamentum ha-
beat effectũ:& ſic pro ſuo intereſſe appellare poſſet.
l.ſolent.ff.de appel.recipi.Et pari modo poſſet hæres
poſt mortē damnati per ſentētiā capitalem executa-
ti,ſuā porrigere principi ſupplicationē ad fines ſen-
tentiā retractandi prætextu erroris, qui in iudicando
interueniſſe dicitur,vbi à ſententia appellari nō poſ-
ſet. ſicut ab arreſtis curiæ parlamenti in hoc regno
nō appellatur,iuxta Authē.quæ ſupplicatio.C.de pre
272 ci.impe.offe. Quo errore reperto retractabitur. † Et
ſi non erratum apparet,duplici emēda,quæ præ ma-
nibus deponi debet,ſupplicans ipſe mulctaret̄ fiſco re
gio applicāda ſecũdũ ordinationes regias,de quo di-
xi ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam.* in j.arti.
& ſecũda deciſione loquēdo de inſtitutiōe curiæ par-
lamēti in Frācia. Et proderit hæc retractatio quo ad
famā defuncti reintegrādā,& quo ad bona,ſiue retra-
ctetur ſentētia via appellationis, aut arreſtũ via ſup-
plicationis.Et ita ad ſupplicandũ,& errorē proponē-
dũ,recepti fuerunt per regē liberi principis illius qui
arreſto Pariſiis damnatus fuit,Anno domini Milleſi-
mo cccclxxvij.menſe Auguſto, & in perſonā execu-
tatus. vbi adhuc pēdet in curia proceſſus,neſcio quid
iudicabitur. facit quod ſ̄.dixi,de Ioanna Dare pucel-
la nominata in armis diuinitus edocta,cùm ſui natu-
ra bubulca fuiſſet,vt tetigi in verbo, *Duas habēs filias.*
273 † Et tempus proponendi errorem via ſupplicationis
in præſenti regno durat hodie biennio à tēpore pro-
bationis arreſti, ſecundum ordinationem Ludouici
Francorum regis xj. publicatam in curia parlamenti
Pariſiis anno domini M.cccclxxix.quamuis olim du-
raret xxx.annis,ſecundum gloſ.pragmaticæ, circa fi-
nem, in verbo, Parlamentum. Adde ꝙ ex poſt ordi-
natum fuit per Ludouicum xij. quòd à cætero nullus
errorem proponere poſsit contra arreſtā ſuper poſ-
ſeſſorio cauſarum beneficialium, quæ ordinatio pu-
274 blicata fuit anno domini M. ccccxcix. † Et præmiſ-
ſa intelligatis vera, quòd teſtamentum morte delati

pendente appellatione defuncti, vbi bonorũ mentio
in ſententia facta non fuit, cõfirmatur, ſi de tali crimi
ne agebatur, quod morte rei extinguitur, prout regu-
lariter extinguuntur crimina, ſi verò ageretur de cri-
minibus, quæ morte criminoſi nõ extinguũtur, & de
quibus quis accuſari poteſt poſt mortẽ, & eius memo
ria damnari, de quibus per glo. in l. ex iudiciorũ. ff. de
accuſ. prout eſt crimẽ læſæ maieſtatis, & hæreſis. l. ſi.
C. ad leg. Iul. maie. & in §. per cõtrariũ. inſti. de hære.
quæ ab inteſta. deferũtur. vbi gl. ſingularis docẽs for-
mam damnãdi memoriã defuncti. Tunc etiã ſi in iſtis
nõ ſit in ſententia expreſsio bonorũ facta, tamẽ ſi pri
ma ſententia lata per iudicẽ ad quẽ fuerat appellatũ,
cõfirmata fuerit poſt mortẽ rei pendẽte appellatione
defuncti, teſtamentũ nõ valebit. eſt tamẽ differentia
ſecundũ Bar. in d. l. fin. quia tunc teſtamentũ irritatur
per ſententiã quæ poſt mortẽ criminoſi ſequitur, qñ
eſt tale crimẽ, de quo memoria defũcti damnatur, vt
in crimine læſæ maieſtatis dictũ eſt. ſecùs, ſi eſſet cri-
mẽ, de quo memoria defuncti nõ damnaretur, quam-
uis poſt mortẽ procedi poſſet, vt qñ nõ agitur de cri-
mine priuilegiato, ſed quia in ſententia fuit expreſſè
facta cõfiſcatio bonorũ, vt dixi ſ. quia tunc teſtamen
tum per ſententiã primò cõfirmatiuã nõ irritabitur:
imò hæres inſtitutus ſuccedet teſtatori: tamẽ bona ab
eo auferentur, & fiſco applicabuntur, & ꝓderit talis
teſtamenti validitas, & operabitur validitatẽ pupilla-
ris ſubſtitutionis, & dationis tutorũ in eodẽ teſtamen
to cõtentorũ. de quo tñ videatis per Ang. & Imo. ibi.
275 †Vnũ menti tenebitis, ꝙ ſicut pendẽte appellatione
à ſententia capitali interiecta non efficitur damnatus
inteſtabilis, imò eius morte teſtamentũ factum con-
firmatur ſi pendente appellatione moriatur: ſic etiam
erit ſi moriatur poſt ſententiam, antè quàm appella-
uerit pendente tamen tẽpore appellãdi, veluti durãte
decendio ad appellandũ introducto, Auth. hodie. C.
de appel. Nã hæc duo tẽpora quo ad fauorẽ damna-
ti parificãtur, ſcilicet tempus poſt interiectã appella-
tionem, tempus decem dierũ ad appellandũ introdu-
ctum, quo durante dormit effectus ſentẽtiæ, & in ſu-
ſpenſo manet, ac ſi appellatũ eſſet: ideo interim teſta-
mentũ valet, ſecundũ glo. in d. l. ex iudiciorum. & eſt
tex. clarus in c. nõ ſolũ. de appel. lib. vj. & ponit gloſ.
in l. j. ff. nil noua. pendẽ. appel. Et ita tranſit Ang. in d.
l. ſi. ſed Bar. in d. l. ex iudiciorũ. ff. de accuſ. dicit cõtra
rium: ꝙ imò ſi in ſentẽtia ſit facta mẽtio bonorũ, niſi
reo mortuo infra decẽ dies hæres appellauerit, teſta-
mentũ irritabitur: quia licet quo ad executionem fa-
cti illa duo tẽpora æquiparãtur, vt vtroq; tẽpore ceſ-
ſare debeat, tñ executio iuris non ceſſat, putà quo ad
infamiã, quæ ilico ꝙ lata eſt ſentẽtia, irrogatur etiam
durante decendio ad appellandũ ſtatuto d. l. qui vlti-
mo. vbi Barto. ff. de pœnis. & l. furti. vbi text. ff. de his
qui notã. infa. Ergo idẽ erit quo ad validitatẽ, vel in-
ualiditatẽ teſtamẽti. de quo tamen plenius in d. l. ex
iudiciorũ. de accuſ. & in l. defuncto. ff. de publi. iudi.
imò in præſenti regno ſententia capitalis etiã quo ad
executionẽ facti corporalẽ nõ ſuſpẽditur durãte illo
decẽdio ad appellandũ ſtatuto. Sed eadẽ die qua pro-
mulgatur, executioni mandatur, niſi formaliter appel
letur, vt eſt bonus tex. in l. nõ tantum. ff. de appell. vbi
permittitur cuilibet ad cauſam humanitatis appellare
pro illo, qui ducitur ad ſupplicium, quamuis ipſe ap-
pellare nolit. Ex quo datur intelligi, quòd ducebatur
ad ſuppliciũ pendẽte decẽdio, vltra quod non fuiſſet
licitũ etiam extraneo appellare. Præterea videmus, ꝙ
ſpeciale eſt in certis caſib⁹, ꝙ executio ſentẽtiæ capi-
talis differatur: de quibus per gloſ. in c. cùm apud xj.
q. iij. Ergo in cõtrariũ eſt ius commune in cæteris, vt
ſ. dixi. Quæ omnia vobis ſufficere debent pro expe-
ditione illius articuli de morte naturali & ſententia,
an per eam confirmetur vel irritetur teſtamentũ iam
276 factũ, vel impediatur fiendum. †Et ꝙ mors naturalis
inferri alicui nõ poteſt, niſi in quatuor caſibus. Pri-
mò, in bello iuſto authoritate principis legitimè in-
dicto. Secundò, ex poteſtate publica, ſicut iudex oc-
cidit latronem. Tertiò ex diuino præcepto, ſicut A-
brahã voluit occidere Iſaac Geneſis xxij. Quartò ex
iudicio Dei occulto, ſcilicet per occultã ſpiritus ſan-
cti inſpirationẽ. Sicut Samſon & Raſias. Nec conti-
nentur iſti caſus ſub generali præcepto: *Non occides*,
vt patet ex ſupradictis. de quo plenè in c. ſi non licet.
277 & per totum. xxiij. q. v. †Secundò, principaliter (vt
in principio dixi) põt iudex pro delictis inferre mor-
tem ſpiritualem, & pro contumacia, ſcilicet reum ex
cõicando: excõicatio enim mors & pœna ſpiritualis
dicitur, ſecundũ Bart. in l. diuus. verſi. ſecũdò quæro.
ff. ad leg. Corne. de ſica. quia principaliter ſpiritũ ſeu
animã percutit, & dat eam ſathanæ, vt pulchre dicit
Panor. poſt Ioan. And. ſuper rub. de ſenten. excom. &
278 Bal. in c. præterea requiſiſti. de appell. †dicit excõmu
nicationẽ eſſe talis naturæ, ꝙ eſt penetrabilior omni
gladio intellectuali. Sicut damnatio in ſuppliciũ ili-
co penetrat ſolo verbo iudicis, vt ſ. vidiſtis ſecundũ
Bald. in l. ſi. C. ſi penden. appel. mors interue. ita etiã
excõicatio. Vnde alibi vocatur debitæ vltionis acri-
monia in l. placet. iuncta glo. pen. C. de ſacroſã. eccl.
quaſi excõicatos arcens & à gremio ſãctæ matris ec-
cleſiæ eiiciens & repellens, ſine cuius vbere impoſſi-
bile eſt de gratia & dulci lacte, diuino ſugere & pota-
re. Et excõicati ſunt quoddã mõſtrum apud Deum:
de quibus ceu iudæis eos figurãtib⁹ & dicẽtibus, Nos
ſemẽ Abrahæ ſumus: reſpõdit Chriſtus, Vos ex patre
279 diabolo eſtis, & opera patris veſtri facitis &c. †Ideo
excõicatio ſũmè timẽda eſt, quia nedũ iuſta ſed etiã
iniuſta ligat. c. ab excõicato. de reſcri. & c. Romana. §.
in vniuerſitatẽ. de ſenten. excom. lib. vj. Et ſi quiſpiã
diceret, ꝙ hoc nõ eſt ſpeciale in ſentẽtia excõicatio-
nis, cũ quęlibet alia ſententia iniuſta contra ius litiga
toris prolata liget: quia dico, ꝙ hęc ſentẽtia excõica-
tionis hoc habet ſpeciale, quia iniuſta ligat, licet fue-
280 rit ab ea appellatũ. c. paſtoralis. de appel. †Vnde ex-
cõicatus nõ obſtãte, ꝙ à ſentẽtia excõicationis cõtra
eũ lata appellauerit, põt tanquã excõicatus regiſtrari
& publicari, vt ibi tenẽ. quod non eſt in aliis ſẽtẽtiis,
quas appellatio ſequẽs extinguit. l. j. ff. ad Turpil. Eſt
etiam ſpeciale in eã, quia iniuſtè lata, id eſt ſine ordi-
ne lata ligat. q. tñ defectus ordinis vitiat cæteras ſen-
tentias, & reddit eas nullas. l. prolatã. C. de ſentẽ. vt d.
c. ab excõicato. & in c. ſacro. de ſentẽ. excom. vbi ex-
281 cõicatio propter hoc non eſt nulla. †Et in mũdo ma-
ior pœna eſſe non põt, quàm conuerſari inter homi-
nes, & ſuffragio hominum carere. dicit tex. ſingularis
de iure ciuili, quẽ ad hoc ſummè põderauit Ludo. in
ſuis ſingularib⁹ in l. hi qui ſanctã. C. de apoſta. Vnde
excõicati dietim inter homines viuũt, ſed eorum ſuf-
fragio carent. Sicut Tãtalus filius Iouis ob culpã ſuã
apud inferos ſemper ſitit, & aquã habet vſque ad la-
bium inferius: & dum bibere vult, ſemper aqua refu-
git. poma inſuper pulcherrima in arbore pendentia
ei deſcendunt vſque ad labium ſuperius, ſed quando
vult ea apprehendere, ſimiliter refugiunt. De quo
Ouid. in iiij. Metamorph. tibi, inquit, Tãtale mille de-
prehẽduntur aquæ: quæq; imminet effugit arbor &c.
Vnde



Vnde non immeritò dicitur, ꝙ excõmunicatio iu-
ſtiſſimum cauſat metum ad reſcindẽdum geſta ꝑ me-
tum excõicationis, ſecundũ Panor. in c. olim. la iij. de
reſti. ſpo. vt dixi ſuper verbo, *Si abſq; liberis moreretur*.
ij. in materia fideicõmiſſariæ ſubſtitutio. declarando
regulã, quem honoro, onerare poſſum. in iij. Fallen-
tia. Et hoc eſt qđ dicit tex. in c. corripiã. xxiiij. qõ. iij.
eccleſia Dei nõ reperitur pœna excõicationis maior.
Adeo quod dicit Barto. in l. ſi quid ex famoſa. per il-
lum tex. ff. de ſolu. omnẽ cauſam eſſe de grauioribus
cauſis propter quã quis incidit in excõicationem. Ob
quod glo. iij. §. minor. ſuper verbo, Interdictum. inſt.
282 de capi. dimi. ſingulariter dicit, †ꝙ excommunicati
ſunt loco illorũ quibus olim aquæ & igni interdice-
batur. de quibus loquitur ille text. & ibi dicit gloſ. ꝙ
æquiparãtur hodie deportatis. Et cõſequenter excõi-
catio eſt pœna capitalis, quam gloſ. refert & ſequitur
Bal. in pluribus locis. Et agendo ſtare nõ poteſt in iu
dicio, ſi de excõicatione excipiatur. c. intelleximus. de
iudi. & c. pia. de except. lib. vj. ſed hoc non ſeruatur in
curiis laicalibus huius regni Francię. ſecundum Ioan.
Fab. inſti. de curato. §. ſi. vt per experientiam videm⁹ :
tamen neſcio vnde tantus ꝓceſſerit in hoc Chriſtia-
niſſimo regno abuſus, ꝙ exceptio excommunicatio-
nis in iudicio ſeculari, etiam in curia parlamenti non
283 admittatur. Ex quo multi illaqueantur, † & ipſimet,
iudices ac cęteri circũſtantes, q excommunicato ſciẽ
ter communicãtes minorem incurrunt excommuni-
cationem: qua priuantur ſacramentorum participa-
tione. c. ſin. de cleri. excom. mini. & c. nobis. de excep.
ſecundum Panor. ſuper rubr. de ſenten. excommuni.
284 †Quia licet praua cõſuetudo quem excuſet à pœ-
na fori contẽtioſi ſecũdum gloſ. ſingularẽ, quam ibi
no. Panor. in c. cùm venerabilis. de conſue. ꝓ quo eſt
text. in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. ff. de ædi.
edi. vbi nõ delinquit ille qui facit quod publicè ſacere
licere arbitratur. Et ſic quod publicè conſuetum eſt,
excuſat ne puniatur: facit text. iuncta gloſ. penul. in c.
ſanè. de tempo. ordin. & in c. ea quæ. de ſimo. Non tñ
excuſat in foro conſcientiæ à peccato mortali. ſecun
dum gloſ. in c. denique. iiij. diſt. & l. in cõcubinatu. ff.
de concubinis, vt dicit Panor. vbi ſ. Præterea in ſa-
cro chriſtianiſſimi regis coronamẽto, dum de manu
Rhemorũ põtificis rex enſem nudum quem dux Nor
maniæ illic officiando portat ſuſpicit, ſeruare canonẽ
pollicetur, & conſequenter ꝑ canonẽ dãnatos: (qua-
les excommunicati ſunt) repellere, & eccleſiam in ſua
authoritate ſuſtinere. c. principes ſeculari. xxiij. qõ. v.
Et ſi canoni & legibus ſ. allegatis ac præceptis eccle
ſiæ obedire iudices laici nolint, diſcant ſaltem in hoc
ſuorum more antiquorũ gẽtilium viuere, qui à Drui-
dibus ſeu pontificibus idolorum in Francia excõmu-
nicatos abiiciebant, quod apud eos pœna grauiſſima
reputabatur. De quo Iulius ille Caius Cęſar in cõmẽ
tariis ſuis de bello Gallico, lib. vj. ſic dicit: In omni
Gallia eorũ hominum qui aliquo ſunt numero atque
honore, genera ſunt duo. ſed de his duob⁹ generibus:
alterũ eſt Druidũ, alterũ equitũ. Illi rebus diuinis in-
terſunt, ſacrificia publica ac priuata procurant, reli-
giones interpretãtur. Magnóq; ij ſunt apud eos hono
re. Nã ferè de omnibus cõtrouerſiis publicis priuatiſ
que cõſtituunt. Et ſi quod eſt admiſſum facinus, ſi cę-
des facta, ſi de hæreditate, de finibus cõtrouerſia eſt:
iidẽ diſcernũt, prẽmia pœnáſque cõſtituũt. Si qs aut
priuatus, aut publicus, eorũ decreto non ſtetit, ſacrifi
ciis interdicunt, hæc pœna apud eos eſt grauiſſima.
Quibus ita eſt interdictum, ij numero impiorum ac
ſceleratorũ habẽtur. iis oẽs decedũt, aditũ ſermonẽm
que defugiunt. Ne quid ex cõtagione incõmodi acci-
piãt. Neq; iis petẽtibus ius redditẽ. Neque honor vll⁹
communicatur. hæc ille. Ecce ergo qualiter olim in
Frãcia excõicatio pœna erat grauiſsima: quia ſcelera-
ti excõicati reputabantur, quos quiſque fugiebat ne
cõicando inficeretur: nec ad iudicia vel honores ad-
mittebãtur, aut publico officio fungebãtur. Imò tales
excõicati ab aliquo non ſalutãtur, vt habetur in ſecun
da canonica Ioãnis de excõicato loquẽtis. qui dicit il
li, Aue cõicat operib⁹ eius malignis: facit cle. ſi ſũmus
pontifex. de ſen. excom. ita ꝙ dicit gl. in c. ſi aliqñ. eo.
tit. ꝙ excõicatum non debemus ſalutare, ſed ſolùm il
285 li dicere poſſumus, Deus faciat te emẽdare. † Exutus
enim eſt excõicatus, & durãte excõicatione ſuſpẽſus
omni poteſtate & authoritate: ita ꝙ ſi epiſcopus eſt
vel alter prælatus, etiã conferre non poſſet beneficia:
imò nec eius vicarius quãuis non excõicatus, cũ illi⁹
ſit cũ epiſcopo idẽ conſiſtoriũ. c. ij. de conſue. lib. vj.
& ſic à collatione ſuſpenſus eſt excõicatione epiſco-
pi, ſicut reuocatus eſſet per mortẽ illius ſecundũ gloſ.
quã omnes ibi ſequũtur in cle. ſi. de procu. & tenet Pa
nor. in c. quoniã abbas. vij. col. de offi. deleg. pro qui-
b⁹ facit c. j. de offic. vica. lib. vj. Et idẽ in patrono ex-
cõicato, vt præſentare non poſsit quamuis toleratus
ſit, vt ſentit Panor. in c. conſultationibus. ij. col. verſ.
ſed dubitaẽ. quid in dubio. de iure patro. & Ioã. And.
in c. nobis. in prin. illo eo. tit. & ſunt plures deciſiones
286 Rotæ. †Nec etiã eligere poteſt. quãuis eligere quoad
validitatẽ ſuæ vocis, ſit priuati officij, ſecundum Pa-
nor. in c. veritatis in ſi. de dolo & contu. facit c. cum
dilectus. de conſue. & c. conſiderauimus. & c. cũ Vin-
287 tonienſis. de elect. †Carent etiã eccleſiaſtica ſepultu-
ra: & qui eos in eccleſia aut eius cemiterio ſepelirent,
conſilium, conſenſum vel authoritatẽ præſtarent, aut
eos comitarentur, eoipſo eſſent excommunicati, cle.
eos. de ſepu. niſi in caſu. c. ſin. de ſepulturis. Vnde non
immerito nunc de iure cõi euitandi ſunt ab omnibus.
Ideo dicebat Hoſti. ꝙ excommunicati ſunt inteſtabi
les: quia mortui ſpiritualiter, ac ſi damnati eſſent ad
mortẽ naturalẽ patiendã. Nam per excommunicatio
nem in qua excommunicatus perſeuerat, fecit profeſ
ſionem in antro & ſpelunca diaboli, cuius eſt ſeruus
effectus. l. ſi. C. de ſenten. paſ. adeo ꝙ diabolus vtitur
excommunicato ſicut ruſticus vtitur aſino ſuo, ſecun
288 dum doct. in c. ita quorundam. de Iudæis. † Et ſic ec-
cleſia ſuum teſtamentum habere non poteſt ratum,
niſi reſipiſcat. imò teſtamẽtum ante factũ rumpetur.
l. j. §. exigit. ff. de ſecun. tabu. Talis enim mors teſtato-
ris non confirmat teſtamentum, ſed prius factũ rum-
pit, ſicut faceret mors naturalis illata per iudicẽ. vt ſ.
vidiſtis. & ita tenet gloſ. in c. decernimus. de ſent. ex-
com. lib. vj. Sed aduertatis, quià Ioã. And. in eo. c. de-
cernimus. in nouel. tenet contrarium, ꝙ imò poteſt
teſtari, & minus per excõmunicationẽ rumpitur te-
ſtamentũ prius factum, quia ęquiparatur relegato ſe-
cundum glo. in c. paſtoralis. in ſi. de appellatio. Vnde
cùm relegatus dominium retineat bonorum ſuorum,
de quib⁹ contrahere poteſt, & teſtari. l. eius qui. ff. eo.
certè idem poterit excõicatus ei comparatus, qui re-
tinet ciuitatem, libertatem, & bona. l. j. §. his quibus.
289 ff. de lega. iij. † Præterea excommunicatus nullo iure
teſtari reperitur prohibitus, & edictũ de teſtamentis
eſt prohibitorium. Ex quo ergo quis non reperitur
expreſſè prohibitus, ſatis cenſetur eſſe ſibi teſtari per-
miſſum. Et ita tenet Barto. & Bal. in l. ſi quæramus. ff.
eod. & Archid. in d. c. pia. de except. lib. vj. Panorm. &
doctõ.

doct.in c.veritatis.de dolo & cõtu. vbi dicitur, ꝙ põt
bona alienare.& Bal.in l.j.C.de ſacr.ſan. eccleſ. Pro
hac opinione facit:quia excõicatio quæ (vt dixi)æqui
paratur relegationi, dicit̃ pœna leuis & nõ grauis ſe-
cũdũ Anto.de But.in c.poſt ceſsionẽ.de proba.quod
patet.quia de excõicatione tanquã de re leui creditur
ſolis literis epiſcopi ſigillo ſimpliciter ſigillatis,ſecũ-
dum Ioan.Calde. ibi. quod non fieret in grauioribus
cauſis,ſecũdũ doct.Etiam dicit Bar.in l.ij.ff.de publ.
iudi.ꝙ excõicatio non eſt pœna capitalis: & ſic teſta
menti factionẽ tollere non põt.Præſertim,quia ſentẽ
tia excõicationis eſt interlocutoria ad nutũ proferen
tis reuocabilis,ſecundũ Imo.quẽ refert & ſequit̃ Do-
mi.in c.ij.de cõſti.li.vj.iũcto tex.in c.ſacro.de ſentẽ.
excõi.& ſ.vidiſtis:ꝙ dãnatus per ſententiã interlocu-
toriã non efficitur inteſtabilis,vt dixi ſ.in ix.fallentia
data ad regulã, ꝙ dãnatus capitaliter eſt inteſtabilis.
Præthereà excõicatio eſt modici præiudicij, cum tolli
poſsit nutu proferẽtis.d.c.ſacro.imò eſt medicinalis.
c.cum medicinalis.de ſentẽ.excõi.lib. 6.& ſic excõi-
catum inhabilitare nõ poteſt quo ad actũ teſtãdi vel
contrahendi : quã opinionẽ puto veriorẽ. Facit quia
ſpeciale eſt in excõicato propter hæreſim , vt teſtari
non poſsit.c.excõicamus.§.credentes.de hæreti.ergo
in cõtrarium eſt ius cõmune in aliis.l.j.in fi.ff.ad mu-
nici. quod ſequitur Iaco.de Bellouiſu. in Authen de
ſanctiſ.epiſc.§.omnibus.vbi plenè hoc diſputauit. &
Pet.de Ancha.& Domi.poſt Ioan.Andr.in c.decer-
nimus.vbi dicitur,ꝙ etiam teſtari poſſet quãuis mani
feſtè & publicè foret excõicatus.De quo quis dicatur
publicè excõmunicatus,ponit glo.melius,quàm alibi
in verbo,Publicè.in cle.cos. de ſepult. & clarius glo.
pragmaticæ in titu.de excõi. non vitan. ſuper verbo,
Publicata.& idem tenet Bar.in l.fi.C. ſi à non com-
290 pe.iudi.& in l.j.C.de hæredi.inſtit.†Hæc tamen cõ-
cluſio fallit in ſequentibus caſibus. Primò,in excom-
municato propter hæreſim.vt d.§.credẽtes.quod te-
net Iaco.de Bellouiſu in Auth. de ſãctiſ.epiſ.§.omni
bus vbi plenè hoc diſputat.& Petr.de Ancha.& Do-
mi.poſt Ioan.Andræ.in d.c.decernimus. Tales enim
propter hæreſim excõicati non gaudent aliqua abſo-
lutione generali:qua quis à quacũque cẽſura abſolui
tur , qualis eſt abſolutio quæ cõcedi ſolet oratoribus
excõicatis,quouſq; funguntur apud pontificem offi-
cio ſuo,ſecundum Hoſtiẽ.& idẽ ſi quis abſolueretur
proferendo teſtimonium.c.veniens.la ij.vbi Pano.de
teſti.quia non gauderet ſi ꝓpter hæreſim excommu-
nicatus foret. Et idem ſi excommunicatus eſſet pro-
pter non paritionem literarum papę executorialium.
Et de abſolutione quę apponitur in impetrationibus
beneficiorum quo ad valitudinẽ impetrationis & ef-
fectum illius conſequendum duntaxat de quibus pro
uiſum fuit vtiliter per regulam apoſtolicam Innocẽ-
tij viij.qui declarauit talem abſolutionẽ nõ prodeſſe
ob prædictas cauſas excommunicatis. Nec etiam ob
aliã quãcunque cauſam,ſi impetrans vltra annum, &
ſic anno completo inſorduerit in excõmunicatione,
cùm iſto caſu perſeuerans per annum,in quocunque
mortali peccato notorio , quale eſt , pro quo ille per
eccleſiã euitatur publicè, cenſeatur de fide malè ſen-
tire ſecundum glo.in c.ſi papa.xl.diſtinct.facit tex.in
Authen.Gazaros.in fi.C.de hęreti.videatis Feli.in c.
apoſtolicæ.de except.in princ. Pariter ſtans excom-
municatus per annum,poteſt omnibus beneficiis pri-
uari.xj.quæſtio.iij.c.rurſus.& c.quicunque.Quę qui-
dem iura declarat glo.in c.cum contumacia.de hære.
lib.vj.quod intelligatis verũ,vbi ille ꝑſeuerãs excõi-
catus eſſet pro crimine.ſecùs ſi pro cauſa ciuili : quia
tũc poſſet beneficiis priuari, etiã ſi mille annis ſtetiſ-
ſet in excõicatione, gloſ. eſt ſing. quam ibi magniſe-
cit do.Anto.in c.cõtingit.ſuper verbo,Nõ poteſt.de
do.& cõtu.fructibus autem poſſet priuari.c. paſtora-
lis.de appel.in fi.Et de iſtis induratis in excommuni-
catione ſordentibus intelliguntur iura ſuperius alle-
gata,per quę fuit demonſtratum nullam pœnam eſſe
maiorem nec grauiorem excõicatione,quia excõica-
tio profertur & tendit ad bonum obedientiæ , quæ ſi
nõ ſequatur ſed in rebellione & inobedientia, & cõ-
temptu perſeueretur,excõicatio dicitur venenum ne-
dum aſpidum,ſed baſiliſcum ſolo viſu inficiens.Pro-
pter quã & ſæpe anticipatur etiam mors naturalis, vt
excõicatus citius moriatur.c.epiſcopi.xj. qõ. iij. quia
etiã pro peccato mortali ſæpe à Deo mors infert̃ ſe-
cundũ gl.in c.qua fronte.de appel.Vbi autem excõi-
catio timetur,& quatenus ad excõicatũ pertinet vult
reſipiſcere & nõ poteſt:quia fortè nõ habet vnde ſa-
tisfaciat,pręſertim ſi anguſtiatus eſt tẽpore,& præuẽ
tus morte faciat quod in ſe eſt.iuxta.c.fin.de ſepultu.
aut reſipiſcit & obediẽdo abſoluitur: tũc dicitur me-
dicinalis infamiam non irrogãs,neq; inhabilitatẽ, vt
d.c.cùm medicinalis. Secũdò,fallit in excõicato pro
aliquo tali crimine , quod tollit teſtamenti factionẽ,
ſicut ſi excõicatus eſſet pro manifeſta vſura. vt in c.
quanquã.de vſu.lib.vj.vel pro libello famoſo.l.is cui.
§.fi.ff. eod. ſecundum Bald.in l.j. C.de ſecund.nupt.

Tertiò, fallit in anathematizato , ſeu ſolenniter ex-
cõicato,de quo quis ſit,ponit Pano.in c.nouit.de iu-
di. Nam talis dicitur inteſtabilis omnino , ſecundum
Bal.in c.ſi is cui.de offi.deleg.& in l.iij.C.ſi pẽ.appel.
mors interue. & tetigi ſ. in verbo , *Et vxorem nomine
Adelaſiam*.in j.præludio circa medium. Et ratio eſt,
quia talis tolerando talem & tam horribilem excõi-
cationẽ,incidere videtur in ſuſpicionem hæreſis, ſe-
291 cũdum Bal.in d.c.decernimus.†Et certum eſt hære-
ticos teſtabiles nõ eſſe ſicut reos diuinæ maieſtatis læ
ſæ.Cùm multo potiùs ſit diuinã quã tẽporalẽ lædere
292 maieſtatẽ,in d.Auth.Gazaros.C.de hæreti.†Præter-
eà licet excõicatio nõ irroget infamiã,vt ſingulariter
decidit Inno. in c. teſtimoniũ.de teſti. quem ſequitur
Archi.iiij.q.j.ſuper glo. in ſumma tñ anathematiza-
tus aut propter hæreſim excommunicatus : vel pro-
pter aliud delictum infamiã irrogãs,vel propter con-
tumaciã circa illud commiſſam , eſt infamis per text.
ſingularẽ.in c.infames.vj.q.j.& eſt gl.in c.j.quo tem-
pore miles petere habebat inueſtitu. & propter dictã
ſuſpicionẽ dicũt aliqui idẽ eſſe in quocunq; excõica-
to,qui per annũ excõicationẽ ſuſtinuit:iuxta ea quæ
dixi in j. fallẽtia.Vnde videmus ꝙ in præſenti regno,
maximè in hac patria & Toloſæ cõmuniter obſerua-
tur,ꝙ excõicati lapſo anno capiãtur per inquiſitores
hæreticæ prauitatis,qui per incarcerationẽ eos cogũt
ad beneficium abſolutionis obtinendum , aliâs cõtra
eos procedũt velut de hæreſi ſuſpectos.Prętereà licet
in foro ſeculari nõ repellat̃ excõicatio à teſtimonio
nec ab agendo,vt ſupra allegaui: tñ cõtra excõicatũ,
qui vltra annũ inſorduit,recipitur obiectio de tali ex
cõmunicatione. Et ita etiam ſeruatur in parlamento
Toloſæ,cum tales malè præſumantur ſentire de fide.
Bene verum eſt,ſecundum Bald.quòd ſi epiſcopus ta
li excommunicato ſeu eius hæredibus indiceret pur-
gationẽ,& hæredes purgare poſſent defunctum à ſu-
ſpicione hæreſis,ſuſtineretur teſtamentũ,nec irritare
tur.Et de tali ſolẽniter excõmunicato (vt teſtari non
poſsit)poteſt intelligi opi.Hoſti.& glo.in dicto cap.
decerni



decernimus.ſecundũ Bal.in d.l.iij.in fi.C.ſi pẽ.appel.
293 mors interue. †Nã talis excõmunicatio vocatà ana-
thema,eſt horrida excommunicatio, quæ apud Syros
vocatur,maranatha, quod eſt verbũ latæ ſentẽtiæ,im
portant,ꝙ taliter excõmunicatus, ſit amaranatha, id
eſt vſq; ad aduẽtum dñi ſit excõicatus, ſcilicet donec
pœniteat,ſecundũ gl.in c.Guiliſarius.xxiij.quæſt.iiij.
& veraciter vocabatur ille non Guiliſarius , ſed Beli-
ſarius,qui Siluestrũ papã carceri tradidit,quẽ mox ad
inſulã Pontiã relegauit , & in bello Gothorũ contra
Romanos mirãda fecit.Et de dicto verbo maranatha
dicit Hiero. in epiſtola ad Marcellũ. incip.Nuper cũ
pariter eſſemus &c.quod eſt vocabulum magis Syrũ,
quã hebræum,& interpretatur,dñs noſter venit.vt ſit
ſenſus ſi qs non amat Ieſum, anathema ſit: quæ ver-
ba ſunt expoſitiua verborum Apoſto.j.ad Cor.xvj.c.
in fi.vbi dicitur:Si quis non amat &c.vbi videatis Ly
rã & Burgẽ.in addi.diuerſa ſentiẽtes:& ſatis clarè Fe
li.in c.Rodolphus.xx.colũ.verſic.ſit anathema.de re-
ſcri.Quartò, fallit in excõmunicato,qui percuſsit vel
cepit cardinalẽ,aut cõſilium vel auxiliũ præſtitit:quo
niã talis eſt inteſtabilis actiuè & paſsiuè: qui ſicut nõ
põt teſtamẽtũ facere , ſic nec põt in teſtamẽto hæres
294 inſtitui.c.felicis.de pœnis.lib.vj.†Sicut etiã excõica-
tus,quia hæreticus non poſſet hæres inſtitui. In Au-
thẽ.vt cũ de appel.co.§.gñale.colla.viij. Cæteri verò
excõicati ex alia cauſa poſſunt hæredes inſtitui & eis
legata relinqui,maximè ad cauſas pias rõne pauper-
tatis & alimẽtorum,ſecundum gl.in c.eos. de hæreti.

Quintò,fallit in monacho, cui papa dedit licẽtiam
teſtandi, qui ſi excõicatus ſit teſtari nõ poterit. Ne in
eodẽ ſubiecto ſint duo ſpecialia , ſecundũ Bal.ſingu-
lariter in c. intelleximus de iudic.quem ſequitur Feli.
295 in c.ad probandũ.de re iud.†Et credo etiam ꝙ in ca
ſibus iam dictis,quib⁹ excõicatus teſtari nõ põt,poſ-
ſet ad pias cauſas diſponere: quia licet à talibus elee-
moſynæ publicæ nõ ſint recipiẽdæ.c. oblationes.xc.
diſtin.tamẽ eccleſiæ poſſunt relinquere:quia quicqd
piæ cauſæ relinquit̃,videtur pro anima relictũ,ſecun
dum gl.in l.ſi quis à Titio. ff. de leg.ij. Et eccleſia &
quæcũque alia piã pſona,cui relictum eſt, poterit ta-
lia relicta recipere : qa quo ad validitatẽ relictorum
piorũ plus attendit̃ fauor piæ cauſę intuitu,cuius lega
ta interdũ aliâs inutilia ſuſtinentur,quã perſona teſta
toris,nec eius odium.l.j.vbi Bart. & Bal.& doc. C.de
ſacr.ſan.eccl.tñ eccleſia recipiẽdo talia relicta nõ de
bet ſe obligare ad orãdum pro talibus quos cõſtat in
peccato mortali deceſsiſſe , nec pro eis debet orare:
imò habebit relicta,ſine quocũque onere , qa per eã
nõ ſtetit, quin pro talib⁹ oraret, ſed ſtetit per eos:igi
tur ipſis ſolis imputãdum erit.Et hĩc eſt,ꝙ ſi teſtator
reliquit decẽ eccleſiæ pro ſua ſepultura,& poſteà de-
cedit excõicatus, & ſic habere nõ põt eccleſiaſticã ſe
pulturã,nec ſit pro ipſo orãdum.c.ſacris.de ſepul.Cũ
nõ ſtet per eccleſiã,ſed per ipſum teſtatorẽ , eccleſia
cõſequetur legatum,ſecundũ Bar. in l.miles.§.rea.ff.
de adul.& Bal.in l.j.in fi.C.de his quæ pœnæ no. &
fuit de mẽte Inno.in c.in noſtra.de ſepul.Similiter pu
to,ꝙ vbi excõicat⁹ eſſet ꝓpter excõicationẽ inteſta-
bilis,ſi à tali ſententia excõicationis appellatũ fuerit,
teſtamentũ pri⁹ factũ interim pendente appellatione
valebit,vel de nouo teſtari poterit: adeo ꝙ ſi interim
moriatur appellatione pẽdente teſtamentũ morte il-
lius cõfirmabitur, nõobſtãte ſententia excõicationis
à qua eſt appellatũ,prout habuiſtis. ſ.de illo,qui à ſẽ
tentia pœnæ capitalis appellauit. Nã licet excõica-
tio ſecũ trahat executionẽ. c. prętereà reqſiſti.de ap-
pel.Tñ pẽdẽte appellatione valebit teſtamẽtũ.l.ſi qs
filio exhęredato.§.hi aũt oẽs.ff.de iniuſto rup. teſta.
quia ibi eodẽ modo ſeruari videm⁹ in cõdemnato ad
mortẽ naturalẽ, quãuis ſententia vltimi ſupplicij tra-
hat ſecũ executionem l.qui vltimo,vbi Bar.ff.de pœ-
nis.& ita tenet gl.& Bald.ibi,in d.l.fi.C.ſi à nõ cõpe.
iudi.Et maximè eſt hoc verũ, quia appellãdo à ſentẽ
tia excõicationis nõ cẽſetur quis eã cõtẽnere,ſed po-
tius timere,vt bonis mẽtibus & catholicis cõuenit,vt
296 de hæreſi & obduratione nõ ſuſpicetur. †Tertiò di-
xi,ꝙ iudex propter delictũ indicere poteſt reo pœnã
297 mortis ciuilis. tñ ſcire debetis, † ꝙ duplex eſt mors
ciuilis.Prima eſt mors ciuilis voluntaria & meritoria
quæ per iudicẽ alicui imponi nõ põt,nec quis ad eam
aliquo mõ cogi:& eſt illa,per quã quis voluntariè ad
frugẽ cõuolat melioris vitæ:velut ingrediẽdo religio-
nẽ &aliquã ꝓfitẽdo regulã approbatã.& ſi loquamur
de iſta,an confirmet teſtm̃ prius factũ, dicàtis,ꝙ ſi te
ſtator profiteat̃ talẽ religionẽ,quę ꝓpriũ habere põt
ſaltẽ in cõi,& ſic illa religio eſt capax bonorũ acqui-
rẽdorũ & retinẽdorũ in cõi:tũc ſi quidẽ tẽpore teſta
menti facti teſtator nõ cogitabat religioſus fieri , ſed
poſteà meliori cõſilio motus profeſſus eſt regulã,per
talẽ profeſsionẽ nõ confirmat̃ teſtamẽtum,imò infir-
matur , ſi in tali teſtamẽto nihil reliquit monaſterio,
nec eũ inſtituit in aliquo. Nã cum monaſteriũ habeat̃
loco filij.c.in pñtia.de proba.& in Authen.de ſãctiſ.
epiſ.§.ſed & hoc pñti. ſicut per agnationẽ poſthumi
in aliquo nõ inſtituti,rũpitur teſtamẽtum prius factũ
inſti.quib.mod.teſta.infir.§.j.ſic etiã rũpitur per in-
greſſum monaſterij quod loco filij agnoſcit̃ teſtatori.
De quo dixi ſ.in verbo , *Et ſoboles quã geſtabat in vte-
ro*.Si aũt teſtator volẽs ingredi religionẽ ſuũ fecerit te
ſtamentũ , & ſic de religione profitẽda cogitãs,certè
cũ tũc teſtari potuerit,& ſic filiũ potuit præterire im
punè,vt plenè habuiſtis in verbo,*Teſtamẽtũ*.j. tale te-
ſtm̃ nõ infirmat̃, vt ibi dixi. & tenent Panor. & Feli.
in d.c.in pñtia.Et ſicut tale teſtamentũ non infirmat̃
per ingreſſum religionis,pariter nõ confirmat̃ donec
teſtator profeſſus naturaliter moriatur.quo tẽpore hę
res inſtitut⁹ habebit bona. quia nullibi reperitur hoc
caſu mortem ciuilẽ habere eundem effectum quẽ ha-
bet mors naturalis,& niſi in caſib⁹ expreſsis nunquã
habet eundem effectũ.c.placuit.xvj.q.j.ſecundum gl.
in c.ſuſceptũ.de reſcri. li. vj. quã ibi ſequuntur cõiter
doc.& pulchrè Alex.in ij.par.cõſ. cxl. inci.Viſo the-
298 mate.vbi iij.col.etiã concludit,† per ingreſſum reli-
gionis nõ finiri vſumfructũ ingrediẽtis,alias ingreſſ⁹
monaſterij eſſet ſibi nociuus:quod nõ eſt dicẽdũ, cũ
quo ad naturalia(ſcilicet quo ad comedẽdũ & biben-
dum)nõ dicatur mortu⁹,ſed ſolũ quo ad ciuilia. Ideo
quãdiu viuet teſtator profeſſus monaſterium reget &
gubernabit bona teſtatoris,& faciet fructus ſuos , qui
299 per profeſsionẽ dedicati vidẽtur: †adeò ꝙ ſi talis te-
ſtator haberet liberos hęredes inſtitutos , petere non
poſſẽt hęreditatẽ,imò nec legitimã patre viuẽte,ſecũ-
dum Pã.& doc.cõiter in c.cùm ſcimus.de regu. quos
finaliter ſequitur Feli.in d. c. in pñtia.antepe.col.vbi
rñdet ad tex. qui cõtrarium dicere videbat̃ in d. c. cũ
ſcimus. Quia ibi pater teſtator erat mortu⁹ naturali-
ter,cùm filius legitimã petebat , vt dicit vidiſſe in in-
tegra.Et nihilomin⁹ pro hac opinione adducit tex.v-
nicũ hoc formaliter decidentẽ iuncta gl.in c. j. xviij.
q.j.vbi monach⁹ factus epiſcopus debet vẽdicare hę-
reditatẽ patris,quę nõ erit monaſterij ſed epiſcopat⁹.
quod nõ eſſet,ſi legitima fuiſſet debita viuẽte patre ili
co poſt ingreſſũ & profeſsionẽ , imò ꝑtineret mona-
ſterio

ſterio,à quo fuit teſtator in epiſcopũ tranſlatus. & ibi
glo.dicit,ꝙ ius ſuccedẽdi nõ cõpetit,niſi poſt mortẽ
profeſsi teſtatoris,& ꝙ ſpes monaſterij euaneſcit, ex
quo monachus deſinit eſſe filius monaſterij. bene
poſſent tñ liberi teſtatoris poſt profeſsionẽ patris pe-
tere alimẽta à monaſterio de bonis paternis ſibi de-
cerni patre viuẽte ſecũdũ Pau.in Auth.ſi qua mulier.
C.de ſac.ſan.eccl.imò dicit,ꝙ poſſẽt petere certa bo-
na de hæreditate patris ſibi aſsignari, de quibus poſ-
ſint ſufficienter ali,quæ mortuo patre retinebunt pro
Legitima:& reſiduũ reſtituent hæredi inſtituto, aut
monaſterio,ſi pater ſine hærede teſtamẽtario deceſ-
ſerit.Et ſic dicta bonorũ aſsignatio nõ eſt iuris ſed fa
cti in filios nõ transferens dominiũ.Ex quo clarè de-
mõſtrat̃,ꝙ ſi hæres inſtitutus in teſtamẽto talis,prius
decederet,quã teſtator profeſſus,tunc hæreditas per-
tineret monaſterio corruẽte teſtamẽto propter defe-
300 ctũ hæredis pręmortui. † Patet etiam quòd teſtator
monaſteriũ ingreſſus, quãdiu viuit reuocare poterit
teſtamentũ ſimpliciter, acſi in ſeculo remãſiſſet:quia
volũtas ſua remãſit ambulatoria vſque ad mortẽ iux-
ta ea quę plenè habuiſtis in verbo,*Teſtamentũ*.ij.Et ſi
teſtamentũ reuocet bona perpetuò remanebũt mona
ſterio,ac ſi teſtamentũ nũquã feciſſet. Auth. ingreſsi.
C.de ſacr.ſan.eccl. Sed reuocare ipſum non poſſet in
præiudiciũ monaſterij,aliũ hæredẽ extraneũ inſtituẽ
do,cũ per profeſsionẽ ius teſtãdi perdiderit,vt d.Au-
then.ingreſsi.Nã duriore ſeruitute afficit̃ quã ſeruus.
301 liiij.diſt.multos. Ideo teſtari non poteſt. †Quinimò
cõſuetudo aut papa eũ habilitare nõ poſſet ad teſtan-
dum poſtquã eſt profeſſus,ſecũdũ Bal.in d.Auth. in-
greſsi. & plenè Henri.in c.ſi quis ſanè. de pecu.cleri-
corũ.Etiã ſi eſſet epiſcopus effectus ſecundũ gl.in c.j.
ſ̃.eo.poſito,quod fortius eſt,ꝙ eſſet cardinalis,cũ ꝓ-
pter hoc nõ liberetur à ſubſtãtialibus regulę quę ſũt,
paupertas & obedientia,ſecundũ Bal.in Auth. licen-
tiã.C.de epiſ. & cle.ſecus ſi efficeretur papa ſecundũ
Phil.Frã.ſuper omnes do.in rub.eo.tit.li.vj.ver.xxvj.
& vltimò prohibetur teſtari &c. Videatis gloſ.in ca.
quia tua. xij. qõ. j.& xviij.q.j.c.j.in fi. & Imo.in l.ſi
quis mihi bona.§.ſeruus.ff.de acqui. hære. De his vi-
dete Bar.in l.Statius.§. Cornelio.ff. de iure fiſ.& in l.
cũ pater.§.hæreditatẽ.ff.de leg.ij.& ſentit idẽ Bar. in
l.interdicit.ff. de cõdi.& demõſt. & in dicta Authen.
ſi qua mulier.Panor.& doct. in dicto.c.in præſentia.
Et hæc vera, vbi teſtator poſt teſtamentũ profitetur
302 religionẽ bonorum capacem,vt dictum eſt. †Si vero
profitetur religionẽ omnino bonorum tam in com-
muni quam in particulari incapacem,tunc quia teſta-
tor quo ad bona cẽſetur omnino mortuus:putà,quia
profeſſus eſt regulã beati Franciſci, & effectus frater
minor,per talẽ mortẽ ciuilẽ teſtamentũ prius factum
irreuocabiliter cõfirmatur,adeo ꝙ incontinẽti hære-
des ſcripti hæreditatẽ adire poterũt: & idẽ facere po-
terũt hæredes ab inteſtato,ſi profeſſus ſine teſtamẽto
deceſſerit,ſecundum Sali.in d. Auth. ſi qua mulier. in
fi.Nam cũ talis teſtator nõ poſsit teſtamentũ reuoca-
re in fauorẽ conuentus, qui eſt omnino incapax,nec
poſsit cõuentus nec religio ſuccedere hærede ſcripto
præmortuo,ſicut poſſet,vbi religio eſſet capax bono-
rũ in cõmuni,vt ſ̃.vidiſtis, certè fruſtra expectaretur
mors naturalis ipſius teſtatoris. Et ſic eo ipſo ꝙ ipſe
teſtator eſt profeſſus, teſtamẽtũ eſt irreuocabiliter cõ
firmatum. Circa quod videatis quæ dixi ſuper verbo,
*In eodẽ teſtamento relinquens*.j. in ix. limi. Sed quid de
profeſsis ordinem beati Dominici ſeu prædicatorũ:
videatis Feli. latiſsimè & nõ minꝰ notabiliter loquẽ-
tem in d.c.in præſentia.xxv.col.verſi.ſeptimò quęro.
vidimus ſuprà,cũ tribus columnis ſequẽtibus.vbi etiã
decidit de carmelitis,& cæteris mẽdicantibꝰ.De quo
latè per Bal.in dicta Auth. ſi qua mulier.In iſto autẽ
regno Francię, quancunq; religionẽ quis profiteatur
habetur pro mortuo. de quo plenè dixi ſuper verbo,
*Et vxorem nomine Adelaſiam*.in j.arti.ſucceſsionũ ab
303 inteſtato. †Secunda mors ciuilis dicitur neceſſaria,
quæ nõ voluntariè ſuſcipitur,ſed neceſſariò,vel ꝑ iu-
dicẽ in inuitũ inducitur in pœnã criminis perpetrati
& talis mors ciuilis eſt,per quã libertas perditur, ve-
luti ſi quis ab hoſtibus capiatur,qui ſeruus hoſtiũ effi
citur nec teſtari poteſt, quia ſeruitutẽ morti naturali
cõparamus.l.ſeruitutẽ.ff.de regu.iur.Nã quod attinet
ad ius ciuile,ſerui pro nihilo cõputantur.l.quod atti-
net.illo eo.titu. Quibus & quãtis modis efficitur quis
ſeruus,vt teſtamẽti factionẽ perdat, videatis inſtit. de
304 iure perſo.per totum. †Or teſtamẽti factio eſt actus
iuris ciuilis: quod qualiter intelligatur plenè habui-
305 ſtis ſ̃.teſtamentũ j. † Idẽ in deportatis per ſententiã
iudicis:ꝗ pariter teſtari nõ poſſunt.l.eius.§. fin.ff.eo.
Quia licet nõ moriãtur naturaliter, tñ ciuiliter mor-
tui ſunt, tanquã libertate & ciuilitate amiſsis. de quo
306 plenè ibi.& in l.j.C.de hære.inſti. †De bannitis au-
tem & exulibus debetis ſcire,ꝙ multiplex eſt exilium,
ſcilicet volũtariũ & ſummè meritoriũ, ac cõſequẽter
laudabile,quod multi aſſumpſerunt pro Deo & Chri
ſto eius,ſe in eremũ transferẽtes,prout de Ioanne Ba
ptiſta legit̃ Luc.j.in fi.& de Paulo primo eremita, &
pluribus aliis.Aliud eſt exilium,etiam volũtarium &
laudabile virtutis amore.de quo in Authen.habita.C.
ne filius pro patre.quod volũtariè ſubeunt ſcholares,
qui pro acquirẽda ſcientię margarita de ciuibus fiunt
exules. Et de quo exilio pulchrè meminit barbatus
ille Hiero.in epiſtola ad Paulinũ.Legimus, inquit,in
veteribus hiſtoriis,quoſdã luſtraſſe prouincias,nouos
adiiſſe populos, maria tranſiſſe: vt eos quos ex libris
nouerãt,corã quoq; viderẽt.Sic Pythagoras Mẽphiti
cos vates: ſic Plato Aegyptũ & Architam Terẽtinũ,
cámque orã Italiæ,quę quõdã magna Gręcia dicebã
tur,laborioſiſsimè peragrauit: vt q Athenis magiſter
erat & potẽs, fieret peregrinus atq; diſcipulus, malẽs
aliena verecundè diſcere,quã ſua impudẽter ingerere
&c. Et ſi de talibus exulibus loquamur, certè teſtari
poterũt,& cæteros actus legitimos facere,cũ banniti
nõ cẽſeãtur,imò pro præſentibus reputãtur.c.licet de
307 prębẽ.& plenè in c.cũ ex eo,de elec.lib. vj.†Et hæc
duo exilia ſummè laudabilia ſubire voluit idem ille
Hier.cognita ſuorũ monachorũ veſania,poſtquã ad
Gregoriũ Naziãzenũ Cõſtantinopolitanæ vrbis epi
ſcopũ peruenit, à quo ſacras literas didiſcit, vbi quæ
pro Chriſto & eccleſię vtilitate ſuſtinuerit ipſe in epi
ſtola ad Euſtochiũ narrat dicẽs: quoties in eremo cõ
ſtitutus,& in illa vaſta ſolitudine,quæ exuſta ſolis ar-
doribus horridũ monachis præſtat habitaculũ,putaui
me Romanis deliciis intereſſe, horrebãt ſacco mẽbra
deformia,ſqualida cutis ſitũ æthiopicę carnis adduxe
rat:quotidie lachrymæ,quotidie gemitus.Et ſi qñ re-
pugnantem ſomnꝰ imminẽs oppreſsiſſet,nuda humo
vix oſſa hęrẽtia collidebãtur. De cibis & potu taceo:
cùm etiam lãguẽtes aqua frigida vtantur, & coactum
aliquid accepiſſe luxuria ſit. & dum ſcorpionũ tãtum
eſſem ſocius & ferarum,ſæpe choreis intererã puella-
rum,& in frigido corpore & carne præmortua libidi
num incendia pullulabant. Itaq; continuò flebã, &
repugnãtem carnem hebdomadarum inedia ſubige-
bam.Diem crebro coniunxi cũ nocte:nec prius à pe-
ctoris



ctoris ceſſabam verberibus,quã à domino tranquilli-
tas redderetur. Ipſam quoque cellulam meam quaſi
cogitationũ cõſcientia pertimeſcebam,& mihi iratus
ſolus deſerta penetrabam , & vt mihi teſtis eſt domi-
nus, poſt multas lachrimas nonnunquã videbar in-
tereſſe agminibꝰ angelorũ. Per quadrienniũ igitur i-
bidẽ pœnitentia ſic peracta ad Bethlehẽ oppidũ re-
meauit,vbi quaſi domeſticũ animal apud præſepe do
mini ſeſe obtulit permanſurũ.Bibliothecã autẽ ſuam
quã ſummo ſtudio ſibi cõdiderat clauſam alióſque li-
bros iterũ relegẽs,diẽ ieiunus ducebat ad veſperũ&c.
308†Aliud eſt exiliũ neceſſariũ:& hoc dupliciter.Primò
propter vtilitatẽ exulis,vt quis fugiat perſecutionẽ ali
cuius tyranni.quo exilio durante exules nihil perdũt.
l.decernimus.C.de ſacroſan.eccle.Quoties enim quis
particulari odio ſui perſequitur, fugiendũ eſt ex do-
ctrina Chriſti,Matth.x. Cùm autem perſequẽtur vos
in ciuitate iſta,fugite in aliam. Idem ſi perſecutio eſ-
ſet generalis & ex fuga non ſequeretur deſtructio iu-
ſtitiæ & boni publici, ſecundum Lyram ibi,& habe-
tur in c.niſi cum pridem. de renũ. Seundò indicitur
exilium neceſſarium alicui, ita ꝙ neceſſe habet rece-
dere,non propter ſui delictum aut vitium,ſed potius
propter virtutem & gloriã ſuam:vt de Ariſtide,The-
miſtocle,& pluribus aliis refert Valer. libr.v. titu. de
ingratis. loquendo de Athenienſium ingratitudine.
309†Quod exilium oſtraciſmus,exoſtraciſmus vel oſtra
cus Athenis olim vocabatur, procedens ex inuidia
quæ virtutem ſequitur: quia virtutis comes inuidia
eſt:quaſi tale exilium ſit quædam inuidię conſolatio,
ne peiora contra virtuoſum machinẽtur:vel fiebat vt
poteſtatis eſſet & gloriæ moderatio, ne ex gloria vir-
tutis nimis creſceret potentia, & verteretur in abuſũ
in detrimentũ aliorum, ſicut vitis ſi non putaretur &
ramis minueretur, racemos verteret in labruſcas in
detrimentum cultoris. De quo oſtraciſino eiuſque
forma, & quis fuit principium & finis ex Plutarcho
de vita Ariſtidis quoque habetur in hæc verba: Ciui-
tas,victoria iam inſolens facta atque maximarum re-
rum auida ægrè ferebat cum quoſdam authoritate &
gloria anteire cęteros audiret:itaque poſtquã frequẽs
vndique in vrbem cõuenit Ariſtidẽ oſtraco in exiliũ,
nõ affectati regni ſuſpicione, cũ nihil ſibi mali factũ
nec à ſe virum cognitũ eſſe, ſed gloriæ illius inuidia
relegant. Non enim oſtraciſmus improbitatis caſti-
gatio erat,ſed honeſtiore voce elationis ac grauioris
poteſtatis moderatio,& pœna dicebatur. Erat ſiqui-
dem humani liuoris conſolatio. quæ cum haud into-
lerabilis eſſet, mœrorem ac dolorẽ quem cuiuſpiam
amplitudo peperiſſet,ſuis ex finibus decem annis de-
terminaret. (& forma erat) Oſtraci viritim in conſi-
lio dabantur, & in eis quiſque quẽ ex ciuibus vrbe ce
dere vellent literis indicabant, quem poſteà in vnum
fori locum cãcellis circunſeptũ deferebãt. Magiſtra-
tus verò quibus negotiũ dabatur, primum quidẽ vni-
uerſos ſimul recenſebant,qui niſi ſex milium numerũ
exceſsiſſent, nihil cõfectum eſſet. Poſteà vniuſcuiuſ-
que calculis ſepoſitis cũ quẽ pluribus ſentẽtiis dãna-
tũ cognoſcerẽt,decẽ annos extorrẽ fore declarabant:
ea tamen cõditione,vt fructus ſuos capere liberũ ſibi
relinqueretur.De hac aũt relegatione,inquit, Plutar-
chꝰ vbi ſuprà, Quis dubitat eos qui vel gloria vel ge-
neris nobilitate vel eloquentia, maximè præſtarent,
oſtraco,id eſt huiuſcemodi exilio quã primũ eiectos
eſſe?Hoc tanquam purgandæ ciuitatis medicamento
ad cõſtitutũ tempus vti populus conſueuerat, atque
illum qui ſupra reliquos ciues vel gloria vel diuitiis
vel potẽtia excelleret, ita vt ſuſpectus in ciuitatate ha
beretur in decennium extra ciuitatẽ relegabat. Quo
numero Damon Peridis cœptor eſt:qui cum plus ſa-
pere videretur quã oporteret,hunc in modũ vrbe exa
ctus eſt.Et Hiperbolus vir nõ ex potentia ſortitus au-
daciam,ſed ob impudentiſsimã audaciam factus po-
tens,propter eam quã in republica gloriã nactus eſt,
ciuitatem vniuerſam ignominia afficiens oſtraciſmo
damnatus eſt: qui ſcilicet oſtraciſmus quum viris pri
matibus eſſe ſolebat poteſtatis moderatio,huic flagi-
tioſo fuit impudens vltio:& ſic finis per oſtraciſmum
puniendi quẽquam factus eſt, & nemo ſcilicet virtuo
ſus poſt ipſum ſcilicet criminoſum tali pœna damna-
tus. Hæc ille. Et licet talia exilia honeſta eſſent, nec
teſtamentũ factum inficerẽt, & minus fiẽdum impe-
dirent,tamẽ illa cõfutat Vale. vbi ſuprà in fi.& inue-
hit contra eos qui adeo ingrati extiterũt, vt in virtuo-
ſos ſæuire nõ dubitarint: quos in primis Atheniẽſes,
velut ingratiſsimos damnãdos eſſe dicit,cũ vbiq; gra
uis & intolerabilior eorũ dicatur ingratitudo, ꝙ ciui
tas illa bonarũ artiũ mater erat. Quid abeſt, inquit,
quin publica dementia ſit ęſtimanda,ſummo conſen-
ſu maximas virtutes,quaſi grauiſsima delicta punire,
beneficiáque iniuriis repẽdere? quod cũ vbiq; tũ pę
cipuè Athenis intolerabile videri debet, in qua vrbe
aduerſus ingratos actio cõſtituta eſt,& rectè,quia dã
di & accipiendi beneficij cõmerciũ, ſine quo vix vita
hominis cõſtat,tollit & perdit quiſquis bene merito
parẽ referre gratiã negligit. Quãtã enim reprehẽſio-
nẽ ſupple Athenien.merẽtur,qui cũ æquiſsima iura,
ſed iniquiſsima haberent ingenia, moribus ſuis quàm
310 legibus vti maluerũt?&c.†Aliud eſt exiliũ ſeu banni-
mentũ damnabile & ſordidũ, quod inducit̃ propter
delictum.l.Papinianus exuli.ff. de minoribus. & in §.
ſi.inſti.de hæred.inſti. Et de tali bannito dicit Bar.in
d.l.eius. ꝙ nõ poteſt teſtari.Cùm prodigo æquipare-
tur quicũque delinquens,& ſic inteſtabilis.inſti.qui-
bus non eſt permiſ.facere teſtamentũ.§. item prodi-
gus. nam vt elegãter dicit Bal.ſuprà in procemio, ſu-
311 per verbo, prodiga. †Triplex eſt prodigalitas.Prima
eſt rerum,in qua prouidetur per interdictionẽ admi-
niſtrationis.Secunda eſt morũ, in qua occurritur per
ſeueritatem punitionis, vt ſ̃. plenè vidiſtis.Tertia eſt
prodigalitas famæ,in qua prouidetur per ſubtractio-
nem bonorum & honeſtorum virorum, prout hæc
omnia per tria iura probant̃.l.is qui bonis.ff.de verb.
obli.& l.licitatio.aliâs incip. locatio.§. quod illicitæ.
ff.de publ.ac in l.quos prohibet.ff.de poſtulã.Nec im
meritò bannitus propter delictum teſtari non poteſt,
nec talis mors ciuilis teſtamentum antea factum con-
firmat:cùm reddat eum inteſtabilem : vt etiam teſta-
ri nõ poſsit,ſcilicet ſecundũ iura & ſtatuta ꝓpria ci-
uitatis,aut terræ de qua fuit bãnitus: & ad quã redire
non poteſt in vita nec poſt mortẽ,vt ibi ſepeliatur,ſe
cundum Bar.in l.ij.ff.de cadauc. punitorũ. Sed teſta-
menti factionem nõ perdit de iure cõmuni:ideo ſi in
illa ciuitate de qua banniti fuerunt, vigeret ſtatutum
aut conſuetudo,ꝙ quis teſtari poſſet cum duobus te-
ſtibus,prout eſt in noſtra ciuitate Toloſæ,& hîc Ca-
turci,talem facultatem teſtandi perdũt:ſed teſtari po
terunt ſecundũ ius cõmune adhibita iuris communis
ſolennitate. De quo plenè per eundẽ Bart. in quadã
per ipſum diſputata quæſtione incipiẽte, Lucanæ ci-
uitatis ſtatuto. & in l. amiſsione.§.qui deficiũt. ff. de
cap.dimi. vbi dicit, qualiter hoc intelligitur. videa-
tis quæ plenè circa hoc dixi ſuper verbo , *In eodem te-
ſtamento relinquens*. j.xvij.limi. Hodie verò ex gene-
ralĩ

rali huius regni conſuetudine non eſt dubium bãni-
tos eſſe inteſtabiles:dummodo fuerint perpetuo ban
niti:cùm tale bannum importat,vt ſæpe dixi, confiſ-
cationem bonorũ,& ita dicit ſeruari Maſuerus, titu-
lo de obligationi.& renuntiatio.§. j. circa finem ibi,
idem in bannito.& §.item aliqui cõſiliarij. & clarius
in titulo de pœnis.§.in caſib⁹. quod intelligatis,pro-
ut dixi ſuper verbo,*In eodem teſtamento relinquens*.j.in
312 dicta xij.limita.& Bald. in dicta l.eius. §. ſi cui. †De
infamibus vidi ſæpe dubitari , an perdant teſtamenti
factionẽ,ita ꝙ eorum teſtamenta morte naturali nõ
confirmentur,quaſi ſint morte ciuili,ſcilicet per infa-
miam irritata,& videtur ꝙ per infamiam perdant te-
ſtamenti factionem, quia infamibus interdicti ſunt a-
ctus legitimi.c.ſi.de reg.iur.lib.vj.& l.ij. C. de digni-
tatibus.lib.xij vbi eſt bona glo.quatuor ponẽs caſus,
in quibus etiam infamia facti repellit quem ab acti-
bus.Melius enim eſſet alicui mori , quã dulciſsimum
famæ honorem perdere,vt ita dicere Ludouicus groſ
ſus Francorũ rex Pariſios repetens ſolitus erat. Pul-
chrius,inquit,eſſet crudeli morte ſi honeſta eſſet, oc-
cumbere,quã cum dedecore vitã perducere,vt lib.vj.
Gaguinus refert. & Sallu. in Catilinario : Emori per
virtutem præſtat, quã vitã miſerã atq; inhoneſtã per
dedecus amittere.Nam vt idẽ ait in Iugurthino:nihil
metuere quis debet,niſi turpẽ famã. iuxta illud Apo-
ſtoli j.ad Corint.ix.Expedit mihi,inquit magis mori,
quã vt quis gloriam,id eſt famam meam euacuet.Vn-
de Iuuena.grauiſsimè & ſanctiſsimè dixit:Summum
crede nephas animã præferre pudori, Et propter vitã
viuendi perdere cauſas.Cauſæ autẽ viuẽdi ſunt,vt ſã-
ctè iuſtè & honeſtè operemur quæ Deo & homini
grata ſunt:per quæ fama illæſa retinet̃,quæ vitæ præ-
ferenda eſt. Vnde vbi ſententia ferri poteſt ex pluri-
bus cauſis,quarũ aliquæ infamant, & aliquæ nõ: lata
ſimpliciter ſententia nõ exprimẽdo aliquam cauſam,
præſumitur in dubio lata ex leuiori cauſa & minus
infamante,vt dicit gloſ.ſingu. in l.hoc enim.ff.de ex-
cuſa tuto.Eleuet igitur quiſq; præmia virtutis,cũ ani
maduertat fortes viros felicius ſepeliri , quàm viuere
313 ignauos,dicit Vale.lib.v.titu.de gratis. †Cùm ea ſci-
licet gloria ſeu fama euacuata ſolius Dei ſit eam reſti
tuere,dicit gloſ.in c.ex tuarum.de purga.cano.licet e-
nim poſsit princeps effectum infamiæ tollere, qui eſt
de iure poſitiuo & nõ naturali, nõ tamẽ infamiã tol-
lere poteſt,ſecundũ Bald.in l.Caſsius.iiij.colum.ff.de
ſena.quia infamia facti quæ remanet,eſt irremediabi-
lis, iuxta illud Gelaſij papæ dicentis : quãquam ani-
mas per pœnitentiam ſaluare poſsimus , infamiã ta-
men abolere non poſſumus: ſcilciet illam infamiã de
facto apud bonos & graues reſtantẽ , vt clarè decidit
Tho.in ſecunda ſecundæ,quæſtio.lxviij.arti.iiij. quia
nõ bene detergi ſordida fama valet,etiam per baptiſ-
mũ.de quo videatis gloſ.ſuper verbo, peccauit:in ca.
314 ſi quis.j.qõ.vij. † Nam infamia eſt ſimilis morti , ſe-
cundũ Hug.vt refert Bart.in l.trãſigere. C. de tranſa.
cùm infames mortuorũ loco habeantur.l.j.§.quidam
filiũ.ff.de bo.poſ.cõtra tab. Vnde gl.in l.nec timore.
ff.quod metus cau.dicit timorẽ infamiæ iuſtum cau-
ſare metũ.& eſt tex.in l.iſti quidem.§.penul.eod. tit.
315 & Panor.in c.olim.la iij.de reſti.ſpo.iij.col. † Vnde
licet accuſatus de delicto extra ſuum officium cõmiſ-
ſo pẽdente accuſatione,non ſit ei interdicenda officij
adminiſtratio. l. libertus. §. in quæſtionibus. ff. ad
muni.tñ interdicitur,vbi tale crimen ſcandalũ gene-
raret propter publicã infamiam accuſati. c. inter ſoli-
citudines. de purga.cano. perinde & acſi in ſuo offi-
cio deliquiſſet, ei interdiceretur adminiſtratio ſecun-
dum Bar.in d.§.in quæſtionibus.& Ioan. Fab.in §.ſi
quis autẽ.inſti.de ſuſpe.tut. Ob quod in c.ij.de purg.
cãno.dicitur,ꝙ qui ſuã famã negligit , videtur negli-
gere vitã.Imò aliàs crudelis ſibiipſi eſſe videretur.c.
nolo.xij.q.j.vbi habetur,ꝙ crudelis dicitur, qui ſuam
famã negligit. quæ ſecundum glo.in c. veram. de co-
habi.cleri.& mulie. aliud non eſt,quã illæſæ dignita
tis ſtatus legibus & moribus comprobatus, vt l. pen.
ff.de variis & extraor.cog.in prin.vnde non ſine cau
ſa dicebat Eccl.vij.c.ꝙ melius eſt nomẽ bonũ,quàm
vnguenta pretioſa.& Bal.in l.j.C. de cõfeſ.Fama,in-
quit,bona quã multi populi amant , eſt theſaurus ho-
minis inæſtimabilis, & iocũdus,& ſicut liliũ dat ſua-
uitatẽ odoris.& in l.ingeniũ.ij.col.ff.de ſta.ho. dicit,
ꝙ fama eſt pars ſtatus noſtri magna.l. cognitionũ.§.
j.ff.de variis & extraor.cog. Et ſic nõ minor eſt amiſ
ſio famæ,quã oculorum,iuxta illud Prouerb.xv. Lux
oculorũ lætificat animã , fama bona impinguat oſſa:
imò maior eſt famæ perditio , quã perditio oculorũ.
quod nobis patenter tradit doctrina Chriſti Matth.
xviij.præcipiens,ꝙ ſi oculus ſcãdalizet te, ſcilicet tra
hendo te ad delictum quo bona fama perditur, eruas
eũ & proiice abs te. & Tullius in oratore de reſpõſis
aruſpicum. Miſerior,inquit,es cum in omnẽ fraudem
oculis caperis,quã ſi omnino oculos nõ habueris.Nẽ
pe illi fraudãt & fraudãtur. Quod cõſiderãs quædam
monialis virgo,cuius dulci aſpectu cor regis captum
fuerat,ita vt rex ipſe eã ſtuprare cõcluſiſſet: poſtquã
hoc reſciuit,ne diffamaretur,oculos proprios ipſa ſi-
bimet eruit,quos pro munere ad regem miſit: & hoc
modo famam ſeruauit.Pariter refert Tertulia.ꝙ De-
mocritus Philoſophus oculos ſibi eruit , eo ꝙ mulie-
res ſine cõcupiſcẽtia nõ valebat aſpicere.Ad quod fa
cit illud Ouid.ij.triſtiũ. Heu mihi cur vidi,cur noxia
lumina flexi? Peccatúmq; oculos eſt habuiſſe meũ.&
Seneca de remediis infortuito.Intelligẽdũ,inquit,eſt
partẽ eſſe innocẽtiæ cæcitatẽ.Oculi enim ſunt irrita-
316 mẽta vitiorũ, ducéſq; ſcelerum. †Ob quod Valerius
lib.iiij.tit.de verecundia,aliud exemplum ponit,ꝙ ſi
in Chriſtiano adoleſcẽte inueniretur,vna omniũ vo-
ce plus quã præcedẽs laudaret̃ , cũ Tuſcus eſſet ado-
leſcẽs de quo loquitur,Spurina vocatus,Hetruriæ ci-
uitatis oriũdus , qui antequam Tuſci eſſent Romana
ciuitate donati , Spurina præſtantis formæ adoleſcẽs
matronarũ,id eſt nuptarũ & virginum oculis inſidio
ſus erat:quia non ſine cupiditate aſpici poſſe videba-
tur,tanta eius formæ venuſtas, vt iam vxores & filias
habentibus ſuſpectus admodũ eſſet.Hic ergo cũ vide
ret ſe cauſam eſſe plerũq; diſsidij inter virum,& vxo-
rẽ adeo moleſtè tulit,vt ingreſſus cubiculũ omnẽ vul
tus oríſq; decorẽ illatis vulnerib⁹ cõfuderit,& ſe cica
tricibus aſpectu deformem reddiderit. Maluit defor-
mitatẽ ſuæ ſanctitatis ſeu caſtitatis eſſe fidem & teſti-
moniũ,quã formã alienæ libidinis irritamentum. De
hac fama quantũ ſit diligenda,& infamia euitãda , &
fugiẽda,habetur in l.infamia.C.de decurio.lib.x.quia
ſicut corpus vmbrã facit illuſtratã à ſole, ſic fama eſt
vmbra operũ.Et beatus eſt qui poſsidet eam. Et ecõ-
tra proximus eſt periculo,quẽ fama denigrat, in Au-
then.quomodo oporteat epiſcopos.in prin.colla.j.vt
ſingulariter dicit Bal. in c.veniẽs. le j.de teſti.& alibi
317 dicit idẽ Bal.in c.j.de renũ. †ꝙ fama vnius boni viri
eſt vmbra gratiſsima,ſub qua multi quieſcunt,& quæ
mori nõ põt,nec extingui.iuxta illud Statij Thebai-
dos lib.vij. Ite,inquit,alacres veſtri nunquã morien-
tur honores.ideo ſapiẽter dicebat idem Bal.in c.j.§.ſi
quis



318 quis hominẽ. de pace tenenda. † Quod pro ſaluãdo
honore & fama cõſeruanda, licitũ eſt aſſumere duel-
lum.Facit quod voluit idẽ Bal.in l.in eadẽ.ff.ex qui-
bus cauſis maio.& in c.j. de proba. & text. ſingularis
in l.pronũtiatio.§.j.ff.de verbo ſignif. & quod habe-
tur in l.iuſta.ff.de manu.vindic. & in l. Iulianus. ff. ſi
quis omiſ. cauſa teſta. & quod voluit Pet.de Anchar.
in clemen.j.de homici. Imò non ſolùm noſtra inter-
eſt famam propriam ſeruare illæſam quãdiu viuimus,
ſed etiã poſt mortẽ , adeò ꝙ ſi fama defuncti laceſſa-
tur,hæredes de iniuria agere poſſunt.l.j.§. & ſi fortè.
ff.de iniur. & intelligo dixiſſe de fama , quæ eſt con-
ſcientię cõſentanea & cõformis,prout fama eſt vt di-
xi illæſæ dignitatis ſtatus , vita & moribus cõproba-
tus, vt d.c.veſtra. Si autem fama eſſet conſcientiæ re-
pugnans , vt qa malus reputaretur bonus in populo
propter ſigna bonitatis, quæ habet extrinſeca, vt ha-
bent hypocritæ:tunc fama parum prodeſſet,vbi con-
ſciẽtia veritatis repugnaret,quæ plus quã fama atten-
319 ditur apud Deum , qui eſt cordium ſcrutator. † Eſt
enim cõſcientia animi motus ſibi ipſi perſuadens , &
ſeſe concernens,ſecundum Bal.in c.niſi cùm pridem.
iiij.col.de renuntia.& in c.j.§.ſacramentum. de con-
ſuetu.recti feudi.ideo dicit Bar.per illum tex.in l.cum
quidam.§.quod dicitur.in ſi.ff.de acquirẽ. hæredi. ꝙ
vbi communis opinio eſt de aliquo ꝙ pendeat ex fa-
cto meo , debeo attendere factum meum & veritatẽ,
non communem opinionem in bono vel malo:ſuffi-
cit ꝙ neſciam me malum. Vnde ſtãte ſtatuto loci, ꝙ
ſyndicus teneatur omnia maleficia denuntiare etiam
de ſeipſo, licet fama ſit ꝙ ipſe deliquit , nõ tenetur ſe
denũtiare, ſi verè ſcit quia delictũ nõ cõmiſit, ſecun-
dum Bar.ibi , quia vt dicit Valerius li.iij.titu.de fidu-
cia ſui. Omnis pfecta ars fortunæ lenocinio defecta
iuſta fiducia, id eſt bona de ſe opinione non exuitur.
Quámq; ſcit ſe laudem meritã, eam & ſi ab aliis non
impetrat,domeſtico tñ acceptam iudicio refert: qua-
ſi dicat , ꝙ quilibet bonus licet per famã ab aliis ſibi
merita non impetret,conſequatur tñ iudicio domeſti
co ſcilicet conſcientiæ ſuæ,ea refert in ſui gaudiũ, &
lætitiam,& innocentiam. Et hoc eſt quod dicitur in
oratione ad Cæſarẽ ſenem de republica circa ſi. ibi,
ſuus cuiuſq; animus ex cõſcientia ſpem præbet. Vide
elegãtia verba Bal.de cõſcientia loquentis,quæ refert
Iaſon in §.ſed iſtæ quidẽ.inſti.de actio.xxvj.colum.
Et hoc eſt quod narrat Valerius Maximus lib. vij. ti-
tu.de ſapienter dictis & factis. Socratem dixiſſe con-
ſcientiam plus quã famã attendi debere. idem ſcilicet
Socrates, expedita & compendiaria via eos ad gloriã
peruenire dicebat,q. id agerent , vt quales videri vel-
lent,tales etiã eſſent. Qua quidẽ prædicatione apertè
monebat , vt hoĩes ipſam potiùs virtutem haurirent,
quã vmbrã eius cõſectarẽt.hæc ille.Sed vt dicit Boë-
tius lib.ij.de cõſolatione.Nos niſi ad populares aures
inanéſq; rumores rectè facere neſcimus, adeò ꝙ reli-
cta cõſciẽtia virtutiſq; præſtãtia de alienis ſermũcu-
lis laudẽ captamus. Horũ etenĩ vita fictio eſt, & mo-
res ſunt imagines abſq; vita.mox ideo delẽtur & de-
cidũt , & nec immeritò. quia vt habetur Ioannis xij.
Dilexerũt magis gloriã hominũ,quã Dei. Ob quod
dicit apoſtol⁹ j.ad Corint.iij. Nemo veſtrum glorie-
tur in hominibus, id eſt ſecundũ laudes hominũ, ſed
glorieẽ in Deo qui eſt veritas omniũ. Per famã enim
falli poteris,p cõſcientiã Deo & veritati cõſonã nun
quã.Ideo remouendã eſſe exiſtimationẽ hominũ, cũ
dubia ſemper ſit, & in partẽ vtranq; diuidatur. doce-
bat Seneca ad Lucillũ epiſtola xxvj. Nam cõſcientia
cuius & Dei vnũ & idẽ eſt cõſiſtoriũ, vix falli poteſt
320 † Cũ cõſcientia dicatur quaſi quædam conſonantia
animæ ad Deũ ex cõcordia ſpiritus & voluntatis,ſe-
cũdũ Bal.in c. mulieri. de iureiur.vñ Origenes dicit,
ꝙ cõſcientia eſt ſpiritus corrector & pedagógus ani-
mæ ſociatus. Et ſumit̃ ibi ſpiritus p mente ſeu ratio-
ne.Et ſic cõſciẽtia dicitur ſpiritus,inquantũ eſt quod
dam dictamen mentis:quia etiã habitus eſt principiũ
actus , ideo nomẽ cõſcientiæ attribuitur aliqñ primo
habitui naturaliter, ſcilicet ſynderesi , ſicut Hierony.
321 ſuper Ezechiel.Cõſcientiã ſynderesim vocat. † Ha-
bet autẽ ortum conſcientia ex naturali iudicio ratio-
nis,quod dicit̃ lex intellectus & ab eo eſt deducta &
deriuata,vt quædam cõcluſio.verbi gratia.Fit in ani-
mo vel mẽte hominis quaſi quidã ſyllogiſmus, cuius
maiorẽ pmittit ſynderesis dicẽs: omne malũ eſſe vi-
tandum. Minorẽ verò huius ſyllogiſmi aſſumit ratio
ſuperior,dicẽs adulteriũ eſſe malũ,quia à Deo prohi
bitum. Ratio verò inferior dicit adulteriũ eſſe malũ,
quia vel eſt iniuſtũ vel inhoneſtũ. Et tunc cõſcientia
infert cõcluſionẽ dicens ex ſupradictis : ergo adulte-
riũ eſt vitandũ.Propterea dicitur cõſciẽtia quaſi con
cludens ſciẽtia, eo ꝙ conſcientia ratione ſupradicto-
rum,videlicet ſynderesis rationis ſuperioris & inferio
ris cõcluſionẽ infert ſecundũ Tho. in ij. ſententiarũ.
diſt.xxiiij.Vnde conſcientia dicitur mater noſtra , de
qua loquens propheta Oſeæ ij.Iudicate,inquit , ma-
trẽ veſtrã, id eſt conſcientiã. Præterea dicitur facies
animæ,iuxta illud Matth.vj. Faciem tuam laua,id eſt
cõſcientiã maculis peccatorũ fœdatã. Et dicitur con-
ſciẽtia facies ratione diuerſificationis: quia ſicut inter
tot homines nõ eſt dare duas facies omnimodo ſimi-
les,quod eſt mirũ, ita nec duas cõſciẽtias omnino ſi-
miles,id eſt in omnibus idẽ ſentiẽtes.Secũdò ratione
denudationis : quia ſicut facies nũquã cooperitur,po
ſito ꝙ cætera omnia aliqñ cooperiantur,ita cõſcien-
tia cooperiri nõ poteſt, qa libri ſunt aperti. Daniel.
vij.Tertiò ratiõe diſpoſitionis : quia ſicut ſecundũ ꝙ
quis eſt,effigiat̃ in facie, vel cõponit faciẽ,cõprehen-
ditur de diſpoſitione interiori , ita ſecundũ opera cõ-
uerſationis alicuius cognoſcit̃ de probitate,vel mali-
tia,Eccleſ.xix. Ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſa-
tus.Ex quibus reſtat dictũ Bal.verũ,in d.c.mulieri.ꝙ
cõſcientia dicitur quaſi quædã cõſonantia animæ ad
Deũ ex cõcordia ſpiritus & voluntatis, quæ clarè eſt
aperta Deo, quem nullũ latet ſecretũ.Ideo ſequenda
eſt potius quã fallax reputatio hominũ. c.inter ver-
ba.xj.q.iij. Nec ſunt veræ illæ, legitimæque virtutes,
ſed inanes vmbrę interpollatáq; ſimulachra,quas am
bitio excitat , & rumor alit popularis q̃ ſurgũt atque
tabeſcũt,his ſurgentib⁹ aut tabeſcẽtibus cauſis , vnde
ſunt ortæ , vt nihil miſerius ſit,quã pẽdere à degenerĩ
opinione,atq; plebeia. Vñ apud Gallos vulgò dicit̃,
*Dieu me gard de la louange des vilains*. Quæ laus vt
plurimũ orit̃ ex cõuiuiis,quæ popularibus miniſtran-
tur ad interitũ,& depauperationẽ conuiuantis,potius
quã cõſcientiæ ſuæ teſtimoniũ.iuxta illud quod dicit
apoſtolus ij. ad Corinthios j. Gloria noſtra hæc eſt,
322 teſtimonium cõſcientię noſtræ.†Inde videm⁹ à iudi-
cio cõſcientiæ appellari nõ poſſe:cũ cõſcientia,vt di-
xi,aliũ nõ habeat ſuperiorẽ præter Deũ, ſecundũ gl.
in verſi.relinquat̃.in c.ſtatutũ. §. aſſeſſorẽ.de reſcrip.
lib.vj.fateor tñ,ꝙ ſi appellaretur iudex ad quẽ. ex of-
ficio repararet quod malè per iudicẽ à quo factũ aut
taxatũ eſſet,ſecundũ glo.in verbo, oneramus. in cle-
men.j.de iure patro.quod verũ puto ſi appareret par-
tẽ appellantẽ nimis grauatã fuiſſe. Quoniã aliàs pro


modico

modico nõ recedit̃ à cõſcientia iudicis,vt d.§.aſſeſſo-
rem,ſecundũ Bal.in l.j.C.de rebus credit. pro quo eſt
glo.no.in verſi.an iure.in l.ab executore.ff. de appel.
Sed imò non receditur,niſi in declarãdo conſcientiã
ſuam iuraſſet,ita ſibi iuſtum & rectũ videri:quo caſu
omnino ſtari debet eius ſciẽtiæ,vt pulchrè per Alex.
in l.de pupillo.§.qui opus.vltima col. de noui operis
nuntia.& latè de ſancto Georgio ſuper rubr.de app.
xv.col.Si ergo nõ iurauerit,& nimis grauauerit refor
323 mabitur,vt dixi.† Conſcientia enim iudicis patenter
nimis partem grauãtis non præſumitur eſſe nec pro-
ceſsiſſe de cõſiſtorio Dei,ſed potiꝰ diaboli,cuiꝰ iniu
ſtitia ſub velamine cõſciẽtiæ nõ eſt intolerãda,cũ in-
terdũ ſub ſimulata quadã ſanctitatis ſpecie poſſet iu-
dex enormiter lædere partem,dicit text.in cle.ad no-
ſtrũ.verſ.Nõnulla etiã alia.de hære.Ideo ſub vmbra
tali dormiẽdum non eſt.Quia vt præclarè ait Cicero
lib.j.officiorũ. Totius iniuſtitiæ nulla capitalior eſt,
quã eorũ qui tũ cũ maximè fallãt,id agũt vt boni vi-
ri videantur,quorũ æquitas duplex eſt iniquitas, iux-
ta illud Bucolicorum: Vos qui legitis flores & humi
naſcẽtia fruga, Fugite ò pueri,latet anguis in herba.
Vnde Plin. ad Catulũ. Magnitudo,inquit,animi ni-
hil ad oſtentationẽ,ſed omnia ad cõſcientiam refert,
rectè facti nõ ex populi ſermone mercedẽ ſed ex fa-
cto petit:quia teſte Seneca,libr.j.de clementia.Nemo
põt diu perſonã ferre fictã. citò enim in naturã ſuam
recidunt quibus veritas nõ ſubeſt.hæc ille.Laudanti-
bus tñ iraſcẽdũ nõ eſt,nec grates agendũ:iraſci etẽm
ei qui coronam meo capiti ponit,hirſuti & ruſticani
ingenij videri põt. Agere verò gratias, fateri quoque
me dignũ tantis laudibus eſſe,& apertum inuerecũdi
ac inſanientis animi ſignũ,cuius inſolẽtiæ apud Deũ
& ſapientiſsimos viros nec eſt facilis venia , ſed neq;
leuis in bonis viris,qui ita laudãtur,intimæ cõſciẽtię
tremor.quid igitur agẽdũ mente ita ſuſpenſa? Neque
tandẽ gratias accumulãndũ,neque vltima cõfuſione
deficiẽdum.Per quæ omnia ad propoſitũ redeũdo vi
deat̃,ꝙ ſicut occiſus per ſententiã ita & infamis eſſet
inteſtabilis.Sed cõtrarium tenetur, cum infamis non
perdat libertatẽ nec ciuitatẽ,nec vitã corporalẽ, quæ
requiruntur ad perdendũ teſtamenti factionẽ,vt d.l.
eius qui.ff.eo.niſi eſſet talis infamia,quæ haberet ſe-
cũ teſtãdi inhabilitatẽ ſicut vidiſtis s̃.de infame pro-
pter libellũ famoſum dãnato qui teſtari non põt, etiã
antequã declaretur infamis. Quia cũ infamia ſit pœ-
na quæ irrogatur ipſo iure abſq; expreſſa iudicis de-
claratiõe,ꝑ ea quæ dicit Bar.in l.q. vltimo.ff. de pœ.
Nec de ſui natura expectet aliã extrinſecã executio-
nẽ poſt ſe:certè irrogata à iure ſtatim infamia:ille eſt
inteſtabilis abſq; alia declaratione. per ea quæ dicunt
Imo.& Domi.in c.felicis.de pœn.lib.vj. quos in hoc
refert & ſequitur Feli.in c. Rodolphus.xxvij. colũ.de
reſcri.verſic.Limita quartò,quod ſecus eſſet in pœna
ipſo iure inflicta,quæ aliã expectaret poſt ſe facti exe
cutionẽ & hominis miniſteriũ,vt in cõfiſcatione bo-
norũ:quæ licet aliqñ incurratur ipſo iure, tñ nõ licet
apponere manũ, nec bona apprehendere ante decla-
rationẽ,c.cũ ſecundũ leges.in fi.de hære.libr.vj.Et ſi-
cut pñt infames teſtari actiuè,ſic etiã habẽt teſtamẽ-
ti factionem paſsiuam:quia poſſunt hæredes inſtitui:
nec priuãtur propter infamiã etiã paterna hæredita-
te,ſecundũ Bal.in d.l.Caſsius.iiij.col.ff.de ſenato.niſi
in caſibus à iure expreſsis.l.in arenam.C.de inoffi.te
ſta.Et tunc etiã requirit̃, ꝙ per patrem exhæredẽtur,
324 vt ibi. † Quartò principaliter fallit regula noſtra, ꝙ
teſtamentum morte teſtatoris irreuocabiliter confir-
metur, vbi in teſtatore effectus mortis nõ duraret,pu-
tà quia poſt mortem miraculosè reſurrexit. quod ra-
rò contingit.l.ex his.cum l.ſequenti.iuncta glo. ff.de
legi.licet enim Deus hoc poſsit miraculosè facere, vt
factũ fuit de Lazaro quatriduano iam fœtente , & fi-
lio viduæ extra ciuitatem Naim. de quibus habetur
Ioan.xj.& Lucæ vij. Et de Pamphilo Phereo ex illa
ciuitate Græciæ nato:quẽ Plato ſcribit inter eos qui
in acie ceciderãt decẽ diebus iacuiſſe:biduóque poſt-
quam inde ſublatꝰ eſſet,impoſitum rogo reuixiſſe, ac
mira quædã tẽpore mortis viſa narraſſe,vt lib.j. refert
Valerius titul.de miraculis.c.ciiij. Tamen facere talia
nõ conſueuit de lege cõmuni,ſed ſi hoc faceret,teſta
toréq; reſuſcitaret,teſtamentũ quod morte videba
tur cõfirmatũ,reuocaretur,etiã ſi ad pias cauſas eſſet
factum,ſecundum Bar.in l.j.iiij.q.quintæ.q. princ.C.
de ſac.ſan.eccle.Et recuperaret bona & vxorẽ,ſi con
iugatus fuerat,aut beneficia quæ habuerat, ſi clericus
erat,argu.c.ſi beneficia.de præben.lib.vj. de quo per
glo.& Doctores,in d.l.ex his.& gloſ.in c.licitè.xxxij.
qõ.vij.quæ vult matrimonium morte naturali diſſol-
ui,cùm ſit quædam ſocietas,diſſoluitur morte.l. cum
duobus.§.idem reſpondit.ff.pro ſocio.Idem dicit in
prælatura.Sed baptiſmus non deletur morte, nec ali-
quid aliud in quo confertur gratia vel ordo.Vnde re-
ſuſcitatus non eſt de nouo baptizãdus , nec ordinan-
dus.Et ratio eſt,quia per baptiſmũ copulatur immor
tale, id eſt anima, immortali Deo: ſed per matrimo-
niũ coniungitur corpus viri mortale corpori mulieris
mortali,& ſic ſoluitur ſola morte. Videatis Bartol.in
l.nam ad ea.ff.de legi.& plenius Bal.in l.iura cõſtitui
oportet.cum legibus ſequentibus.eo.titu. vbi dicunt,
ꝙ reſuſcitatꝰ bona recuperat, quaſi à Deo reſtitutus,
prout faceret condemnatus ad mortem ſi per princi-
pem reſtitueretur.l.j.& l.fi.C.de ſenten.paſ.dummo-
do non fuerint ante reſuſcitationẽ teſtatoris alienata.
c.quamuis.de reſcri.lib.vj.ſecundum Bar. & Bal.vbi
325 s̃. † Ex quibus ſequitur, ꝙ ſi propter crimen ad mor-
tem dãnatus & executatus cum confiſcatione bono-
rum,poſteà à mortuis reſuſcitaretur,ſicut à Deo mi-
raculosè vitam recuperauit,ſic etiam ad bona confiſ-
ſcata reſtitutus cenſetur ſi non fuerint alienata, quod
eſt not.licet rarò cõtigerit.Et hæc de prima effectua-
li perfectione teſtamenti, quæ morte teſtatoris con-
326 tingit,vobis ſcripta ſufficiant. † Venio ad ſecundam
teſtamenti effectualem perfectionem , quæ eſt quan-
do teſtamentum ita perficitur , vt ad cauſam inteſtati
redigi non poſsit.quod contingit adita hæreditate ex
teſtamento per hæredem inſtitutum.l. ſi alienum. §.
in extraneis.ff.de hæredi.inſtit. & l.quandiu. ff.de ac-
quir.hæredit.Nam ſicut per mortem teſtatoris teſta-
mentũ ita perficitur,vt reuocari non poſsit,prout vi-
diſtis s̃.ſic per aditionẽ hæreditatis,quæ fit ꝑ hæredẽ
teſtamẽtum illud irreuocabile ſuum plenum ſortitur
effectũ,vt nũquam redigi poſsit ad cauſam inteſtati,
poſtquam ex teſtamento adita eſt hæreditas:cùm re-
gulam habeamus,ꝙ quãdiu locus eſt ſucceſsioni ſeu
ſucceditur ex teſtamento , & ſic ſecundum volunta-
tem teſtatoris expreſſam, ceſſat ſucceſsio ab inteſta-
to,quæ prouenit ſolùm ex tacita mente defuncti: qui
poſtquã teſtamentũ nõ fecit, præſumitur voluiſſe ha-
bere hæredes ſuos proximiores conſanguineos.Qui-
quidem hæredes adita hæreditate fiunt domini & ve
ri hæredes, prout hæres dicitur ab hero,quod eſt do-
minus,ſecundum glo.inſtitut.de hæredum qualita.&
differen.in fin.dicentem Theutonicos dicere Her, id
eſt domine:faci. l.j.in princ.ff.ſi cert.peta.Vnde adi-
ta hære-



ta hæreditate nõ dicitur amplius hæreditas,ſed patri-
monium efficit̃ hæredis,& confunditur cũ bonis hæ-
redis,vt ſit cũ prioribꝰ bonis vnũ patrimoniũ.l.j.§.ve
teres.ff.de acqui. poſſeſ.Et ante aditionem hæres nul
lo modo repræſentat defunctũ : ſed ipſa hæreditas cũ
repræſentat ,quãdiu eſt in adeundo tanquã perſona
ficta.l.hæreditas.ff.de acqui.rerũ domi.Poſtquã verò
eſt adita talis repreſentatio transfertur in vnã perſo-
nã,ſcilicet hæredis,vt vna & eadem cẽſeatur eſſe per-
ſona cũ defuncto, in Auth.de iureiur.à morien. præ-
ſti.§.j.ita ꝙ ceſſat illa prima repræſentatio, ꝗ ficta di
citur iacente hæreditate introducta, nõ iure naturali
aut gentiũ, ſed iure ciuili Romanorũ. l. lege obueni-
re.ff.de verbo. ſigni. licet enim iure gentiũ introdu-
ctum fuiſſet alterũ alteri ſuccedere , nõ tñ fundat in-
troductam, ꝙ hæreditas iacens ficta diceretur perſo-
na defunctum repræſentans ac omnia iura actiuè &
paſsiuè cõplectens : imò hoc totũ fuit iure ciuili po-
ſitiuo ſtatutum. Ideo vt quis ſit hæres,omnia defun-
cti iura actiuè & paſsiuè arripiẽs, neceſſe eſt ꝙ adeat
hæreditatẽ,vt in omnibus & per omnia loco defun-
cti ſurrogetur.Et debet adiri hęreditas per ipſum hæ-
redem, quia adiri non poſſet per procuratorẽ, quãuis
generalẽ, etiã ſi cũ libera adminiſtrationem haberet,
niſi ad hoc faciendum haberet ſpeciale mandatum. l.
Paulus. reſpondet per procuratorẽ.vbi Bar.& Doct.
ff.de acqui.hære.vel niſi eſſet procurator Cæſaris,qui
ſolus põt adire pro fiſco hæreditatem, ex mãdato ge
nerali,quod habet à lege,vt eſt text.in l.j. vbi Bartol.
Alex.& Iaſon.ff.de offic.procu.Cæſa.quę dicit,ꝙ ſe
cùs eſſet in procuratore reipublicæ per l.præſes.C.de
tranſactio.Quantuncũque enim perfectè fuerit factũ
teſtamentum,& deceſſerit teſtator , tñ hæres nõ dicit̃
327 eſſe dominus hæreditatis. † Et inde dicit Bald.in c.j.
§.iniuria.de pace iuramen.firmã.ꝙ ius adeundi hęre-
ditatẽ non eſt in bonis noſtris, antequã adeamus hæ-
reditatẽ. & in l.ſi quis prioris.§.talem.C.de ſecundis
nuptiis.in fi.dicit iura lucrorum non eſſe in aditione
aut repudiatione hæreditatis poſita,ſed eſt quid ſegre
328 gatum ab vniuerſitate patrimonij. † Et ſic cedi non
põt,ſicut nec ius petendi reſtitutionem fideicõmiſsi.
l.ſi mulier.§.ex aſſe. ff. de iure dotiũ. ſecundum Bart.
in l.ſi ſtipulatus fuerim.in prin.ff. de verb. obliga. &
in l.qui ita.in prin.& l.reſtituta.ff.ad Trebel.& Bald.
in l.ij.C.de pactis.nec eſt certũ, ſi ex teſtamento ſuc-
cedetur,donec hæreditas fuerit adita per hęredem te-
ſtamento inſtitutũ:ideo dicebat Bal.in l.omniũ.in fi.
329 C. hoc tit.† ꝙ aditio hæreditatis eſt illa,quæ vires tri-
buit teſtamentis,ac omnino ipſa confirmat,& ſingu-
las clauſulas in eis contentas,ſecundũ Bal. in l.j.C. ſi
quis omiſ.cau.teſta. Nec non cõfirmat omnia & ſin-
gula officia in teſtamento data. Et ſic officia tam tu-
torum quàm executorũ ad teſtamenta exequẽda de-
putatorum.ſecundum Bar.in l.alio.ff. de alimen.leg.
& Bal.in Auth.hoc amplius.C. de fideicom. Quini-
mò iura dicẽtia dominium rerũ legatarum recta via
tranſire in legatarios poſt mortẽ teſtatoris. l. ſi quis
Titio.ff.de furtis.intelliguntur,prouiſo,ꝙ mortuo te-
ſtatore ſequatur aditio hæreditatis. l.omnia.ff.de leg.
ij. Qua ſecuta , dominiũ fingitur in legatarios tranſ-
latum à die & momento mortis teſtatoris,ſecundum
Docto.ibi. Cùm aditio fingat retrò à die mortis te-
ſtatoris.l.noua.in fi.de noua.& non ſolùm eſt neceſ-
ſaria aditio ad cõfirmandũ cõtenta in teſtamẽto , ſed
etiam ad validitatem relictorum in codicillis, ſecun-
dum gl.& Bar.in l.qui filio.§.ſeruus.ff.de hære.inſti.
vt plenè habuiſtis, s̃. *teſtamentum.* iij. imò ſecundum
aliquos eſt neceſſaria ad petendum donationem cau-
ſa mortis. de quo per Bal.in l.eàm quam.v.q.C.de fi-
330 deicommiſ.† Veruntamen antequàm hæres in teſta-
mento inſtitutus adire poſsit hæreditatem , plura re-
quiruntur, quorum aliqua cõcernunt perſonam hæ-
redis,& quædã verſant̃ circa alias qualitates, quæ in-
teruenire debent. Primò enim requiritur , ꝙ hæres ſit
liber homo prout de iure præſumitur eſſe,ſi eſt in poſ
ſeſsione libertatis , niſi cõtrarium ex aduerſo proba-
retur.l. moueor.C.de ſer.expor.Si aũt hæres eſſet ſer-
uus,nõ poſſet adire hæreditatẽ, in qua eſt inſtitutus,
ſine iuſſu domini præcedente: & tunc adibit in vtili-
tatẽ domini, cùm ipſe ſibi nihil acquirere poſsit , ſed
domino.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqui.hę-
redi.Inde dicitur in l.aditio.de acqui.hæredi. ꝙ adi-
331 tio hæreditatis non eſt in opere ſeruili.† Et idem dici
tur ibi in filio qui ſicut hæreditatem paternam,vel a-
liâs profectitiam ſine iuſſu patris adire non poterat,
vt dicto §.iuſſum.ff.de acqui.hæredi.qui non eſt,quo
ad hoc,hodie correctus per l.fi.C. de bonis quæ libe.
Sic etiam hæreditatem extranei,& ſic aduentitium,in
qua eſt inſtitutus, adire non poterat , niſi iuſſu patris
præcedente:quod hodie non requiritur.Imò ſine pa-
tre poteſt adire talem aduentitiam,cùm ſit capax bo-
norum aduentitiorum.l.cùm oportet. & l.fi.§.vbi au
tem.C. de bo.qui libe. Quod eſt verum, ſiue pater i-
gnoret hæreditatem filio delatam,ſiue ſciat,& cõtra-
dicat:quia etiam inuito patre eam adire poſſet,vt d.l.
fi.§.ſi autem recuſante.Et in hoc concordãt omnes
ibi,& in l.j. poſt gl. C. qui admitti ad bonorum poſ-
ſeſsionẽ poſſunt.Excepto Ange.ibi, qui cõcedit pa-
tre cõtradicente filiũ poſſe ſine ipſo adire hæredita-
tem aduẽtitiam , ſed non patre ignorante : quia text.
qui ius antiquum corrigit in caſu quo pater adire re-
cuſat , non debet extendi ad caſum,qñ pater ignorat.
Sed nõ recedatis à cõmuni opin.Et nedum debet eſſe
hæres ſui iuris & liber homo , vt adire poſsit,ſed etiã
eſſe in plena libertate:ita ꝙ liberè & nõ coactè adeat
hæreditatem : quia aliter aditio per metum facta offi-
cio iudicis reſcinderet̃. l. ſi metus cauſa. ff. de acqui.
hæredi. Cùm enim nihil ad inferentẽ metum perue-
nerit,actio quod metus cau.ad reſcindendum aditio-
nem cõpetere nõ poteſt.l.ſi mulier.§.ſi metu.ff.quod
met.cau.Ideo dat̃ cautelã, vt aditio ſit ipſo iure nul-
la,nec ſit opus reſciſsione: ꝙ timẽs cogi adire hæredi
tatẽ proteſtetur de metu ante aditionem : & idem ſi
cogi repudiare timeat : & aditio , aut repudiatio ſe-
quens proteſtationẽ erit ipſo iure nulla.l.qui in alie-
na.§.Celſus.ff.de acqui.hære.Et tam potẽs erit talis
proteſtatio in iſtis quæ dependent à mera voluntate
proteſtantis,vt ſunt aditio,& repudiatio,ꝙ non tenẽt
ipſo iure , etiam ſi proteſtatio clam & ſecretè facta
eſſet,nec ad partis notitiã perueniſſet, ſecundũ gloſſ.
ibi.ſuper verbo,fallens. de quo ibi per Bal. & clarius
332 Pau.ibi. † Prætereà hæres vt adire poſsit , debet eſſe
cõpos mentis, vt præſumitur eſſe de iure,niſi probare
tur demens aut furioſus. l.nec codicillos. C. de codi-
cil.Et inſuper debet eſſe maior xxv. annis. quæ ætas
qualiter probetur plenè docet Bar. in l.de ætate.ff.de
333 mino. † Si autẽ eſſet infans, id eſt minor ſeptem an-
nis,pater pro illo adire poſſet hæreditatẽ,vel eius tu-
tor ſolꝰ ſi patrẽ nõ habeat.l.ſi infanti. C.de iure deli.
Si verò ſit maior infante,iam pupillus effectus , ipſe-
met adire poterit cũ tutoris authoritate, ita ꝙ actus
eius eſt neceſſarius cũ tutoris authoritate.l. potuit.C.
de iure deli.Et ſi tutorẽ nõ habeat , iudex in aditione
pupilli ſuã interponet authoritatem, vt d. l.ſi infanti.

in ſi.facit tex.inſti.de autho. tuto.circa mediũ.& tex.
ſolennis in l.ſi.C. qui admitti ad bonorum poſſeſsio-
nem poſſunt. quia iudex dicitur magnus tutor, vt ibi.
334 † Nec poſſet ſolus tutor nomine pupilli infante ma-
ioris adire hæreditatem ſine pupillo:quia hæreditatis
aditio in ſola voluntate hæredis conſiſtit.l. pro hære-
de,& l. gerit.ff.de acqui.hæredi. Ideo illa quæ ſic nu-
da voluntate explicãtur, eſt impoſsibile,quòd per al-
terius voluntatẽ aut organũ alienũ explicentur.Et ſic
cùm pupillus maior infante habeat velle,licet nõ per
fectũ, requiritur eius voluntas, quæ perficitur cũ au-
thoritate tutoris.Et inde eſt,ꝙ vbi pupillus eſſet infãs,
qui velle non habet,neque nolle,ſua voluntas reſidet
totaliter in ſcrinio pectoris ſui tutoris,q. ſolus tũc adi
re poſſet,vt d.l.ſi infanti.Et etiã põt ſol⁹ tutor pupillo
etiam maiore infante petere bonorum poſſeſsionem,
q.a illa non cognoſcitur ſola volũtate hæredis abſtra
cta à facto, cùm neceſſe ſit, ꝙ agnoſcat corã iudice,
vt d.l.ſi.C.q. admitti ad bonorũ poſſeſsionẽ poſſunt.
vnde talis agnitio bonorũ poſſeſsiõis eſt in admini-
ſtratorũ poteſtate,ſed nõ ſic in aditione hæreditatis,
vt vidiſtis ſecundũ Ang.in l.ſi bonorũ.C.qui admitti
ad bonorũ poſſeſsionẽ poſsũt.& ſicut ſol⁹ tutor ſine
pupillo adire hæreditatẽ nõ poteſt, vt d. l. potuit. Ita
etiã ſolus pupillus adire nõ poſſet ſine tutore,niſi ſta-
tutũ aut cõſuetudo patriæ eũ diſpẽſaret: quo caſu ſo-
lus adire poſſet,ſecundũ Ange.in l.more. ff.de acqui.
hæred.Et prædictis caſibus,ſi minor per talẽ hæredi-
tatis paternæ vel extraneæ aditionẽ reperiatur læſus,
poterit aduerſus talẽ aditionẽ petere in integrũ reſti-
tutionẽ:qua mediante permittetur ei aditã repudiare
hæreditatẽ, quãuis maior factus intra quadriennium
reſtitutiõis petendæ debita hæreditaria exegiſſet,tan-
quam hæres à debitoribus hæreditariis,tex.eſt ſingu-
laris in l.iij.§.ſcio.ff.de mino.ſecundũ Ange. quẽ ſe-
quitur Ludo.in j.nota.in l.damni.§.Sabini. ff. de da-
335 mno infe. † Secundò principaliter requiruntur quæ
dam alia, antequàm hæres adire poſſet hæreditatem.
Primò requiritur, ꝙ teſtator ſit mortuus. quia nemo
poteſt ſe gerere pro hęrede viuente teſtatore,in cuius
bonis gerendum ſit.l.neminẽ.ff.de acqui. hære. Nam
teſtamentũ dicitͬ voluntatis teſtatoris iuſta ſententia,
de eo quod poſt mortẽ fieri voluit.l.j.ff. e. Ergo ante
336 mortẽ teſtatoris hæres nihil facere poteſt.† Nec præ-
ſumitur teſtator mortuus, niſi probetur ſaltẽ per fa-
mã vel alias præſumptiones idoneas:vt quia conſan-
guinei fecerunt luctũ:vel ſi probetur per vnum teſtẽ,
vel ſi hæres oſtẽdit inſtrumentũ teſtamenti, ſecundũ
Bar.Sal.& Pau.in l.ſi.C. de edi.diui Adriani tol.& Ia
ſonẽ.in l.publicati.C.eod.in iij.col. in ſi.In his enim
in quibus non agitur niſi de præiudicio hęredis hęre-
ditatem adire volẽtis,ſufficit leuis probatio mortis:
vbi non ſufficeret, imò requireretur plena & clara, ſi
ageretur de graui præiudicio. Putà ſi quis accuſare-
tur de homicidio, quo caſu mors occiſi eſſet clarè &
plenè probãda per teſtes, qui eum vidiſſent mortuũ:
vt quia tetigerũt eũ frigidũ,pulſu carentẽ,aut ſepeli-
ri,vel ſimilia: quæ de neceſsitate mortẽ concludunt,
vt plenè dicit Bar.in l.ij.§. ſi dubitetur.ff.quemadmo
337 dũ teſtamenta aperi. † Nec re ſufficeret, ꝙ accuſator
confiteretur Titium occidiſſe quoniam ex tali cõfeſ-
ſione,quantũcunq; ſpõte & liberè facta nõ cõdemna
retur: imò non torqueretur pro homicidio, vel alio
quocũq; delicto,niſi prius fuerit delictũ verificatum,
id eſt ꝙ Titi⁹ fuerit occiſus,& ſit mortuus, vel res de
quibus agitur fuerint & reperiantur ſubtractæ domi-
no per tex.notab.in l.j.§.item illud ſciendũ eſt. ff. ad
338 Silleia. † Non enim ſufficit cõfeſsio accuſati,ſi nulla
probatio religionem cognoſcentis inſtruat. l.j. §. di-
uus Seuerus.ff.de quæſti.facit l.inde Neratius.§.ſi. ff.
ad l. Aquil. Vnde prudentiſsimus Ioſue noluit con-
fitentem Acham, qui aliqua ſuſtulerat de anathema-
te prius cõdemnare, quã miniſtros miſiſſet in taber-
naculũ illius,vbi cuncta repererunt abſcondita ſimul
& argentum,vt habetͬ Ioſue vij.Et ſi ſecùs fieret,eſſet
abuſus, cum legamus aliquos occidiſſe confeſſos qui
poſteà viui reperiebantur,vt d.l.j.§.ſi quis vltro.ff.de
qõ.& d.l.inde Neratius.§.ſi.ff.ad l.Aquil.& glo.in c.
339 ſi.de confeſ.† Ideo ad ſimplicem alicuius cõfeſsionẽ
non debet ferri ſententia contra ipſum, donec veri-
ficato delicto,cùm non audiatur perire volens.l. non
tantum.ff.de appellatio. Nec aliud tales cõfeſsiones
quam declarationem perſonæ delinquentis operantͬ:
ſed non probant delictum eſſe cõmiſſum, vbi aliter
non verificatur. & ita ad vnguem ſeruatur in Parla-
mento. Quando autem verificatum eſt delictum, &
apparet quod cõmiſſum fuit,vt quia Titius reperitur
occiſus,tunc confitens puniri poteſt de homicidio ex
ſua ſola cõfeſsione abſq; alia probatione: quia ſuffi-
cit quẽ de crimine confiteri, aut teſtibus conuinci.l.
ſi quis in hoc genus.C. de epiſ.& cle.ibi, in cõuictos
ſeu confeſſos.Idem dicitur in l.qui ſententiam. C. de
pœnis. Ex conſuetudine tamen generali & ſtylo hu-
ius regni nõ ſufficit ꝙ delatus probatione teſtiũ fue-
rit ſeparatus,niſi ore proprio ſit crimen cõfeſſus, vbi
agitur de vltimo ſupplicio aut membri mutilatione
ſi factum aliter notoriũ non eſſet, ꝙ aliqua tergiuer-
ſatione celari ſeu negari non poſſet. c.ſi.de cohabita.
clerico.& mulierum.Ideo videmus, ꝙ in cauſa capi-
tali ſtãte plena probatione,quantũcunque clara, po-
ni debet reus ad quæſtionẽ, & torturæ ſubiici, vt ab
eius ore cõfeſsio eruatur: & ita quotidie practicatur,
vt dicit Maſuerus titulo de probatio. §. item vt dela-
340 tus.† Sanè etiam intelligatis ex ſua confeſsione quem
puniri debere de delicto verificato, niſi iudici con-
ſtaret crimen fuiſſe ab alio commiſſum, quàm per
confitentẽ.Quia tunc non puniretur ex ſua cõfeſsio-
ne,cùm vt dictũ eſt,non audiatur perire volens,vt d.
341 l.non tãtum.† Niſi hoc mendaciter confiteretur,ſpe-
rans ex tali mendacio impetrare gratiam & vtilita-
tem, ſicut ſperabat conſequi filius Amalechitæ con-
fitendo mendaciter Saulem interfeciſſe:qui loco gra-
tiæ & vtilitatis reportauit mortem; quoniã ac ſi verè
eum interfeciſſet,fuit mandato Dauid occiſus. vt pa-
tet ij.Regum j.c. Cuius exẽplo nondum anni decem
labuntur,ꝙ ad conuincendũ quoddã inſtrumentum
de falſo,licet verũ exiſteret,notarius qui eum recepe-
rat in materia ſucceſsionis Caſtri de Landorra, ac
ſi ipſum falsò ſcripſiſſet & ſignaſſet, præmio accepto
tanquam falſarius abolitionẽ impetrauit à rege. Sed,
cõperta fraude,per arreſtum curię Parlamẽti Tholo-
ſæ prolatum xxij. Martij, anno domini Milleſimo,
ccccl xxxv. tanquam falſarius fuit punitus, & manus
dextra amputata, licet inſtrumentũ non falſaſſet, vi-
ſa eius falſa & ſimulata cõfeſsione, ex qua vtilitatem
conſecutus fuerat.Et quæ in præiudiciũ alterius par-
tis cui dictum inſtrumentum pertinebat fraudulen-
ter tendebat.Et ita expreſsè etiam decidit Bald. in l.j.
342 C.de pœna iudi.qui malè iudi.poſt glo. † Secundò,
requiritur in aditione hæreditatis,ꝙ hæres ſciat teſta-
torem eſſe mortuũ, ita ꝙ nõ ſufficeret ꝙ verè ſit mor
tuus,ſed vltra requiritur, ꝙ hæres ſciat eum mortuũ:
adeo ꝙ ſi putaret eum viuere, quãuis iam defunctus
ſit,nõ poſſet hæreditatem adire.l.hæres inſtitutus. §.
j.ff.de



j.ff.de acqui.hære.quia hominis viuentis non eſt hæ-
reditas.l.j.ff.de hæredit. vel act.vẽdit. Certus eñ de-
bet eſſe de morte teſtatoris.l. qui hæreditatẽ adire. ff.
de acqui.hære. vbi refert Bar. ꝙ ſemel fuit ſibi porta-
tus vn⁹ proceſſus, in quo dicebatͬ, ꝙ mater talis erat
mortua,& ꝙ talis fuit mater,& ꝙ talis fuit filia,& ꝙ
talis fuit gerens pro hærede,non tamen fuerat poſitũ,
ꝙ iſta ſciuerit matrem fuiſſe mortuam: certè iudica-
uit proceſſum non eſſe cõpletum,nec filiam potuiſſe
maternam adire hæreditatem,niſi conſtaret,ꝙ ſciue-
rit matrẽ mortuam,quod dicit eſſe menti tenendum.
Non tamen requiritur in hærede vera ſciẽtia de mor
te teſtatoris,quæ pcipitur per ſenſum:ſed in eo ſcien
tia (hæc eſt vehemens opinio) ſufficit. l. cũ quidam.
§.quod dicitur.& l.ſi quis extraneus.§.ſi.ff.de acqui.
hære.& no.gloſ.in l.ſi. §. Labeo. ff. de aqua plu. ar-
cen.Imò dicit Bar.in l.is põt. ff. de acquir. hæredi.v.
col.ꝙ hæres qui adeũdo dixit teſtatorẽ mortuum, &
nunc idem dicit ad validitatẽ ſuæ aditionis, præſu-
mitur,ꝙ verè mortuũ ſciuerit, cùm nemo dixiſſe vi-
deatur quod mente non cogitauerit.l.Labeo.ff.de ſu
pelle. legata. maximè præſumitur hoc ſciuiſſe ſi erat
conſanguineus teſtatoris. arg. l. de tutela, vbi bonus
text.C.de in integ.reſtit.minorum.& in l. Octaui. ff.
vnde cognati.Aut vicinus:aut multomagis in eadem,
ciuitate habitans, pro quibus præſumitͬur ſcientia l.
regula.§.j.& §.ſupina.ff.de iuris & fac.ign.& de præ-
ſumptio.c.quodam. & c. quanto. & qui matrimoniũ
accuſare non poſſunt.c.cùm in tua.Et ſic ſtatur dicto
hæredis,niſi ex aduerſo probaretur cõtrarium: quod
qualiter fieri poſsit, plenè dicit Bart. in d.l.is poteſt.
343 † Tertiò requiritur in aditione hæreditatis, ꝙ hæ-
res ſciuerit teſtamentum eſſe factum:non quod inter-
fuerit in teſtamenti factione,aut fieri viderit,audiue-
rit,& legerit:ſed ſufficit ꝙ ei ſit dictum vel ſcriptum
literis amicorũ.l.de ætate.ff.de interroga. action. vel
quod de hoc(ſcilicet de teſtamẽto facto)ſit commu-
nis opinio,& fama. Ex quo datur intelligi,ꝙ clauſis
tabulis teſtamenti hæreditas poteſt adiri.l.vnica.§.cũ
ergo.C.de cadu.tol.l.j.in ſi.ff.de iur.& fac. ign. & l.j.
§.j.ff.de bono.poſſeſ.ſecundum tabu.Et adeò ſufficit
talis fama de teſtamento facto tempore, quo aditur
hæreditas, ꝙ ſi poſteà adita hæreditate ſuperueniat
contraria fama,ſcilicet ꝙ teſtamentũ non erat factũ,
dum tamẽ verũ ſit,ꝙ factũ fuerit:non inualidatur ta-
lis aditio: q.a poſtquã quis ſemel effectus fuit hæres,
opinio cõmunis cõtraria actũ non perimit,nec extin
guit.l.cùm quidã.§.ſeruum.ff. de acqui.hæred.vbi ha
betur,ꝙ licet cõmunis opi. impediat aditionem, non
tamen poteſt extinguere iam factã. Ideo cauti debẽt
eſſe aduocati,vt taliter aditionem hæreditatis articu-
lent,ꝙ articuli concludant famã tali tempore, ꝙ ſuf-
344 ficiat ad ſuam intentionẽ.† Quartò requiritur,quòd
hæres ſciuerit hæreditatem ſibi delatam:vt quia ſciuit
ſe purè hæredem inſtitutum, vel conditionem inſti-
tutionis extitiſſe vel purificatam eſſe.Debet enim hæ
res ſcire & certificatus eſſe: nã ex inſpectiõe teſtamẽ
ti ſolùm, cùm clauſis tabulis teſtamenti adiri poſsit
hæreditas. l. ſi fratris.ibi, etiam clauſis tabulis. C. de
iure deli. & plenè Bart. in l. eius qui in prouincia in
prin.ff.ſi cer.pe.Sed etiam ſufficit,ꝙ certus ſit ex opi-
nione multorum & fama,vel literis amicorum, quòd
inſtitutus fuit hæres in tali teſtamẽto,vt declarat Bart.
in d.l.is poteſt. ff. de acqui. hære. licet non dicatur ſi
purè inſtitutus eſt, vel ſub conditione: quia aſſertio
ſimplex(quòd talis eſt hæres inſtitutus)ſufficit ad prę
ſumendum, quòd crediderit ſe purè inſtitutum. l.
j.ff.de condi.& demonſt.Ideo poterit adire:quia ſua
opin.cum veritate concordat,vt d.l.cùm quidam. §.
quod dicitur.Si autẽ cõmunis opi. (ſcilicet ꝙ omnes
dicerent neſcire,vtrum purè vel ſub conditione,quia
tunc ex tali dicto gentium hæres certus eſſe non po-
teſt,an ſit hæres,vel non:niſi interfuerit in teſtamen-
to)adiri non poſſet hæreditas.l. cùm falſum. & l. nec
is.ff.de acqui. hæredi. Si verò dubitatur qualiter fuit
hæres certificatus: tunc in dubio hæres præſumitur
ſcire quæ in teſtamento continentur.l.cùm hæres. ff.
de libe.leg.& l.quædam ita §.ſi quis filium.ff.ad Tre
bel.& plenè Bart.in l.qui Romæ. §.duo fratres.ff.de
verb.obli.Sed ſi poneremus hæredem in veritate in-
ſtitutum ſub conditione:tunc ſi conditio non extitiſ-
ſet, ſine dubio aditio non valeret. ſed ſi poneremus
conditionem extitiſſe, tunc poteſt eſſe conditio col-
lata in talem euentum,quòd hæres præſumitur ſcire,
putà mortem conſanguinei, aut vicini, vel in euentũ
alicuius facti:de quo fama erat in ciuitate.Sed ſi præ-
dictæ conditiones ceſſarent,reſtat regula:ꝙ pręſumi-
tur ignorantia.l.verius.de proba.& cap.præſumitur.
345 de regulis iuris lib. vj. † An autem dicta ignorantia
vitiet aditionem, dicit Bart. quòd ſi hæres ſciuit cõ-
ditionem adiectã in inſtitutione,vitiatur aditio.Si au
tem credit ſe purè inſtitutũ, licet fuerit ſub conditio-
ne,quæ iã eſt purificata,aditio valet.l.ſed & ſi de ſua.
in ſi. & l.ſi quis extraneum.§. ſina. ff. de acquirend.
hæredi.imò ſi adhuc purificata non eſſet cum hære-
ditatem adiuit:tamen verè credebat eam eſſe purifica
tam, aut vehementi opinione ſciebat ſeu ſperabat
eam purificari, quæ poſteà purificata eſt: ſufficit ad
validitatem aditionis vehemens opinio cum facto ſe-
cuto,vt dicta l.ſi quis extraneus. §. ſciendum. iuncta
gloſ.ſin.ibi:& l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de
acquiren. hæredi, quo caſu aditio valebit non ſolùm
ex nunc quo extitit conditio, ſed etiam ex tunc ſcili-
cet à tempore expeditæ aditionis vel effectum trãſ-
miſsionis eiuſdem ad hæredes ex tunc, vt clarius dixi
ſuper verbo, *Et ſoboles quam geſtabat in vtero*. in ſine.
& idem in conditione iuris cuius ignorantia non ha-
bet vitiare aditionem, vt dicta l. multum. ff. de con-
346 ditio.& demonſtra.† Quintò requiritur,quòd ſit cer
tus hæres teſtatorem potuiſſe teſtari: aliâs dubitare-
tur de viribus teſtamenti:& ſic impediretur aditio hæ
reditatis, & quòd teſtari poterit,faciliter ſciri poteſt,
ſcilicet ſi non habet aliquam de conditionibus ta-
ctis per gloſſ. in l.ſi quæramus. ff. eodem. Sed cui in-
cumbat probatio,docet plenè Barto.in dicta.l.is po-
347 teſt. † Sextò requiritur, quòd hæres qui vult adire,
ſciat,quòd nullus ipſum pręcedat in illa ſucceſsione:
aliâs dubitaret de viribus teſtamenti, & ſic tanquam
dubitans acquirere non poſſet hæreditatem. l. cùm
348 quidam.§. j.ff. de acquirend.hæredi. † Septimò hæ-
res adire volens ſcire debet ex qua cauſa ad ipſum
pertineat hæreditas: vel ex teſtamento, vel ab inte-
349 ſtato. l.ſi is ad quem.ff.de acquiren. hæreditate. † Et
quòd ſibi hæreditas pertineat ex teſtamento, facili-
ter ſcitur per inſpectionem teſtamenti: & quòd te-
ſtator deceſſerit ab inteſtato præſumitur, vt vidiſtis,
ſuprà teſtamentum j. & plenè per Bartol.& Alexan.
in dicta l.is poteſt.Et ſi teſtator duo teſtamenta fece-
rit,eligere debet hæres ex quo teſtamento adeat.quo-
niam non valeret aditio,ſi adeundo diceret: adeo ex
primo teſtamento,vel ex ſecundo,prout de iure vale-
re poteſt,ſecundum Pet.de Auchar.& Philipp.Fran-
chi.in cap.j.per illum text. de poſtula. præla.libro vj.
350 † Nam illa clauſula prout de iure melius valere
poteſt,

poteſt,licet operetur in vltimis volũtatibus cõficien-
dis.l.fina. C. de codicil. tamen nihil operatur in adi-
tione hæreditatis: imò neutro teſtamento valebit hę-
reditatis aditio, cùm de viribus vtriuſq; videatur du-
bitaſſe,arg.l.cum qui duobus. ff. de acquiren. hæredi.
351 facit capit.vt qui duas.de elect.in vij.† Octauò requi
ritur, quòd hęres ſciat ſe eſſe hęredem voluntarium,
vel neceſſarium,putà ſuum,quia ſi in hoc erraret, vi-
tiaretur aditio. l.is qui putat. & l.ſeq. ff. de acquiren.
hęredi. Qui autem ſint hæredes voluntarij & neceſſa
rij, videbitis, infrà in verb. *Mortuo itaq; teſtatore*.ij.
352 † Vltimò requiritur, ꝙ ſciat pro qua parte eſt hæ-
res,vel in totum,vt plenè per Bart. & docto. in dicta
l.is poteſt. Et adeò prædicta requiruntur ad validita-
tem aditionis,ꝙ ſi aditio fieret tempore incongruo,
quo non eſſet de prędictis certificatus,talis aditio nõ
reconualeſceret per ſciẽtiam prædictorum, & ſic per
ſuperuenientem potentiam adeundi, ſecundum An-
ge.in l.cùm quidam.§.quod dicitur.ff.de acqui. hęre.
353 † Licet fieri poſsit die feriata,niſi ſtatutum aut con-
ſuetudo hoc prohiberet,ſecundum Bal. in l.credito-
rum.C.de iure delibe.Et fieri poteſt parte abſente,ſe-
cundum Bar.in Authen.ſacramenta puberũ.C.ſi ad-
uer.ven.& in l.generaliter.C.de nõ nume. pecu. imò
fieri poteſt die qua hęres infirmatur: quæ dies voca-
tur cretica.l.cretionum.vbi Sali.C.de iure delib. hoc
declarat.Et in articulo mortis.l.ſi auia.C.de iure de-
lib.iuncto ꝙ in extremis poſitus teſtari poteſt,vt hîc
354 & teſtando adire hęreditatem,vt d.l.ſi auia.† Vnum
tamen notabitis,quòd ſicut non valeret aditio hære-
ditatis facta per hæredem,qui non eſt certus de præ-
dictis qualitatibus & conditionibus,ſic etiam nõ va-
lebit repudiatio hęreditatis facta per hęredem de prę
miſsis non certificatum. l.in repudianda. ff.de acqui.
hęredi.& l.mater.C.de inoffici. teſta. Nam aditio &
repudiatio eiſdem regulis procedunt.inſtitu.de hęre-
di.quali.& diffe.l.fina.& l.ſicut.C. de repu. vel abſti.
hęred.ſecundum Bar.& docto.in l.gerit.de acquiren.
355 hęredi. vbi in j. col. dicit, † quòd adire hęreditatem
nihil aliud eſt, quàm potentia adeundi non impedi-
ta per actum voluntatis declaratum deducere: ſicut
repudiare hęreditatem non eſt aliud, quàm poten-
tiá repudiandi non impedita per actum voluntatis
356 declaratum, & à ſe abdicare hęreditatem. † Licet e-
nim ſecundum aliquos ſolus animus ſufficiat ad hoc,
vt hęredi acquiratur hęreditas, ſcilicet eoipſo quo
vult eſſe hęres: quia ilico eſt in veritate hęres, tamen
quantum ad probationem requiritur, quòd interue-
niat aliquis actus extrinſecus per quem animus adeũ-
di probetur,ſecundum Barto.in l.pro hęrede.§. j. ff.
de acqui.hęred. Imò ſecundum communem opinio-
nem oportet ad aditionem hęreditatis,quòd animus
adeundi non remaneat in meris terminis voluntatis:
ſed requiritur quòd declaretur per effectũ, id eſt per
aliquem actum hęredis extrinſecum,ſecundum Bart.
& Alexan.& docto.in dicta.l.pro hęrede. in princip.
357 † Et declaratur animus adeundi duobus modis, v-
no modo per actum verbi, alio modo per actum fa-
cti.Per actum verbi aditur hæreditas ſine aliqua bo-
norum defuncti apprehenſione reali.l. cùm hęredes.
ff.de acqui.poſſeſ.& l.ſi ſorori.C.de iure delib.Et adi
tur ſolo verbo hęreditas aliam non requirens bono-
rum poſſeſsionem: quoties hæres inſtitutus in teſta-
mento vel veniens ab inteſtato exprimit verba diſpo-
ſitiua aditionis: quę aliud importare non poſſunt, ni-
ſi aditionem hęredis, nec propter aliud, ſed propter
ſe principaliter proferuntur.putà ſi hęres dicat, adeo

hęreditatem, vel gero me pro hęrede, vel agnoſco
hanc hæreditatem, vel eam apprehendo,accipio, vel
aſſumo.l.pro hærede.ff.de acquiren.hæredi. & l.apud
358 Aufidium.ff.de optio. leg. † Nam per talia vrba ſi-
ne dubio aditur & acquiritur hæreditas: quia ſunt
verba diſpoſitiua de præſenti: quod requiritur ante,
quàm efficaciter adeatur, & nihil aliud ſignificant,
nec ſignificare poſſunt, niſi hæreditatis aditionem.
359 † Vnde non ſic eſſet, ſi hæres verba proferret ſuſpen-
ſiua,quãuis diſpoſitiua, id eſt prolata propter ſe prin
cipaliter. veluti ſi diceret,volo adire. Quoniã per ta-
lia verba diſpoſitiua,quia ſunt diſpenſiua,non indu-
ceretur hæreditatis aditio, ſecundum gloſ. in l. ſerui
electione. §.j.ff.de lega.j.Hæres enim dicendo,volo
adire,non propter hoc adit, nec de preſenti acquirit:
ſicut ſi diceret, non mihi diſplicet hæreditas. Cùm
dicta verba importent ſolùm quoddam medium in-
ter placere & diſplicere.l.j. §. is qui nauẽ. ff.de exer.
actio.& l.j.§.ſcientiam.ff. de tribu. actio. & not.in l.
qui ſe patris.C.vnde liber.Sic etiam hæc verba, volo
adire,non inducunt aditionem: cùm dicta verba du-
plicem habeant ſenſum,ſcilicet de præſenti,volo adi-
re nunc, vel ſuſpenſum in futurum: ideo ex illis non
inducitur aditio de præſenti.Sicut dicimus nos cano-
niſtæ de voto,quòd non inducitur niſi ex verbis ſo-
lenniter & deliberatè emiſsis. capit. ij. infrà de voto.
& l.obligationũ ſubſtantia.§.fin. ff.de actio. & obli.
360 † Et pari modo non inducitur repudiatio, ſi dicat,
nolo adire.l.filij matrem.ad Tertyl. ſecundum Iaco.
Butri.quem ſequitur Bal. in dicta l.qui ſe patris, facit
quod decidit Bal.qui feu.dare non poſ.§. fina. quòd
princeps dicendo, volo conferre tale caſtrum Titio,
nihil confert: ſic etiam nec fit per talia verba hæredi-
tatis aditio, niſi certitudinaliter & deliberatè hæres
dixiſſet ſe velle, aut nolle adire. quod demonſtratur
361 tripliciter. † Primò ex precedentibus, putà ſi hæredi
datus fuerit terminus ad deliberandum, ſi adire velit,
vel non: & poſteà reſpondet adire velle, vel reſpon-
det adire nolle. Nã tunc induceretur aditio: aut repu-
diatio. l. ſed ſi alio.§.j.& l.omnes.ff.ad Trebelli.Se-
cundò hoc demonſtratur ex inſtãtibus tempore quo
illa verba proferuntur. veluti ſi dicat ſe velle eſſe hę-
redem, aut ſe velle habere hæreditatem. l. iam dubi-
tari. ff.de hæredibus inſtituendis. & l. apud Aufidiũ.
ff. de optio. lega. Nam aliud eſt dicere, volo adire
hæreditatem: quo caſu (vt dictum eſt) verba ſunt ſuſ-
penſiua: & aliud eſt dicere, volo eſſe hæres, vel volo
hæreditatem: vt probant dicta iura. Quia ex inſtan-
ti tempore ſignificant animum adeundi de præſenti.
Idem ſi dixerit, pro certo adire volo hæreditatem.
Et idem ſi ab alio interrogatus, ſi hæres eſſe velit, reſ-
362 pondeat quòd ſic. † Quia hoc verbum volo, quan-
do profertur reſpondendo alteri intelligitur, id eſt
deliberatè volo.l. in ementis. C. de contrahen. em-
ptio.videatis Bal.in l.j.C. de ſum. Trini. & in dicta l.
j.C.de confeſ.Idem dicit Iaſon.in dicta l.j.v. colũ.de
ſum. Trini.quando verbum volo, eſſet geminatum.
Nam geminatio multùm operatur, & declarat eni-
xam voluntatem.l.Baliſta.in prin.ff.ad Treb.vbicun
que enim aliquid non operatur, ſemper operatur &
diſpoſitionem inducit, quando geminatur, ſecun-
dum Barto.in l.ſcimus.in fine.C.de agri.& cenſi.lib.
363 xi. † quia qui verba geminat & reiterat, cenſetur de-
liberatè loqui.facit.l.j.C.de plus peti.ibi: ſecundis cõ-
feſsionibus.& Panormita.in capitu. ſi cautio.de fide
inſtrumen.Plus dicit Bald.in dicta l. j. §.ij.ff.de ver-
364 borum obligatio. † Quòd ſi quis interrogatus ſi
velit



velit eſſe hæres, aut ſi velit hæreditatem: reſpondeat,
cur non? videtur deliberatè reſpondiſſe, & ſic hære-
ditatem adiuiſſe. Idem ſi hæres reſpondeat per ver-
bum credo.Putà, ſi reſpõdendo poſitioni partis ad-
uerſæ dicat, credo quòd ſum hæres, ſecundum Bald.
365 in l.j.C.de fal.cauſ.adiect.lega. † Pariter inducitur
aditio, ſi hæres exceptionem obiiciat contra credi-
torem hæreditarium, ſecundum Bald.in l. cum anti-
quioribus.C.de iure deliberan. Et idem ſi hæres pro-
curatorem conſtituerit ad adeundam hæreditatem.
Nam ex eo ſolo cenſetur hæreditatem adiuiſſe.l. per
procuratorem.ff.de acquiren.hæredi.Non enim cen-
ſetur procuratorem conſtituiſſe, niſi deliberatè vo-
luiſſet. Idem ſi hæres conuocatis ad hoc amicis ſuis
& pluribus teſtibus dixit: volo adire hæreditatem, &
ſitis vos teſtes. Nam ex hac ſolennitate inſtãte & ad-
hibita tempore prolationis verborum præſumitur,
quòd deliberatè verba protulerit: & ſic animo adeun
di hæreditatem de præſenti. Et ſic poſſet vno modo
intelligi.l.Pamphilo.§.propoſitum.ff.de legatis iij.ſe
cundum Bartolum in dicta l.gerit.& in l.fin.ff.codẽ.
366 & l.j.§.ſi quis ita.ff.de verborum obli. † Tertiò hoc
demonſtratur ex ſequentibus, putà ſi poſtquàm hæ-
res dixit, volo adire hæreditatem. lapſi fuerunt tres
menſes.Quo caſu lapſus tẽporis ſequens demonſtrat
ipſum deliberatè hoc dixiſſe,poſtquàm verba nõ re-
uocauit,ſed in eiſdem tribus menſibus perſeuerauit,
caſus eſt ſingularis in l.fin.§.ſimili modo.C. de iure
delibe.qui licet loquatur in repudiatione,tamẽ idem
dicunt omnes eſſe in aditione, cùm hæc duo ſcilicet
aditio & repudiatio eiſdem regulis procedunt,vt di-
cto §.ſi.inſti.de hære.quali.& diffe.& dicta l.ſicut.de
367 repu.hære.† Pariter inducitur repudiatio, vbi verbo
nolo,adiicitur dictio amplius,ſecundum Salic.in di-
cta l.qui ſe patris.per glo.in l.poſtquã liti.C.de pact.
quam ibi ad hoc põderat,& in l.accuſationem. C.de
368 accuſation.† Et ſicut per verba diſpoſitiua ſuſpenſi-
ua regulariter nõ videtur adita hæreditas, vt vidiſtis:
ſic etiam nec videretur adiri per verba enuntiatiua:
quæ propriè dicuntur,quoties non proferuntur pro-
pter ſe: id eſt propter id quod ſignificant & impor-
tant: ſed proferuntur propter aliud negotium, quod
geritur,cui incidenter dicta verba proferuntur. Puta
ſi diceret hæres,ego hæres Titij dono tibi librũ meũ
propriũ.Certè illa verba,hæres Titij, non proferun-
tur principaliter propter hæreditatem Titij adeun-
dam vel non: ſed propter aliud ſcilicet propter dona-
tionem libri: quæ ſine dictis verbis poterat fieri & va
lere: tamen incidenter prolata fuerunt,abſq; neceſsi-
tate: nam talia verba enuntiatiua cõmuniter non diſ-
ponunt, vt plenè per Bart.in l.ex hac ſcriptura.ff.de
donatio.& Salic.in l.ex his.C.de teſta.mili.vbi vide-
369 tur eſſe text.& in l.epiſtola.ff.de pactis.† Tamen in
caſu noſtro ſubiecto aliquando verba enũtiatiua pro
feruntur conditionaliter,veluti ſi hæres dicat,do tibi
librum,& codicem meum proprium, ſi ſum hæres.
Et tunc per illa verba nõ fit nec inducitur aditio,nec
repudiatio,ſi diceret,dono tibi codicem meum,ſi nõ
ſum hæres. Primò,quia talis actus aditionis aut re-
pudiationis non recipit conditionem.l.eum qui.in ſi
ne.ff.de acquiren.hæredit.& ff.de regul.iuris.l.actus.
legitimi.Aditio enim hæreditatis eſt actus legitimus,
ſecundum Bald.vbi ponit cauſam quare.in l.quinta.
C.qui admit.ad bono.poſſeſ.poſ. Secundò quia iſta
verba proferunttur dubitatiuè,& in aditione vel re-
pudiatione requiritur animus certus, non dubitati-
uus.l.is qui hæres.& l.ſi is ad quem.& l.hæres inſtitu-



370 tus.ff.de acquirend.hæredita.† An autem valeat adi-
tio hæreditatis hoc modo facta: adeo hæreditatem ſi
de iure poſſum, decidit Bald.in l.potuit.viij.quæſtio.
C.de iure deliber. Aliquando verba enuntiatiua pro-
feruntur ab hærede per modum cauſæ, veluti do tibi
codicem meum: vel tale quid facio, quia ſum hæres
Titij.Et tunc talia verba præſentis temporis ſine du-
bio inducunt voluntatis probationem, quòd hæres
eſſe voluit.l.emptor.in fi.de rei vendi.&.ff. de colla.
bonorũ.l.j.Aliquoties verba enuntiatiua proferuntur
demonſtratiuè,vt in exemplo ſuprà poſito ſic dicen
do,Ego talis hęres Titij do tibi codicem meum pro-
prium,vel ſic per epiſtolã ſcripſit, Titius hæres Caij
ſalutem,&c. Nam illa verba,hæres Titij, ponuntur,
non quòd ſint neceſſaria ad validitatem donationis,
vel ſint de ſubſtantia epiſtolæ ante ſalutationem: ſed
ponuntur ad clarius demonſtrandum perſonam do-
nantis vel ſcribẽtis.Et certè per talia verba probatur
aditio hæreditatis,& volũtas hæredis, quòd hæredi-
tatem acquiſiuit, vt dicta l.gerit.& l. pro hærede.§.j.
& l.ſi quis extraneus.§.j. & l.Pantonius.in fine.ff. de
acquirend.hæredita.Et hoc verum, vbi verba ab hæ-
rede prolata erant enuntiatiua facti proprij, vt in exẽ-
plis iam dictis, quia tunc probauit aditionem hære-
ditatis: ſecùs autem ſi enuntiatiua forent facti alieni,
quod poterat aliter eſſe inductum, quàm in volunta-
te proferentis conſiſtat, vt dicta l.epiſtola.& l.ex his.
Et promiſſa exiſtunt vera, vbi verba ab hærede pro-
lata ſiue diſpoſitiua ſiue enuntiatiua erãt clara & cer-
ta.quia tunc inducitur vel non inducitur aditio hæ-
371 reditatis,prout dictum eſt.† Si autem hæres protule-
rit verba ambigua ſeu dubia, puta ſi ei dicenti, talis
hęreditas ſibi obuenit,reſponderit bene placet mihi,
aut bene volo,vel bene contentor.Quæ quidem ver-
ba ſunt dubia. Nam ſi referantur ſolùm ad hæredita-
tem,illa verba tantum important ac ſi hæres dixiſſet,
placet mihi hæreditas,per quæ induceretur aditio hę
reditatis,vt vidiſtis ſuprà. Si autem referantur ad to-
tam reſponſionem & ad omnia verba illius integra-
liter ſumpta,talia verba, bene placet mihi,important
ac ſi hæres dixiſſet, placet, quòd mihi obuenit here-
ditas.& tunc non induceretur aditio.quia aliud eſt &
aliud importat dicere, placet mihi hæreditas.quo ca-
ſu aditur. Et aliud eſt dicere, placet quòd mihi ob-
uenit. quia ex hoc non infertur, quòd propter hoc
372 hæreditatem delatam habere velim. † Vnde cùm
dicta verba dubia aut ſimilia prolata reperiuntur ab
hęrede,& dubitatur an hęres ea protulerit animo ad-
eundi,vel non adeundi, ſtabitur interpretationi hæ-
redis, qui dicta verba protulit, vt cuius eſt loqui e-
iuſdem ſit interpretari,argumen.l.final.C.de legi.fa-
cit l.ſi quis intentione.ff.de iudiciis. Et ſi hæres qui
dicta verba dubia protulit,moriatur ante illorum in-
terpretationem,ſtabitur declarationi ſui hæredis, qui
eius voluntatem melius nouit.l.ſi quis à filio.§.ſi quis
plures.ff. de legatis j. ſecundum Bartolum in dicta l.
gerit.de quo latius per eundem,l. inter ſtipulantem.
§.primo.ff.de verborum obligation. vbi latius deci-
dit, An ſtetur declarationi hæredis de voluntate de-
373 functi. † Et eiſdem modis quibus probatur animus
adeundi hæreditatẽ per verba ab hærede prolata, vt
vidiſtis.Eiſdem modis probabitur per ſcripta ſua, vt
ſcilicet inſpiciamus,an ſcriptura contineat verba di-
ſpoſitiua,vel enuntiatiua, aut ſuſpenſiua. Imò for-
tius operatur dicta verba,quando ſunt in ſcriptis re-
poſita: quia tunc magis deliberatè præſumuntur ſin-
gula facta,quam quando ſolo verbo proferuntur,ar-

gu.l.ij.C.de ſenten. ex peri. recitã. facit quod decidit
Panor. in cap.fin. de confeſsis dum loquitur de con-
feſsione extraiudiciali abſente parte facta, tamen in
ſcriptis repoſita. Plus dicit Barto. vbi ſuprà, quòd li-
cet ſcriptura vbi continentur verba aditionem hære-
ditatis importantia aliquo caſu foret nulla putà ſi fi-
liusfamiliâs qui de iure teſtari non poteſt, in teſtamẽ
to ſuo nullo diceret declararet ſe adire hæreditatem
ſibi delatam: vel quicunque alius in teſtamento ſuo
nulliter facto hoc diceret: tamen aditio probaretur:
374 † quia imperfecta voluntas probat voluntatem.l. fin.
ff.de rebus eorum.& in l.in teſtamento.ff.de fideicõ.
375 liber.& l.j. & ij. C. de fideicommiſ. † Et hoc modo
per ſcripturam poſſet mutus indubitanter, ſi ſcribe-
re ſciat adire hęreditatem nutu: quo caſu notarius qui
inſtrumentum retinere habet ſi nutum illius muti in-
telligat, ſcribere ſecurè poteſt qualiter talis mutus nu
tu adiuit hæreditatem, vt l.nutu.ff.de legatis.iij. Non
enim habet notarius neceſſe ſcribere ſingula verba &
actus contrahentium, ſed ſufficit, quòd ſcribat actus
iuris. Nam ſatis eſt, quòd ſcribendo inſtrumẽtum fi-
deiuſsionis ſcribat: Talis fideiuſſor pro tali. l. ſcien-
dum.ff.de verb.obli. licet ad illud multa verba requi-
rantur, ſcilicet ſtipulationis.l.blanditus.C.de fideiuſ-
ſo.facit l.j.C.de contrahen. & commit.ſtipul. Si verò
per ſe non intelligat, adhibeat aliquem vicinum vel
conſanguineum ipſius muti, qui ipſum intelligat.
375 † Et tunc notarius ſcribet in inſtrumento qualiter cer
tificatus per talem cõſanguineum ſuum tanquam per
interpretem vidit talem mutum facientem ſigna &
nutus: per quæ hæreditatem adire volebat.l.j. in fine.
ff.de verborum obligatio. vbi de hoc modo faciendi
eſt text. ſingularis. Et ſi talis aditio probanda eſſet
per teſtes: ſi quidam teſtes forent conſanguinei &
parentes ipſius muti, vel aliâs domeſtici, ſufficeret
quòd deponerent vidiſſe talem mutum facientem ſi-
gna, vel actus, per quæ & quos ſignificabat ſe velle
adire hæreditatem. Tales enim perſonæ præſumun-
tur ſcire & intelligere actus & conſuetudines muti.l.
octaui.ff.vnde cog.& l.de tutela.C.de in inte.reſtitu.
mino. Si autem eſſent teſtes extranei, tunc deberent
nominatim deponere de illis ſignis per mutũ factis,
& dicere: vidi talem mutum digito oſtendere domũ,
& res hæreditarias, & poſteà ſtringere brachia ad ſe,
ꝓpter quod intelligimus eũ velle illas res ad ſe perti-
nerẽ. Et eſſet hoc caſu vtile, ꝙ iudex haberet alios te-
ſtes conſanguineos & domeſticos muti, licet in actu
non fuerint, qui dicerent, quòd conſuetudo muti eſt,
quòd talia ſigna vellent hoc ſignificare. Ita ſingu-
lariter & practicè locutus fuit Barto. in l. mutum. ff.
de acquiren.hæredi.& in dicta l. nutu. quod eſt notã-
dum ad multa. Et aliâs lucratus fui aurum de quodã
abbate, qui catharrho mutus effectus volebat, imò fe-
cit procuratorium ad reſignandum ſuam abbatiam
in curia Romana ſecundum meum cõſilium: quæ re-
ſignatio fuit per ſummũ pontificem admiſſa, & pro-
377 uiſum de abbatia cuidam ſuo nepoti. † Secundò prin
cipaliter dixi ſuprà, quòd de animo adeundi hæredi-
tatem apparere poteſt per actum facti: & tunc conſi-
derandum eſt, quòd quædam ſunt facta præparato-
ria ad aliquid. Quædam verò ſunt quæ principaliter
378 fiunt propter ſe. † Primo caſu conſiderare debetis,
quòd facta præparatoria ſunt in duplici differentia:
quia quædam ſunt præparatoria ad aditionem hære-
ditatis neceſſaria, & per illa nõ inducitur aditio hære-
ditatis: vt putà hæres ſub conditione inſtitutus ad-
implet conditionem, ſine cuius implemẽto adire nõ
poterat.l.antiſtis.ff.de acquiren.hæredi.& l.j.§.ſi pa-
rendum.ff.de condi.ob cau. vel ſi exhæredatus filius
agat querela teſtamenti inofficioſi. Cùm aliâs adire
non poſſet: certè per hoc non inducitur hæreditatis
aditio.l. quemadmodum. ff.de inoffic. teſta. Idem ſi
hæres petit ſibi exhiberi tabulas teſtamẽti, vt inſtrua-
tur de viribus, cùm antequam certum habeat animũ
non poſsit adire.l. Ariſto.de acqui.hæredi. Quædam
ſunt facta præparatoria, non tamen neceſſaria ad adi
tionẽ, putà ſi ab inteſtato ſuccedẽs accuſo teſtamẽ-
tum falſum, vel dicam teſtamentum nullum, certè
per tale factum præparatoriũ ad aditionem non ne-
ceſſariũ inducitur hæreditatis aditio: quia cùm certus
ſim de hoc, ſcilicet quòd teſtamentum ſit nullũ, quod
ex ſui oſtenſione conſtare poteſt, non eſt mihi ne ad-
eam prohibitum.l.nec is.& l.cùm falſum.ff.de acqui.
hære.l.cùm quidam.vbi Barto.ff.de bono.poſ.facit l.
ſuus.C.de repudi.hæred. Et idem, & multo fortius in
ducitur aditio hæreditatis per actus præparatiuos pe-
titionis hæreditatis, putà ſi facerem formari libellum
volens cõtra te agere petitione hæreditatis, vel ſi in-
ſtarem apud iudicem, quòd interrogeris an tu qui
occupas hæreditatem poſsideas pro hærede: quia in-
tendo te conuenire petitione hæreditatis. Nã omnia
iſta & ſimilia inducerent probationem voluntatis hę
redis adeuntis, vt dicta l. quemadmodum.ff. de inoſ-
379 fic.teſtamen. † Secundò dixi, quòd quædam ſunt fa-
cta, quæ fiunt principaliter propter ſe: & iſta ſunt in
380 duplici differentia. † quia quædam ſunt facta vniuo-
ca, quæ non poſſunt ſignificare, niſi vnum effectum,
vt in caſu noſtro, quando ſunt talia facta, quæ fieri
& explicari non poſſunt citra ius & nomen hæredis.
Putà ſi à ſtatulibero vel à legatario hæres inſtitutus
pecuniam cauſa conditionis implendæ hæredi debi_
tam acceperit: certè cùm talis pecunia non debere
tur ex voluntate teſtatoris niſi hæredi, & ſic capi nõ
poterat citra ius & nomen hæredis: per hoc induci-
tur hæreditatis aditio. l. pro hærede. §. Papinianus.
ff.de acquiren.hæredi. Nam capere talem pecuniam
ſoli hæredi & nulli alteri debitam, fieri non poteſt
citra ius & nomen hæredis: ideo per tale factum in-
ducitur hæreditatis aditio: cùm alium effectum im-
portare, aut ſignificare non poſsit, vt ibi. Et ſic pecu-
niam accipiendo præſumitur animum adeundi ha-
buiſſe, vt potius videatur factum incaſſum ſeu fruſtra
non explicaſſe & nihil feciſſe.l.quoties.ff. de reb. du.
Idem ſi hæres rem hæreditariam quæ ſeruãdo ſerua-
ri poterat alienauit, vel in teſtamento ſuo legauit: qa
eo ipſo videtur hæreditatẽ adiuiſſe.l.ſi auia.C.de iure
deli. Idem ſi ſeruum hæreditariũ manumiſit.l.j. C.de
381 iure delib. † Quædam ſunt facta æquiuoca, quæ ſe ha
bere poſſunt ad aditionem hæreditatis, & etiam ad a-
liũ effectũ, id eſt qa fieri poſſunt animo non adeun-
di, & citra animũ ius & nomẽ hæredis. Putà inſtitu-
tus intrauit domũ teſtatoris, in qua habitauit, quod fa
cere potuit cauſa adeundi hęreditatẽ, vel cauſa cuſto
diæ, prout quilibet vicinus faceret, aut negotiorũ ge-
ſtor: vel ſepeliuit teſtatorem, quod etiam eſſe potuit
animo adeundi, vel cauſa pietatis. Et tunc ad ꝓſumẽ-
dum de animo adeundi vel non adeũdi recurrere de-
bemus ad cõiecturas. Nam ex qualitate rerum & per-
ſonarũ præſumemus, an inſtitutus hoc fecerit animo
382 adeundi vel non. quia † de animo nullus põt præter
Deum (qui ſolus ſcrutator eſt cordium) iudicare. c.j.
vt eccleſia.bene. Niſi per cõiecturas, quę ſunt legiti-
ma, imò euidens probatio eorum, quæ in animo
conſiſtunt.l. imperator.ff.de lega.j. & Panor.in capi.
ad no-



ſtram.in princ.de emp.& vendi. aliud appareat.
ideo coniecturando animum hæredis in talibus fa-
ctis æquiuocis conſiderare debemus, ꝙ quędam ſunt
in quib' cauſa pietatis cadit de facili, vt ſepelire de-
functum: hanc enim cauſam faceret vicinus vicino.
Similiter paſcere familiam expenſa modica, maxi-
mè ſi eſſent paruuli, facere cuſtodiri domum. Nam
hæc omnia faceret vicinus vicino ex pietate. Et tunc
ex talibus factis & actibus non probatur nec præſu-
mitur aditio hæreditatis, niſi aliud probaretur.l.& ſi-
quis.§.plerique.ff.de religio. Quædam ſunt facta, in
quib' non cadit præſumptio pietatis ita de facili, nec
etiã præſumptio aditionis: veluti ſi hæres fructus hæ-
reditatis recolligi & recondi fecit, aut curã de iumen-
tis habuit.l.pro hærede.§.ſeruos.ff.de acquir.hæredi.
& tunc ſi quidem viuit ipſemet hæres, qui hæc fecit,
ſtandum erit eius interpretationi cum iuramento: &
ſi mortuus ſit, ſtabitur interpretationi ſui hæredis, ſe-
cundũ Iaco.de Are. Nam eorum quæ ex animo pẽ-
dẽt & non plus trahi poſſunt ad vnum effectũ quàm
alium, legitima probatio eſt aſſertio facientis cum iu-
ramento. ſecundum glo.in §.aliæ.inſtit.de actio.iun-
cto c.paſtoralis.de except. quædam ſunt facta in qui-
bus talis præſumptio pietatis & charitatis nullo mo-
do cadit, vtputà ſi hæres rem hæreditariam vendidit
tempore non perituram, aut vadit ad habitandum in
domo hęreditaria cum familia & ſupellectilibus ſuis:
vel domum tenuit longo tempore, ſcilicet decem an-
norum. Nam ex curſu temporis, licet non inducatur,
tamen præſumitur aditio. l. qui in aliena. §. ſed & ſi
non adierit. vbi Bart.ff. de acqui.hæredi. & Bal. in l.
ij.C.de legi.hęredi.& in l.j.C.qui admitti ad bo.poſ.
383 poſſunt. & idem ſi debita teſtatoris ſoluit. † Nam
licet extraneus poſſit pro debitore etiã inuito ſolue-
re.l. ſolutionem. ff.de ſolu.& l.ſoluendo. ff.de negot.
geſt. tamen quia quando quis ſoluit, magis videtur
ſoluere quod ipſemet debet, quã nomine alterius. l.
& magis.ff de ſolu. talis hæres ſoluendo videtur in
dubio adiuiſſe hæreditatẽ, & ſic propriũ debitum ſol-
uiſſe.l.j.& ij.C.de iure deliberan. & l.gerit. vbi plenè
Bar.ff.de acqui.hæredi. quod tamen verum intelliga-
tis, ſi ad debita defuncti non tenebatur, niſi vt hæres,
ſi verò aliàs teneretur illa ſoluere, etiam ſi hæres non
eſſet, putà quia eſt filius defuncti primipilarij: pro
cuius adminiſtratione vxor & filius etiam non hæres
tenetur.l.fina.C.de primipilo.libr.xij. Tunc quia ex
neceſſitate potius quã volũtate ſoluit, non dicitur ex
hoc paternam adiuiſſe hæreditatẽ, ſi aliàs non cõſtet
de animo adeundi, ſecũdum Ioan.de Plat.in d.l.ſi.&
idem eſſet, vbi filius teneretur pro debito patris ex
ſtatuto ciuitatis, vel vxor pro marito. quod fieri po-
teſt per d.l.fin. ſecũdum Panor.in c. ex parte. in fi.de
conſuet.& Imo.ibi. De quo vidiſtis ſuprà. *In eodem teſtamento relinquens.* in xxj. limitatione. Antequam
ergo per debiti ſolutionem inducatur aditio, requiri-
tur ꝙ hæres non coactus, ſed voluntariè debitum ſol
uerit ipſius defuncti. idem ſi accepta pecunia pacẽ fe-
cit cum occiſore defuncti ſtãte ſtatuto, ꝙ pax habea-
tur ab hæredibus occiſi: de quo per Bar.in d.l.pro hæ
rede, §.fin.& Ioan.de Pla.in d.l.ſi. vbi hoc limitat. idẽ
ſi teſtatoris domũ ſe poſſidere dixit. & certè ex iſtis
animus adeundi præſumitur, niſi contrarium probe-
384 tur. † Et idem erit ſi hæres inſtitutus vel ab inteſta-
to ſuccedens eleemoſynam de rebus defuncti fecerit
non neceſſariam: quia tunc præſumetur aditio. l. in-
debitum.C.de condi.indebi. non enim poteſt quis li-
citè largiri de alieno.l. ſi pignore.§.j.ff.de furt. Ideo
decidit eleganter Bart.in l.ex annuo.ff.de dona: inter
vir. & vxor. ꝙ ſi maritus, qui pro filiis adire poterat
hęreditatem, vel ipſi filij pannos mulieris mortuę di-
ſtribuũt amore Dei, per hoc videntur adire hæredi-
tatem, ſi erant panni ſeu veſtimenta vilia, quæ ſunt
mulieris, vt ibi: & plenè per ipſum Bart.in l.in his re-
bus.§.ſeruus.ff.ſolu.matrimo. imò plus dicit in d.l.ex
385 annuo. † ꝙ maritus per annum retinendo dotem vi-
detur hæreditatem adire, vt moriendo poſt annum
hæreditatem tranſmittat tanquam aditam, dicens ſic
fuiſſe obtentum Tuderti, quod dicit nota.& menti te-
386 nendum. † Et intelligo ꝙ retinendo dotem per an-
num, intelligitur hęreditatem vxoris adiuiſſe: vbi eſ-
ſet ei delata ex teſtamento vel ab inteſtato, iuxta l.j.
C.vnde vir & vxor. Quia tunc cùm ſi hæres eſſe no-
let, teneatur infra annum dotem reſtituere hæredibus
vxoris ab inteſtato ſuccedentibus, vt in primo caſu:
vel fiſco vltimo ſucceſſori, vt in ij.caſu. certè tunc do
tem retinendo per annum, ſatis cenſetur adire, vt ibi
dicit Bar. Vnde tales actus non dicuntur nec præ-
ſumuntur fieri citra ius & nomen hæredis. Quod ſe-
cus eſſet in eleemoſyna neceſſaria, quæ neceſſe fieri
habet vt honor defuncti ſeruetur ſecundum conſue-
tudinem ciuitatis: veluti ſi pecunia expendatur pro
candelis cereis tempore funeris: quia ex hoc non præ
ſumitur aditio. Cùm fieri poſſit licitè citra ius & no-
mẽ hæredis, ſcilicet cauſa pietatis, ſicut ipſum funus,
vt ſuprà dictum eſt. ex quibus omnibus habetis, ꝙ
tria ſunt quorum vnũm non eſt aliud: ſcilicet hæredi
tas, ius adeundi, & ipſa aditio. primum eſt ius quod
acquirimus per aditionem. ſecũdum eſt ius per quod
ſeu mediante quo hæreditatem acquirimus: tertium
eſt ipſa acquiſitio. Primum ſcilicet hæreditas cõſiſtit
in iure.l.hæreditas.ff.de peti.hæred.in prin. ſecũdum
ſimiliter eſt quoddam ius, & non mera facultas.l. iij.
in fi.C.de inſti.& ſubſti. ideo tollitur & præſcribitur
negligentia longiſſimi temporis, ſcilicet xxx. anno-
rum.l.licet.C.de iure delib. quod nõ tolleretur, ſi me-
ra facultas eſſet. l. viam publicam. ff. de via publi. &
plenè Panor.& Fely.in c.cùm acceſſiſſent. de conſti.
Tertium verò id eſt ipſa aditio eſt potius facti quàm
iuris, quia conſiſtit in declaratione animi.l.pro hære-
de.ff.de acquir. hæredi. quæ quidem declaratio facti
eſt, ſicut in ſimili dicitur in l.conſilio.ff.de curato.fu
387 rio. † Nam licet aditio hæreditatis in ſola conſiſtat
voluntate, ſcilicet volendi eſſe hęres, tamen intelligi-
tur, ꝙ illa voluntas declarata ſit aliquo facto aut ver-
bo, vt plenè per Bar.in d.l.gerit. cùm ſola voluntas &
deliberatio in mente retenta aditionem hęreditatis
non inducat. Nec hęredem inſtitutum vel ab inteſta-
to ſuccedentem obliget etiam in foro conſcientię, vt
ſcilicet ilico ꝙ deliberauit in mente & voluit hæres
eſſe, peccet, ſi non ſoluat, quibus ſatisfaciendum eſt
pro defuncto. quod ſecus eſt in voto: quo ſola volun-
tate obligatur volens, licet ſola mente retẽta ſi ſemel
fuit deliberata.l.ſi rẽ.§.voto.ff.de pollicita. ſed in adi
tione hęreditatis requiritur actus exterior à nuda in-
tentione & voluntate adeundi; vt quia verbo aut fa-
cto declarat hęredẽ eſſe velle, & ꝙ illa verba fuerint
cum aliis prolata vel facta geſta, ita ꝙ probari poſ-
388 ſint. † Quoniam ſi in ſeipſo diceret in camera, ego
adeo hęreditatem: talia verba aditionem ac ſi tacuiſ-
ſet non importarẽt. Nam licet verbum propriè dica-
tur illud quo iuramentum concipitur, quanuis voce
non exprimatur. Et inde filius in Trinitate diuina
dicitur verbũ patris, qui per os Prophetę Pſal. xliiij.
dixit: Eructauit cor meum verbum bonum &c. quia

in mente Dei conceptum. Conceptus enim mentis
dicitur propriè verbum,quod voce & loquela expri-
mitur , vt pulchrè declarat Lyra. ſuper illud Ioannis
j. In principio erat verbum. Nos tamen iuriſtæ illam
vocem & eloquium communi vſu loquendi dicimus
verbum: & verba dicuntur voces quæ ſecundum Phi
loſophum.in lib.perierme.aliud non ſunt,quam no-
tæ earum,quæ ſunt in anima paſsionum.Et iſto mo-
do capiendo verbum pro voce & loquela dicimus,ꝙ
verbo adiri poteſt hæreditas.i. voce & loquela men-
tis conceptum exprimente. Aliquando tamen non
verbo adita nec facto tali quę aditionem inducat (de
quibus ſuprà plenè vidiſtis)præſumitur adita, ſi pro-
betur longo tempore per hæredem ſimpliciter tenta
& adminiſtrata. Quo caſu ex diuturnitate temporis,
præſumitur aditio & ſolennitas eiuſdem , non quòd
aditio hęreditatis inducatur ex tempore,cùm tempus
non ſit modus inducendæ aut tollendæ obligationis.
l.obligationum ferè.ff.de act.& oblig.Sed aditio hę-
reditatis per creditores fortè allegata vel alios , quo-
rum intereſt ꝙ adita fuerit,probatio illo tēpore præ-
ſumitur facta. vnde non ſufficeret articulare hæredē
decennio tenuiſſe hæreditatem, niſi articuletur quòd
hæreditatem adiuit: & tempus longum inducatur in
vim probationis, quia ex eo præſumitur adita. l. qui
in aliena.§.ſed & ſi non adierit.ff.de acqui.hære.& l.
ſi filius.C. de peti.hęred.facit l.penul.cum ſua gl. C.
communi diui. vbi diuiſio præſumitur ex tempore.
389 quod eſt not. †Et ſicut per factum probatur animus
& voluntas hæredis adeuntis,vt dictum eſt, ſic etiam
probabitur per non factum:quia ſicut repudiatio hę
reditatis probatur per non factum. l. recuſari.ſecun-
dum intellectum Iaco.de Are.ff.de acquir.hæred.ita
etiam aditio quæ eiſdem regulis procedit. inſtit. de
hæred. quali.& differ.§.fi.C. de repudi.hære. l.ſicut.
Pone ad petitionem creditorum hæreditariorū fuiſ-
ſe hæredi aſsignatum terminū ad adeundum vel re-
pudiandum : certè ſi infra terminum nihil facit, præ-
ſumitur adiuiſſe.C.de repu.vel abſti.hæredit.l. fi.§.ſi
autē hæc.& §.ſi quis verò temerario.de quo per Bar.
in l.quādiu.ff.de acqui.hære.& Iaſon in l.fi. C. de iu-
390 re deliberan. †Nam ſemper contumacia eſt in dete-
riorem partem interpretanda, vt ſcilicet hæres lapſo
termino adiuiſſe videatur, quādo hæreditas eſt dam-
noſa.ita nota.dicit Bald.in l.j.C. qui admitti ad bon.
poſ. poſſunt.Si autem terminus eſſet ei aſsignatus ad
inſtantiam ſubſtituti aut venientium ab inteſtato,tūc
lapſo termino videtur hæreditatem repudiaſſe : quia
hoc caſu videtur hæc interpretatio magis eſſe ei dam
noſa, vt dixi ſuper verbo , *Et vxorem nomine Adelaſ.*
in iiij.præludio.vbi autem terminus non eſſet ei aſsi-
gnatus,nec ad inſtantiam creditorum nec ſubſtituti,
ſed ipſe hæres motu proprio petiit tempus ad delibe
randum,tunc lapſo termino videtur adiuiſſe ſecun-
dum Cyn.& moder.in d.l.fin.C.de iure delibe. Dum
tamē integer terminus ſcilicet anni fuerit ei ſtatutus.
aliâs ſecus ſecundum Pau.Alexan. & Iaſon. ibi in fi-
ne. Vel pone debitorē in diem,& ſub pœna ſuo ſuc-
ceſsiſſe creditori , in diémque debitum non ſoluiſſe:
certè ex hoc non facto præſumitur & probatur adi-
tio:quia ſi non præſumeretur,iſte fuiſſet in mora non
391 ſoluendi , & incidiſſet in pœnam. † Or eſſe in mora
eſt delictum,propter quod incurritur pœna. l. quod
te.ff.ſi cert. pet. ergo debemus præſumere aditionem
per quam in delictum non incidit. l.meritò.ff.pro ſo-
cio.niſi expreſsè appareret hæredem delinquere vo-
luiſſe : quia tunc pro delicto & non pro aditione iu-
dicandum eſſet,cùm eo caſu delictum cōtrariam vo-
luntatem declaret,dicit text.in l.ſi quis extraneus.§.j.
392 ff.de acquir.hære.Per quem dicebat Dyn. †quòd ab
iniuria non excuſatur ille qui dicit , tu mentiris ſaluo
honore tuo. quia verbum iniurioſum præcedens de-
clarat , quòd non habebat voluntatem ſaluandi ſibi
honorem.l. ſi non conuitij. C. de iniu. de his autem
verbis tu mētiris,an ſint indiſtinctè iniurioſa, videa-
tis tex.& Docto.in l.quæ omnia.ff.de procurato. vbi
Bart.& in l.itē apud Labeonē.ff.de iniur.Panor.in c.
cùm te.de re iudi.Alex.& Iaſon plenè in l.fi.ff.quod
quiſque iuris in alterum ſtatuit.& Feli.in c. dilecti fi-
lij.de except.reſtat ergo , quòd per verba & facta vel
non facta probatur hæreditatis aditio. de quo latiſſi-
mè per Bar.& Docto.in d.l.gerit.ff.de acquir.hęred.
Ioan.de Plat.Angel.& Docto.in §.penult.& fi.inſti.
de hære.quali. & diffe. & idem eſt in immiſſione hæ-
reditatis,quæ militat in ſuis hæredibus,in quibus nō
cadit propriè aditio , ſed immiſſio , cùm viuente ad-
huc teſtatore cenſerentur eſſe quaſi domini paternæ
hæreditatis , vt pleniſſimè videbitis j. *Mortuo itaque*
393 *teſtatore*.ij. † Et quomodocunque adeatur hæredi-
tas,ſiue verbo,ſiue facto, ex tali aditione hæres obli-
gatur perpetuo hæreditati , ita quòd tenebitur omnia
ſubire in poſterū onera hæreditaria , etiam valorem
hæreditatis excedentia , quæ amplius non ſequentur
fundos,nec corpora hæreditaria,ſed perſonam hære-
dis ex quaſi contractu nunc perſonaliter obligati.
Nam adeundo hæreditatem quaſi contraxit cum de-
functi creditoribus & legatariis , & eis promiſiſſe vi-
detur ſuſtinere omnia hæreditaria onera.inſt.de obli
ga.quæ ex quaſi contractu naſcuntur.§.hæres quoq;.
adeò quòd effectus eſt vna,& eadem perſona cū ipſo
defuncto,in Authē.de iureiuran. à morien. præſti.in
princip. vt ab omnibus conueniri poſſit creditoribus
hæreditariis,ſicut poſſet defunctus ſi viueret. Per quā
rationem & alias concludūt omnes, quòd ſi debitor
hæres efficiatur creditoris, ilico quòd adita fuit hæ-
reditas confuſæ ſunt actiones,quibus defuncto tene-
batur in totum vel pro parte,qua hæres eſt.Et è con-
uerſo idem erit, ſi creditor hæres debitoris adita hæ-
reditate fuerit, cùm idem non poſſit eſſe creditor &
debitor.l.j.& l.ſi adulta.C.de hære.actio.& l.ſi vxo.
C.de bonis authoritate iudic. poſ. Non enim poſſet
creditor hæres debitoris factus à ſeipſo petere, & ſi-
bimet ſoluere, arg.c.fi.de inſti. & c.debitū.de baptiſ.
quod eſt verum in creditore facto hærede debitoris,
qui ſibi erat obligatus & tenebatur actione perſona-
li,quæ aditione hæreditatis confuſa fuit & extincta,
niſi in duobus caſibus.Primò ſi grauatus de reſtituen
do alteri hæreditatē adire coactus fuerit.l. ſi debitor.
ff.ad Trebel. Quia tunc cùm perdat Trebellianicam
& nihil de hæreditate retinere poſſit , vt dixi ſuper
verbo, *Si abſq; liberis moreretur*.ij. in materia fideicō-
miſſariæ ſubſtitutionis : certè actionem ſuam per ta-
lem coactam aditionē nō confuſam nec extinctam
intentare poterit contra fideicommiſſarium , qui lo-
co hæredis eſt, vt d.l.debitor.vbi eſt tex.multum no-
tabilis , ſecundum Docto. Secundò non cenſetur
confuſa actio per aditionem hæreditatis, vbi hæres
inuentarium fecit: quia ſi hæreditas ſoluēdo propter
æs alienum non ſit,ipſe hæres in ordine aliorum cre-
ditorum ſibi debitum retinebit , ne hæreditas bona-
fide adita ſit ei damnoſa. Quia hoc caſu habetur pro
non adita.l.fin.§.& ſi præfatam.C.de iure deliberan.
ſecundum Bald. & clarius Alexand. in l.debitori. in
princip.C.de pactis.& Paul.conſi.cliiij.incipien.viſa
facti



facti narratiua. & idem ſi tota hæreditas exhauſta fo-
ret legatis, quo caſu hæres, qui inuentarium fecit,re-
tinere poterit debitum , in quo defunctus ei teneba-
tur,& quartam detrahere Falcidiam,niſi teſtator diſ-
poſuiſſet eam cum debito compenſari. l. ſi debitor.
ff. ad Falcid.Prętereà per aditionem hæreditatis non
cōfunditur actio realis,id eſt,rei vēdicatio,quæ con-
tra defunctum pro dominio alicuius rei ſibi compe-
tebat , ſecundum Bald.per rationes ſuas in dicta l. ſi
vxor. Pariter non confunditur actio hypothecaria,
quæ hæredi contra defunctum competebat , vt dicta
l.debitor.ff.ad Trebellianum.& l.cùm quis.§. fin.ff.
de ſolutio. etiam ſi his duobus caſibus inuentarium
non feciſſet. Extra autem hos caſus ilico per aditio-
nem hæreditatis cōfuſæ ſunt actiones omnes actiuè
& paſſiuè, quæ inter defunctum & hæredem compe-
tebant, propter identitatem perſonarum , quæ factæ
394 ſunt vna & eadem,vt dictis iuribus. †Or, domini,
ſicut ab initio adire hæreditatem eſt meræ volunta-
tis, ad quod faciendū nemo cogitur. l. nec emere §.
nec donatū.C.de iure deliberan. Quia nemo cogitur
eam adire. niſi ſeruus in teſtamento domini ſui hæ-
res inſtitutus.inſtit.de hæredi.qualita. & differen.§.j.
& quicunque hæres de reſtituendo hæreditatem gra-
uatus,vt plenè habuiſtis in verbo , *Si abſque liberis mo
reretur*.ij.In materia fideicōmiſſariæ ſubſtitutionis.&
in caſu l.quidam elogio. & l.cùm aliquis. C. de iure
deliberandi, ſic etiam ex poſtfacto dicitur eſſe neceſ-
ſitatis , vt ſcilicet hæres pœnitere non poſſit.l. ſicut.
C.de repudi.vel abſti.hæredi. Imò vt dictum eſt,te-
nebitur omnia onera ſubire hæreditaria. Et ſic non
immeritò pupillus non poteſt ſine tutore adire , &
tanto diſcrimini.& periculo ſe ſubiicere,nec repudia
re.l.pupillorum.C.de repudiand. hæredi. & inſtitut.
de authorita.tuto.circa medium. quia ſine tutore cō-
395 trahere non poteſt.Et ſic nec quaſi contrahere, † Si-
cut nec minor xxv. annis curatorem habens ſine cu-
ratore adire poteſt.l.ſi curatorem.C .de in integrum
reſtitutio.mino. nec mulier ſtatuto, aut conſuetudi-
ne prohibita contrahere hæreditatem adire poterit,
ſicut nec contrahere, ſecunduum Barto.in l.more.ff.
de acquiren.hæredit. Vnde non immeritò iura con-
ceſſerunt hæredi annum ad deliberandum , ſi adire
velit, aut recuſare hæreditatem. Quam ſi adiuerit
perpetuò obligatus erit , vt dixi l. cū antiquioribus.
C.de iure deliberan.de cuius intellectu videbitis in-
frà *Mortuo itaq; teſtatore*.ij. In materia tranſmiſſionis
396 hæreditatis.†Et intelligatis ꝙ obligatus erit credito-
ribus etiam vltra vires hæreditatis , & tenebitur de
ſuo proprio ſatisfacere , ſecundum Doctores in ru-
brica. ff. de acquirenda hæreditate. Quo caſu hære-
ditas dicitur magna paupertas , & ſic hæreditas dici-
tur potius paupertas,quàm lucrum. Vnde ſi teſtator
quantuncunque diues in teſtamento ſuo diceret le-
go,vel relinquo dimidiam paupertatis meæ,in tali re
licto venit dimidia hæreditatis ſuæ , vt ſingulariter
decidit Bal.ſuper rubri.C. de verb.ſigni. in fi. allegat
l.Lucius.§.hæredum.ff.ad Treb. quia multoties pro-
pter occultum æs alienum dicitur paupertas , viſo ꝙ
tenetur hæres creditoribus vltra vires hæreditatis.Le
gatariis autem pro legatis in teſtamento relictis non
tenebitur vltra vires hæreditatis : quia ſi defunctus
viueret,pro legatis conueniri non poſſet. ideo licet i-
ſta obligatio originem ſumat in perſona hæredis ab
aditione hæreditatis , tamen illa obligatio limitatur
quatenus patiuntur vires hæreditatis : quod ſufficere
debet legatariis,qui certāt de lucro.l.fi.C. de codicil.
& ſufficit hæredem puniri ſolùm perditione Falci-
dię.Authē.ſed cùm teſtator.C.ad leg.Falc. Credito-
res autem hæreditarij certant de dāno euitando, ideo
hæredem cōueniunt inſolidum,ſicut defunctum con
uenire poſſent,ſi viueret , aut incarcerare , aut bonis
397 cedēdum cogere.l.j.C.qui bon.cede.poſ. †Idcirco
ſi hęres velit hoc tantum, & eminēs periculum fuge-
re , & euitare : quia interdum creditores hæreditatis
tacent,& non ſe demonſtrant,donec adita hęreditate
capiat cōſilium legis Iuſtinianeæ quā habemus in l.
fi.C.de iure delibe. vt ſcilicet hæres omiſſa quacunq;
deliberatione , etiam dubius de viribus hæreditatis a-
deat intrepidè hæreditatē: dum tamen infrà tres men
ſes vocatis creditoribus legatariis,& cæteris quorum
intereſt , faciat inuentarium de omnibus bonis hære-
ditariis ſecundū formam traditam in d.l.fi.Quoniam
eo tunc non tenebitur creditoribus hæreditariis nec
legatariis vltra vires hæreditatis. Quod intelligo ve-
rum vltra hæreditatis valorē:adeò ꝙ ſi hæres hæredi-
tatem valentē centum vendat pro mille , non tenebi-
tur vltra centum. Quia illud plus non habet ex here-
ditate,ſed ex fortuna & fatuitate emptoris , text. eſt
not.in l.ſi hæres inſtitutus.ff.ad legem Falc.ſecūdum
398 Iaſ.in l.quāuis.C.de legat. †Et in faciēdo tale inuē
tarium debet hæres obſeruare ſequētia. Primò, ꝙ in-
uentarium inchoet infra triginta dies , qui ſecundum
magis cōmunem opinionē currere incipiunt à tem-
pore aditæ hæreditatis ilico poſtquàm hęres adiuit,
ſecundum glo.in verbo,delatam in d.l.fin.Nam ante
aditam hæreditatē non currunt illi triginta dies, niſi
hæres malitioſè adire differret,ſecundū Bar.per text.
ſingularē in l.ſtatuliberos.§.cùm hæres. ff.de ſtatuli-
be.l.& cùm hæreditas.in princi.illo eod.ti. Et magis
propriè hoc probatur in l.ſi in diem.in prin. vbi hoc
not.Bar.ff.de condi.indebi.quem ſequitur Lud.conſ.
lxxxiiij.incip. Circa id quod quæritur. & eſt verum,
ꝙ ab adita hæreditate currit tempus faciendi inuen-
tarium, vbi de hæreditate non eſt quæſtio. Si autem
hæres eam non poſſideret , ſed petitione hæreditatis
ageret,non ſibi curreret tēpus,nec in pœnas iuris,de
quibus infrà, incideret donec finita quæſtione hære-
ditatis,qua finita tempus curreret,& non prius,ſecun
dum Bal.in l.defenſionis facultas. C. de iure fiſci,lib.
x.arg.l.ſi quis in graui.§.fin.& l.qui poſthumos.ff.ad
399 Sillcia. quod dicit eſſe notandum. † Vt autem in-
choatum dicatur inuētarium infra triginta dies, non
ſufficeret quòd hæres vocaſſet notarium & teſtes, &
in principio chartæ poſuiſſet ſignum crucis, ſecundū
Bal.in dicta l.fi. Sed requiritur ꝙ aliquæ res deſcribi
inceptę fuerint.Tamen licet inceptum non fuerit in-
fra triginta dies,dū tamen infra alios lx.dies inchoa-
tum fuerit & perfectū,ſufficit ſecundum Bart.& Do-
cto.in d.l.fi. quia leuis ſolennitas eſt prius inchoare,
& poſtea perficere , cuius omiſſio non vitiat.l.j.ff.de
ven.inſpi.& not.in l.cùm hi.§.ſi prętor.ff.de tranſa.
Sufficit ergo,ꝙ inuentarium perficiat infra tres men-
ſes, quando res ſunt in eodem loco , nec poſſet iudex
hoc tempus abbreuiare ex cauſa, vel prorogare,ſecū-
dum Bald.poſt Nicol.de Matha.& Odofr.per tex. in
d.l.finali.§.donec. Nec obſtat l.qui pro tribunali.ff.
de re iud.quia loquitur in actu per iudicem expedien
do.qualis non eſt inuētarij confectio, & interim du-
rante confectione inuētarij hæres conueniri non po-
teſt à creditoribus,nec à legatariis, niſi in caſibus, de
quibus in dicta l.fi.per Alexā. & ſi conueniretur, ex-
cipere poſſet de inuentario non perfecto. Quæ qui-
dem exceptio impedit omnem litis ingreſſum,ſecun-
dum

dum Bart.& Doct.in d.l.fi.§.licentiam.quantumcũ-
que inſtrumẽtum paratam haberet executionẽ,ſecun
400 dum Bal.ibi.§.& ſi præfatũ. †Secundò requiritur
in confeſſione inuentarij, ꝙ in eo deſcribãtur omnes
res mobiles, & immobiles repertæ in hæreditate te-
ſtatoris defuncti:adeò ꝙ deſcribi debent etiã res alie-
nę,veluti res depoſitę vel cõmodatę penes teſtatorẽ,
ſecundum Bald.& Paul.in d.l.fin. Quia hæres poteſt
agere & cõueniri petitione hæreditatis ad tales res. l.
& non tantùm.ff.de peti.hære.Et ſi perfecto inuenta-
rio aliæ res deuenirent ad notitiam hæredis, debet il-
las de nouo addi facere inuẽtario:adeò ꝙ cautela eſt,
vt hæres poni faciat proteſtationem, ꝙ in inuentario
deſcribi fecit omnes res, quas ſciuit eſſe defuncti. Et
ꝙ ſi aliquæ aliæ ad eius notitiam deuenerint, faciat
addi in inuentario, ſecundum Bal.ibi in d.l.fi.& An
gel.in l.j.§.hæc ſtipulatio .in fi.ff. ſi cui pl⁹ quàm per
401 legem Fal.vbi plus dicit, † ꝙ fructus & acceſſiones
etiam percepti ante aditam hęreditatem poni debent
in inuentario,ſed non eſt hoc vltimum verum,ſecun-
dum Ange.quem ſequitur Alex. & Iaſon. in d.l.fin.
quia ſatis, ꝙ in libro rationum deſcribantur, vt pro-
bat text.ibi dum dic. ſuper his rebus, quas defunctus
402 tempore mortis habebat &c. † Si tamen hæres rem
aliquam occultaret hæreditariam (quanuis dolosè)
inuentarium valeret: tamẽ puniretur, & damnaretur
in duplum illius rei, quàm omiſit deſcribere, perde-
retq́; Falcidiam & Trebellianicam, ſecundum Bart.
in d. §.licentiam. dicens, ita conſuluiſſe prout idem
Bar.tenet in l. beneficio. per illum text.ff.ad leg.Fal.
& in l.reſcriptum.ff.de his quib. vt indig. non tamen
tenebitur inſolidũ creditoribus, prout teneretur, ſi
inuentarium non feciſſet,aut non valeret, ſecundum
403 Doct.ibi † Tertiò requiritur,ꝙ inuentarium manu
publici notarij ſcribatur, vt d.l. fi. ibi, ſub præſentia
tabulariorũ.Nam licet in teſtamento quo ad eius va-
liditatem (non dico quo ad probationem) non ſit
differentia an ſit ſcriptum manu publici notarij, vel
ipſiuſmet & ſolius teſtatoris abſq; tabellionibus, vel
manu alicuius priuati.l.publicati. vbi Docto.C.eod.
tamen in inuentario ꝓ forma requiritur,ꝙ manu pu
blici notarij ſcribatur,aliàs non valeret. Adeò ꝙ ſin-
gulariter dicit Bal.in l.fi.C.de iure delibe. ꝙ etiam ſi
defunctus dum viueret manu propria ſcripſiſſet om-
nes res ſuas per modum inuentarij,non ſufficeret hæ
redi, quod etiam ſequuntur ibi Paul. & Moderni.
Quod eſt verum ſecundum eos, etiam ſi defunctus
paulò antè mortem ſuam per paucos dies feciſſet in-
uentarium. Quia in præiudicium creditorũ non cre-
deretur tali ſcripturæ defuncti, ſicut nec ſuæ confeſ-
ſioni, licet moriendo emanatæ in ſui cõmodum vel
hæredis, vt plenè habuiſtis in verbo, *in extremis poſi-*
404 *tus.* †Vnum tamen eſt verum, ſecundum omnes,
ꝙ tenet tex.in d.l.fi.videretur requirere in inuentario
præſentiam plurium tabulariorum : tamen ſufficit v-
nus,ſecundum gloſ. & Docto.ibi., per regulam. vbi
405 numerus.ff.de teſti. †Quod facit ad quæſtionem, in
qua hoc anno conſului.Reperitur inſtrumentum do-
nationis plures continens ſucceſſiuas ſubſtitutiones,
iuxta l.quoties.C.de dona.quæ ſub modo.in protho-
collis cuiuſdam notarij defuncti regiſtratum, in quo
cauetur, ꝙ per illum notarium cum quodã alio etiã
nunc defuncto fuerat receptum: tamen per illũ alium
notariũ non eſt ſignatũ, nec in ſuis prothocollis,ſiue
libris reperitur regiſtratum, an tale inſtrumentum
plenam faciat fidem, vt ſcilicet per collationariũ di-
cti notarij potuerit ingroſſari.Et videbatur, ꝙ non,
cùm per ipſummet ſi viueret ingroſſari non poſſet.
Primò per tex.in Auth.de hære.& Falci.§.ſi verò ab-
ſunt.coll. j. vbi ſi tres tabularij fuerint in aliquo actu
adhibiti, omnes tres requiruntur ad probãdum actũ.
Secundò hoc tenet expreſsè caſum noſtrum dicendo
Bal.& poſt eum Salic.in l.iuriſiurandi.circa fin.C.de
teſti.vbi dicũt,ꝙ ſi ad ſcribendum dicta teſtium, aut
facta partiũ duo aſſumãtur notarij, non ſufficeret, ꝙ
vnus ſolus ſcripturã faceret, imò debẽt ambo ſcribe-
re & ſignare, vel ad minus requiritur, ꝙ vnus ſcribat
& alter ſignet, ſeu ſe ſubſcribat. allegant. ff. de eden-
do.l.ſi quis ex argentariis.§.ij.& not.in c.quoniã cõ-
tra falſam,per Hoſti.& Ioan.And.de ꝓba.& in d.§.
ſi verò abſunt.in Authen.de hære.& Falc.idem dicit
Bal.in d.l.fin.C.de iure delibe.& Albe.in l.j.ff.de off.
conſul.per illum text. dicẽs ita obtinuiſſe in facto, &
decidit de Milis in ſuo repertorio ſuper verbo,nota-
rius. & latè hoc reperi deciſum per Guidonem Papæ
in deciſionibus curiæ Parlamenti Delphinatus,deci-
ſione cxxij. incip. An inſtrumentũ in quo per partes
406 &c.vbi poſt multa deciditur,quòd † ſicut cõtractus
in ſcriptis celebrandus nunquàm cenſetur perfectus,
donec ſcriptura perfecta.l.cõtractus. C.de fide inſtr.
ſic inſtrumẽtum per duos tabelliones receptum,nun
quàm erit perfectum,donec per ambos reperietur ſi-
gnatum & autenticatum. Et etiam ibi dicitur tenere
Spec.tit.de inſtru.editio.§. inſtrumentum.verſi.item
quod non eſt ſignatũ ab eo, qui ad hoc deputatus eſt
&c. Tertiò videtur de hoc eſſe text. in cle. Romani
principes.§.dudum ſanè.ibi,ſed multis tabellionibus
accerſitis & requiſitis.de iureiu.& in clem. attenden-
tes.§.ipſos autem.de ſtatu mona.videntur enim con-
trahentes, ne qua falſitas cõmitteretur, plures nota-
rios adhibuiſſe,ſicut à ſimili.de teſti.dicit tex.in l.fin.
ibi,lex etenim nequã falſitatis &c. C.de fideiuſ. facit
l.cùm magiſtratus.C.quãdo prouo.nõ eſt neceſſe. &
c.prudentiam.de offi.deleg.vbi vnus ex duobus iudi-
cibus deputatis nihil poteſt valide ſine altero : ſic er-
go erit in duobus notariis à partibus adhibitis, pro
ſcheda illa in prothocollo vnius ſolius notarij regi-
ſtrata.In cõtrarium allegabam,ꝙ fidem plenam face
re deberet, & per collationarium ingroſſari poſſet,ſi-
cut poſſet ipſemet notari⁹ ſi viueret.primò quia text.
habemus apertũ, ꝙ vni ſoli notario creditur de ſcri-
ptura ſua.l.ſi qs decurio.in fi.C.de Fal. Et ſic plures
adhibere,quàm vnum nihil aliud eſt, quàm quædam
ſuperabũdãs cautela, vt in propriis terminis de duo-
bus notariis in actu adhibitis.dicit Bal.in d.c.quoniã
cõtra falſam.in verbo,duos.de prob.v.col.Quæ abũ
dans cautela ſi non impleatur,non ſolet nocere.C.de
407 teſt.l.teſtamentũ. †Superflua enim non nocent, ſed
ſolùm neceſſaria prætermiſſa minuunt contractus, &
non abundãs cautela, vt ibi eſt tex.not.Secundò facit
ad hoc tex.notab.in l.iij.ff.de teſta. milit.vbi ſi miles,
qui habet ius teſtandi abſq; debita & communi teſta
mentorũ ſolẽnitate,teſtari diſpoſuerit, & incœperit
ſeruata cõmuni,& integra ſolẽnitate. quã tamen per
ficere nõ potuit: certẽ teſtamẽtum nõ minus valebit,
vt ibi eſt tex.ſingularis.Non enim credẽdus eſt quiſ-
quã genus diſponẽdi difficilius elegiſſe ad ſua iudi-
cia impugnanda & ſubuertenda. Sic ergo erit in caſu
noſtro, vbi donator donare poterat ſine inſtrumẽto,
vel ſi cum inſtrumento,ſufficiebat vnum ſolum adhi-
bere notarium,cui cum debita teſtium ſolẽnitate ſoli
creditur,vt d.l.ſi quis decurio.in fi.igitur ſi pro abun-
danti cautela duos adhibuit notarios, quorum vnus
haberi nõ poſſit,vel non appareat, tale inſtrumẽtum
non



non propter hoc corruit,nec illa vana,& ſuperabun-
dans cautela nocet, vt d.l.teſtamẽtum.cùm in dubio
nõ ſit credendũ: quia non veroſimile eo animo duos
adhibuiſſe, vt vnius defectu donatio ſubuerteretur,
vt d.l.iij. Tertiò facit text. in l.j. C. ex pluribus tuto.
vnus pro minore egerit,vbi licet fuerunt plures tuto-
res dati pupillo, ſufficit ꝙ alter ipſorum authoritatẽ
præſtet pupillo,& eius negotiũ. facit l.fi. C. de auto.
præſtan. Sic ergo erit in pluribus notariis de aliquo
negotio rogatis, vt vn⁹ ſolus ſufficiat in ſubſcribẽdo
inſtrumentum. Quartò adducebam tex.in d.l.j.ff. de
officio conſu. vbi quoties ſunt duo, aut plures parem
poteſtatẽ habentes,quilibet poteſt ſolus exercere. er-
go idem erit in pluribus notariis ad ſcribendũ inſtru-
mentũ deputatis, quia creditur vni ſuam poteſtatem
exercenti. Quintò licet d.l.j.ff.de officio Conſul. vi-
deatur dicere cõtrarium, vbi plures ordinarij parem
habentes poteſtatem, omnes de negotio cognoſcere
cœperũt,omnes tenẽtur illud finire:adeò ꝙ vnus ſo-
lus nõ poſſet, niſi ſolus incœpiſſet de negotio cogno
ſcere.l.ſi vni.ſecundum vnum intellectum gloſ. ff. de
re iudi. Per quod videtur idem dicendum in caſu no-
ſtro,vbi plures notarij rogati inſtrumentũ receperũt,
omnes illud ſignare deberẽt. Tamẽ hoc eſt verũ, niſi
in altero iudicum cõtingeret impedimẽtum: quo ca-
ſu vnus ſolus negotiũ per omnes inceptum perficere
poſſet,vt eſt tex.ſingu.in d.l.ſi vni.ſecundũ Panor.ita
per illum tex.expreſsè decidentẽ in d. c. prudentiam.
§.j.col.v.de offi.dele. Or, ſumus nos in his terminis,
ꝙ alter notarius mortuus eſt. Vnde attẽto impedimẽ
to notarij defuncti,qui inſtrumẽtum ſignare nõ poſ-
ſet,credẽdũ eſt alteri notario, ſeu eius collationario,
in cuius regiſtris nota dicti inſtrumenti reperitur re-
408 giſtrata. †Sunt enim ipſi tabelliones iudices ordi-
narij voluntariæ iuriſdictionis, ſecundum Inno.in c.
cùm à nobis.de teſtib.& tenet clarius Pau.cõſi.lxxij.
iiij.col.Sextò facit c.ij.iuncta gl.j.de reſcrip. vbi cum
crimen periurij ſit de per ſe ſufficiẽs ad remouendum
quẽ à ſuo beneficio.c.querelã.de iureiuran. & pariter
renũtiatio eſt de per ſe ſufficiẽs.c.ſuper hoc.de renũ.
Si papa mãdet de illis duobus cõſtare,ſufficit ꝙ de al
tero cõſtet, licet ambo fuerint copulatiuè mandata,
& impetrãs ad vtrũq; probandum ſe aſtrinxerint ex-
preſsè : ſic à ſimili cùm quilibet notarius ſufficiat ad
publicũ inſtrumẽtum ſcribendum,& quilibet habeat
de per ſe ſufficientẽ poteſtatem, ſi plures requirẽtur,
poterit quilibet inſolidum ſua poteſtate vti: nam in
dubio videtur de quolibet mandatũ inſolidũ. Septi-
mò facit elegans deciſio Io.Fab.in §.poſſunt.inſti.de
teſt.vbi dicit,ꝙ ſi litera cõtineat,ꝙ duo ſigilla debeãt
apponi,& nõ fuerit appoſitũ niſi vnũ, quod tamẽ eſt
authenticum,talis litera plenã fidẽ facit : quia de alio
ſigillo videtur eſſe dictũ ad abundantiorẽ cautelam,
quod nõ nocet,allegat d.l.teſtamẽtũ.C.de teſta.ergo
idẽ erit in caſu noſtro vbi in inſtrumento ſit mentio,
ꝙ duo erant notarij, & non reperitur ſubſcriptus niſi
vnus.quia ſicut notarij publicant ſcripturã, & ſigilla,
quãdo ſunt Authẽtica,prout ſunt ſigilla epiſcoporũ.
Octauò facit quod ſingulariter decidit Bal.per illum
tex.in l.ſi quis ex argẽtariis. §.ij.ff.de edẽ.vbi dicit,ꝙ
ſi duo notarij fuerint rogati de vno actu,& vn⁹ ſit ha
bilis, & alter inhabilis, valet ſcriptura. Ergo valebit
per vnũ notariũ facta altero nõ ſtãte, cùm paria ſint,
quẽ non ſtare,vel inhabiliter ſtare : quia inhabilis in
officio habetur pro mortuo. Vnde ſi ex duobus no-
tariis in aliquo actu adhibitis alter dãnetur de falſo,
alter ſolus ſignare poterit inſtrumẽtum, ſecũdũ Bal.
in l.Imperator.ff.de ſtatu.homi. quod ſequitur Fely.
in c.j.de præſcrip. & Iaſon in Auth.ſi verò cõtigerit.
C.de iud.vbi dicũt valere inſtrumentũ receptũ à no-
tario idoneo, licet illud confecerit cum notario non
idoneo.videatis Felyn.in c.nobis.in j.notab.de ſimo.
409 †Sicũt à ſimili dictum teſtis infamis probat ſi cum
alio teſte idoneo, & probatæ vitæ concordet, ſecun-
dum gl.not.in l.iij.§. duæ ſunt cauſæ. in verbo, ean-
dem fidem.ff.de Carb. edict. Sali.in l. in bonæ fidei.
C.de reb.credi.Bal.in d.l.ſi quis ex argẽtariis. & An-
ge. coſi.j. facit quod ſingulariter dicit Bald.in c.quia
propter.xij.col.de electio.vbi dicit, ꝙ canonico cri-
minoſo in electione ſcrutatori, & ſuæ ſcripturæ cre-
ditur,ex quo habet ſocios bonæ famæ,per d.l. ſi quis
ex argentariis.§.ij,verſi.aut certè.

Laus Ieſu Chriſto ſaluatori noſtro.

*SVMMÆ SECTIONIS,*

## Mortuo itaque teſtatore. II.

1 ☞ *Aditio non eſt neceſſaria ſuis hæredibus.*
2 *Hæredes ſunt in triplici differentia.*
3 *Voluntarij hæredes quare dicantur.*
4 *Hæredes neceſſarij qui.& nu.5.*
6 *Serui hæredes vel tutores facti libertatem acquirunt.*
7 *Suitas tollitur datione cohæredis extranei.*
8 *Filius & ſeruus hæredes differunt.*
9 *Hæredes ſui & neceſſarij qui.& nu.10.*
11 *Suus hæres vt quis dicatur,quæ requirantur. & nu.19.*
20 *Filij quare dicantur ſui hæredes.*
21 *Suitas tantum operatur,quantum aditio.& nu.22.& 23.*
24 *Mater quare filios plus diligit,quàm pater.*
25 *Filius dicitur de genere matris.*
26 *Fratris appellatione venit vterinus.*
27 *Mater plus laborat in prole,quàm pater.*
28 *Vipera quare ſic dicta.*
29 *Matrimonium quare à matre,& patrimonium à patre. & nume.30.*
31 *Matrimonio durante quæſita ſunt communia in Gallia.*
32 *Conſcientiæ patris commiſſum non extenditur ad filium vel nepotem.& nu.33.*
34 *Adam in quo omnes fuimus, quomodo intelligatur.*
35 *Identitas patris & filij in diuinis & humanis. & nu.36.*
37 *Simile & idem differunt.*
38 *Similitudo eſt triplex.*
39 *Verum aliquid dicitur quod habet aliquid veritatis.*
40 *Extare illud dicitur,de quo aliquid extat.*
41 *Nepos quare ſic dicitur.*
42 *Patris & filij in multis.& nu.43.44.& 45.*
46 *Pater non tenetur pro delicto filij,nec econtra.*
47 *Hæreditas iacens nulla eſt in ſuis hæredibus.*
48 *Regis filius etiam viuente patre dicitur rex.*
49 *Quodammodo dictio quandam notat improprietatem.*
50 *Primogenitus in Gallia etiam viuente patre eſt dominus.*
51 *Hæreditas filio delata non dicitur titulus lucratiuus.*
52 *Gabella pro acquiſitis debita non habet locum in hæreditate paterna.*
53 *Statutum quòd pro hæreditate quid ſoluatur, non habet locum in hæreditate paterna.*
54 *Vaſallus non tenetur dominium iuuare contra filium.*
55 *Carcere non liberatur,qui filium obſidem relinquit.*
56 *Prohibitus alienare in potentiorem, poterit in filium etiam potentiorem alienare.*
57 *Nuptiæ patris & filij non cenſentur duæ.*
58 *Pater patronus poteſt filium præſentare.*

Filius

59 *Filius quare debet inſtitui, aut nominatim exhæredari.*
60 *Adire & repudiare eſt proprium extraneorum.*
61 *Emphyteuta mortuo an filius teneatur ſoluere acapita.*
62 *Suitatis ius non poteſt præſcribi.*
63 *Beneficium abſtinendi à paterna hæreditate locum habet vbi eſt fauor.*
64 *Quinquennio excluditur querela inofficioſi teſtamenti.*
65 *Querela inofficioſæ donationis quinquennio excluditur.*
66 *Hæreditas patris an ipſo iure continuetur in filium etiam quo ad poſſeſſionem.*
67 *Dominium transferentia iura non transferunt poſſeſſionē.*
68 *Allodium quid.*
69 *Poſſeſſio de patre ad filium, in quibus caſibus continuetur.*
70 *Vaſalli filius non cenſetur ſayſitus ſine inueſtitura.*
71 *Mortuus ſayſit viuum in Gallia.*
72 *Poſſeſſio an iure poſſit transferri ſine aliquo actu.*
73 *Poſſeſſoria duo remedia in Gallia.*
74 *Fideicommiſſarius ante reſtitutionem non eſt hæres.*
75 *Poſſeſſio in feudis an in hæredē tranſeat in Gallia. & n.77.*
76 *Priuilegium & conſuetudo æquiparantur.*
78 *Poſſeſſio transfertur per clauſulam conſtituti.*
79 *Poſſeſſio in eccleſiam ipſo iure transfertur.*
80 *Eccleſia fiſcus & reſpub. æquiparantur.*
81 *Poſſeſſione in hæredem in Gallia tranſlata nihilominus agit interdicto adipiſcendæ.*
82 *Adipiſcendæ hæreditatis remediū ſolis hæredib. conuenit.*
83 *Dominiū & poſſeſſio quomodo in hæredes omnes tranſeat.*
84 *Filius quare dicitur hæres neceſſarius.*
85 *Suitas eſt inducta patris fauore.*
86 *Abſtinendi à paterna hæreditate ius eſt prætorium.*
87 *Filiū ſe hæreditati immiſcuiſſe debēt creditores probare.*
88 *Notorium licet non indigeat probatione, tamen indiget allegatione quomodo intelligatur.*
89 *Obtinere verbum quid importet.*
90 *Aditio filij retrotrahitur, & prius acta confirmat.*
91 *Abſtinendi ius an iure ciuili, cuiuis hodie competat.*
92 *Suitas non incommodat filio niſi adeat.*
93 *Suitatis ſola exiſtentia confirmat tabulas pupillares.*
94 *Sui hæredis exiſtentia confirmat tutorum pupillo in teſtamento datorum confirmationem.*
95 *Suitatis exiſtentiā confirmet vniuerſale fideicommiſſum.*
96 *Sui hæredis exiſtentia triplex.*
97 *Suitas competit filio etiam inuito.*
98 *Suum hæredem eſſe, eſt prius quàm abſtinere.*
99 *Promiſſio præſumitur præceſſiſſe reſtationem.*
100 *Filius quando abſtinere non poſſit ab hæred. patris.*
101 *Tranſmiſſio hæreditatis non aditæ in quos & à quibus fiat. & nu.102.103.& 104.*
105 *Tranſmiſſio eſt triplex.*
106 *Nobilitas tranſmittitur, non tamen conſcientia.*
107 *Tranſmiſſionis legalis tres ſunt ſpecies.*
108 *Tranſmiſſio iure ſuitatis etiam fit in poſſeſſione in Gallia. & nu.109.*
110 *Filius moriens tranſmittit legitimam Trebellianicam, & fideicommiſſum particulare. & nu.111. & 112.*
113 *Fideicommiſſum vniuerſale an tranſmittatur.*
114 *Legitima arrogato debita tranſmittitur.*
115 *Dotis lucrum tranſmittitur.*
116 *Accreſcendi ius tranſmittitur. & nu.117.*
118 *Tranſmiſſibile an ſit ius ex ſtatuto competens.*
119 *Statutum fœminas excludens an intelligatur ſtantibus maſculis. & nu.120. & 121.*
122 *Tranſmiſſio an locum habeat in ſucceſſione prætoria. & nu.123. & 124.*
125 *Tranſmiſſio quādo locum non habeat in filio. & nu.126.*
127 *Filius qui ab hæred. abſtinuit, pœnitere quomodo poſſit.*
128 *Repudiationem reuocat filius, licet non aditionem.*
129 *Nepotes etiam reuocare poſſunt ſuam repudiationem.*
130 *Filius etiā cohæredē habens repudiationē poteſt reuocare.*
131 *Filius à repudiatione pœnitere poteſt etiam tacitè.*
132 *Repudiationē etiā iudicialiter factā pōt filius reuocare.*
133 *Filius intra triennium reuocare poteſt abſtentionem.*
134 *Filius repudiationem hæreditatis maternæ non reuocat.*
135 *Emancipatus repudiationem non reuocat.*
136 *Pater repudians hæreditatē non filij, nō poteſt pœnitere.*
137 *Legitimam repudians filius non poteſt pœnitere.*
138 *Repudiationē lapſu tēporis inductam non reuocat filius.*
139 *Filius habens ſubſtitutum non reuocat repudiationem.*
140 *Repudiatio erronea poteſt perpetuò reuocari.*
141 *Repudiationem reuocandi facultatem non tranſmittit filius ad ſuos.*
142 *Suus tranſmittit hæredi & querelā inofficioſi. & nu.143.*
144 *Sus trāſmittit hæreditatē ad quoſcunq;, querelā ad ſuos.*
145 *Querela inofficioſæ donationis tranſmittitur ad ſuos.*
146 *Querela contra teſtamentum fratris an tranſmittatur.*
147 *Querelam inofficioſi contra teſtamentum filij an tranſmittat pater.*
148 *Filius vt tranſmittat querelam inofficioſi teſtamenti duo requiruntur.*
149 *Tranſmitti an poſſit facultas dicendi teſtamentum nullum præterito filio competens.*
150 *Epiſcopus & monachus tranſmittunt hæreditatem ſuorum parentum.*
151 *Tranſmiſſio ſecunda non ratione ſuitatis, ſed ſanguinis quid operetur.*
154 *Capita ſuccedendi de iure prætorio ab inteſtato ſunt tria.*
155 *Filius excluſus à paterna hæreditate per xxx. annos an habeat ex alio capite alios triginta. & nu.156.*
157 *Filius an tranſmittat hæreditatem quo ad omnia tria capita ſuccedendi.*
158 *Bonorum poſſeſſio contra tabul. an tranſmittatur.*
159 *Tranſmiſſio iuris deliberandi locum habet, in quibuſcunque hæredibus & ad quoſcunque. & nu.160.161. 162.*
163 *Tranſmiſſio quæ ſit vtilior. & nu.164.*
165 *Ius deliberādi vt tranſmittatur, quæ requirantur. & num. 166. & 169.*
167 *Annus datus ad deliberandum eſt vtilis.*
168 *Aditio vnius quando alij proſit.*
170 *Infanti delatam hæreditatem poteſt ſolus pater adire.*
171 *Infantis hæreditas non tranſmittitur ad matrem.*
172 *Infans tranſmittit ad patrem.*
173 *Priuilegium in corpore iuris clauſum reuocatur per ius nouum contrarium.*
174 *Infans tranſmittit hæreditatem non vt adeundam, ſed velut aditam.*
175 *Patrem occupare bona filij iure hæredit. vel peculij, quid interſit.*
176 *Furioſus an in tranſmittendo æquiparetur infanti.*
177 *Tutor plus poteſtatis habet in pupillo, quàm curator in furioſo.*
178 *Infans ad alios à patre non tranſmittit.*
179 *Infans, ad alios à patre tranſmittit beneficium reſtitutionis.*
180 *Beneficio reſtitutionis nunquam cenſetur per verba generalia derogatum, niſi de eo fiat ſpecialis mentio.*
181 *Minor tranſmittit beneficium reſtitutionis etiam vbi hæreditas non tranſmittitur. & nu.182.*
183 *Ius deliberandi vt tranſmittatur, requiritur hæreditatem nec aditam nec repudiatam.*
184 *Ius deliberandi ſolùm intra annum tranſmittitur.*
185 *Filius poſt annum non trāſmittit vt filius, ſed vt legitimus.*
186 *Tranſmiſſionis materia huic tractatui conuenit.*
187 *Hæreditas non adita non tranſmittitur, niſi in caſibus.*
188 *Ius deliberandi, quando etiam poſt annū tranſmittitur.*

*Suitas*



189 *Suitas tollitur quinque modis.*
190 *Suitas an & quando tollatur datione ſubſtituti vulgaris. & vſque ad nu.204.*
205 *Suitas tollitur filio inſtituto, ſi voluerit.*
206 *Suitas tollitur filio ſub conditione poteſtatiua inſtituto.*
207 *Suitas tollitur filio in re certa inſtituto.*
208 *Suitas tollitur datione extranei cohæredis.*
209 *Suitas quando non tollitur datione extranei cohæredis. & nu.210.*
211 *Suitas an tollatur filio renuntiante vel exhæredato.*

## Mortuo itaque teſtatore. I I.

1 HIC tex. non aperit, † an Adiecta pu-
pilla filia Raynutij poſt mortem pa-
tris adierit hæreditatem ſeu illi ſe im-
miſcuerit cum tutorum authoritate,
iuxta l. potuit. C. de iure deliberan.
Quia attenta dictæ hæredis qualitate, non habuit ne-
ceſſe adire, nec illi ſe immiſcere. Non enim fuit ſo-
lùm hæres, ſed teſtatoris filia erat. Nam ſpeciale eſt
in filiis teſtatoris vel ab inteſtato decedentis, & cæte-
ris liberis deſcendentibus, quòd parente mortuo, ſint
ipſo iure hæredes ſine aliquo facti miniſterio. Et hoc
eſt virtute ſuitatis, quia filij dicuntur ſui hæredes.
Nam hoc operatur in eis ſola exiſtētia ſuitatis, quod
in aliis operatur aditio hæreditatis, vt quo ad acqui-
rendum parentis hæreditatem opus non ſit aditione
verbali, aut reali, nec immiſsione. Imò ipſi (quamuis
ignorantes patrem mortuum) ſiunt ilico ſui hæredes,
iuxta illud Apoſtoli ad Gala. iiij. Si filius, ergo hęres.
& Numer. xxvij. Homo cùm mortuus fuerit abſque
filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas &c. Et quia hic
articulus ſuitatis eſt ſubtilis, & non minus vtilis ac
2 quotidianus, ſciendum eſt, † quòd nos habemus hę-
redes in triplici differentia. Primò habemus hæredes
voluntarios, & ſunt illi, qui non ſunt in ſeruitute, nec
patria poteſtate morientis tempore mortis, & inde
eſt, quòd tales etiam vocantur extranei, qui teſtato-
rem non contingunt aliquo de prædictis modis. Nā
licet ſint aliquando filij, aut fortè conſanguinei, tamē
quia non ſunt in poteſtatē, aut ſeruitute teſtatoris, vo-
cantur extranei. Et idem ſi eſſent in poteſtate patris,
tamen paternę renuntiarūt hæreditati cum iura. Quo
caſu quo ad ſuccedendum habentur pro extraneis, ſe-
cundum ea quæ plenè habuiſtis in verbo, *duas habens
filias*. Nec dicuntur eo tunc hæredes ſui, ſed volunta-
rij, vt plenè Bar. in l. ſciendum. per illum tex. ff. de ſuis
& legi. hæredi. quem ſequitur Ange. in §. eadem hęc.
3 in fi. inſti. de hęre. quali. & diffe. † Voluntarij autem
ideo vocantur; quia hæredes eſſe nullatenus cogun-
tur, niſi velint hæredes eſſe: & ſiunt hæredes ſola vo-
luntate verbis vel facto declarata, & plenè vidiſtis. š.
*mortuo teſtatore*. j. vnde hæreditatem, in qua ſunt teſta-
mento hæredes inſtituti vel ab inteſtato eis delatam,
poſſunt adire ſi velint, vel liberè repudiare. l. nec eme
4 re. C. de iure delib. † Secundò ſunt alij hæredes, qui
vocantur neceſſarij, & ſunt illi qui tēpore mortis te-
ſtatoris reperiuntur in poteſtate ipſius non quidē pa-
tria, quæ dicitur pietas ſed dominica, quæ propriè vo
catur ſeruitus ſecundū gl. no. in §. rurſus. inſti. de acti.
5 prout ſunt ſerui. † Hi enim hæredes ideo vocantur ne
ceſſarij, quia quādo reperiuntur in teſtamēto domini
hæredes inſtituti ſiue velint, ſiue nolint, & ſic neceſſa
riò, ſunt hæredes: adeò ꝙ inuiti tenentur dominicā ac
ceptare hæredi. licet oneroſam. Quo etiam caſu non
parceretur eis, ſi hæreditatē domini repudiare vellēt,
in cuius damni præmiū, & quia non poſſent hæredes
eſſe (cùm hæres dicatur quia dominus) cùm herus idē
ſit, ꝙ dominus ſecūdum gl. inſti. de hær. quali. prope
fin. & plenè in l. j. ff. ſi cert. pet. per Doct. certò adeūdo
hæredi. plenam nanciſcūtur libertatē, ſine qua domi
niū hæredi. cadere nō poſſet in ſeruos, qui pro nihilo
reputantur. l. quod attinet ad ius ciuile. ff. de reg. iur.
vnde hoc caſu beneficiū libertatis omni præpōderat
oneri & damno pecuniario eis ex hæredi. cōtingēte.
Nam eo ipſo, ꝙ ſerui ſunt in teſtamēto domini hære-
des ſcripti, ſiue fuerint hæredes inſtituti cum liberta-
te, aut nulla libertatis facta mentione, ilico efficiunt
6 liberi & hæredes. † Et idem ſi dominus eos dederit te
ſtamēto filiis ſuis tutores: quoniā eo ipſo erūt liberi,
& tutores ceſſante quacunq; excuſatione. Quia dan-
do eis tutelā, aut hæreditatē, ſatis videtur eis & liber-
tatē dediſſe, inſti. qui dari tuto. teſta. poſ. §. j. cùm non
ſit veroſimile dominū voluiſſe habere hæredē ſeruū,
aut cum filiis ſuis tutorē dediſſe. Ideo autē lex voluit
ſeruū in teſtamento domini hęredē inſtitutū, eo ipſo
fore hæredē, & compellēdum capere hæreditatē, vt ſi
dominus erat obnoxius aliquib⁹ creditoribus, bona
ipſius vēdantur potius nomine ſerui hæredis inſtitu-
ti, quàm nomine domini defuncti, ne domin⁹ defun-
ctus ex tali bonorū diſtractione afficiatur iniuria, vt
elegāter dicit tex. in §. licet inſt. qui & ex quibus cau.
manu. non poſ. Ideo ſunt ilico hęredes de neceſsitate
etiam ignorātes, adeò quod licet pater dando cohære
dem extraneū filio ſuo faciat eū de ſuo, & neceſſariò
7 hæredē voluntariū, † cū per dationē cohęredis extra-
nei tollatur ſuitas in filio ſecundū communē ſenten-
tiam in l. apud Iulia. §. idē Iulia. ff. ad Treb. & infrà la
tius declarabitur. tamen ſi dominus det ſeruo ſuo hæ
redi. inſti. extraneū cohæredē, per dationē talis co-
hæredis nō tollitur neceſsitas, quin ſeruus etiā igno-
rans efficiatur hęres, ſecundum Bal. Lud. Alex, & Iaſ.
in l. eius qui in prouincia. per illū tex. ff. ſi cer. pet. quā
uis Ang. in §. j. inſti. de hær. quali. & differē. dixerit de
hoc eſſe tex. ſingularē in l. ex parte. ff. de acqui. hæred.
8 † Et ratio differentiæ eſt inter filium ſuum hæredē,
& ſeruum hæredem neceſſarium: quia filius eſt capax
beneficij abſtinendi, ſed non ſeruus, ſecundum Bald.
9 in d. l. eius. ij. col. † Tertiò & vltimò habemus hære-
des ſuos & neceſſarios, quibus ratio naturalis quaſi
lex quædam tacita parentū ſucceſsionē adiicit, velut
ad debitam ſucceſsionē eos vocādo, propter quod in
iure ciuili ſuorum hæredum nomē eis indultum eſt,
ita ꝙ nec iudicio quidem parentis, niſi certis de cauſis
ſubmoueri ab ea ſucceſsione poſſunt, vt l. fin. in prin.
ff. de bonis damna. & ſunt illi, qui tēpore mortis teſta
toris erant in eius patria poteſtate, id eſt pietate, cùm
hoc caſu poteſtas accipiatur pro pietate, ſecundum
glo. in d. §. rurſus. prout ſunt filij teſtatoris ex legiti-
mo matrimonio nati, ſiue ſint filij primi gradus ſiue
cæteri liberi gradus inferioris, quales ſunt nepotes
pronepotes, & cæteri per rectā lineā deſcēdentes: qui
omnes ſunt in poteſtate ſtipitis, ſcilicet vetuſtioris
aſcendentes, quandiu viuit, inſti. quib. mod. ius pa. po
te. ſol. §. j. ita ꝙ ſi Adā hodie viueret, nos omnes in ſua
10 poteſtate haberet. † Sanè tamen intelligatis verum,
ꝙ ſtantes in patria poteſtate tēpore mortis teſtatoris
ſunt ſui hæredes, ſi tempore illo, quo teſtator deceſsit
nemo proximior eos præcederet. Ex quo datur intel
ligi, ꝙ nepos non eſſet ſuus auo, ſi tēpore mortis aui
filius eum præcedebat, quāuis nepos ſit in aui poteſta
11 te. l. in ſuis. vbi Bart. ff. de libe. & poſthu. † De eſſen-
tia ergo

tia ergo ſuitatis, vt in aliquo operetur ſua priuilegia
integra, duo requiruntur. Primò, ꝙ quis teneat primũ
locum, vt nemo eum præcedat in gradu. inſtit. de hę-
red. quali. & differ. §. ſui. & l. j. §. & generaliter. ff. de
ſuis & legi. hæredi. Quod indubitanter eſt verũ, quo-
ties tractatur de ſuccedendo ab inteſtato, vel ſi teſta-
mentum fuerit factũ, tractatur de ſuccedendo contra
voluntatem defuncti teſtatoris. Sed quantum ad ſuc-
cedẽdum ex teſtamento ſecundũ voluntatẽ defuncti,
& ſic ex inſtitutione ſcripta in teſtamẽto, nepos licet
primus nõ exiſtat, tanquã ſuus & hæres auo ſuccedit
ſi filius fuerit exhæredatus, qui nepotem præcedebat
in gradu, vt eleganter decidit Ioã. Fab. in d. §. ſui. per
tex. in l. qui in aliena. §. interdum. vbi Bart. in iij. opp.
rationem aſsignat. ff. de acqui. hęre. qui tex. eſt ad hoc
12 valde ſingularis. †Secundò eſt notabilis ad aliud: q̃a
licet ad hoc, vt valeat exhæredatio filij, ſit neceſſe ꝙ
hæreditas patris adeatur per hæredem teſtamẽto ſcri-
ptum, per quam aditionem confirmetur illa exhære-
datio ſicut confirmantur cætera in teſtamento reli-
cta, vt plenè vidiſtis ſuprà, *Mortuo teſtato.* j. & habe-
tis in l. filium. §. j. ff. de contra tab. & l. Papinianus. §.
cõditioni. ff. de inoffi. teſt. tamẽ ibi eſt tex. ꝙ ſi nepos
fuerit in teſtamento aui inſtitutus cùm ſit ſuus & ne-
ceſſarius auo; illa ſuitas operatur confirmationem
13 exhæredationis filij abſque alia aditione. †Tertiò eſt
ibi caſus not. ꝙ licet nepos, mortuo auo reincidat in
poteſtatem ſui patris, & ſic adire non poſsit aliquam
hæredit. ſine iuſſu patris, in cuius poteſtate eſt. l. ſi q̃s
mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui hære. tamen ſi nepos
fuerit ab auo hæres inſtit. filio exhæredato, talis nepos
abſque alio ſui patris iuſſu efficitur auo ſuus hæres, &
14 neceſſarius. †Quartò eſt ille text. valde not. ꝙ filius
exhæredatus efficitur ſuus & neceſſarius hæres patris
exhæredati mediante perſona nepotis. Ideo Bal. ibi
dicit illũ text. eſſe ad hoc mirabilem, cui eſt ſimilis in
15 l. filius patroni. ff. de bo. libe. †Secundò requiritur, vt
quis dicatur hæres ſuus, ꝙ ſit in poteſtate illius parẽ-
tis, de cuius ſucceſsione agitur tempore ſuæ mortis,
prout ſunt filij ex legitimo matrimonio nati, aut na-
turales tãtùm tempore mortis patris legitimati. Quia
tales iura habent ſuitatis, & omnes effectus ſicut verè
legitimi, ſecundum Bal. ſingulariter in l. eam quam. j.
col. C. de fideicom. Nam quantumcunque filius pri-
mum locum teneret, niſi eſſet in eius poteſtate, non
diceretur ſuus, nec gaudere poſſet priuilegio ſuitatis,
niſi in quinque caſibus, in quibus hæc cõcluſio fallit.
16 †Primò fallit in poſthumo, qui licet tempore mortis
patris non eſſet in eius poteſtate, cùm tunc natus nõ
eſſet, & in vtero exiſtens non ſit in patris poteſtate. l.
fin. ff. de colla. bo. tamen naſcendo eſt ſuus, & habet
iura ſuitatis. l. poſthumorum. ff. de iniuſto rupt. teſta.
& l. Gallus. ff. de liberis & poſthum. & ratio eſt, quia
qui in vtero eſt, quo ad ea quæ ſuum concernunt cõ-
modum, habetur pro iam nato. l. qui in vtero. ff. de
ſtatu homi. Et dixi plenè in verbo, *Et ſoboles quam ge*
17 *ſtabat in vtero.* †Secundò fallit in monacho, qui licet
nõ ſit in patris poteſtate, cùm ſit in poteſtate ſui ab-
batis, ſecundum glo. in l. ſi ex cauſa. §. j. ff. de minori.
tamen eſt ſuus. l. Deo nobis. ibi, nullo eis detrimento.
C. de epiſc. & cler. vbi hoc not. Cy. & Bal. in l. ſub cõ-
ditione. ff. de liber. & poſthum. & plenè in l. apud ho
ſtes. circa fin. C. de ſuis & legiti. hæred. Et inde eſt, ꝙ
per ingreſſum religionis non perditur nobilitas, vt
18 plenè vidiſtis in verbo, *duas habens filias.* †Tertiò fal-
lit in filio adoptiuo, qui licet non ſit in patris ado-
ptiui poteſtate, inſt. de adopt. §. j. tamẽ eſt hæres ſuus
patri adoptiuo. l. cũ in adoptiuis. §. j. in fi. C. de adopt.
quod eſt mirabile, ſecũdũ Bal. ibi. Ex quo infert, quar
tam ſpeciem hæredum quæ ſunt ſui, non tamen ne-
ceſſarij, in qua ſpecie dicit eſſe monachos & clericos,
per l. fin. C. de epiſc. & cleri. hi enim deſinunt eſſe in
poteſtate patris, & tamen non deſinunt eſſe ſui. l. ex
19 cauſa. §. Papinianus. ff. de minori. † Quartò fallit
in filio pupillariter ſubſtituto fratri ſuo impuberi:
quia efficitur ſuus hæres, & neceſſarius fratri ſuo im-
puberi, in cuius poteſtate certũ eſt eũ non eſſe. l. ſed ſi
plures. §. quos poſſum. ff. de vul. & pupil. facit l. Iulia-
nus. aliâs incipit, ſi pupillus. §. j. ibi, ſine dubio neceſ-
ſarius hæres exiſtet. ff. de acquir. hæred. Hoc fallit in
excũtibus patriam poteſtatem per dignitatis apicem,
de quibus in §. filiusfamil. inſtit. quibus mod. ius pa.
pote. ſol. Quoniam nihilominus remanent ſui, per
tex. in §. j. in Auth. conſti. quę digni. libe. à patria po.
quantũ ad ea, quæ eis ſunt vtilia. Ideo ex iure ſuitatis
paternã tranſmittunt hæreditatem, ac ſi in patris po-
teſtate eſſent, vt infrà videbitis, & tenet Barba. ſuper
rubr. de peculio. ij. col. videatis Ang. in §. emancipa-
ti. inſtit. de hæredi. quæ ab inteſta. defer. ij. col. His e-
nim caſibus exceptis, niſi hæres primũ locũ deſcen-
dentium tenẽs fuerit tẽpore mortis teſtatoris in eius
poteſtate, non dicetur hæres ſuus & neceſſarius, ex
quo ſequitur, ꝙ liberi emancipati vel aſcendetes, aut
collaterales, vel filij reſpectu matris non dicuntur ſui
& neceſſarij, ſed ſunt voluntarij, ſecũdum Ang. in d.
§. emancipati. cùm eos non habeant in poteſtate, ni-
ſi ſtatutum patriæ, aut conſuetudo aliud diſponeret,
vt plenè vidiſtis ſuprà in verbo, *ſi abſq; liberis morere-*
*tur.* in materia pupillaris ſubſtitutionis, in tertio re-
quiſito. Idẽ vt dixi, in his qui ſunt in poteſtate, tamen
20 alius eos præcedit in gradu. †Et prædicti ideo dicun-
tur ſui hæredes quia in poteſtate teſtatoris ſunt, ad
cauſam cuius pater & filius eadem perſona reputan-
tur. l. finali. C. de impube. & aliis ſubſti. Vocantur e-
nim ſui, quia domeſtici hæredes ſunt, & viuo quoque
patre domini paternæ hæreditatis quodãmodo exi-
ſtimantur. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. & bene dicit
quodammodo. ad demonſtrandum illud dominium
quod viuente patre habet filius in paterna hæredita-
te, eſſe dominium interpretatiuum & intellectuale.
Quia ex quo lex interpretatur filium eſſe eandẽ per-
ſonã cũ patre, noſtro intellectui declaratur illũ, ſcili-
cet filium eſſe dominũ & patrẽ: ſecus quo ad domi-
niũ verũ & effectuale. Quia dominiũ eſt quędã pleni
tudo, quæ plures nõ capit inſolidũ. l. ſi vt certo. §. ſi
duobus vehiculũ. ff. cõmoda. & c. licet de proba. Quã
plenitudinẽ non habet filius viuẽte patre, cùm ei de-
ſit adminiſtratio & facultas diſponendi. Quã poſteà
adipiſcitur, & in eum tranſit ipſo facto ex iure ſuitatis
patre mortuo, taliter & intantum, ꝙ ſi quis deceſſerit
inteſtatus prima cauſa eſt liberorũ ſuorũ hæredum,
qui ipſo iure hæredes fiunt etiã ignorantes, qui quãuis
furioſi ſint, tamẽ hæredes ipſo iure fiũt. Quia ex quib9
cauſis nobis ignorantibus acquiritur, ex his & eiſdem
furioſis acquiri poteſt, ita ꝙ ſtatim poſt mortẽ paren-
21 tis, quaſi cõtinuatur dominiũ vſque adeò, † ꝙ illud
quod operatur aditio hæreditatis in hæredibus extra-
neis, quia operatur tranſlationẽ dominij in eos. l. ex
ſtipulatione. ff. de acquir. poſ. & plenè vidiſtis ſuprà,
*mortuo teſtatore.* j. id idem operatur in iſtis ius & potẽ-
tia ſuitatis, cũ ipſo iure ſine aliquo actu, & quocũque
ceſſante facti miniſterio fiant hæredes: ita ꝙ tutoris
22 authoritate opus nõ eſt in pupillis, †cùm etiam igno-
rantibus & furioſis acquiratur ſuis hæredibus hæ-
reditatis



reditas ſine curatoris cõſenſu, ſed ipſo iure, vt pulchrè
dicit tex. in §. ſui. inſti. de hære. quæ ab inteſt. deferũt.
23 † Tales enim ſcilicet ſui, portio ſunt paterni corpo-
ris transfuſa in liberorũ procreationem, ex quo dicit
Philoſophus in v. & vj. Ethic. ꝙ filius eſt aliquid pa-
tris, imò eſt pars eius, cui concordat tex. in l. cùm ſci-
mus. C. de agrico. & cenſi. lib. xj. vbi habetur, quòd fi-
lius eſt portio paterni corporis. Quæ quidẽ portio,
licet cõuerſa ſit in nouum hominem propter nouam
& diuerſam animam, negari tamen non poteſt quin
in filio remanſerit vera caro & corpus patris, qui vt
dicunt naturales, præbet formã in procreatione filij,
& mater præbet materiam, ſecundum Philoſophum
in ij. de generatione animalium. Or certũ eſt, ꝙ for-
ma eſt, quæ dat eſſe rei & ſubſtantiam. ff. de acquir.
rerum do. l. adeò. §. inſulã. in fi. & l. Iulianus. §. ſi quis
rem. ff. ad exhib. ideo quia pater præbet formam, quæ
nobilior eſt, filius cum eo cenſetur eſſe idem. †Tamẽ
24 quia mater in procreatione liberorum, præbet mate-
riam, & ſic maiorem portionem, plus liberos diligit,
quàm faciat pater: cùm naturaliter illam rem magis
diligamus, in qua maius ſcimus nos habere ius. Et vt
dictũ eſt, maior portio de ſubſtãtia matris eſt in cor-
pore filij, quàm de ſubſtantia patris: quia vt Galenus
ait, ſperma hominis eſt velut fidas ad cerã, id eſt in-
ſtrumentum ad materiã circa ſe coagulandã. Inde di-
citur mater quaſi materia in generatione, vel quaſi
mãma: quia mamillas terit. Propter quod confundi-
tur opinio aliquorũ erroneè dicentiũ, ꝙ mulier non
dicitur generare filios, ſed ſolus pater, habita nomi-
natione ab agẽte, non à patiente, quod fatuũ eſt dice-
re, ſecundũ Pau. in l. j. C. de cõdi. inſer. Vbi dicit, ꝙ æ-
què principaliter generat mulier ſicut maſculus, cùm
generatio fieri non poſsit ſine vtroq;: quia cùm ſecũ-
dum naturales pater præbeat formã, & mater furniat
materiã, in re generata æquè principalis eſt materia
ſicut forma: imò ſe habet per prius, cùm ſine materia
imprimi non poſsit nec eſſe forma, ſed econuerſo ſic.
Et ſi aliud diceretur, ſequeretur ꝙ Chriſtus non fuit
de generatione Dauid generatus ex fœmina, ſcilicet
Virgine glorioſa, quæ fuit de ſtirpe Dauid, non autẽ
ex maſculo, cùm patrem non habuerit in terris, & ta-
men euangelium teſtatur contrarium Matth. j. dũ di-
cit, Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid. Quæ
omnia patenter etiam dicit text. in l. maximum. ibi,
vt vnde generentur non fiant, ſcilicet mulieres, ſecun
dum gloſella ibi. C. de libe. præte. Etiam ſequeretur, ꝙ
Chriſtus non fuiſſet homo, ſi mater non generaſſet,
quod eſt hæreticũ. Paritérq; eccleſia erraret, virginẽ
Mariam vocando Dei genitricẽ. Etiam ſaluator, Lu-
cæ xxiij. dicit, Beatæ ſteriles & ventres quæ non ge-
25 nuerunt. †loquitur cũ mulieribus, quæ cum viris in a-
ctu generationis ad imparia non iudicantur, imò ſi-
mul generant, & proles inde genita dicitur de genere
matris, ſicut & patris, de quo plenè in l. j. ff. de proba.
per docto. poſt. gl. Ideo decidit in prima parte Maria.
26 cõſi. j. †ꝙ appellatione fratris carnalis venit frater v-
terinus. Non enim ſolis maribus ineſt ſemẽ, verùm e-
tiam fœminis. Vnde Varro: Non tantũ, inquit, mari-
bus ineſt ſemen, verũ etiam fœminis. Et inde plerũq;
matribus ſimiles procreari, ſi earum ſemen ſanguine
eſſet purgatum, quòd ſi rectè cum virili mixtum ſit,
vtraque cõcreta & ſimul coagulata informari, & pri-
mum quidem cor hominis cõfingi, ꝙ in eo ſit & vita
hominis & ſapiẽtia, denique totũ corpus xl. die con-
ſummari, & ſemen, vt ait Lactant. in libr. de opificio
Dei, cap. xij. ex omni corpore ad venam genitalem
confluere, ibíque concreſcere. Sed hoc humana mens
quomodo fiat non poteſt comprehendere. Hæc ibi.
Præterea illud plus diligimus, pro quo plus labora-
27 mus. † Mater autem plus laborat erga filios, quàm pa
ter. Primò eos portando nouem menſibus in vtero,
quod non leue dicitur onus, tãto tẽpore conceptum
in vtero portare. Inde eſt ſecundum aliquos, ꝙ ſicut
ædificium latius & groſsius eſt inferius, & magis ſub-
tile ſuperius, ita mulieris corpus groſsius eſt in parti-
☞ bus inferioribus ad portandum tale onus. [Ambro-
ſius ſuper Lucã. ij. c. tu matri debes pudoris iniuriam,
virginitatis diſpendium, partus periculum, vteri lon-
ga diſcrimina, cui miſeræ in ipſis natorum fructibus
maius periculum eſt, & cũ dederit quod optauit par-
tus abſorbetur.] Et ſubtilius & gracilius eſt in ſupe-
rioribus. Tamen verior eſt alia ratio, quam aſsignat
Rabi Salomon, quem ſequitur de Lyra, ſuper verbo,
& ædificauit. Geneſis ij. c. vbi dicit, hoc ideo eſſe pro-
pter debilitatẽ calidi naturalis in muliere, quæ natu-
raliter eſt frigida, ideo maior pars alimenti, de qua ſit
nutritio & augmentũ remanet in inferioribus parti-
☞ bus, & minor pars ſuperius eleuatur. [Videatis Lucã
de Penna, in l. j. C. de agentibus in rebus. lib. xij.] Cõ-
trarium autem eſt in maſculo propter fortitudinem
calidi naturalis. Ob quod habet communiter pectus
latius, ſcapulas, & caput. Secundò magis laborat ma-
ter in liberos pariendo, ex quo multoties contingit ſi-
bi mors, Prout Lyra Act. vlti. refert de vipera ſerpen
28 te venenato, †qui ideo ſic nominatur, quòd vi pariat.
Nam catuli in vtero exiſtentes quando creſcunt la-
tera eius rodunt, & ſic exeunt matrem interficien-
do. Vnde multæ matres in puerperio moriuntur,
vel mortuos pariunt. l. quæritur. ff. de ædil. edict. Ter-
tiò magis laborat mater poſt partum eos lactando,
& nutriendo, & eius officium magis apparet in mu-
liere, ex hoc quòd eſt in conceptu grauida, in partu
doloroſa, & in lactando laborioſa. Vnde Feli. in c. ex
literis, de conuerſio. infide. Similiter, quia illam rem
plus diligimus, quam certitudinaliter noſtrã eſſe ſci-
mus. Mater autem certitudinaliter ſcit, ꝙ filium de ſe
genuit, vir autem & ſi credat, certus tamen nõ eſt, ꝙ
de ſuo ſemine fuerit conceptus. Vnde Philoſoph. iiij.
Ethico. Mater, inquit, plus diligit filios, quàm pater:
quia certior eſt de eis, vt etiam dicit tex. in l. quia ma-
ter. ff. de in ius vocã. & Lyra Actu. xvj. in prin. Poſtre
mò quia vt dicit Auguſtinus, amicitia contrahitur ex
conſuetudine cohabitandi, colloquẽdi, & cõuerſãdi.
Mulieres autẽ cum filiis magis conſueuerunt cohabi-
tare, colloqui, & cõuerſari, quã patres. Igitur plus di-
ligunt eos, & è conuerſo filij præſertim iuuenes du-
rante pueritia plus matres diligunt, & familialiter ſe-
quuntur, quàm patres, vt l. quis ſit fugitiuus. §. idẽ Iu-
29 lianus. ff. de ædil. edi. †Et inde eſt, ꝙ matrimoniũ nõ
à patre ſed à matre nomen aſſumpſit, vt d. ca. ex literis.
de conuerſio. infid. ſecundũ Doct. in rub. de ſpon. &
30 Io. Fab. inſt. de patria pote. in prin. † Sicut q̃a pater
plus, quàm mater ſtudet, & laborat ad bona acq̃rẽda
pro filiis, talis bonorũ acquiſitio denominatur patri-
moniũ à patre, & nõ à matre, quæ p̃ſumptione iuris,
vt ceſſet præſumptio turpis quæſt9, nihil præſumitur
habere, imò omnia bona domi exiſtẽtia præſumũtur
mariti eſſe. l. Quintus. ff. de don. inter vir. & vxo. & l.
etiam. C. illo eod. titu. & ideo vocatur patrimonium,
quaſi à patre quæſitũ. Et quod dixi, quòd omnia bo-
na præſumuntur eſſe mariti, eſt verum, niſi vxor pu-
blicè negotiaretur, vt facere conſueuerunt mulieres
in Francia, ſecundum Bald. in l. j. C. de edend. quem
refert

31 refert Barba.in c.j.de pecul.cleri.in prin.†Inde eſt,ꝙ
in Francia ex conſuetudine omnes conqueſtus facti
matrimonio conſtante,ſunt cõmunes inter virum &
vxorem,ſecundũ Io.Fab.in §.j.in fi.inſti.de acquiſit.
per arrog.in rub. de nupt.ideo in his optimè verifica
tur tex.in l.aduerſus.C.de crimine expila. hæred. vbi
dicit,ꝙ cõiuges ſunt ſocij diuinę & humanæ domus.
Or quod dixi ſuprà,ꝙ pater præbet formam in pro-
creatione filij,eſt ſanè intelligẽdum: quia non capio
formã pro anima, quã ſolus Deus infundit, vt plenè
dicit glo.in cle.j.de ſumma Trini. Licet ergo à patre
mortuo reſiduum corporis quod apud patrẽ reman-
ſit,extinctũ ſit, hæc tamen particula,quæ in filij pro-
creatione fuit transfuſa,non eſt extincta,ſed aucta,&
& augmẽtata,noua anima ac nouo ſpiritu infuſis ad-
huc viuit.Vnde ponit reſpectũ ad ſolũ corpus,corp⁹
& caro filij.quanuis propter nouã animã ac nouum
ſpiritũ verè dicatur nouus homo: cùm realiter anima
filij non ſit anima patris,nec illa quæ fuit patris mor-
tui.Ob quod dicit Bal.in l.ſi quidẽ.in fi.C.de except.
32 ꝙ † ſcientia patris non eſt ſcientia filij. Pariter dicit
in tit.de notis feudo.in fi. ꝙ conſciẽtia filij nõ eſt cõ-
ſcientia patris defũcti,aut viuẽtis, nec è cõuerſo,imò
eſt diuerſa.cap.quæris.de conſecra.diſt.iiij.quia cùm
anima ſit indiuidua , licet accidentia animæ poſsint
eſſe cõmunia,tamen impoſsibile eſt in duobus corpo
ribus eandem animã eſſe.Vnde vt dictum eſt ſcientia
aut ignorantia patris non eſt ſcientia filij , nec igno-
rãtia,ſecundũ Bal.in l.ſi quidẽ.in fi.C.de excep.Ideo
ille cuius conſcientiæ aliquid cõmittitur, non poſſet
alium ſubſtituere,vt ibi per eum,& in l.nulli. verſic.
deinde not.C.de epiſ.& cle.vbi pulchrè. Quia anima
vnius,quãuis patris,non eſt anima nec conſciẽtia al-
terius,ſecundũ Panor.in c.fi.de offic.deleg.&in c. cũ
in veteri.de elect.Alex.in l.à iudice.C.de iudi.& Iaſ.
in l.j.x.col.ff.de offi.eius cui mãda. eſt iuriſd. & dice-
tur. j. in materia tranſmiſsionis, quibus iſta iungetis,
& illa iſtis.Et in hoc errauit Auerrois dicẽs omnium
hominum eundem eſſe intellectum,quod falſum eſt:
quia etiam in patre & filio non eſt idem. Vnde dicit
Bal.in l.fi.§.ſed & ſi quis.in fi. C.cõmunia de leg. ꝙ
conſciẽtia mea apud alios nihil eſt, ſed mihi ſonat in
mẽtem,& obligat me.Quia,vt ait Chryſoſtomus,cõ-
ſcientia eſt lex intellectus noſtri,& ſic non alieni : &
fides noſtra à fide diſcrepat alterius.Adeò ꝙ ſi cõmit
teretur fidei meæ aliquod caſtrũ,cõmiſsio nõ tranſit
ad alium:ideo de iure oẽs magiſtratus ſunt perſona-
les,vt ibi per antea dixerat Bal. & iuramentum hære-
dis à iuramento diſcrepat teſtatoris. Vnde reſtat , ꝙ
verè filius non eſt idem cũ patre.Tamẽ fictè filius di
citur idẽ cum patre ,ſicut ſi de radice vitis aliquis ra-
mus propagaretur,deinde ſiccaretur vetus radix non
propterea ſiccaretur ramus propagatus: quia nouam
emiſit radicem , quæ in plantis loco animæ habetur,
vt d.l.adeo.§.fin.& l.qua ratione.in prin.ff.de acqui.
rerum do.Tamen dicetur eadem vitis cum illa , vnde
proceſsit, licet ad præſẽs renouata ſit, & noua radice
alita & nutrita,propter quã noua dicitur arbor. l. ſed
ſi ex meis.§.arbor.ff.de acqui.rerum do. inde dicebat
Apoſto.j.ad Corinth. vij. Habeat vnuſquiſque ſuam
vxorẽ, non luxuriæ cauſa,ſed poſteritatis dilectione,
vt qui permanere per ſe non poteſt,per filios perma-
neat.Thobiæ viij.Facit dicta l.liberorum. ff.de verb.
ſig.& in Auth.de nupt.poſt prin.ſequitur Io.Fab.ſu-
per rub.inſti.de nup.Et alibi dicit tex. xxxvij. diſtin.
can.prius quàm. ꝙ filius clerici eſt argumentũ incõ-
tinentiæ paternæ ambulans ſuper terram.Et ideo ta-
les ſpurij clericorũ ſunt ſerui eccleſiæ, c. cùm multis.
xiiij. quæſt. vlti. quod tamen hodie non ſeruatur de
conſuetudine ſecundum glo.ibi,& Panor.in c.j.in fi.
33 de treuga & pace. †Et ea quæ dixi de patre ad filium
intelligatis vera etiam in nepote ex filio,& de cæteris
deſcendentibus : quia nepos licet habito reſpectu ad
nouam animam, dicatur nouus homo, tamẽ reſpectu
ſubſtantię corporalis eſt quaſi idem homo cum filio
eius patre,& ſic cũ auo ſuo. Et hoc eſt,quod dicebat
Aurelius Auguſtinus x.ſuper Geneſim ad literam, ꝙ
omnes fuimus in Adam,non ſolùm ſecundum ſemi-
nalem rationem , ſed etiam ſecundum corpulentam
34 ſubſtantiam. Quòd non eſt intelligẽdum, † quòd in
Adam actu fuerit , aut ſeminalis ratio huius hominis
propinqua,vel corpulenta eius ſubſtantia , ſed vtraq;
fuit in Adam ſecundum originẽ. Nam & materia cor
poralis quæ miniſtratur à matre in generatione, quã
vocat corpulentam ſubſtantiam, deriuatur originali-
ter ab Adam, & ſimiliter virtus actiua exiſtens in ſe-
mine patris , quę eſt hominis generati ꝓpinqua ratio
ſeminalis,ſecundũ beatũ Tho.in j.parte.q. vlt.arti.ij.
& in iij.parte.q.xv. arti.j. in reſponſione ad ſecũdum
argumẽtum.Et inde dicit Bal.in c.quæ in eccleſiarũ.
xix.col.de conſtit.ꝙ filius nomen naturæ eſt, ſcilicet
genituræ, caro ex carne parentis deciſa, & ex lumbis
eius tranſmiſſa per vias ſeminales, ſicut natura mani-
35 feſtum eſt. † Ad quod clarius demonſtrandum ad-
duco vobis,primò demonſtrationes naturales. Nam
ſecundum Philoſophos , in ſemine hominis eſt quæ-
dã vis impreſsiua , & actiua deriuatiua ab anima ge-
nerantis,& aliis ſuis parentibus remotis,& ſic eſt idẽ
titas particularis naturæ patris & filij , ſecundũ Tho.
vbi ſuprà artic.j.ideo dicitur ij. de anima, ꝙ quandiu
viuunt filij remanet in eis pater defunctus quodam-
modo,& ſic pater viuit in filio poſt ſuum obitũ. Vn-
de non abs re dicit & pulchrè Mercurius Triſmegi-
ſtus Moyſi contemporaneus , in ſermone vniuerſali
ad Aeſculapium ſecundum orbis medicum. Quod
præſtans id in vita cẽſetur ſtudium,atque ipſum apud
ſapiẽtes pręcipuum,procreatio liberorum. Extrema
verò omnium calamitas & impietas accidit illi , qui
abſque filiis è vita decedit.Qua de cauſa dæmonibus
dat pœnas poſt obitum.Igitur ô Aeſculapi, cùm ho-
mine qui nullos genuit filios, nullum habeto cõmer-
cium,infelicitatis tamẽ eius miſerere. Hæc ille. Me-
lius tamen eſſet,& vtilius mori ſine filiis,quàm relin-
quere impios,eccleſiaſt.xvj. ad quod propoſitum Ga
gui.lib. iiij. c.ij. de ingratitudine impiæ prolis contra
Ludo. Pium Francorum regem poſt obitum Caroli
magni eius patris imperatorẽ,loquẽs ſic dicit : Huius
rei indignitatẽ ſi quis diligẽter putet , malit mea ſen-
tentia cœlebs priuatúſq; viuere,quàm filiorum fœcũ
diſsima ſobole eſſe parẽtem. A quibus per ſummam
ingratitudinem è ſupremo honoris culmine ſe deie-
ctum aliquando queratur.Ludo.tanta calamitate ac-
cepta de ſua flebili conditione epiſtolam edidit, qua
poſteros admoneret etiam ſummis quibuſque princi-
pibus à domeſticis,atq; ab ipſis liberis impẽdere peri
cula. Quod enim cõſeruandis regibus firmius præſi-
diũ,quàm pietas,quàm manſuetudo, quàm clemẽtia
& liberalitas eſſe poteſt? In has tamen virtutum tam
firmas munitiones Ludouico irrupit filiorum aduer-
ſus pium & beneficum patrẽ iniquitas & ſæua ambi-
tio dominandi.Hæc ille. Secundò hæc idẽtitas patris
& filij demonſtratur iure diuino. Primò authoritate
veteris teſtamenti Geneſis. xxj. ibi , in Iſaac vocabi-
tur tibi ſemen.& xxij.ibi, Multiplicabo ſemen tuum,
ſicut



ſicut ſtellas cœli. Secundò hoc demonſtratur autho-
ritate noui teſtamenti Ioan.x.ibi, Ego & pater vnum
ſumus. & Luc.xv.ibi, Fili tu ſemper mecũ es, ſcilicet
36 per identitatem paternæ naturæ.†Tamen verum eſt,
ꝙ minor eſt conſubſtantialitas patris & filij in diui-
nis quia amborũ eadem eſt ſubſtãtia ſpecie & nume-
ro.cùm natura diuina non ſit multiplicabilis , nec di-
uiſibilis, vt clarè demonſtrat text. & ibi Nicolaus de
Lyra,ſuper epiſt.ad Hæbr.j. & idem de Lyra,in præ-
ludio ſuper Ioan.j.c.verſi.circa tertiũ ſciẽdum eſt.in
ſin.vbi dicit,ꝙ in diuinis pater & filius idem ſunt in
identitate naturæ nõ ſolum ſpecifica,ſed numerali.&
hoc vult dicere tex.j.Ioã.v. Tres ſunt qui teſtimoniũ
dãt in cœlo,pater,filius, & ſpiritus ſanctus, & hi tres
vnum ſunt,& alibi Io. xvij. Volo pater vt ſint vnum
in nobis,ſcilicet per adoptionẽ & mutuã dilectionẽ,
ſicut amans eſt in amato & ecõtra,ſicut & nos vnum
ſumus,ſcilicet per naturam & eſſentiam.& Ioã. xiiij.
Veritas dixit,quia ego in patre , & pater in me eſt, &
qui videt me,videt & patrem meum,& Bald.de diffe-
rentia patris & filij,qui numerali ſubſtantia differunt
loquens allegato titu. de notis feudo.in fin.eleganter
dicit,æternũ illum & ineffabilem filium ſemper exci-
pio, qui nouit omnia , quæ ſunt patris. c. ſaluator.de
conſecra.diſt.vlt.quaſi dicat ꝙ pater& filius in diui-
nis ſunt vnum & idem omnimoda idẽtitate ſubſtan-
tiæ & naturæ ſpecifica & numerali.In filiatione autẽ
humana , in qua pater & filius diſtinguunt ſuppoſi-
to, licet pater & filius vnũ ſint ſpecie & natura , non
tamen numero,quia dicit Lyra.j.ad Corint.xj. in ge-
neratione naturali generans non coniungitur genito
ſecundum ſubſtantiam,ſed ſecundum virtutem.& ita
intelligitur Eccleſiaſtici xxx. ibi , Mortuus eſt pater
& quaſi non eſt mortuus. reliquit enim filium ſimi-
37 lem ſibi poſt ſe in vita ſua. † Or notanter dicit ſi-
milem,quia nullum ſimile eſt idem,ſaltem identitate
ſubſtantiali & numerali. l. quod Nerua. ff. depoſiti.
Nam ante quàm duo ſint idẽ, requiritur ꝙ in omni-
bus ſit cõformitas , ſcilicet quo ad formã & eff.ctum
quo caſu vbi eſt omnimoda conformitas,ibi erit idẽ-
titas,aliâs eſſet ſolùm ſimilitudo,quæ ſecundum Phi-
loſophos magis dicitur ſignificare propinquitatem,
quàm identitatem,ſecundum Bart.Bal.Ang.& Alex.
in l.qui liberis.in prin.ff.de vulg. & pupil. Inde dicit
Boetius ſuper topica Tullij, lib. iiij. quẽ ſequitur Io.
And.& Domini.in c.non poteſt.in fi.de præben.lib.
vj.Or ſimilitudo eſt rerum ſingularium vel differen-
tium comparatio : quia in illa non requiritur quòd
res tota ſit rei toti ſimilis , ſed in eo ad quod confer-
tur vt ibi dicit glo.iiij.in fi.& notat.idẽ Ioan.And.in
c.eũ qui.illo eod.tit.lib.vj& Bal.in l. curatoris. C. de
nego.geſt.ad quod facit glo.elegans.in ca.ſi ſacerdos
peccauerit.§.Deus quis ſimilis erit tibi.de pœn.diſt.
38 j.quæ ad propoſitũ dicit,ꝙ † triplex eſt imago ſeu ſi-
militudo.Prima eſt identitatis,ſecundum quam ſolus
Dei filius ſimilis eſt patri,id eſt idem cum patre,ſci-
licet per naturam & eſſentiã.Secunda eſt imitationis,
ſecundum quam dicitur ꝙ magna nauis eſt imago ali
cuius domus. Tertia eſt ſimilitudinis expreſſæ, vt ſi-
gillũ in cera. De his identitate & ſimilitudine videa-
tis Iaſo.pulchrè loquentem in d.l.qui liberis. & Feli.
in c.capitulum.ij.colũ.de reſcrip.Cui autem incũbat
onus probandi an alleganti ſimilitudinem , an illam
negãti,videatis Bal.ſ.in prooemio,Rex pacific⁹.xiiij.
colum.Tertiò hæc identitas patris & filij.demonſtra
tur iure iſto canonico , per tex. not. in c. contradici-
mus. §.hac authoritate.ibi , cùm vna caro probentur



pater & filius. xxxv. q.iij. Quartò hoc probatur iure
ciuili,per tex.in d.l.fin.C.de impub.& aliis ſubſtit. &
per plura alia exempla legalia.Nã videmus, ꝙ ſi vna
actio putà ex teſtamẽto transfundatur in aliam , ſci-
licet ex ſtipulatu per ſtipulationem animo nouandi
factam.ſecundũ ea quæ habentur in §.præterea.inſti.
quib.mod.tolli.obli.licet prima extinguatur, non ta-
men cẽſetur extincta, ex quo ſupereſt alia loco ipſi⁹
ſurrogata,in quam fuit ſubſtantia primæ tranſmiſſæ.
Ita ꝙ non eſſet falſum dicere,ꝙ illud debitum noua-
tum ſit debitum ex teſtamento,licet actione ex teſta-
mento non debeatur.l.non filius.§.hęres meus.ff.de
leg.ij.quia nõ titulus actionis,ſed originalis cauſa eſt
inſpicienda.l.tutor.ff.de fideiuſ.& l.qui id quod.ff.de
39 dona. † Et ad hoc, ꝙ aliquid dicatur verum , ſufficit
ꝙ habeat aliq̃d veritatis admixtũ.l.quid tamen. ff. de
40 contrahen.empt.†Et ad hoc,quòd aliquid dicatur ex
tare,ſufficit quòd aliquid quantũcunq; modicũ de il-
lo extet.l.domũ.verſ.ſi verò.illo eod.tit.& l. ſi cui v-
ſusfructus inſulæ.ff.de vſufr.Ex quibus ſequiĩ , quòd
pater non dicitur mortuus,vel deſiiſſe ſtare, dum ſu-
pereſt filius. Similiter filius non dicitur mortuus , ex
quo ſupereſt nepos ex eo , in quem transfuſa fuit ſui
patris ſubſtantia,quæ erat vna & eadem cum ſubſtan
41 tia aui.†Nepos enim dicitur,quaſi natus ex auo & ex
proprio aui corpore. adeo illa cõditio ſi abſque filiis
deceſſerit, deficit ſi decedat relicto nepote ex filio de
functo,vt eſt caſus in l.Lucius. la ij.ff.de hære. inſtit.
facit l.j.C.de condi.inſer.& no. gl. in c.in præſentia.
42 de probat.†Hæc omnia de identitate patris & filij ꝓ-
bantur per tex.meliorem de iure in l.liberorum. ff.de
verb.ſig.facit l.ſcripto.ff. vnde liberi. Præterea vide-
mus,quòd ſi hæreditas deferaĩ primogenito ex con-
ſuetudine patriæ,nepos ex filio primogenito præfer-
tur patruo ſuo,quia cẽſeĩ primogenitus:cũ ſit ſubſtã-
tia patris ſui mortui , vt elegẽter poſt longã diſputa-
tionem decidit Bal.in l.cum antiquioribus. C.de iure
delib.Pañ.in c.licet.de voto & voti redempt.& in ſe-
cunda parte cõſi.iij. col.iiij.& idem in feudo trãſuer-
ſali.Nã mortuo vaſallo ſine deſcẽdentibus & aſcen-
dentibus , ſuperſtitibus fratre & nepote ex primoge-
nito fratre mortuo, ille nepos excludet patruum , &
ei præfertur in feudo ſui patrui mortui , de quo plenè
dixi ſuper verbo , *In eodem teſtamento relinquẽs*. xviij.
limita.& videre poteſtis Franc.Aret.conſi.clxiiij.vbi
tangit,an poſsint parentes pacto nepoti præiudicare
illud ius prælatiõis ei tollẽdo.ad prędicta facit quod
deciditur in l.cùm legitimæ.ff.de ſtatu ho.& in l.j. &
l. aſſumptio.ff.ad municipa. vbi dicitur. inde oriun-
dus filius, vnde eſt pater,ita ꝙ patria ſeu patris ciui-
tas dicitur eſſe origo filij. Ex quo elegãter infert Bal.
in c.quia propter.vij.col.de elect.ꝙ q̃a Deus æternus
eſt pater noſter,ita paradiſus eſt naturalis patria no-
ſtra, cùm patriã patris filius ſequatur de neceſsitate
ad quam cũ ſorde nemo perducitur catholicè Deum
obſecrans,vt qui ſolus poteſt lauet nos:quia putredo
paradiſum non ingreditur , quia habitatio patris ha-
bitatio filij dicitur, vt idem dicit Bal.in l.illud.C.cõ-
43 munia de manu. Præterea facit, † quia æſtimum pa-
tris filio prodeſt etiam patre viuẽte,quia cẽſetur æſti
mum filij,ſecundum gl.in l.ij.C. qui ætate ſe excuſãt.
lib.x.per quam dicit Bal.in l.j.§.illud.C. cõmunia de
44 ſucce.†quòd habitatio patris cẽſetur habitatio filij.&
Bar.in l.j.§.domini.ff.ad Silleia. dicit quòd libra ſeu
cataſtrũ patris ꝓdeſt filio in poteſtate vel emancipa-
to,ſed nõ aliis de familia. Nec mirũ, quia quod vnus
habet,alter videtur habere.l.cùm ſcimus. C.de agric.

& cenſi.lib.xj.& quod vni placet alteri placere vide-
tur,l.ſi operarum.ff.de oper.liber. Circa quod videa-
tis Bal.in l.etiã.C.de execu.rei iudi.& in l.j. §. illud.
C.cõmu.de manu.& in l.ij.ad fin.C.de lib.& eor.lib.
& in c.fili. de capit. qui curi.vend. Ideo dicebat idem
Bal.in l.ij.in fin.C.de ſuis & legit.hære.ꝙ illud quod
filius poſsidet,pater videtur poſsidere,& econtra.idẽ
45 Bal.in l.prætor.§.ſed & fili⁹.ff.de edẽ.dicit,†ꝙ libra
& æſtimum patris prodeſt filio, quãuis ſeorſum à pa-
tre habitanti, alleg.gloſ.in d.l.ij. quam dicit non eſſe
alibi de quo per Ang.in dicta l.fin.C.de impu.& aliis
ſubſtit.& Bald.in d.l.j.§.domini.ff.ad Silleia.etiam ſi
eſſent plures filij:putà mille, omnib⁹ & cuilibet pro-
deſſet inſolidum, quandiu pater viueret, ſecundum
Bal.ſingu.in c.quæ in eccleſiarũ.in fin.de cõſti. vnde
non abs re dicit glo.in §.ſancimus.in Auth.vt oblig.
res minorum. ꝙ ſi pater fuit debitor: ergo ſuus filius
eſt debitor,quam glo.commẽdat Bal. vt ſingularem
in l.apud hoſtes.C.de ſuis.& legit.hære.quæ qualiter
intelligatur infrà dicetur.Ad quod facit, quod voluit
Apoſto.ad Galat.iiij. ibi,eſt filius:ergo hæres.Pro cõ
mendatione dictæ gloſ. videatis Iaſo.in l.filius. C.de
pactis.& in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogã.Sanè tamẽ
intelligatis, ꝙ ſi pater fuit debitor, filius ſuus hæres
etiam cenſetur eſſe debitor,ſcilicet ciuilis,non autem
46 criminalis. C. ne filius pro patre. per totum. † Non
enim tenetur pater pro delicto filij,ſicut nec filius ꝑ
delicto patris,vt ibi.Quod eſt verum, ſcilicet ꝙ filius
non tenetur pro delicto patris actuali. & ratio eſt, qa
homo generat ſibi idem in ſpecie, non autem ſecun-
dum indiuiduum,vt vidiſtis.ideo ea quæ directè per-
tinent ad indiuiduum (qualia ſunt perſonales actus,
& quæ ad eos pertinent, ſicut ſunt peccata actualia)
non traducũtur à parentibus in filios.Non enim grã-
maticus traducit in filium ſcientiã grãmaticæ, quam
proprio ſtudio acquiſiuit,ſecundum Bal. in dicta l.ſi
quidem.in fin.C.de except. ſic nec traducit peccatum
actuale ſui volũtate cõtractum. Quia licet peccatum
patris aggrauet delictum filij delinquentis, cùm de-
linquendo ſit imitator delicti paterni. l.ſi cohortalis.
ibi,cui maiorum ſuorũ exẽpla præiudicant. C.de co-
horta.lib.xij.& decidit pulchrè Bal.in c.niſi cùm pri-
dem.vij.col.per illum text.de renuntiat. Tamen vbi
filius non deliquit, delictum patris in eum nõ tradu-
citur, vt ex eo puniatur. C. ne filius pro patre per to-
tũ.Facit quod dicam j. in materia tranſmiſſionis, ꝙ
conſcientia patris non trãſmittitur ad filios hæredes.
Inde dicit Bal. in d.c.quæ in eccleſiarũ.de cõſti.ꝙ ſi
filius propter delictũ mutauit parochiã, tamen pater
eam non cenſetur mutaſſe, cùm pœnæ ſolis ſint delin
quentibus affixæ.l.ſancimus.C. de pœnis.ſed ea quæ
pertinent ad naturam ſpeciei traducuntur à parenti-
bus in filios: ideo culpa originalis traducitur ad oẽs
illos, qui mouẽtur ab Adam motione generationis.
Talia enim peccata deriuantur in poſteros etiã non
obſtante baptiſmo parẽtum, per quod deletur origi-
nale peccatũ:quia licet per baptiſmum auferatur rea-
tus inquãtum anima recuperat gratiam quo ad men-
tem,tamẽ remanet quantum ad fomitem,qui eſt inor
dinatio partium inferiorum animæ ipſius corporis,
ſecundum quod homo generat,& non ſecundũ men-
tem,& inde eſt ꝙ parentes, licet baptizati, traducunt
☞ peccatum originale in poſteros. [Nam peccatũ ori-
ginale eſt in ſemine,ſecundũ Bal.in c. cùm in cũctis.
iij.col. de elect. videatis Lyram ad Roma.v.in fin.Si-
militer ſicut Adam fuit prohibitus comedere de po-
mo, cenſebantur etiam eadem lege prohibiti omnes
ſui in infinitum poſteri. quia prohibitio fuit Adæ fa
cta,in qua tota humanæ naturæ maſſa tunc conſiſte-
bat: & ſic omnes ligabat, adeo ꝙ ſi Adam ante pec-
catũ in paradiſo filios genuiſſet,ſub pœna mortis eã-
dem lege legati fuiſſent. Vide Bal.ſupra in procemio
c.Rex pacificus.x.col.]Parentes enim non eos gene-
rant,inquantum ſunt renouati per baptiſmum,ſed in-
quantũ aliquid retinent adhuc de vetuſtate primi pec
cati,vt poſteri cum Pſalmiſta dicãt Pſal.l. Ecce enim
in iniquitatibus conceptus ſum.& in peccatis conce-
pit me mater mea.ob quod dicit Greg. ille magnus.li
bro xij.Moralium.c.xvj. in fine.Primam quippe viro
iniuſtitiam mulier propinauit in paradiſo,quomodo
ergo iuſtus apparebit,qui de illa natus eſt, quæ iniu-
ſtitiæ propinatrix extitit, &c. Similiter à voluntate
animæ per motionem membrorũ traducitur peccatũ
actuale ad omnia membra, quæ nata ſunt moueri à
voluntate peccantis. Inde eſt, ꝙ pro quolibet pecca-
to putà blaſphemiæ cuncta peccantis alia membra
vltra linguam quæ peccauit torquebuntur:ſed in po-
ſteros deſcendentes liberos non deriuãtur, qui volun
tate parentis peccantis non mouentur,ſecundũ Tho.
in j.parte.ij.q.lxxxj.ij. iij. & iiij.arti. & Ioã.Fab.in §.
ſufficit.inſti.de inge. Ad hoc faciũt ea quæ habuiſtis
in verbo, *Raynutius de Clera.* in princi. quæ omnino
videatis.Et inde eſt, ꝙ bonus pater aliquãdo impium
& peruerſum generat filium & econtra.Et ſi aliquan-
do bonitas vel malitia per aliquos gradus cõtinuata
fuerit,vix longè durat quin interrumpatur,quia nihil
natura fert,quod temporis acceſſu à ſtirpe non dege-
neret. Reſtat ergo, ꝙ poſtquam filius in corpore eſt
idem cum patre, quandiu manet in patris poteſtate,
ſequitur ꝙ donum bonorum paternorum poſt patris
obitũ cõtinuatur ipſo iure in filium,taliter quòd nul-
la videt̃ ſibi de nouo acquiſita hæreditas, quaſi olim
patre adhuc viuente dominus eſſet.Et quomodo do-
minus exiſtimaretur iure ſuitatis hoc operante. quod
non extinguitur in filio etiam per ingreſſum religio-
nis,vt eſt caſus in l.fi. C.de epiſ. & cler. & dixi plenè
ſuprà in ij.caſu fallentiæ.& cõſuluit Paul. conſil. j.in
fin.Vnde filius, viuo patre filiusfamiliâs appellatur,
ſola hac nota adiecta, per quam diſtinguitur à geni-
tore ille,qui genitus eſt,non quòd differẽtiã denotet
perſonarum in ſubſtantia,ita quòd poſt mortẽ patris
nõ videtur hæreditatem percipere filius,ſed magis vi
detur ſimplicem, & nudam bonorum adminiſtratio-
nẽ cõſequi. Quinimò dicit gl.ſing.in l.cũ hæreditas.
47 C.depoſiti.†.ꝙ vbi eſt ſuus,nõ eſt dare hæreditatẽ ia
centẽ:neq; inſtãs in quo filius nõ ſit hæres patris cùm
eo viuente eſſet iam dñs,quod aliud nõ ſonat, niſi ꝙ
mortuo patre filius nãciſcit̃ ſolã & nudã adminiſtra-
tionẽ paternæ hær.ita pulchrè dicit tex. in d.l.in ſuis.
ff.de lib.& poſth.Nõ dico tñ, ꝙ viuẽte patre filius ſit
propriè dñs, ſed impropriè, ꝓpter ſpeciẽ ſuccedẽdi
48 quam habet in bonis patris.†propter quam filius re-
gis etiã in vita patris vocat̃ rex, licet regnũ nõ habeat
in ſui diſpoſititione,nec adminiſtratiõe,ſecundũ glo.
in c.Adrianus. ſuper verbo, Auguſtos.xiij. diſt.vbi fi-
lij imperatoris vocantur viuo patre Auguſti. facit c.
ſi.xxiiij. q. j.& plenè dixi ſuper verbo, *In eodem teſta-
mento relinquens.* in xviij. limita. tractando materiam
primogenituræ. Facit etiã ad hoc qđ dixit de Adria-
no imperatore in verbo, *Condidit.* j. circa finem. Quæ
omnia præſtãt argumentum pro nobilibus huius pa-
triæ,qui etiam in vita patris vocãtur domini domus,
ac ſi de præſenti eſſent. Quorum loquendi vſus alia
non eſt ratio,niſi ſpes ſucceſsionis paternæ, propter
quam



quam quodammodo dicuntur domini. vt d.l.in ſuis.
49 Vbi† ponitur dictio quodammodo,quæ quandã de-
notat improprietatẽ.Quę quidẽ improprietas locum
nõ habet in rebus,qua primogenito ex cõſue. patriæ
50 deferũtur,prout eſt regnũ Franciæ.† Quoniã in illo
etiã viuente adhuc patre filius primogenitus propriè
& verè dicitur dñs, cũ de illo regno pater diſponere
nõ poſsit in preiudiciũ:imò nec in fauorẽ filij, aliter
quàm conſue.diſponat:vt in propriis terminis ſingu.
determinat Ioan.de terra rubea in lib.qui intitulatur
vinea eccleſiæ tract.iij.art.j.cõcluſiõe xviij.cũ ſeq.&
arti.ij.cõcluſione x.Eo enim caſu totũ regnũ eſt legi
tima primogeniti,in qua pater nõ poſſet eum graua-
re.l.qm̃ in prioribus.C.de inoffi.teſta.quia filius eam
non habet beneficio patris,ſed legis ſiue cõſue.ſecun
dũ Dy.in c.indultũ.de reg.iur.lib.vj.de quo plenè vi
deatis in d.xviij.limita.in prin.ſed in bonis patrimo-
nialibus primogenito ex cõſue.nõ affectis, in quibus
pater quandiu viuit plenã habet diſpoſitionẽ,& alie-
nandi facultatem,filius viuo patre dicitur impropriè
dñs.& in iſtis loquitur tex.in d.l.in ſuis.dũ dicit quo-
51 dãmodo. Ex†quibus omnibus ſequit̃.ꝙ licet in alio
hærede quàm ſuo filio hæreditas ſibi obueniẽs dicat̃
titulus lucratiuus,ſecũdum gl.in l.ſi duo.ff.de acq.hę
re.& l.j.C.de imponẽ.lucrati.deſcripti.lib.x. quãuis
hæretitas cõtineat tã debita q̃ credita.l. hæreditas.&
l.nihil aliud.ff.de verb.ſigni.Attamen in filio & cæte
ris ſuis hæredibus nõ dicitur titulus lucratiuus,ſed di
citur ſolùm cõtinuari in eum donũ paternæ hæredi-
tatis ſibi iure naturæ debitæ.l.cùm ratio.in prin.ff.de
bo.dãna.& l.ſcripto.ff.vnde libe.no.gl.Bar.& Bal.in
l.iiij.C.de iur.& facti ign. Ex quo iuſtè deciditur per
gl.Panor.& doc.ſuper verbo, Quaſi de lucro.in c.pa
ſtoralis.de deci.ꝙ fili⁹ de paterna hæreditate ſibi ob
uẽta tanquã de lucro,cùm nihil de alio lucretur, nõ
tenetur ſoluere decimã eccleſiæ de ſingulis lucris ac-
52 quiſitis debitã.Pariter decidit̃,†ꝙ ſi ex ciuitatis ſtatu
to de acquiſitione debeatur gabella, extraneus hæres
ad illam tenebitur, ſed non filius ſuus hæres per text.
not.in d.l.j.de imponẽ.lucrati.deſcriptio. vbi hoc te-
nẽt Bar.Bal.Ang.& Io.de Pla.dicẽtes idẽ eſſe ſi ecõ-
tra deſcendens ordine turbato hæredem reliquerit
aſcendentẽ,iuxta l.nam & ſi parentibus.ff.de inoff.te
ſta.Quoniã talis aſcendens ſuccedendo deſcendenti
nõ dicit̃ habere titulo lucratiuo,ſed ſibi debito. ideo
non ſoluet gabellam per tex.in d.l.nam & ſi parenti-
53 bus.† Nec etiam ſtatuto diſponẽte,ꝙ pro hæreditate
ſoluatur ſolidus pro libra, tenebitur filius pro pater-
na hæreditate aliquid ſoluere,cũ reſpectu ipſius non
dicatur propriè hæreditas:quia in ſuis locũ nõ habet
titulus pro hærede.l.nihil.C.de vſuca.pro hærede.ſe
cundũ Chriſto.Porcũ.in §.j.v.col.inſt.de hær.quali.
& differen.facit gl.quam habẽt aliqui in c.iij.de pœ-
nit.diſt.iiij.volẽs,ꝙ ieiuniũ filij liberat patrẽ obliga-
tum ad illud.Inde dicit Inno.in c.cùm locum.de ſpõ.
ꝙ ſi patri ſit violentia corporalis,& filius aliquid fe-
cit,vt liberet patrem,talis actus dicitur metu factus,
54 ac ſi violentia fuiſſet illata filio.hinc eſt,†ꝙ ſicut va-
ſallus non tenetur iuuare dominum contra ſeipſum
cùm illud nõ videatur cautum in promiſsione facta
domino,per glo.in c.petitio.de iure.& quę dicit Cy.
in l.cùm acutiſsimi.C.de fideicõ.Pariter non tenebi-
tur eũ iuuare contra proprium filium,ſecundum Bal.
in c.j.de noua forma inueſti.& in l.j.xxiij.q.ff.de rerũ
diui.& in l.vnica.§.ne autem.C.de cadu.tollẽ. Quia
pater & filius cẽſentur eadem caro, vt d.§.hac autho
ritate.xxxv.q.iij.& d.l.cùm ſcimus.C.de agri.& cẽſi.
ideo conſuluit dominus Marianus conſi.liij.inci.Ma
55 gnifice capitaneæ.†ꝙ non dicitur quis liberè relaxa-
ri,de carcere, quando cogitur filium relinquere pro
obſide.Similiter dicit Ludo.in l.j.ff.in ius vocati,vt
eant. ꝙ etiam vbi eſt in aliquo actu electa induſtria
perſonæ poteſt quis ſeruire per filium per caſum no.
in l.ſciendum.§.legati.ff.de leg.quem Feli.in c.affer-
te.de præſumptio.non credit ita extendendum.Pari-
ter deciditBal.in l.ea lege.C.de cõdictio.ob cauſam.
56 ꝙ† prohibitus alienare in potentiorem,poterit alie-
nare in filium,quãuis potentiorem per gloſ.in l.ſi ita
quis.§.ea lege.ff.de verbo.oblig.& dicit Bar.in l.infi-
57 ciando.in fin.ff.de fur.† ꝙ ſtatuto prohibitus inuita
re ad ſuas nuptias vltra duodecim fœminas,non po-
terit in ſuis & filij nuptiis eadem die celebrãdis inui-
tare vltra xij.mulieres.cùm non cenſeantur duæ, ſed
vnicæ nuptiæ.de quo tamen ibi per Ange.quia pater
& filius vna perſona cẽſentur per quãdam fictionem
ſecundum Panor.in c.conſuluit.de iure patron. hinc
dicebat Albericus in l.cum qui probabilem. C.de epi
ſcop.& cleri.ꝙ ſi filius verberat patrem,aut pater ſtu
prat filiam, nec ille filius, nec ille pater præſumitur.
Pro quo optimè facit text.in dicto capit.afferte.Nam
58 licet re vera ſint duę perſonę.& inde eſt†ꝙ pater pa
tronus poteſt filium, licet non ſeipſum, præſentare
ſecundũ gl.in d.c.conſuluit.tamen iuris fictione cen-
59 ſentur eadem perſona.† Et iſta fuit ratio fundamen-
talis quare iura voluerunt, ꝙ pater filium ſi ingratus
fuerit,nominatim in teſtamento exhæredaret, vel in
aliquo ipſum inſtitueret: quoniam ipſum exhæredan
do impedit continuationem dominij paternæ hære-
ditatis in ipſum. Quæ quidem continuatio ipſo iure
fieret propter patris & filij fictam idẽtitatem,ſi in te-
ſtamẽto patris præteriretur. Similiter pater cũ inſtit.
in legitima vel aliquo,quamuis minus legitima,impe
dit continuationem integrę hęreditatis,quatenus ex-
cedit legitimam,quia quo ad legitimam ineſt ipſo iu-
re repletio,ſi quid deſit.l.omnimodo.§.repletionem.
C.de inoffic.teſta.Ex hac enim continuatione hære-
ditatis de patre in filium dicunt legiſtæ,ꝙ filius mor-
tuo patre non propriè dicitur adire hæreditatem pa-
ternam,ſed dicitur illi ſe immiſcere: nec pariter dici-
60 tur eam repudiare,ſed ab ea abſtinere.† Nam adire,
& repudiare,eſt propriæ extraneorum,immiſcere ve
rò & abſtinere eſt ſuorum hæredum,ſecundum gloſ.
in rub.C.de repudi.vel abſti.hæredi. Quæ omnia fa-
61 ciunt pro opinione illorum qui dicũt,†quòd mortuo
emphyteuta filius eius non tenetur ſoluere domino
feudali directo acapita quæ debentur in mutatione
domini vel feudatarij pro renouatione:quia cũ pater
& filius ſint idem (vt dictum eſt) pater adhuc cenſe-
tur viuere in filio,vt dicta l.liberorum.ff. de verborũ
ſignificat. Præthereà patre inueſtito ſatis cenſetur eſſe
filius inueſtitus,vt videbitis infrà.Et hoc videtur ex-
preſsè in propriis terminis decidere Bald.in ca. quæ
in eccleſiarum. xvij.col.de cõſtit.verſic.extra quæro.
vbi dicit,ꝙ quando renouatio feudi fit in perſona fi-
liorũ & deſcendentium,ſolui non debet laudimium,
niſi feudum fuiſſet iam ad dominum reuerſum & in-
corporatum.Quia iſta non eſt noua acquiſitio,ſecun
dum Iaſo.poſt Sali.ibi in l.fina.xij.col.C.de iure em-
phyte.vbi in præceden.col.verſic.ij.iuxta proximam
quæſtionem tangit, ꝙ tales filij mortuo patre non te
nentur nouam inueſtituram petere à domino de em-
phyteuſi:ſecus de feudo: & ibi videatis per eũ .Idem
tenet Ioan.Berberij in ij.parte ſui viatorij vtriuſque
iuris,tit.de loca.& cõducto.paulò ante finem,verſ.

vltimò ad breuem notitiã. dicens filiũ vel alium de-
ſcendentẽ parenti ex teſtamento vel inteſtato ſucce-
dentem nõ teneri ſoluere laudimiũ de emphyteutica
hære.ſeu emphyteuſi hæreditaria. Quia nõ fit aliena-
tio in filiũ, ſed quædã continuatio per l.in ſuis. ſæpe
allegatã: quod extẽdit ad alios hæredes, qui ſunt quo-
dammodo ſui, prout ſunt omnes ab inteſta.ſucceden
tes.ꝑ l.hac cõſultiſſima.§.ſi quis autẽ. C.eo. Tamen
in hac patria ſeruatur contrarium, vbi patre mortuo
filij tenẽtur emphyteuſim à dño recognoſcere: qui li
cet nõ ſoluãt laudimia, ſoluũt tñ quædã acapita, ſecũ
62 dum quod fuit conuentũ aut conſuetũ. †Et iſtud ius
ſuitatis, quod filius eſt ipſo iure patris hęres, nullo tẽ
pore præſcribi poteſt. Nam licet iuri adeundi hære.
extraneo competẽti præſcribi poſſit. xxx. annis.l. li-
cet.C. de iure delibe. attamen exiſtentiæ ſui hæredis
nunq̃ præſcribitur, adeò ꝙ licet ſuus hæres differret
vltra xxx.annos ſe immiſcere paternæ hæreditati, ta-
men propter hoc facultatẽ ſe immiſcendi non perde-
ret, cùm incontinẽti patre mortuo cẽſeatur fuiſſe hæ-
res.l.j.§.q in poteſtate. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt.&
d.l.in ſuis.& ita videtur velle glo.Bal. & Ange.in l.j.
C.quãdo non peten.partes.licet idẽ Bal.Ang.& Pau.
in l.filio præterito. ff.de iniuſto rupt. teſta. dicant ius
immiſcẽdi ratione ſuitatis filio cõpetens non durare
niſi xxx.annis, & ita intelligitur tex. iuncta glo. in d.
l.licet.C.de iure delib. Tamẽ primum dictum de iure
eſt verius ſecundum Alex.in d.l.j.C. quando non pe
ten.partes.de quo plenius per eundẽ in l.iij.ff.de acq.
63 hære. †Nam beneficium abſtinendi à paterna hære-
dita.nihil operatur niſi in his, in quib⁹ eſt filio fauor,
ꝙ operetur. In aliis verò nõ habẽt in conſideratione.
l.ſi filius qui patri.ff.de vulg.& pup.ſubſti.ergo vide-
tur, ꝙ habeatur pro hærede incontinenti, quantũ ad
hoc, ꝙ non excludatur xxx. annis à facultate immi-
ſcendi.cùm habere poteſtatem immiſcẽdi ſine dubio
ſit fauor filio.fateor tamen, ꝙ ſi hæreditas patris poſ-
ſideretur per aliquos, & filius differret per xxx. an-
nos intentare contra hæreditatis poſſeſſores actionẽ
petitionis hæreditatis, tunc excluſus foret ab ea petẽ-
da, cùm tanto tempore tollatur illa actio, ſicut quæli-
bet alia perſonalis.l. hæreditatem. C.de peti. hæredi.
Vnde hoc caſu quo ad effectum differentia non eſſet
inter hæredem ſuum & extraneum, qui indubitanter
excluditur dicto tempore, vt d.l.licet ſuper quo Bal.
ibi prope fin.ſingulariter decidit, quẽ omnes moder-
ni ſequuntur, ꝙ licet filius à paterna ſucceſſione tũc
excludatur xxx.annis ex capite liberorũ, vt tanquam
de liberis amplius non audiatur, tamen lapſis dictis
xxx. annis audiretur veniens ex alio capite, ſcilicet
legitimorum infra alios xxx. annos, vt ſtatim infrà
plenè dicam tractando materiã tranſmiſſionis hære-
ditatis. Sed quãdo hæreditas nõ poſſidetur per alios,
eſt differentia. quia extraneus eam adire non poteſt,
poſt xxx.annos: ſed ſuus hæres bene poterit ſe immi-
ſcere etiam poſt illud tempus: quod verum intelliga-
tis, ſi fuit à patre hæres inſtitutus, aut ei ab inteſtato
64 ſucceſſit. †Quoniam ſi eſſet exhæredatus, deberet
ĩ.quinq; annos teſtamẽtum rũpere per querelã teſta-
menti inofficioſi.l.ſi quis filium.C.de inof.teſta.& l.
ij.C.de apoſtatis. Et idem eſſet ſecundũ aliquos, id eſt
eodem tempore quinque annorum excluderetur fili⁹
in aliquo modico inſtitutus à iure petendi ſupplemẽ-
tum legitimę, cùm hoc ius petendi ſupplementum ſit
ſurrogatum loco querelę inofficioſi teſtamenti, & ſic
eodem tempore debet intentari, ſecundum Bar.in d.
l.ſi quis filium.& conſil.xiiij. ſed in hoc non tenetur.

Quinimò concludũt oẽs Doc. ꝙ ſicut filius habet ius
petendi hæredi.patris per xxx. annos à poſſeſſoribus
hæreditariis, ſic etiã habet ius petendi ſupplemẽtum
legitimæ, quod petitur condictione ex l.omnimodo.
C.de inoffi.teſta.quæ condictio eſt actio perſonalis.
l.j.ff.de cõdictio.ex lege. Et ſic minori tẽpore xxx.an
norũ nõ pręſcribitur quàm cæteræ actiones perſona
les.l.ſicut.& l.omnes.C.de p̄ſcrip.xxx.vel xl.annorũ.
& ita in hoc puncto tenet Ange. in §.j.inſti.de inof.
teſta.& doct.in d.l.ſi quis filium. Et cõſuluit per plu
ra motiua Alex. in prima parte conſil. cxxviij. incip.
65 conſideratis verbis inſtrumẽti.iiij.col. †Subiungens
querelam inofficioſæ dona. quinquennio præſcribi,
ſicut querela inofficioſi teſtamenti. Si autem filius
eſſet in teſtamento patris præteritus, id eſt in aliquo
non inſtitutus, nec exhæredatus, tunc neceſſe habe-
ret etiam infra xxx. annos dicere teſtamentum patris
nullum: aliter poſtea non audiretur, cùm facultas di-
cendi teſtamentũ nullum amplius non duret, ſecun-
dum Bar.& doc.in d.l.filio præterito. ff.de iniuſto ru
pto teſta.& ita tenet Alex.in d.l.iij. ff.de acqui. hære.
& l.j.C.quãdo non petẽ.partes.& d.l.licet. C.de iure
66 delibe. †Cautè tamen intelligatis, cõtinuationẽ pa-
ternæ hæreditatis ipſo iure fieri de patre in filium re-
ſpectu dominij, vt dictum eſt: ſecus tamẽ eſt reſpectu
poſſeſſionis. Quia cùm viuente patre filius domum
& hæreditatem habitando eam non poſſideret, niſi
iure familiaritatis, quo pater nutrire filium & inter-
tenere tenetur & cogitur. l.qui iure familiaritatis. ff.
de acqui.poſſeſ.& l.ſi quis à liberis: & vtrobique Bar.
ff.de liber.agnoſcẽ.aliqua poſſeſſio poſt mortem pa-
tris dici non poteſt continuari in filiũ, cùm continua
tio præſupponat originationem & principiũ poſſi-
dendi, licet gloſ. & malè contrarium dixerit in l.cùm
miles. in princi.ff. ex quibus cau.maio. pro qua vide-
batur eſſe ibi text.& in l.ij. §. filium.ff. de vſuca.pro
emptore. vbi viuo patre naturalis poſſeſſio penes fi-
lium cẽſetur eſſe: & ſic patre mortuo cõiunctim tranſ
lata in filium, vt dicta l.cùm miles. niſi ſaluando glo.
diceremus, ꝙ loquitur de poſſeſſione interpretatiua
& intellectuali, ſecundum glo.in verbo, quodammo-
do.in d.l.in ſuis.ff.de liber.& poſthu. Secùs autem in
vera poſſeſſione & naturali, quam non habet filius
mortuo patre donec eam corporaliter apprehende-
rit. Ideo videmus ꝙ pro illa poſſeſſione apprehendẽ-
da competit filio remedium adipiſcendæ poſſeſſio-
nis.per l.fina.C.de edic.diui Adria.tol. Quod tamen
eſſet recuperandũ, ſi vera poſſeſſio de patre in filium
continuata fuiſſet. Licet enim ipſo iure alia iura tranſ
eant in filiũ, tamen poſſeſſio cùm ſit facti, niſi actua-
liter apprehẽdatur, nullatenus cõtinuatur nec tranſit
in filium hæredem ſuum, & minus in extraneum. l.
cùm hæredes. vbi Bart.ff.de acq.poſ.& eſt bona gl.in
67 l.ſi fratres.§.idem reſpondit.ff.pro ſocio. †Nam iu-
ra dicentia dominium certis caſibus acquiri ſine tra-
ditione, prout eſt in l.fin.C.de ſacroſan.eccl.non in-
cludũt, quòd propter hoc transferatur poſſeſſio ſine
actuali apprehẽſione, vt ibi plenè deciditur per doct.
& in d.l.cùm hæredes. Vnde per ſimplicem collatio-
nem beneficij, licet trãſferatur ius, non tamen poſſeſ-
ſio ſecundum Panor.in c.ex literis.de conſue.& in c.
authoritate.de inſtitu.& doct. in ca.ſi tibi abſenti. de
præb.lib.vj.videatis Bald.in l.j.in fin.C.de appel.vbi
expreſsè cõcludit de patre mortuo in filium non fie-
ri poſſeſſionis continuationem: quia continuatio hæ-
reditatis quæ fit de patre in filium, fit ex quadã fictio
ne, quæ vt dictum eſt, locum nõ habet in poſſeſſione
quæ



quæ eſt facti.l.deniq;.ff.ex quibus cauſ.maio.no.glo.
& doc.in c.cum noſtris.de cõceſ.pręb. Nec obſt.tex.
in d.l.cùm miles.& in d.l.ij.§.filiũ. Quia intelligitur
quo ad conditionem cõplendi vſucapionẽ inceptam
à patre vt ibi, quæ continuatur etiam per non poſſeſ-
ſorẽ, vt in ſimili deciditur in l.qui pignoris.ff.de acq.
poſſeſ. Imò etiam filius iacente adhuc paterna hære-
ditate, priuſquã ſe immiſcuerit, & quilibet hæres vſu
capionem à defuncto inceptam cõpleret, quę ei pro-
derit ſecuta deinde hæreditatis agnitione ſeu aditio-
ne, vt ibi. Aliter autẽ filius & minus hæres extraneus
ante realem poſſeſsionis adeptionem non eſt poſſeſ-
ſor, nec ſibi competunt remedia retinendæ aut recu-
perãdæ poſſeſſionis. cùm poſſeſſio vera etiam in ſuos
non cõtinuetur hæredes. Sanè tamen intelligatis illã
continuationem nihil operari reſpectu poſſeſſionis
68 bonorum allodialium id eſt non feudaliũ. †Eſt enim
allodium res propria & libera. c. ij.ſi de feudo fuerit
contro.inter dominum & agna.de quo dicit Bal.in l.
penul.C.de inge.& manumiſ. ꝙ allodiũ eſt dominiũ
directum & vtile ſub alio non conſtitutum. Et in d.c.
ij.dicit ꝙ allodium dicitur proprietas quæ à nullo re-
cognoſcitur, & in l.ſi familiæ.ff.fami.erciſc. poſt glo.
ibi dicit idem Bald. ꝙ illa bona dicuntur haberi iure
allodij.quæ habẽtur iure plenæ proprietatis.quæ qui-
dem plena proprietas licet rei denotet libertatẽ, non
tamen alterius excludit ſuperioritatẽ reſpectu iuriſ-
dictionis.c.j.§.fin.de pace iura.firman.qui hodie cor
ruptè ſituatur ſub titulo de allodiis.ita dicit Hoſtien.
in c.nimis.de iureiurã. quem refert & ſequitur Iaſon
in præludiis feudorum.xlj. col. in fine. & dixi in ver-
bo, *Et vxorem nomine Adel.* in ij.deciſione primi arti-
culi. In his ergo bonis allodialibus continuatio pater
næ hæreditatis de patre in filium nihil operatur quo
69 ad poſſeſſionem. †Secus autem eſſet in poſſeſſione
bonorum feudaliũ. Nam licet poſſeſſio non conſue-
uerit tranſmitti ad ſuum hæredem, niſi vt ſuprà dixi,
vt d.l. cùm miles. Tamen in feudis, quia filius viuo
patre intelligitur vaſallus: imò dicit Bald.in Authen.
defuncto.C.ad Tertyl. ꝙ feudum in perſona patris &
filij eſt vnum & idem numero: & ſic filius iam vide-
tur viuo patre inueſtitus: ac etiam intelligitur poſ-
ſidere: continuantur in eum dominium & poſſeſſio
ſine alia inueſtitura, vt not.in c.j.de feud.cogn.adeo
quòd viuo patre nõ deeſt filio ius in dominio & poſ-
ſeſſione, ſed ſola adminiſtratio. ita ſingulariter dicit
Bar.in l.cum antiquioribus.ver. decimò ſic licet poſ-
ſeſſio &c.C.de iure deliber. Quod dictum magni fa-
cit & reputat mirabile Iaſon in l.quoties.C.de rei vẽ-
dica.dicens hoc alibi nunquam legiſſe. Cui opinioni
conſonat conſuetudo & ſtylus Franciæ ſecundum
quod refert magiſter Guliel. de Brolhio. ſtyli curiæ
parlamẽti tranſcriptor.in tit.de feud.§.item.de con-
ſuetudine.cum §.ſeq. vbi dicit, ꝙ proximior cõſan-
guineus mortuo vaſallo ab inteſtato eoipſo efficitur
verus poſſeſſor feudi, ꝙ intrare poteſt abſque alia do
mini inueſtitura, quam prius petere non tenetur: ſed
ſine illa tenere poterit feudum etiam vltra decem an-
nos, & donec de iuramẽto, & homagio per dominũ
requiratur. Quod facit pro his quæ ſuprà dixi, quòd
mortuo patre nõ habet neceſſe fili⁹ ſecundũ aliquos
petere inueſtituram à domino directo, nec ei ſoluere
acapita, cùm perſona feudatarij non cenſeatur muta-
ta. Sed aduertatis, quia licet hanc limitationẽ poſue-
rit Bal.vbi ſuprà, ſcilicet ꝙ in feudis fiat ipſo iure cõ-
tinuatio poſſeſſionis de patre in filium: tamen idem
Bal.in c.j.vlt.col.in ti.an mutus vel imperfec. videtur
contrarium cõcludere, & fortè melius ſecũdum Iaſo.
in l.ſi ſororem.C.de iure delib.in fi. & ſiue bona.ſint
allodialia, ſiue feudalia, licet dominium paternæ hæ-
reditatis continuetur in filium, non tamen continua-
bitur poſſeſſio, niſi verè apprehendatur aut fictè, vt
70 dictum eſt. Vos autem dicatis, † ꝙ per mortem va-
ſalli non cenſetur hæres de feudo ſayſitus contra do-
minum feudi, nec in eius præiudiciũ, donec per eum
fuerit inueſtitus. Imò cùm per mortem vaſalli cẽſea-
tur vtile dominium, quaſi cum directo cõſolidatum;
dominus ante inueſtiturã hæredis capere poteſt feu-
dum ad manum ſuam, & interdum facit fructus ſuos
donec petita inueſtitura. Aliquando verò facit eos
ſuos pro primo anno, & interdum pro tãto tempore
quanto negligens fuit requirere dominum, & petere
inueſtituram, ſecundum diuerſas regionum conſue-
tudines. Nec poſſet contra dominum ante inueſtitu-
ram aliquod intentari remedium poſſeſſorium, cùm
poſſeſſor non ſit donec inueſtitus fuerit, & idem in
emphyteuta ſecundum Bald.in c.ſi facta. in titu.ſi de
feud.fuerit contro. Tamen contra quemlibet alium
extraneum filius & hęres vaſalli ex morte ipſius cen-
ſetur ſayſitus: adeo ꝙ ſi ante inueſtituram turbaretur
per extraneũ, aut ſpoliaretur, certè cõpeteret ei reme
dium poſſeſſoriũ. & ſic intelligendo Bal.non eſt ſibi
cõtrarius. Vel dicatis, ꝙ opi.Bal.tit.an mutus vel im-
perfectus locum habere poſſet in ſucceſſore ſingula-
ri, qui fortè ex donatione vel legato, aut quia in teſtã
mento fuit hæres inſtitutus, qui ſine domini inueſti-
tura effici non poteſt poſſeſſor per conſue.regni. Sed
prima eius opinio locum habere poſſet in vniuerſali
ſucceſſore ab inteſtato, de quo loquitur etiam ſtylus
curiæ parlamenti, & ſic Bal. non eſſet ſibi contrarius.
Nam ita etiã interpretatur dictam conſue. generalẽ,
magnus ille conſuetudinarius Maſuerus tit.de feu. §.
item ſucceſſor ſingularis.cum §.ſeq.& in tit. de poſſ.
§.item hæres qui ſuccedit ab inteſta. volens hęredem
teſtamentarium aut ſingularẽ ſucceſſorẽ fore vi con-
ſuetudinis ſayſitos cõtra omnes, præterquam contra
dominum in præiudiciũ ſuorũ iurium in vaſalli mu-
tatione ei debitorũ. Sed ſucceſſor ab inteſt.iure pro-
ximitatis eoipſo ſayſitus eſt etiam contra dominum.
& ita dicit ibi ſeruari ex generali conſue. Franciæ, ſe-
cundum quam feuda ſicut allodia cõceduntur, & va-
ſalli inueſtiũtur pro ſe & hæredibus ordine ſucceden
tibus, prout nũc videbitis, & tetigi in verbo, *& vxo-
rem nomine Adel.* in v. arti. præterea & ij.intelligatis
hoc verum, ſcilicet in filium non fieri poſſeſſionis hę-
reditatis paternæ continuationem de iure communi.
71 †Secus autem eſſet, ſi ſtatuto aut conſuetudine patriæ
caueretur, ꝙ poſt mortẽ defuncti poſſeſſio fingatur
cõtinuata in hæredẽ, ſicut eſt in præſenti regno Fran
ciæ, in quo ex generali conſue.mortuus ſayſit viuum
proximiorẽ linageriũ. Quoniam tunc mortuo patre
poſſeſſio hæreditatis allodialis aut feudalis vel em-
phyteuticarię tranſiret ipſo iure, ſeu cõtinuaretur in
filiũ. Idem in quẽlibet alium hæredẽ, licet extraneũ;
vbi hoc haberet conſuetudo quæ valet. Quia poteſt
lex, aut conſue. diſponere ꝙ in aliũ transferatur, ne-
dum dominiũ, ſeũ etiã poſſeſſio abſq; aliqua corpora
li apprehẽſione, vt d.c.ex literis.& ibi Pañ.de conſue.
& Io.Fab.in d.§.ſui.inſtit.de hære.quali.& differ.ve-
runtamen in d.c.ex literis. interuenit certum ſignum
ſcilicet ponendo modicũ terræ ad altare.& Ruth.iiij.
cap. Homo volens ius ſuum trãſferre in alium, ſolue-
bat calciamentum ſuum, quod dabat propinquo ſuo:
& hoc erat ſignum ceſſionis in Iſraël, ſicut de tradi-

tione anuli habetur in cap. ex ore. de his quæ fiunt à
prælat.ſine conſen. capituli, & de traditione inſtru-
menti in l.j.C.de don.& de traditione clauiũ in l.cla
uibus.ff.de acq.poſ.aut de traditione alterius rei,vt l.
prædia.eod.tit.vel retentione.vt l.quiſquis. C. de bo.
Vnde per illos tex.iuſtificari non valet conſue.Fran-
ciæ,qua mortu⁹ ſayſit viuũ ipſo facto ſine aliquo ho-
minis,rei aut ſigni miniſterio. Propter quod Bal.in l.
j.C.cõmunia de leg.in prin.& in l.licet. C. de acqui.
poſ.dicit ſtatuto aut cõſue.introduci nõ poſſe,ꝙ poſ-
ſeſsio tráſferatᷣ ſine aliquo actu corporali ſaltẽ ficto,
ſicut fiebat in d.c.in literis. & aliis iuribus ſuprà alle-
72 gatis.†Sed ſalua eius reuerentia inaduertenter locu-
t⁹ eſt:quia imò poteſt ſine aliquo actu vero vel ficto
hoc fieri ipſo iure,vt eſt caſus ſingularis & melior de
iure in l.raptores. in fine. ibi pleniſsima poſſeſsio. C.
de epiſcop.& cleri.quem ibi Barto. ad hoc ponderat
dicens ex iuris diſpoſitione,aut vi conſuetudinis,ſine
aliquo actu etiam ficto, poſſeſsionem transferri poſ-
ſe veram & pleniſsimã,ſcilicet naturalẽ & ciuilẽ:quã
opinionem per illum text. ſequitur ipſemet Bald.in l.
fi.C.de ſacroſan.eccle. & idem Bal. in rubr. de con-
tentio. inter maſculum & fœminam. in vſibus feud.
& in c.contingit.per illum tex. ibi,verus poſſeſſor.de
dol. & cont. vbi dicit eſſe mirabile, ꝙ vera poſſeſsio
quæratur ſine actu corporeo. Sed illud ideo eſt ſe-
cundum eum,quia canon hoc facit fingens actũ cor-
poreum in poſſeſsione cõtinuatũ: & ſi lex ſcripta aut
canon hoc poteſt, & ita conſuetudo quæ legem imi-
tatur,inſti. de iure naturali.§.ex non ſcripto.& ita e-
tiam tenet Barbatias in rub de cau.poſ.& prop.& A-
lex.in l.j.§.j.xxviij.col.& d.l.cùm hæredes.ff.de acq.
poſ.& Iaſ.in d.l.j.C.cõmunia de lega.dicens ita oẽs
tenere cõtra Bal.ibi, cõtra quem etiã tenuit Alex. in
iij.parte conſi.xxiiij.incip.attentis his quæ in themate
narrãtur.Et hanc poſſeſsionem legis diſpoſitione vel
cõſuetudinis ſine actu corporali tranſlatam ipſe Bal.
in d.l.fin.de ſacroſanc.eccle.appellat poſſeſsionẽ ciui
liſsimã.Et cum hac opinione tranſit Ange.in l.j.ff.de
diſtractio.pig. Prætereà hanc poſſeſsionem ciuiliſsi-
mam idem Bald.in rubr.de cau.poſ.& proprie vocat
artificialem,quia iuris aut conſue.artificio fuit indu-
cta.quod fieri poteſt, vt d. l. raptores. & ita expreſsè
tenet Ang.in l. qui vniuerſas.§.j.ff. de acqui.poſ. vbi
Imol.& fuit de mente Cyn.& Bal. in l. ea lege. C. de
condi.ob cauſam.& Bal.in l.traditionibus.C.de pac.
Et quæ eſt in tali poſſeſsione ficta eſt in vera l. apud
Iulianum.§. j. ff. ad Tertyl. Et taliter mortuus ſayſit
viuum,ꝙ non obſtante aliqua clauſula huic conſue-
tudini arrogatoria in teſtamento etiã cum adiectio-
ne pœnæ per teſtatorẽ appoſita eſt ſayſitus de omni-
bus bonis ipſius defuncti: cùm dicta conſuetudo ha-
beatur pro lege,ſecundũ Io. Fab.in §. alteri. inſtitu.
de inuti.ſtipu.iij.col.facit l. nemo.ff.de legat.j.& talis
conſuetudo ſayſit viuum,ſi habilis ſit ad ſuccedendũ:
quia aliâs ſayſiret in gradu ſequẽtem. l. ſi qua pœna.
ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.ſecundum Bal.in d.c.
item cùm quis.& in dicta rub.de cauſa.poſ.& propr.
vbi Barbatias in repetitione. Nam beneficia legũ ca-
pacibus ſcripta ſunt,non autem odioſis & incapaci-
bus.l.Lucia.§.Lucius Titius.ff.de leg.ij.& idem eſſet
in filia quæ bonis paternis renuntiauit, vel ſtatuto
ſtante maſculo excluſa eſt, vt plenè in verbo, *Duas
habens filias*. Et ſayſit talis cõſuetudo tam illos de re-
cta linea, quàm tranſuerſali in bonis mobilibus & im
mobilibus,etiam hæredes epiſcoporũ qui ex conſue-
tudine Franciæ de bonis diſponũt,& ab inteſtato eis
ſucceditur,vt ſentit Io.Fab.in §. ſi viuo.inſtit.de rerũ
diuiſ. Vnum tamen non omitto:ꝙ dicta conſuetudo
Franciæ qua mortuus ſayſit viuum hæredem, opera-
tur ſuum effectum, niſi incontinenti mortuo teſtato-
re poſſeſſio hæreditatis fuiſſet per alium apprehenſa.
Quo caſu poſſeſſio in hæredem non continuaretur,
ſecundũ Rapha.ſingulariter in l.Pomponius.§. quæ-
ſitum.ff.de acquir.poſ.per illum tex.quem refert,licet
non firmet Alex.in d.l. cùm hæredes.in princip. Sed
poſtea hanc limitationem firmauit in ij. parte, conſi.
lxxxij.inci.ꝓſpectis his quę in themate.&cõſ.lxxxiij.
incip.viſa facti narratione.ij.col.& eſt glo. in verbo,
quaſi coniunctim , in d.l.cùm miles.ff.ex quibus cau.
maie.quam ſequitur Iaſ.in d.l.ſororem.C.de iure de-
liber. dicens hoc eſſe tenendum menti pro excluſio-
ne dictæ conſuetudinis vel ſtatuti.Et verè menti eſſet
tenẽdum,ſi eſſet verum,prout non credo. Quinimò
ſtante dicta conſuetudine eo momento quo teſtator
aut parẽs ab inteſtato moritur, poſſeſſio in hæredem
continuatur, dilabitur, & trãſfunditur , adeo quòd ſi
alius quàm feudi dominus poſſeſſionẽ occuparet, hæ
res etiam ante inueſtituram à domino obtentã inten-
tare poſſet remedium poſſeſſorium recuperãdæ poſ-
ſeſſionis,vel retinẽdę:poſito ꝙ ille eã occuparet pri⁹
quàm hæres eam actualiter apprehenderit poſt mor-
tem teſtatoris , vel eum poſſeſſionẽ actualiter appre-
hendere volentem prohiberet,impediret, aut repelle-
ret : & multo fortius ſi ſe poſſeſſorem diceret hæredi-
tatem occupando. Quoniam tunc hæres remedium
poſſeſsorium intentare poſset, cùm ſaltem ſit poſſeſ-
ſor ciuilis , quia ſpoliatur eo ipſo ꝙ repellitur.l. clam
poſſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.poſ.Et idem
ſi hæredem turbauerit , & inquietauerit, aliter ipſum
nõ ſpoliando: quoniam primo caſu intentare poterit
remedium ſtatuti querelæ de nouis diſsayſinis in pa-
tria iuris ſcripti, aut reintegrandæ : quo vt plurimum
vtimur in patria conſuetudinaria. Secũdo autem ca-
ſu,ſcilicet ſi turbetur,intentare poterit remedium que
rimoniæ, quod eſt retinendæ poſſeſſionis ſecundum
mores huius regni vbi dicta remedia practicãtur lo-
co interdictorũ vnde vi,& vti poſſidetis : & ita tenet
expreſsè Io.Fab.inſtit.de interdic. §. ſumma. dicens
ſtylum Franciæ in hoc excuſari poſſe ſecundũ quem
hæredes ſe dicũt ſayſitos & turbari in poſſeſſione , &
concludunt in caſu nouitatis,quanuis nõ fuerint ade-
pti realiter poſſeſſionem.& in §.retinendæ.eod.titu.
iij.col.ſic dicit, ꝙ licet quis agere hoc interdicto reti
nendæ non poſſit,niſi realem poſſeſſionem habuerit,
quanuis prædeceſſor vel autor ſuus habuiſſet : tñ hoc
non ſeruat curia Franciæ in ſuccedentibus vniuerſa
liter ratione ſanguinis, quos poſſeſſores ſine appręhẽ
ſione reputat.Idem tenet in §.ſui autẽ. inſti. de hære.
quali.& diffe. De his duobus remediis poſſeſſoriis &
eorũ practica in præſenti regno videatis plenè Guid.
Papæ.q.ccccclij. vbi dicit hæc duo remedia , ſcilicet
ſtatuti querelæ & querimoniæ in caſu ſayſinæ & no-
uitatis fuiſſe inuenta & cõdita per beatũ Ludo. Fran-
ciæ regẽ.Plus dicit quidã ſolennis doctor in practica
ſummè expertus,qui vtiliter per lv. quæſtiones com-
73 mẽtauit dictã legẽ regũ ſtatuti querelæ,cõcludẽs† in
Francia continuari poſſeſſionẽ ipſo iure de teſtatore
aut inteſtato decedente in hæredẽ vi dictæ conſuetu-
dinis , non facta differentia inter ſuos & extraneos
quantũ ad hoc. Et ſic maximè locũ habebit in ſuis &
neceſſariis hæredibus , quibus de iure magis fatetur,
ꝗ extraneis,vt d.§.ſui.& d.l.in ſuis.ita elegãter, ꝓut
præfatus doctor determinat Bald.in ca. itẽ cùm quis.




de reſti.ſpol. Videatis Io.Fab.in d.§.ſui.& ita vidi ſæ
pe practicari.licet Bal.in d.auth.defuncto.iij.q.in fin.
teneat contrariũ,dicens ꝙ talis ficta poſſeſsio parere
non poteſt interdictũ recuperãdæ,cùm pariat adipi
ſcendæ.Et ita etiã videtur pro Bal.in propriis termi-
nis conſuluiſſe Alexan.in j.parte conſi.xxxvij.incip.
in cauſa nota per Angel.iij.col.& de conſi. lxxxiij.ij.
partis.tamen ibi loquitur in fideicõ . nõ autem in ve-
ro & directo hærede : inter quos eſt,quo ad hoc,lata
differẽtia. Quia fideicõmiſſarius ante reſtitutionem
hæreditatis ſibi à directo hærede factã vel eius ſucceſ
ſore caret omni iure in hæreditate ſibi reſtituẽda:nec
ei competit aliquod ius in re , ſed ſimplex & nudum
ius ad rem, cùm ſolùm inſiſtere poſsit aduerſus dire-
ctum hæredem , vt ſibi reſtituatur hæreditas . iuxta l.
reſtituta.& l.cogi.ff.ad Trebelli. & vidiſtis in verbo,
*Si abſque liberis moreretur*. in materia fideicõmiſſariæ
74 ſubſti.†Fideicõmiſſarius enim ante reſtitutionẽ hęre
ditatis ſibi factã non eſt hæres,nec loco hæredis, nec
de per ſe auderet poſſeſsionem apprehẽdere hæredi-
tatis ſine periculo perditionis eiuſdem.l.Paulus.ff.ad
Trebel.& l.nõ eſt dubiũ.C.de leg. Cùm ergo nõ ſit
hæres,nec ius habeat in hæreditate, nõ poſſet cõſue-
tudo vel ſtatutũ poſſeſsionẽ in ipſum transferre , qui
nullum ius habet,cùm poſſeſsio præcedere nõ poſsit
ſuã cauſam.l.nunquã nuda.ff.de acq. rerum domi.nã
omne agens vt effectualiter agat,requirit patiens iam
diſpoſitum:iuxta illud Philoſoph. Actus actiuorum
ſunt in patiẽte bene diſpoſito:prout nõ eſt fideicom-
miſſarius ante reſtitutionem hæreditatis ſibi factam.
Et ita ſi bene intelligatur loquitur Alexand. in dictis
conſiliis.Et ſi Rapha.ita ſuam intellexiſſet limitatio-
nem(quam ſuprà retuli)ſuſtinendus eſſet.Nos autem
loquimur in hærede ſuo directo,qui ilico mortuo pa
tre efficitur ipſo iure hæres.Et ſic cùm ſit hæres , eſt
patiẽs diſpoſitum ad poſſeſsionem hæreditatis ſuſci-
piendam continuatam in ipſum vi dictæ conſuetudi-
nis,& idem in quocunq; hærede animũ adeundi hæ-
reditatẽ habente,qui cũ per animum adeũdi effectus
ſit hæres,vt plenè vidiſtis ſuprà, *Mortuo itaque teſta*. 75
j.eſt patiens diſpoſitum poſſeſsionis ſuſcipiendæ. Et
ſic in tales operatur conſuetudo,qui iam habent cau-
ſam poſsidendi , quam non habet fideicommiſſarius
ante hæreditatem ſibi reſtitutam,vt videtis. Adde ꝙ
curia parlamenti Toloſæ his diebus iudicauit , quòd
etiam in fideicõmiſſarium ante omnẽ reſtitutionem
per hæredem factam transferatur poſſeſsio. Et obti-
nuit fideicommiſſarius in poſſeſſorio arreſtum ius fi-
deicommiſsi habens contra hæredem, ſi abſq; liberis
decederet,reſtituere grauatum , villam ſeu locum de
Boſſia præſentis ſententiæ cautionem.Credo ꝙ curia
hoc fecit propter regni conſuetudinem,qua mortuus
ſayſit viuũ, ac ſi ei rem traderet:vel hoc fecit ampliã-
do l.ſancimus.§.cùm autem aliquis.C.ad Trebel.Et
hoc fecit curia,licet non ageretur inter ſuos hæredes,
ſed extraneos:quod conuenit æquitati huius iuris ca
nonici , quo nulla requiritur hæreditatis reſtitutio
per hæredem fienda fideicõmiſſario.Imò die reſtitu-
tionis fideicommiſsi aduenientе fideicommiſſum ha-
betur pro reſtituto,per tex.ſingularem in c.in pręſen
tia.quem ibi expreſsè põderauit ſolus Bal. de proba.
xij.col.verſic.dubitatur modo.illum text.inducendo,
vt ibi per eum.Tamen Bal.ibi non decidit poſſeſsio-
nem fideicõmiſsi tranſire,licet ius transferatur. Hoc
ergo operatur regni conſuetudo ꝙ poſſeſsio transfe-
ratur ſine reſtitutione,cùm non ſit bona conſequẽtia
ꝙ vbi ipſo iure trãſfertur ius,ꝙ etiã transferatur poſ-
ſeſsio.l.cùm hæredes.ff.de acqui.poſ.in prin.niſi con
ſuetudo aliter diſponat,vt ibi per Alexã.Vnde ex di-
ctis legibus regni ſeu cõſuetudinibus maximum ha-
bèmus hodie in præſenti regno Franciæ antidotũ ab-
breuiandarum litium, intentando remedia legũ præ-
dictarũ,ſcilicet querimoniæ,vel ſtatuti querelæ,qua-
rũ ſtylus & praxis animos ruſticorum pulſauit:adeo
ꝙ deſeruntur omnes viæ ordinariè agendi pro hære-
ditatibus,ſubſtitutionibus,& fideicõmiſsis.Et inten-
tãtur remedia poſſeſſoria perinde,ac ſi fuiſſent aditæ
tranſmiſſæ aut reſtitutæ hæreditatesi quæ practicæ
(duntamen quis nõ abutatur)fuerunt ſummè vtiliter
adinuentæ in fauorẽ pauperum & ruſticorum homi-
num:qui in decem diebus aſſequũtur, quod olim viã
ordinaria interdictorũ in decem annis non aſſeque-
bantur,vt dicit Ioan.Barberij in ſuo viatorio iuris,in
quarta parte tit.de iudi.ſub rubricella , quãdo petitur
hæreditas in vim ſubſtitutionis,vbi plene per eum de
materia querimoniæ & ſtatuti querelę,quæ in hoc re
gno practicantur, Ex quibus etiam remanet inutilis
deciſio Bart.in l.ij.C. quando & quibus quarta pars:
lib.decimo.volentis filium non poſſe propria autho-
ritate capere poſſeſsionẽ ſuæ legitimæ, nec ſibi com-
petere remedia poſſeſſoria retinendæ aut recuperan-
dæ,cùm de manu hæredis debeat eam habere,vt ple-
nè conſuluit Alexan.in ſecunda parte conſil.cxxxiiij.
Nam in hoc regno poteſt impetrare querimoniã vel
ſtatutum querelæ ilico mortuo patre , etiam ſi hæres
ſit in poſſeſsione,& contra talem hæredem hæredita
tem obtinebit pro modo ſuæ legitimæ : de quo ſtant
plura arreſta in curia parlamenti. Quapropter tacere
debet Bartol.& Doct.in dicta l.j.ij.& Bal.in l.ſi quis
ſuo.C.de inoffi.teſta.Adde etiam quòd ex poſt anno
Domini M.cccccvj.ante Paſcha , die vltima Martij
fuit adiudicata per arreſtum gaudentia hęreditatis fi-
deicommiſſario recta via ſtatutum querelæ impe-
tranti in ſucceſsione domus de Monte Betone diœ-
ceſis Montiſalbani , legitima & Trebellianica tantũ
remanentibus penes hæredem reſtituere grauatum
qui tenebat.†Nec obſtat dum Alexand.in dicto con
ſilio ſecundæ partis lxxxij.alleg.Cyn. & Bald. in l.ea
lege.C.de cond.ob cauſam.vbi tenent poſſeſsionem
nunquã transferri per actum fictum,quia ibi loquun
tur in contractibus,in quibus non ita ſit continuatio
poſſeſsionis , ſicut in vltimis voluntatibus , quæ ple-
nius interpretantur.c.cùm dilecti.de dona.& ex qui-
bus ius transfertur facilius.l.j.C. communia de legat.
Vel dicatis & melius, ꝙ illud quod dicunt Cynus &
Bald.in dicta l.ea lege.eſt ſpeciale in ipſis feudalibus
cõceſsionibus,vt ex eis ius non transferatur, nec poſ
ſeſsio ex actu ficto.Imò ſecundũ Bal.ibi ſingulariter
in materia vſus feudorum quoties feudum nouiter
conceditur,ſeu de nouo aliquod caſtrum infeudatur;
nunquã trãſfertur ſine vera & corporali traditione,
& reali inueſtitura.Et non ex ficta & abuſiua,quæ lo
cum non habet in feudis propter actus ſolennitatem
& ſoliditatem.allegat capit.j.quid ſit inueſtitura.Vi-
deatis circa hoc eundem Bal.pulchrè loquentẽ in l.j.
in fine.C.de rerum permuta.vbi dicit in feudo requi-
ri inueſtituram corporalẽ , nec ſufficeret inueſtitura
ſignificatiua per anulum,vel aliâs.Videatis Ioã.Fab.
inſtitut.de rer.diuiſio. interdum.& in l.quoties. C.de
rei vendi. Sed in regno Apuliæ vbi eſt priuilegiũ re-
gis,quòd ex ſola conceſsione ſtatim eſt quæſitũ vtile
feudi dominium ſecundum eum.Ex quo vltimo ſatis
videtur Bald.innuere,quòd vbi eſſet priuilegium,ſta-
tutum , vel conſuetudo , quod etiam feudum acquiri

poſſet ſine corporali traditione, quod ſentit etiã Io.
Fab. in dicta l. quoties. & latè Lucas de Penna in l.
76 prædia.C.de loca.prædio.ciuiliũ.lib.xj. † Cùm pri-
uilegium & conſuetudo æquiparẽtur. c.j.de præſcri.
lib.vj.ſtatim quęreretur poſſeſsio.Et idem vbi non eſ-
ſet omnino noua cõceſsio, vt quia ante fuerat alteri
conceſſum: qui propter feloniã interuertẽdo poſſeſ-
ſionẽ domini fuit ipſo iure priuatus,& feudum alicui
alteri à domino conceſſum: ſed non traditum pro-
pter potentiã primi vaſalli ipſo iure priuati. Quia li-
cet hæc ſecunda conceſsio ſit noua, nõ tamen omni-
no fuit nouiter creatum feud.& ſeparatum à proprie-
tate: quo caſu in hunc ſecundum vaſallum acquirit
eius poſſeſsio ex nuda cõceſsione dñi ſine alia corpo-
rali inueſtitura,ſecundũ Bal.ſing.in c.inter dilectos,
de fide inſtr.iiij.col.ſuper verbo,cõmitis. & idem te-
net Io.Fab.in d.§.interdum.inſti.de rer.diui.allegã-
do d.cap.inter dilectos.& hoc eſt in odium primi va-
ſalli,qui feloniã cum violentia vel ſimili fraude com
miſit.Quod eſt mirabile ſecundum eum,ibi plura al-
77 legantẽ.pro quo facit tex.in d.c.contingit. †Etiam in
præſenti patria & toto ducatu Aquitaniæ obſeruatur
ꝙ in feudis q̃ mouẽtur & tenentur à rege duce Aqui
taniæ nouus vaſallus qui in feudo ſucceſsit, vel alium
titulum vniuerſalem vel particu. acquiſiuit in feudo,
licet inter viuos, ante inueſtituram habitã à rege põt
intrare poſſeſsionẽ,adeo ꝙ nunquã domino aperitur
feudum propter deueria non facta dño, niſi vaſallus
illa facere denegauerit requiſitus, aut plus debito di-
ſtulerit,quod facere debet. Et ita ſeruatur ꝓpter pri-
uilegium patriæ à regibus conceſſum:cuius cauſa fuit
expulſio Anglorũ per nobiles pręfati ducatus facta:
quod ſecus eſſet de iure cõi & cõmuni vſu feudorũ,
quia extraneus ex teſtamento vel aliàs inter viuos ſuc
cedens in feudo,non poſſet illud intrare ſine inueſti-
tura dñi,nec etiã remotior cõſanguineus,etiã in Fran
cia,vbi mortuus ſayſit viuũ,vt habetur in dicto ſtylo
parlamenti.ſ.alleg.Similiter nõ obſtat aliud cõſilium
Alleg.ſcilicet lxxxiij. ſuprà relatum: quia ibi in caſu
per eũ conſulto, ante mortẽ teſtatoris fuerat per aliũ
poſſeſsio occupata, & penes ipſum exiſtebat:ideo in
puncto mortis ipſius teſtatoris nõ potuiſſet ꝑ cõſue.
poſſeſsio transferri,nec continuari in hæredem.Cùm
teſtator moriendo eam nõ haberet,ſed alius. & ſic de
teſtatore non poſsidente cõtinuari non poterit in hæ
redem.l.nemo plus iuris.ff. de reg. iur. ſicut videmus
de iuriſdictione delegata,quę ſi ſemel extincta fuerit,
nõ põt amplius ꝓrogari, ſecũdũ plenè no. in c.p.&
78 g.de offi.deleg.†Pariter videm⁹,ꝙ per clauſulã con-
ſtituti poſſeſsio transfertur de perſona conſtituẽtis ſe
nomine emptoris poſsidere in ipſum emptorẽ, ſcili-
cet ſi tẽpore cõſtituti cõſtituens poſsidebat, aliàs nõ
l.quædã mulier.ff.de rei vendi.& l.quod meo.& vtro
biq; Doct.ff.de acq.poſſeſ.facit l.ſi adoptauero.ff.de
precar.& Panor.in d.c.ex literis.de conſue. Ex quib⁹
concluditur in terminis noſtris, ꝙ vi cõſue. regni te-
ſtator vel inteſtatus moriendo ſayſit viuũ hæredem
ſine alia corporali apprehenſione, vbi tẽpore mortis
poſsidebat.ſecùs ſi alius iam poſſeſsionem occupaue-
rat & ſi hoc modo Rapha.in d.l.Põpon.loqui intelli-
gebat, optimè dicebat.Et ſi teſtator poſsidens moriẽ-
do ſayſit hæredem,& eum poſſeſſorẽ facit,multo ma
gis ſayſit eccleſiam hæredem inſtitutam:adeo ꝙ ſicut
dominiũ hæreditatis ſine alia aditione vel apprehen-
ſione tranſit ipſo iure in eccleſiã per tex. ſing. in d.l.
fin.C. de ſacroſan. eccl.ita etiã vi dictæ conſue.regni
tranſibit poſſeſsio in eam, etiam poſito ꝙ cõſuetudo
locum nõ haberet, nec poſſeſsionis cõtinuatio fieret
niſi in ſuos hæredes. Quia in talibus ſui hæredes &
eccleſia æquiparantur, ac paribus potiuntur priuile-
giis,per d. l. fin. ſicut videmus in teſtamento imper-
fecto,ꝙ valet in fauorem eccleſiæ.c.relatã.ſuprà eo.&
l.j.C.de ſacroſanc.eccl.ſicut valet inter liberos. l. hac
conſultiſsima.§.ex imperfecto.C. eo. & dixi plenè in
verbo,teſtm̃.j.in xj. & xij. caſibus fallentiæ, videatis
Io.Fab.& Chriſtopho. Porcum, cum quo ibi tranſit
Iaſon in addi.in d.§.interdum. inſti de rerum diuiſi.
79 prope fin. †Vbi plus decidit,ꝙ etiam de iure cõmuni
in caſibus quibus in eccleſiã tranſit dominiũ ſine tra-
ditione,etiã trãſferatur poſſeſsio abſque corporali ap
prehenſione.Quod probat Porcus tali medio. Nega
ri non poteſt, quin poſſeſsio ſine reali apprehẽſione
transferatur, vbi res de cuius acquiſitione agitur eſt in
præſentia acquirentis: quia tunc ſolo viſu poſſeſsio
acquiritur.l.j.§.ſi iuſſerim.& l.quod meo.§. ſi cũ per
vẽditorẽ.ff.de acq.poſ.Eo enim caſu ſolus viſus ope-
ratur corporalẽ apprehenſionem.Sed quoties diſpo-
nitur in fauorem eccleſiæ, talis diſpoſitio fieri cenſe-
tur ipſi Deo,qui eſt vbiq; præſens per eſſentiã videns
& acceptans,cùm bonũ ſuum tunc agatur. omnia e-
nim Dei præſentia replentur.l.properãdũ.§. ſui autẽ
C.de iudi.Igitur in Deũ & eccleſiã poſſeſsio transfer
tur ceſſante actu corporali.Idẽ poſt longam diſputa-
tionẽ tenet idem Iaſon in d.l.fi.C. de ſacroſan.eccl.
per plures alias rationes fortius concludens.in fideic.
vniuerſali relicto eccleſiæ poſſeſsionẽ transferri in
eam ante omnem hæredis reſtitutionẽ realẽ aut ver-
balẽ.Quod maximè puto verum eſſe in præſenti re-
gno,ex cuius generali conſue. mortuus ſayſit viuum
ratione ſanguinis, ſecundũ Io.Fab.vbi ſuprà,& quia
eccleſia mater dicitur omnium fidelium,non eſt mi-
rum ſi ratione coniunctionis ſpiritualis, quæ fortius
ligat,poſſeſsio transferatur in eam ipſo iure in hære-
ditatibus directis & fideicõm. ad præmiſſa facit text.
in d.l. raptores in fin.C.de epiſ.& cle.Nec obſtat d.l.
fin.C.de ſacroſ.eccle. vbi datur eccleſiæ rei vendica.
quæ præſupponit poſſeſsionẽ eſſe penes aduerſariũ,
& ſic in eccleſiam nõ fuiſſe translatã. Nam illud præ-
ſuppoſitum ſumptum ex d.l.fi.non concludit de ne-
ceſsitate,cùm rei vendica.dari poſsit etiã contra non
poſsidentem nudum rei detentorẽ. l. officiũ. ff.de rei
vendic. Si ergo ex ſpeciali priuilegio corpore iuris
clauſo poſſeſsio trãſferatur in eccleſiam ſine traditio-
ne, multo ergo magis vbi viget cõſuetudo in regno.
Et idem forte ceſſet in fiſco de iure cõi:quia vbiq; cẽ
ſetur eſſe præſens, ſtipulans, & acceptans quod ſibi
expedit per glo.ſing. in l.j.C.de quadrien. præſcript.
80 facit tex.in dicta l.fi.C.de ſacroſan.eccl. †Vbi eccle-
ſia, fiſcus,& reſpub. æquiparãtur in priuilegio acqui
rendi.Et ꝙ in eccleſiã ipſo iure transferatur de iure
cõmuni poſſeſsio,tenet Archidia. in c. moderamine.
81 xvj.q.j.poſt Vincen.& Hoſti. †Poſtremò vnum mẽ-
ti tenebitis, ꝙ licet ex dicta cõſuetudine de teſtatore
defũcto poſſeſsio cõtinuetur in hæredẽ, vt dictũ eſt,
tamen propter hoc non impeditur hęres intentare ſi
velit remedia adipiſcendæ poſſeſsionis, quale eſt re-
medium l.fin.C. de edicto diui Adria.tollen. ſecun-
dũ Bal.ſingulariter in d.l. ea lege. & ſentit in authen.
defuncto.C.ad Tertyl.& in rubr.ſ.de conſuet.v. col.
& notabiliter Salice.in l.j.C. de donationib. quæ ſub
modo. & dixi ſuprà, *Mortuo itaq; teſta.* j. dum tracta
ui materiã aditionis hæreditatis & miſsionis hærę-
dis in poſſeſsionem. Et hoc caſu tale remedium habe
bit duplicem effectũ, ſcilicet adipiſcendæ & recupe-
randæ



rendæ poſſeſsionis. Ideo contra talẽ hæredem modo
prædicto agentẽ obiici nõ põt exceptio proprietatis
aut dominij,quæ (vt ſcitis) contra petentẽ reſtitutio-
nem poſſeſsionis regulariter nõ admittitur cũ prędo
ſpoliatus ante oĩa ſit reſtituendus.c.ex literis.de reſti.
ſpolia.iuncto c.fi.de ordi.cog. Ita in noſtris terminis
eleganter decidit Bal.ſuprà de cauſa poſſeſ.& ꝓpriet.
ſuper rubr.Et intelligatis ſanè,ꝙ propter dictã regni
conſue.quã cenſetur ipſo iure hęres eſſe ſayſitus,non
impeditur intentare remedia adipiſcendæ poſſeſ. (vt
dictũ eſt)antequã adeptus fuerit corporalẽ poſſeſsio-
nem per realẽ hæreditatis apprehenſionẽ.Secus autẽ
eſſet,ſi hæres ſemel apprehenderit corporaliter hære
ditatem: quia tũc non poſſet quouis modo intentare
aliquod remediũ adipiſcẽdæ poſſeſ.ſeu d. l. final.nec
petitionem hęreditatis:cùm adepta hære.& eius poſ-
ſeſsione realiter apprehenſa hæres nõ dicatur nec ſit
amplius hæres,ſed dñs.l.j.§.veteres. iuncta gloſ.ff.de
acq.poſſ.nec dicitur amplius hæreditas, ſed patrimo-
82 nium hæredis,quaſi cũ ſuis bonis confuſa. † Et dicta
remedia hæreditatis adipiſcendæ ſolis hæredibus cõ-
petunt ſecundũ glo.ſing.in c.j.in glo.magna. in fi.de
confeſ.lib.vj.quod multũ cõmendant Ioã. de Pla. &
Ang.in §.actionũ.inſti.de actio.licet illã glo.nõ alle
gent.Fortius dicere auſus eſt Sali.in d.l. fi. de edicto
diui Adria.quod alibi ante eum ſcriptum nõ inueni-
tur, ꝙ ſi hæres de reſtituẽdo hære. grauatus, poſtquã
adeptus fuerat poſſeſsionẽ hæreditatis non realiter,
ſed verbo tm̃ fideicõmiſſario vniuerſali hæreditatem
reſtituerit,talis fideicõmiſſarius amplius vti non po-
terit remedio d.l.fin.pro nanciſcẽda hęreditatis poſ-
ſeſsione,quæ ſemel adepta fuit per hæredẽ. Quia nõ
ſunt amplius res hæreditariæ pro quibus ſolis dictum
remedium cõpetit.quod ſingu.eſſet notandũ, ſi eſſet
verũ.Sed Iaſon in d.§. actionũ. pen.col.in hoc vlti-
mo tenet contra Sali.per gl.in terminis, quam ibi ſe-
quuntur Bar.& cæteri in l.ita tñ.§.ſi ex Trebelliano.
in verbo accuſationes.ad fi.ff.ad Trebel. Ad hoc fa-
ciunt magiſtralia Bar.verba in l.ij.ff.de fideicõ.hære.
peti.Tamen fatetur Iaſon.ꝙ ipſi hæredi non cõpete-
ret amplius illud remediũ, ex quo ſemel adeptus fuit
poſſeſsionem,& hoc eſt quod decepit Sali.ſed ꝙ ipſi
fideic.non cõpetat,cui nudo verbo facta fuit reſtitu-
83 tio, non habet rationem ſecundum eum.†Ex quibus
omnibus cõcluditur,ꝙ in præſenti regno Frãciæ do-
minium & poſſeſsio hæreditatũ ipſo iure continuatᷣ
in ſuos hæredes & neceſſarios. Dominiũ de iure cõi
ex priuilegio ſuitatis corpore iuris clauſo, poſſeſsio
autẽ continuatur vi dictæ conſuet. Sed in hæredibus
extraneis,ſi quidem eccleſia fuit hæres inſtituta, do-
minium ipſo iure ei quæritur de iure cõi, per text. in
d.l.fi.C.de ſacroſan.eccle.poſſeſsio autẽ vi dictæ cõ-
ſue.vel ſecundũ Chriſtopho. Porcũ de iure cõi. In
alio verò hærede extraneo,quã pia cauſa,dominiũ &
poſſeſsio cõtinuantur in hæredẽ vi dictæ cõſue.Quę
omnia ſunt notãda,quia quotidiana, & perutilia, ac
dietim practicabilia:de quo plenè per Alex.in d.l.cũ
hæredes.& in l.ſi ſorori.vbi Iaſ.C.de iure deliber. &
Barba.in ij.parte cõſ.lviij.xiiij.col.vbi ſatis plenè lo-
quitur de hac poſſeſsionis cõtinuatione ſtatutaria ſeu
conſuetudinaria. Quod vobis ſufficere debet ad cla-
rè cognoſcendum quare filij & cæteri liberi vocãtur
84 hæredes ſui.†Præterea dixi & ſecũdò principaliter ꝙ
filij vocantur hæredes neceſſarij, & ſic nedũ dicun-
tur ſui,vt vidiſtis,ſed etiã hæredes neceſſarij appellã-
tur ex eo,q̃a ſiue velint, ſiue nolint,cogũtur paternã
acceptare hæreditatem: iuxta illud Apoſt. ad Gala.
iiij.ibi,ſi filius,& hæres. & ibidem iij. c. Si autem vos
Chriſti,ergo Abrahæ ſemẽ eſtis,ſecundũ promiſsio-
85 nẽ hæredes.pro cuius euidentia ſciendum eſt, †quòd
exiſtentia ſui hæredis introducta fuit in patris fauorẽ
ex lege xij.tab.veteri. Nã ſicut lex illa patrem adſtrin
git ad min⁹ relinquere,velit aut nolit,filio legitimam
vel aliquid loco legitimę,vt plenè vidiſtis ſuꝑ verbo,
*in eo.teſta. relinquens.* j.ſic econtra lex illa voluit filiũ
adſtringere inuitũ ad paternã acceptandũ hæredita-
tem,vt correlatiuorũ eadem ſit diſciplina.l.fin. ff. de
acceptila.ideo propter hanc neceſsitatẽ filio iure ciui
li impoſitã,filius dicitur hæres neceſſarius,adeo ꝙ in
puncto quo pater mortuus eſt,ilico eſt ipſo iure ciui-
li hæres, etiã inuitus, taliter ꝙ iure ciuili nullũ habet
remedium,quin ſit hæres patris,velit an nolit, ſed de
iure prætorio æquitate quadã ſuadẽte datũ eſt filio
86 hæredi ſuo ius abſtinendi à paterna hæred.†Conſide
rauit eñ prętor ęquitate motus, ꝙ rigoroſum nimis
exiſtebat,filium cõpelli inuitum ad paternã acceptã-
dum hæreditatem,quæ filio interdum erat damnoſa,
aut ſi lucroſa foret,nimius fauor eſſet filio inuito be-
neficium paternæ hæreditatis dari, cùm ſano iure in
inuitũ nõ conferatur beneficiũ ad priuatã vtilitatem
tendens.His etenim ac aliis rationibus æquitatẽ præ
oculis habens motus prætor facultatem abſtinendi
conceſsit filiis ſeu ius abſtinendi à paterna hæredita-
te. Quod ius filio cõpetit etiã ipſo iure quacunq; ceſ-
ſante impetratione,vel alio hominis miniſterio.facit
l.quæ ſub conditione.§.fi.vbi Bart.ff.de condi.inſtit.
& l. ei qui.ff.de acquir.hære. Nam æquiſsimum fuit,
vt quemadmodum patre mortuo filius iuris ciuilis ri
gore velit aut nolit cogitᷣ eſſe & ſit eoipſo hæres, ſic
etiã eoipſo cõcurrat & cõpetat ipſi filio ius abſtinẽ-
di de iure prætorio.& in hoc fuit prætor ſuperinten-
dens medicus in puncto naſcẽtis infirmitatis adhibẽ
do medelã prius quã cõualuiſſet morbus. iuxta illud
Ouid.Principiis obſta, ſero medicina paratur Cùm
mala per longas conualuēre moras. ſecundum quod
refert gl.in c. ſciſcitatus de reſcript. præterea melius
humanius eſt intacta filiorũ iura ſeruari,quã poſt cau
ſam vulneratã remedium quęrere.l.fin.C.quibus cau.
87 in integ.reſtit.non eſt neceſſaria.†Taliter enim com-
petit punctualiter filio ius abſtinendi, vt neceſsitas
ſuitatis,& ius iſtud ſimul concurrat: adeo ꝙ antequã
hæreditati paternæ ſe facto immiſcuerit aut verbo,
nullatenus hæreditariis obligatur creditoribus: imò
eſt ipſo iure tut⁹ aduerſus oẽs, donec ſe immiſcuerit,
id eſt, verbo, aut facto velle eſſe hæres declarauerit.
Qm̃ exiſtẽtia ſui hæredis nihil operatur circa ea, quę
damnũ filij & pręiudiciũ concernunt,rigori iuris ci-
uilis obſtante beneficio prætoris. Ex quo concludũt
oẽs,ꝙ intentio paternorũ creditorũ filium vt patris
hæredẽ coram iudice cõuenientiũ antequam pater-
nę ſe immiſcuerit hæreditati, nõ eſt fundata cõtra i-
pſum,qui adhuc nõ dixit, nec facto declarauit ſe hæ-
redẽ eſſe nec repudiaſſe, niſi per creditores filiũ hę-
redem conuenientiũ probaretur, quòd hæreditati ſe
immiſcuit,& ita tenet gl. in l.ſi cùm dotem. §.tranſ-
grediamur.vbi Dyn.Bart.Imo.& Rapha.ff.ſolu. ma-
trimo.pro quibus eſt tex.in l.j.C.vt ſe ab hære. abſti.
minor. vbi etiam hoc tenent glo. Cyn. Bart. Angel.
& Salic.& not.in dicta l.ei qui. Qualiter autem pro-
betᷣ,quòd hęreditati ſe immiſcuit, & eam adiuit, vi-
diſtis plenè ſuprà, *mortuo itaq; teſtatore.* j. dum tracta-
uit de vltima effectuali teſtamẽti perfectiõe, quæ in-
ducitur per hęreditatis aditionem.Nec præmiſsis ob-
ſtat ſi diceretᷣ, quòd poſtquã filius eſt ipſo iure ciui-
li hæres

ſi hæres ſuus,allegare debuit, ſuum priuilegiū ad ab-
ſtinendum ſibi indultū à prætore, arg.l. ex quacunq;
cauſa.ff.ſi quis in ius voc.nō ierit. & l.ſi qs ex aliena.
ff.de iudi. Quia reſpondetur,ꝙ cum tale beneficium
abſtinēdi ſimul cū iure ſuitatis in filio cōcurrat ipſo
iure,vt dictū eſt, & exceptio illius beneficij notoriè
filio cōpetat,velut clauſa ſit in corpore iuris commu-
nis,non eſt opus allegatione, vt d.l.ſub cōditione. §.
fin.imò eſt ipſo iure tutus exceptione aduerſus credi-
tores,vt pro debitis hæreditariis non teneatur donec
probetur ipſum ſe immiſcuiſſe hæreditati. Ob quod
his in regionib⁹ inoleuit practica apud cautos aduo.
ꝙ creditores hæreditarij anteꝗ̃ iudiciū incipiant,nec
libellū cōtra filium porrigant,vel aliū quēcunq; hæ-
redem,faciant eum iudicialiter interrogari,ſi eſt hæ-
res, & pro qua parte, ſeu ſi velit eſſe hæres:ſicut fit à
ſimili in l.qui petitorio.de rei ven. Vnde creditorib⁹
imputabitur, ſi talē facere omiſerint interrogationē,
quia ſuccumbēt, niſi filium ſe hæreditati paternæ ex-
preſsè,bel tacitè immiſcuiſſe probauerint, etiā ſi fili⁹
conuentus exceptionē iuris abſtinendi ſibi cōpetentē
88 nō oppoſuerit. †Ex quo habemus mirabilē limit.ad
glo.in cle.appellāti.de app.in verbo, alias.& ad text.
in l.ſi adulterium.§.iidem Pollioni. ff.de adul.vbi ha
betur.ꝙ licet notoriū nō indigeat probatione, tñ in-
diget allegatione. Quia illud locū non habet in no-
torio reſultante ex facto iuris, quod etiam non debet
allegari ſecundū Inno.hīc: Imò iudex iudicare pote-
rit ſecundū illud notoriū non allegatū : de quo vide-
tur tex.in c.peruenit.de empti.& vendi. ideo dicebat
Bal.in l.j.C.vt quę deſunt aduo.ꝙ iudex iudicare pōt
ſecundū ſtatuta ciuitatis per partē nō allegata , cū di-
cātur ius cōe notorium illi⁹ ciuitatis. Præterea eoipſo
ꝙ nota eſt obliga.filij deſcēdens à patre iure ſuitatis
hoc operāte,ſtatim etiā eſt nata exceptio & defenſio
abſtinēdi à prætore,vt nō teneatur, niſi ſe immiſcue-
rit.Quę quidē exceptio cū ſit notoria (vt dictum eſt)
parte tacente opponi poteſt per iudicē.l.vbi pactū &
ibi glo.& Doct.C.de tranſa.ſecundum Bar.& Imol.
in l.neceſſariis. & Bal.in l. more. in prin.ff.de acquir.
hæred.& hæc omnia,ſcilicet ꝙ ex ſola filiatione non
ſit fundata intētio creditorū , vt filiū velut patris hæ
redē cōuenire poſſint , clarè probantur iure iſto per
tex.meliorē de iure in c.ex præſentiū. ibi,filium eius
qui ex ſucceſſione ipſius patrimonij ius dicitur obti-
89 nere,ſuprà de pign. †Quia verbū obtinere importat
ipſam acquiſitionē & effectum ſucceſſionis.l. poſthu
mus.in verbo,obtinebit.ff.de iniuſto rup.teſta. vnde
non cauillando literā in d.c.ex præſentium. eſt text.
probans,ꝙ filius eo tunc tenetur efficaciter creditori
bus , ſi ex ſucceſſione bona obtineat paterna : quod
intelligitur ſi ſe immiſcuerit. & ad hoc pōderauit ibi
illum tex.Barba.de quo pulchrè per Bal.& Sali. in l.
apud hoſtes.C.de ſuis & legiti.hære.& Alex.in d.l. ſi
cùm dotē.§.tranſgrediamur.v.col.in fin. ff.ſolu.mat.
& ſic gl.in d.§.ſancimus.in auth. vt obliga.res mino-
rum.volens,ꝙ ſi pater fuit debitor , ergo & filius, eſt
per ſupradicta reprobata: quia filius non eſt effectua
liter debitor donec ſe immiſcuerit.Ex quibus infertur
ad deciſionē cuiuſdā quęſt.quam Imo.in l.ſi filius.ff.
90 de vulga.& pupil.refert habuiſſe de facto. †Quidam
procurator regit nomine filij tanquā hæredis ſui pa-
tris, qui filius ex poſtfacto paternæ hæreditati ſe im-
miſcuit:an validetur iudicium. & dicit ꝙ ſic, per l.ſui
autē.§.poſſidere.ff.de rei vēd.Quia etiā ſi abſtinuiſ-
ſet,nunꝗ̃ fuiſſe hæres diceretur,cōſiderato iure abſti-
nendi ſibi à prætore conceſſo,ita etiā ſua aditio ad tē
pus mortis patris retrotrahitur, vt ſemper fuiſſe hæres
91 cenſeatur.†Et hoc ius abſtinēdi hodie cōpetens filio
& cuilibet alteri ſuo hæredi, cōpetit ſecundū aliquos
etiam iure ciuili.licet olim cōpeteret ſolū iure prę to-
rio.inſtit de hæredū quali.& differ.§. ſed his permit-
tit prætor. Et ꝙ cōpetat de iure ciuili allegat text.in
l.fi.§.& ſi quidem.ibi,præſentis legis authoritate.C.
de iure delib. quem ad hoc ibi nouiter ponderauit
Bal.quod ſcire nō operatur de modico. quia ſi filius
haberet priuilegium abſtinendi ſolo iure prætorio,
neceſſe haberet abſtinere infra annū.Si autē compe-
teret iure ciuili,tale ius eſſet perpetuum.inſt.de perpe
tuis & tempor.actio.§.j.& ita,ſcilicet ꝙ ſit de iure ci-
uili,tenet Bal.in l.j.C.de his qui ante aper.tabu. & in
l.j.iij.qō. C.quādo non petē.partes.& in l.ſi pater.C.
de his qui à non domino manu.vbi dicit tex.in d.l.fi.
ad hoc eſſe ſingularē, & ab ipſo ſolo ponderatū.Sed
Doct.communiter tenent, ꝙ imò ius abſtinendi ſuis
hæredibus cōpetens, etiā hodie nō cōpeteret de iure
ciuili:ſed ſolo iure prætorio. quod probat Alex.vltra
alios tali ratione:qa ſi tale ius abſtinendi eſſet de iure
ciuili, cū ius ciuile facere poſſit ex toto quē deſinere
eſſe hæredem, etiam quo ad nullum nomen hæredis
ſecundum not. in l.in ſubſtitutio.ff.de vulg. & pupil.
& dixi ſuprà *in eo.teſta.relinquens*.in ix.limita.ſequere
tur,ꝙ filio à paterna hæreditate abſtinente, exiſtētia
ſui hæredis nihil operaret : quod eſt falſum. Quia i-
mò vt ſtatim videbitis,operatur confirmationē tabu-
larum pupillarium , & alia plura. Et iſta eſt veritas.
quā etiā ſequitur ipſemet Bald. in c.j.an agnatus vel
filius dum vult,ꝙ ibi ſit ſpecialis & ſing.caſus in quo
filius de iure ciuili habet beneficium abſtinēdi ſcili-
cet , quando in hæreditate eſt annexum feudum per
illum tex.& nō obſtante , ꝙ ius abſtinendi ſit de iure
prætorio, tamen eſt perpetuū, cùm producat ius ex-
cipiendi,quod ſui natura dicitur perpetuū,quia anna
lia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum.l. pu-
re.§.fi.ff.de doli excep.ſecundum Imol.& Ludo.nec
obſtat tex.in d.l.fina.C.de iure delib.per quē dicebat
Bal. ius abſtinendi eſſe de iure ciuili.Quia authorita-
te illi⁹ legis inducit̄ ius abſtinēdi in vno caſu tātum,
ſcilicet vbi filius crederet hæreditatē patris eſſe dāno
ſam,quā infra iij.menſes vult dimittere. Fatētur tamē
moderni, ꝙ vbi ſtatutum ciuitatis diſponeret filium
poſſe repudiare hæreditatē paternam, tunc filius ha-
beret ius abſtinendi de iure ciuili : & ita fuit de mēte
92 Bal.in l.qui ſe patris.C.vnde liber. †Vnde concludi-
tur,ꝙ quo ad ea quæ detrimentum filij concernunt,
ſola exiſtentia ſui hæredis cū nō facit haberi pro hę-
rede,facultate abſtinendi ipſum à tali incōmodo prę
ſeruāte donec ſe immiſcuerit. Quo caſu poſt immiſ-
ſionē damna ſentiret & incōmoda : ita quòd à credi-
toribus efficaciter cōueniretur . Circa autem ea quæ
eius commodum & vtilitatem concernunt,exiſtentia
ſui hæredis ante omnē immiſsionē operatur ad eius
profectum.l.ſi filius qui patri.ff.de vulga.& pupil. &
ita intelligitur gloſ.in dicta l. cùm hæreditas. C.de-
poſiti.volens non eſſe dare hæreditatē iacentem, vbi
eſt hæres ſuus.& ratio iſtorū eſt , quia ius abſtinendi
à paterna hæreditate iure prætorio cōpetens filio in-
troductū fuit in eius fauorē , vt ſcilicet non obſtantę
iuris ciuilis rigore poſsit abſtinere. Ergo retorqueri
nō debet in eius læſionē, vt interim obligetur, vel vt
perdat ſua cōmoda ex illo iure ſuitatis ei competen-
tia.argumen.l. quod fauore.C.de legib. Ideo exiſten-
tia ſui hæredis etiā ante omnē immiſsionē , eoipſo ꝙ
mortuus eſt pater teſtator,operatur confirmationem
tabularum



tabularū pupillarium,ac ſi hæreditas eſſet adita:adeò
ꝙ ſi pupillus ſuus hæres cui per patrē fuerat pupilla-
riter ſubſtitutum,poſt mortē patris moriatur in ætate
pupillari,potius ꝙ̃ paternæ ſe immiſcuerit hæredita-
ti:talis ſubſti.ſuum plenum ſortitur effectum,acſi hæ
reditati ſe immiſcuiſſet. Quia fauor eſt pupillo moriē
ti,quod ſubſtitu.valeat,vt ipſe teſtatus & non inteſta
tus decedat,vt dicta l.ſi filius.Et taliter valebit d. ſub
ſtitutio,ꝙ etiā ſi poſteà mortuo patre teſtatore filius
abſtineret à paterna hæreditate pup.ſubſti. nō infir-
maretur,cùm filius poſt abſtenſionē adhuc duret, &
93 dicatur hæres nudo nomine, licet non re.† Vnde re-
ſtat,ꝙ nudum nomen hæredis tabulas confirmat pu-
pillares,ſed non exhæredationē,cùm ſit odioſa filio:
de quo tñ dicatis,vt per Alex.in d.l.ſi filius.iiij.& v.
col. Et adeò eſt verū,ꝙ ſola exiſtētia ſuitatis tabulas
confirmat pupillares, ꝙ etiā adita hæreditate per ſub
ſtitutum pupilli hæredem debebuntur legata relicta
in tabulis pupill. non virtute ſuitatis, ſed vi aditionis
per ſubſtitutum factæ. Et talis ſubſtitu.pupill.ſola ſui
hæredis exiſtentia confirmata,licet ſuus poſteà abſti-
nuerit,operatur etiam contra matrem pupilli, vt per
ſubſtitutū excludatur à ſucceſsione ſui filij ſecundum
Bar.& Alex.in d.l.ſi filius.xv.col.ff.de vulg. & pupil.
94 † Præterea exiſtentia ſui hæredis operatur tutorū in
teſtamento datorum pupillo confirmationē,cùm fa-
uorem pupilli reſpiciat,ſecundū Dy.& Bart.in l.j.ff.
de teſta.tutel.Cy.& Sal.in l.iij.C.illo eo.tit.Circa ve-
rò ea quæ nec commodū nec damnum ipſius hęredis
reſpiciunt,prout ſunt legata, vel fideicōmiſſaria par-
ticularia,exiſtentia ſui hæredis non operatur confir-
mationē illorum,per tex.in l.j.§.fi.ff.vt in poſſeſ.leg.
Ideo filio moriēte antequam paternæ ſe immiſcuerit
hæreditati,legata nō debent̄, niſi vbi expreſsè cauere
tur in iure,ꝙ debeātur,ſicut eſt in legato libertatis.l.
ſciēdum.ff.de teſt.manumiſ.& l.cū quaſi.§.& ſi quis.
ff.de fideicō.liber.Et idē puto in legatis piis,quę lega
to libertatis æquiparantur in fauoribus. ita ꝙ de vno
ad aliud procedit argumentū.ſecūdum Bart.in l.pro-
ximè.§.fi.ff.de his quæ in teſta.delen. Libertas enim
eſt quid pium.l.j.§.fina.C.de cōmuni ſeruo manu. &
no.Bal.in l.ſi vnus.C.eo.quod ſequuntur Ang.Imo.
& Rapha.Paul.& cæteri in d.l.ſi filius. & Ludo.in l.
apud Iulianum.ff.ad Trebel. & Bal.in auth.hoc am-
plius.C.de fideicō.& ratio quare non cōfirmantur le
gata exiſtentia ſuitatis,eſt quia illa non operatur,niſi
vbi eſt fauor filio,ꝙ operet̄.Or nullus fauor filij hæ-
redis inſtituti verſat̄,ſed potius onus in ſolutione le-
gatorum, ſicut nec in ſolutione debitorū paternorū
95 vt vidiſtis ſuprà.† Sed dubium eſt an confirmet fidei
commiſ.vniuerſale.& certè ſic,per text.in l.ita tamē.
§.ſi pater.ff.ad Trebel.& ratio eſt,quia filius paternā
hæreditatem reſtituere grauatus cogi poteſt adire ; vt
aditam hæreditatē reſtituat fideicō.l.cogi.ff.ad Tre-
bellian.Ideo non poteſt ipſe prætendere intereſſe , ſi
fideicom . vniuerſale confirmetur per exiſtentiam ſui
hæredis:cùm tantum ſit ei,imò magis,ꝙ tale fideicō.
exiſtētia ſui hæredis cōfirmetur ; ſicut ſi ipſe hæredi-
tati ſe immiſcere cogeretur. Nam beneficiū abſtinen
di à prætore ei conceſſum,reducit eū ad inſtar extra-
nei hęredis:& ſic hoc caſu debet fili⁹ poſſe cogi ſicut
extraneus.Quæ ratio ceſſat in legato particulari, pro
quo cogi non pōt hæres adire ad inſtantiā legatario-
rum.l.nam quod.§.non omnis.ff.ad Treb. & l.ſi quis
omiſſa.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta.ideo ſi pater teſta-
tor voluit,& vetuit filium cogi poſſe adire hęreditatē
exiſtentia ſuitatis non operatur cōfirmationem talis
fideicom.ſicut nec legatorum particulariū, ſecūdum
Ange.& Alex.in d.§.ſi pater.quia ceſſat ratio prædi-
cta.Et idē eſſet ſi filius deceſsiſſet antequā adire iuſſ⁹
eſſet paternā hæreditatem:quo etiam caſu , cùm cogi
nō poſsit adire,ceſſat ratio prædicta.Ideo ſuitas non
confirmat fideicō.imò peribit ac ſi eſſet hæres extra-
neus.l.ille à quo.§.j.ff.ad Treb.ſecundū Ang. in d.l.
ſi filius qui patri.ff.de vulga.& pup.& Rapha.Cuma.
in d.§.ſi pater.quod eſt verum ſecūdum Imo. ſi filius
hæreditatem patris repudiaſſet,ſeu ab ea abſtinuiſſet,
antequā deceſsiſſet,quia ſi ante mortē ab ea nō abſti-
nuiſſet,tunc cùm eam ad ſuum tranſmiſiſſet hæredē,
vt j.dicam.Eodem modo cogi poſſet hæres filij ſicut
ipſe filius,ſicut viueret,ſecundū gl.in fi.in l.eam quā.
C.de fideicom.videatis Alex.in d.§.ſi pater. & d.l.ſi
96 filius qui patri† Ex his apparet doctrinam Bald.in l.
cùm quidā.C.de iure delibe.eſſe veram. vbi elegāter
dicit.ꝙ exiſtentia ſui hæredis eſt triplex, ſcilicet ple-
niſsima: vt cùm ſuus hæres ſe immiſcet paternæ hæ-
reditati:quo caſu immiſsio filij omnia cōplet, & eum
teneri facit etiam ad damnoſa & ſibi odioſa,cùm in-
dubitatus ſi tunc hæres. Secunda eſt ſemiplena , quæ
dicitur cùm ſuus hæres hæreditatem repudiat , ſeu ab
illa abſtinet:quia tunc nō obſtante repudiatione ſub-
ſtitutio,tutelæ datio,& cętera quæ tendunt in filij fa-
uorē,ſola exiſtentia ſuitatis antequā abſtineret , ſunt
confirmata,vt vidiſtis. Et ſi quiſpiam canoniſtarum
diceret, ꝙ vbi filius à paterna hæreditate abſtineret,
declarādo nolle hæres eſſe:quomodo ius ſuitatis ope-
rari potuit in filij fauorem,cū ſuitas tolli videatur per
talem declarationem?Ego reſpondeo vltra Baldū, ꝙ
eo momento quo pater deceſsit,filius fuit hæres ſuus
& neceſſarius de iure ciuili: & ſic ſemel militauit , &
in eſſe producta fuit exiſtētia ſui hæredis: quē poſtea
ſaltem quo ad oēs effectus ipſe filius abſtinēdo tolle-
re nō potuit,cum ſemel hæres deſinere nō poſsit eſſe
hæres de iure prætorio : cuius beneficio cōpetit filio
ius abſtinēdi.Nec obſtat ſi replicetur ꝙ eo ipſo ꝙ mi
litat ac in eſſe producitur exiſtētia ſui hæredis . & ſic
eo inſtanti quo pater expirauit, eodem etiam inſtanti
militat,& in eſſe producitur ius abſtinēdi filio cōpe-
tens,cùm illa duo ſimul naſcantur & cōcurrant:ita ꝙ
nūquā eſt dare inſtās,in quo ius ſuitatis cōpetat filio
quin ſimul eo ipſo ei competat ius abſtinēdi: adeò ꝙ
ſuus hæres,cùm poſtea abſtinet, nunquā videtur hæ-
res fuiſſe. Et ſic videtur impoſsibile , ꝙ ſuitas opere-
tur confirmationē eorū,quæ filij fauorem reſpiciunt,
cùm poſteà abſtinet:ſed reſpōdeo , ꝙ hæc difficultas
procedit ex defectu conſiderandi originē & ordinem
97 iſtorum duorū.† Vnde ſcire debetis:ꝙ eſſe ſuus hæ-
res cōpetit ſemel filio in poteſtate exiſtenti etiā inui-
to.quia( vt vidiſtis ſuprà ) exiſtentia ſui hæredis fuit
principaliter à lege ciuili inuenta in fauorē patris vt
ſcilicet illū habeat hæredē etiā inuitum,cui ipſe pater
licet inuitus hæreditatē ſuā tenebatur relinquere, ſal-
tem vſq; ad legitimā. Et ſic exiſtētia ſui hæredis filio
cōpetit eo inſtanti,quo pater moritur etiā ignoanti.
ita ꝙ ad ſui hæredis exiſtentiā non requiritur volun-
tas filij,nec eius ſcientia,vt d.§.ſui.inſti.de hæredum
98 qualit.& diffe.† Abſtinere verò à paterna hæredita-
te competit filio ſi voluerit:ergo ſequitur,ꝙ prius eſt
eſſe ſuus hæres,ꝙ̃ ipſum abſtinere ab hęreditate.Cre
do ꝙ adhuc non ſatiatus intellectus videt̄:quia indu-
bitanter eſt verū dicere,ꝙ eoipſo ꝙ naſcitur exiſten-
tia ſui hæredis,naſcitur cū facultate abſtinendi, & ſe
videtur ꝙ vnū non ſit prius altero.Licet enim ipſum
abſtinere ſequatur exiſtentiā ſui hæredis, tamē facul-
tas abſtin-

tas abſtinendi ſimul cũ ea concurrit. Et ſic poſteà ab-
ſtinendo nunq̃ videtur fuiſſe ſuus hæres, cùm ipſum
abſtinere trahat̃ ad facultatẽ abſtinendi, quæ ſemper
filio cõpetiit: iuncto ꝙ ſi exiſtentia ſui hæredis filio
ignoranti cõpetit, ſimiliter & ius abſtinendi, cùm vnũ
non ſit ſine altero. Sed reſpõdeo, ꝙ imò eſſe ſuus hæ-
res, eſt prius, q̃ facultas abſtinendi: nõ ordine tempo-
ris, cùm ambo eodẽ tempore in filio concurrant, ſed
ſecundũ ordinem naturæ. Nam in his quæ ordinẽ ha
bẽt à natura, puta in priuatione & habitu, ſemp̃ pri-
uatio præſuppoit̃ poſterior. Ideo dicebat Bal. in §.
99 quibus. C. de nouo codi. cõponẽ. †ꝙ ſi eadẽ die repe
ritur promiſsio & refutatio, promiſsio præſumitur
præceſsiſſe: de quo videatis pulchra quæ dixi de tri-
plici præceſsione ſecundũ Bal. s̃. teſtamentũ ij. prope
finem. Or cùm in caſu noſtro exiſtẽtia ſuitatis ſit ha-
bitus, ius verò abſtinendi ſit priuatio, ſemper ex ordi
ne naturæ habitus iudicatur præceſsiſſe: vnde nõ im-
meritò exiſtẽtia ſui hæredis dicit̃ operata fuiſſe con-
firmationẽ eorum, quæ filij commodũ reſpiciunt, po-
ſito ꝙ poſtea ab hæreditate abſtinuerit. Præterea ius
prætorium non poteſt facere aliquẽ, qui ſemel iure ci
uili fuit hæres deſinere hæredẽ eſſe, quin nomẽ hære-
dis retineat. quod ſufficit ad cõfirmationẽ prædicto-
rum. Quia ipſum abſtinere iure prætorio competens
filio non tollit funditus oẽs reliquias exiſtentiæ ſui
hęredis, imò remanẽt reliquiæ nominales, cùm adhuc
nominetur hæres: & nihilominus retineat in ſui com
modum tendentia: cætera verò tendentia in ſui dam-
num vel neutralia perdit abſtinendo. Vnũ menti te-
100 nebitis, †ꝙ licet filius non cogatur cõmuniter acce-
ptare hæreditatẽ paternã realiter, imò benefi. præto-
ris ab illa abſtinere, vt dictũ eſt, tamẽ fallit in filio le-
gitimato p̃ oblationẽ factã curiæ iuxta §. fin. inſtitu.
de nuptiis. Nam talis filius cogitur inuitus eſſe hæres
patris, ita ꝙ nõ gaudet priuilegio abſtinendi, per text.
in §. hæc qm̃. in authen. quibus modis naturales effi-
ciuntur legit. Et pariter ſeruaretur ecõtra, vt ſicut hæ-
reditas patris deuoluit̃ ad filium inuitum, ſic etiã hæ-
reditas talis filij defert̃ patri inuito. caſus eſt ſingul.
in eadem auth. §. in quibus. Tertia exiſtentia ſui hęre
dis ſecundum Bal. vbi ſuprà eſt media quam ipſe vo-
cat plenã, quę eſt cũ filius non ſe immiſcet hęreditati
paternę, nec ab illa abſtinet, ſed viuit, & demũ mo-
ritur tacens antequã ſe immiſceat vel abſtineat, & ta-
lis exiſtentia ſui hæredis operat̃ hæreditatis paternæ
tranſmiſsionẽ ad quoſcunq; filij hæredes, quãuis ex-
101 traneos. †Sed quia hanc materiam trãſmiſsionis hæ-
reditatis Legiſtę habẽt p̃ difficili, & quia quotidiana
ac perutilis ab omnibus prædicatur, p̃ veſtrũ canoni-
ſtarũ doctrina ſuccinctè aliqua tractabo. Licet eñ s̃.
in verb. *& ſoboles quã geſta in vte.* circa medium, & in
verbo, *ſi abſq; libe. more.* ij. expediendo primum effe-
ctum vulgaris ſubſtit. aliqua lentè tetigerim quo ad
illud propoſitũ ſufficiebat: tñ quia hîc melius cadit,
decreui breuius q̃ potero expedire per veras conclu-
ſiones procedendo: vnde ſciendum eſt, ꝙ licet hære-
ditas extranei defuncti nõ adita, hærede mortuo an-
te aditionem nod tranſmittatur. l. vnica. §. in nouiſsi-
102 mo. C. de cadu. tol. †Etiã in p̃prios liberos hæredis
aut parentes: etiã ſi hæres ante aditã hæreditatem de-
cedẽs eſſet clericus: quo caſu etiã locum habet d. §. in
nouiſsimo, ſecũdũ Pan. in repe. c. eccleſia ſanctæ Ma-
rię. quẽ ibi ſequitur Feli. in xxiiij. col. de cõſtit. tamen
filius vel vlterior deſcendens, primũ tñ locũ ſuitatis
tenens, ex teſtamẽto vel ab inteſt. ſuccedẽs aſcendẽti
in cuius eſt poteſtate, etiã ſi infans ſit vel furioſus mo-
riendo tranſmitti beneficio ſuitatis hæreditatẽ aſcen-
dentis defuncti non agnitã, ſiue ſciret, ſiue ignoraret
patrẽ deceſsiſſe, & hæred. ſibi delatã fuiſſe: quam non
ſolùm in liberos aut parentes, verumetiã in quoſcũq;
tranſmittit extraneos hæredes. l. ſi. §. ſi autem. C. de
cura. furio. & l. iij. C. de iure delib. & l. apud hoſtes. C.
de ſuis & legi. hære. & l. ex militari. §. fin. vbi Bart. cũ
l. ſequẽti. ff. de teſta. mili. & plenius decidit Bart. in l.
ventre. ff. de acqu. hære. vbi eleganter loquitur. & idẽ
Bar. & Bal. in l. ſi infanti. C. de iur. deli. & l. vnica. C.
de his q̃ ante aper. tab. iuxta illud Leui. xxv. ibi, iure
hæreditario trãſmittetis ad poſteros. Et nume. xxvij.
ibi, ad filiã eius trãſibit hæreditas. Quæ quidem tranſ-
miſsio paternæ hæredi. ſit per filium monachum ante
agnitam hæred. decedentẽ in monaſterium, vt plenè
vidiſtis tractando primũ effectũ vulgaris ſubſti. vbi
103 ſuprà. †Et ſi filius hæres futurus patre adhuc viuente
decederet, in ſuos tranſmitteret ſpẽ ſucceſsionis: imò
ius primogenituræ, ſi ei competeret, ex priuilegio vel
cõſue. patriæ, ita ꝙ nepos ex primogenito poſtea pa-
tre defuncto, excludet patruum ſuum patris defuncti
ſecundò genitum. De quo latiſsimè dixi ſuprà, *in eo. teſta. relinquens.* j. in xviij. limi. vbi de Lycurgo datum
fuit vobis exemplum. Et ſi ille fili⁹ præcedẽs patri nõ
haberet iura primogenituræ tunc partẽ quã habitu-
rus erat poſt mortẽ patris trãſmittit ad ſuos: q̃ poſt-
ea cum patruis ſuccedent auo mortuo in ſtirpes, non
in capita, inſti. de hære. quæ ab inteſt. deferun. §. cùm
autẽ filius. Imò plus dicit Io. Fab. in l. ſi. C. de epiſ. &
cleri. ꝙ filius monachus patri præmoriẽs ad monaſte
rium tranſmittit paternam futuram ſucceſsionem, vt
monaſterium patri poſtea morienti ſuccedat, ſicut ei
ſuccederet nepos ex filio præmortuo, cùm monaſte-
riũ ſit filio præmortuo loco liberorũ, & patri poſtea
morienti ſit loco nepotis. c. in præſentia. de prob. Per
quod videtur ꝙ pater poſt filiũ monachum moriens
teneatur monaſterio ei loco nepotis ſuperſtiti aliquid
relinquere iure inſtitutionis, p̃ ea quę dicta fuerunt
plenè in verbo, *in eo. teſta. relinquens.* ſuper quo cogi-
tabitis, maximè in hoc regno Franciæ, in quo gene-
rali cõſuetudine monachi ſuis ab inteſtato non ſuc-
cedunt parentibus, nec monaſterium, vt refert & te-
net magiſter. Io. Maſuerij magnus Aruerniæ conſue-
tudinarius in titu. de ſucceſ. & vltimis voluntatibus.
dicens, ꝙ habentur pro mortuis, nec per eorũ profeſ-
ſionem dedicantur tacitè bona, quæ habent iure ſuc-
ceſsionis, ſed accreſcunt proximioribus parentibus;
quia finguntur nunquam fuiſſe hæredes, niſi expreſsè
ſua bona dedicarent, vt plenè in verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Si autẽ moriatur filius poſt mortem patris
ante agnitã hæreditatẽ, tũc eam tranſmittit ad quoſ-
cũque hæredes etiã extraneos per iura ſuperius alleg.
104 plus †dico, ꝙ nõ ſolùm ſuus hæres, id eſt in morien-
tis poteſtate cõſtitutus hæreditatẽ ſibi delatam tranſ-
mittit in quoſcunq;: ſed etiã ille qui non eſt in pote-
ſtate, dum tñ iura ſuitatis habeat, ſecundũ Bald. poſt
glo. in l. nepotes. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vbi
decidit, ꝙ epiſcopus, qui non eſt in poteſtate patris,
hæreditatẽ paternã trãſmittit ad quoſcunque hæredes
nõ aditã tamen ei delatã: cũ in his quibus verſatur ei⁹
fauor & honor, non cenſeatur eſſe extra patriam po-
teſtatẽ: imò iura retinet ſuitatis, ſicut ea retinet mo-
105 nachus, vt d. l. ſi. C. de epiſ. & cler. †Pro latiori tamen
horum terminorum declaratione ſcire debetis, quòd
tres ſunt ſpecies tranſmiſsionis. Prima eſt trãſmiſsio
naturalis, vt quando natiuus ſplendor ſeu nobilitas
à progenitoribus ſeminatur in poſteros. l. nobiliores.
C. de com-



C. de commer. & mercato. Et talis nobilitas nõ trãſ-
mittitur niſi per legitimã lineam etiã à matre honeſtè
viuente. quia aliâs ſi mulier nobilis in corpus ſuum
peccaret efficeretur infamis, & ſplẽdorem dignitatis
amitteret: & ſic eam quã perdidit trãſmittere nõ poſ-
ſet. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfi. ff. de ſena. l. Caſsi⁹. & l.
imperialis. C. de nupt. Et pręſertim ſi cõmiſit inceſtũ
quibus caſibus vilitas vitæ fecit eam deploratã & hu-
milem. l. ſi quis inceſtu. & l. humilem. C. de ince. nup.
106 Vnũ tñ mẽti tenebitis, † ꝙ licet nobilitas tranſmitta-
tur in poſteros, non tamẽ cõſcientia tranſmittitur, vt
pulchrè dicit Bal. in c. j. §. ſacramentũ. de cõſuet. recti
feudi. Quia cõſcientia patris mortui, aut viuẽtis non
eſt conſcientia filij, vt s̃. vidiſtis. Ideo quantumcunq;
defunct⁹ de malitia iurauerit, tñ hæres de nouo iura-
re tenetur, ſecundũ Bald. ibi, cùm iuramentũ hæredis
multum differat à iuramento teſtatoris, dicit text. in l.
generaliter. §. j. C. de reb. cred. & iureiur. Pręterea cõ-
ſciẽtia eſt animi motus ſibiipſi perſuadẽs, & non alte
ri, & ſeſe concernens, & non alium, ſecundũ Bal. not.
in c. niſi cũm pridem. iiij. col. de renuntia. & latius tit.
de notis feudo. in fine. de triplici conſcientia videatis
Io. And. in nouel. in c. ij. de offi. ordi. An autem filij &
hæredes exonerare teneantur conſcientiam defuncti.
habuiſtis in verbo, *Si abſq; liberis moreretur.* j. circa fin.
Et finaliter declaratio cõſcientiæ non tranſmittitur,
nec alteri cõmitti põt, ſed bene cõmittitur, & in aliũ
putà hæredẽ tranſmittit̃ aliquod certũ à ſe prius de-
claratũ: putà, actus nudi miniſterij, in quo nõ differt
an fiat per ſe vel aliũ: arg. c. is cui. de offi. dele. lib. vj. ſe
cundũ Archi. & Io. And. in c. vlt. iſto tit. de teſt. in vj.
& ita intelligit̃ c. tua. s̃. eod. tit. ſecundũ Bal. in l. nulli.
ſuper verbo, pro ſua conſcientia. C. de epiſc. & cle. de
quo videatis Panor. & Doct. in c. ſi. §. j. in fi. de of. de-
leg. & Barba. ibi, & in ij. parte tractã. de præſtã. card.
q. ij. Secũda trãſmiſsio dicitur conuentionalis, quæ fit
virtute pacti & conuentionis naturaliter ad hæredes
trãſitoriæ. l. iuriſgentiũ. §. pactorũ. ff. de pac. & l. ſi pa
ctũ. ff. de proba. Tertia eſt tranſmiſsio legalis, qualis
eſt tranſmiſsio hæreditatũ, quæ ſola iuris authoritate
107 fit: de qua nũc loquimur. † Et huius tres ſunt ſpecies:
quas licet Bald. cuius ſunt hæc verba, vno modo tra-
ctet in l. iij. C. de hæredi. inſtitu. & aliter in l. cũ anti-
quioribus. in viij. q. C. de iure delibe. Ego tamẽ inſe-
quẽdo cõmunes doctorũ theoricas, præſertim Bart.
108 in d. l. vẽtre. ff. de acquir. hæredi. † aliter & clarius di-
co, ꝙ prima ſpecies tranſmiſsionis hæreditatis eſt illa
quæ fit ratione & beneficio ſuitatis: de qua loquimur.
Nam ſi, patre defuncto, filius in poteſtate conſtitutus
hæres ſuus moriatur ante aditã hæreditatẽ, ſiue ſciat
eam eſſe ſibi delatã, ſiue ignoret: ſemper eam trãſmit-
tit ad quoſcunq; hæredes licet extraneos, qui eã adire
poterunt, ſicut poſſet filius ſi viueret, vt d. l. apud ho-
ſtes. & l. ex militari. §. ſi. ſecundũ Bar. in d. l. ſi infanti.
dicentẽ ita cõmuniter teneri: & practicatum eſſe plu-
ries, & determinatũ in collegio Peruſino, prout etiam
cõſuluit Ludoui. cõſ. lviij. incip. Viſis narratis in pun
cto. Et fieret hęc tranſmiſsio non ſolùm per filium in
poteſtate tẽpore mortis patris conſtitutum, ſed etiam
per filium qui odio patris non eſſet in patris poteſta-
te, vt ſunt filij Iudæorum & aliorum infidelium, qui
ſolo baptiſmo à patris nexu in infidelitate reſidentis
liberant, vt dicit gl. ſingularis in c. Iudæorum. xxviij.
quæſt. j. quoniam tales quatenus eis vtile eſt, iura pa-
triæ poteſtatis retinẽt: & ſic iure ſuitatis hæreditatem
ad quoſcunq; hæredes etiã non agnitã tranſmittunt,
ſecundum Barba. in rubri. de pecu. clericorum. ij. col.
quod etiam puto locum habere in aliis quinque caſi-
bus ſuprà in principio poſitis, in quibus non exiſtens
in poteſtate patris habet iura ſuitatis quatenus ſibi eſt
109 vtile, aut ſuo hæredi quamuis extraneo. † Et ſit hæc
tranſmiſsio nõ ſolùm quo ad ius, ſed etiã quo ad poſ-
ſeſsionem in præſenti regno Franciæ ex generali cõ-
ſuetudine, qua mortuus ſayſit viuum. Nam ſicut filius
ipſo iure efficitur hæres & poſſeſſor hæreditatis pa-
ternæ: ſic etiam eã tranſmittit quo ad ius & poſſeſsio
nem, vi dictæ conſuetudinis, de qua ſuprà plenè dixi:
& adeò quòd bona patris condẽnati quæ hodie filiis
reſeruantur per authen. bona damnatorum. C. de bo-
nis damnat. non agnita per filium tranſmittuntur ad
quoſcunq; hæredes, ſecundum Sali. in dicta authenti.
vlti. col. Et ratio eſt ſecundum Bart. quia beneficium
abſtinendi datum à prætore eſſet filio damnoſum, ſi
hæreditatem patris non agnitã non tranſmitteret: eo
quia ita de facili non reperiret hæredem: nec mirum
ſi hæreditas patris ita tranſmittatur ad quoſcunque.
Quoniam filius aut quilibet vlterior ſuus hæres mor-
tuo patre abſque alia agnitione hæreditatis efficitur
ipſo iure hæres beneficio & iure ſuitatis, inſtitu. de hę
redum qualita. & differentia. §. ſui. De quo plenè vidi
ſtis ſuprà. ideo tranſmittit hæreditatem indifferenter
ad quoſcunque, ſiue ipſe filius decedat infra annum à
tempore hęreditatis ei delatæ, ſiue poſt annum. Quia
hæc facultas tranſmittendi iure ſuitatis filio compe-
tens durat perpetuò ſaltem triginta annis, per l. licet.
C. de iure deliberandi. & hæc eſt communis opinio,
quam refert & ſequitur Alexand. in dicta l. cum anti-
quioribus. j. & ij. col. quamuis Bar. & malè, in dicta l.
ex militari. §. ſi. ff. de teſtamento milita. dixerit filium
morientem infra annum, & ſic durante tempore deli-
berandi, non tranſmittere hæreditatem, ſed ſolùm ius
deliberandi, quo hęredes vti poterunt intra reſiduum
illius anni: ſicut ſtatutum eſt in quolibet hærede ex-
traneo, ſecundum terminos dictæ l. cum antiquiori-
bus. de qua plenè dicam infrà, in tertia ſpecie tranſ-
110 miſsionis. † Pari modo, ſi fuerit per patrem filio le-
gitima aut minus legitima relictũ, quo caſu filius age
re non poteſt, niſi ad ſupplemẽtum legitimæ. l. omni-
modo. C. de inoffic. teſta. filius moriendo antequàm
agnouerit legitimam, vel ſupplemẽtũ illius trãſmittit
iure ſuitatis facultatẽ petendi ad quoſcunq; hæredes.
Quia pro ſupplemento legitimæ cõpetit filio condi-
ctio ex lege omnimodo, & ſic actio perſonalis, ergo
tranſmittitur ad quoſcunque hæredes, ſicut quælibet
altera perſonalis actio, ſecundum Sali. & Iaſo. in l. ſci
mus. §. j. C. de inoffic. teſta. & conſuluit Alexan. in ij.
parte conſil. lv. incip. Viſo titulo quæſtionis. iiij. col.
& eſt de mente Bald. in l. ſi arrogator. in ij. oppoſitio-
ne. ff. de adopt. vbi magis videtur inclinare in oppo-
ſitum. Videatis eum in l. ij. in vltima quęſtione. C. de
liber. præteritis. adeò quòd ſi filius fuerit à patre hæ-
res inſtitutus ſub conditione caſuali vel mixta, etiam
ſi conditio foret poteſtatiua, putà, ſi hæres eſſe volue
rit: quo caſu eo antequã declaret ſi voluerit morien-
te, hæreditatem non tranſmitteret. l. ſi ita legatum. §.
illi ſi volet. ff. de legatis j. tamẽ cùm filij interſit, quòd
hæreditatem tranſmittat, talis conditio reiicitur quo
ad concurrentem legitimæ quantitatem. l. quoniam
in prioribus. C. de inofficioſo teſtameto. & ſic legiti-
mam tranſmittet, licet non agnitam, ſecundum Bald.
Salicetum & Paulum ibi: & in tantum, quòd ſi filiæ
fuerit relictum: quãdo nupſerit, vel pro dote: quo ca-
ſu relictum peti nõ poteſt, donec nubat, vt plenè per
Bartolum in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de con-
dition-

ditionibus & demõſtrationibus. talis filia antequàm
nubat moriendo tranſmittit ad hæredes, etiam tranſ-
uerſales relictum à patre ſibi factum, ſaltem quatenus
ſuam concernit legitimam, ſecundum Alex. in dicto
conſi.lv.& pulchrè per eundem in prima parte, cõſi.
cxxxj. incip. Tranſmiſſum eſt ad me. Et idem eſſet
in facultate ſe dotandi de bonis paternis reſtitutioni
ſubiectis, quam habet filius ſecundum terminos auth.
res quæ.C.cõmunia de lega. Nam ſi filia fideicõmiſ-
ſo grauata, alicui nupſerit pauperi, quo caſu etiam
poſt nuptias poterat dotem dare de fideicommiſſo,
vt ibi concludunt Docto.certè moriendo ante quàm
dotem ſibi cõſtituat, ad hæredes tranſmittit illam fa-
cultatẽ ſe dotandi, ſecundum qualitatẽ viri, & quan-
titatẽ fideicommiſsi: quia ſi ſe prius dotaſſet, dos hæ-
redibus pertineret, ſecundum Paulum ſingu. in dicta
authen. res quæ. ergo & facultas petendi ad eos tranſ-
111 mittitur, ſecũdum eum, quod eſt no. †Et idem erit in
quarta Trebel.quæ non agnita per filium tranſmitti-
tur.l.quanquã.C.ad legem Falc. Et idem in fideicom
miſſo vniuerſali filio relicto, vt eo moriente tranſmit
tatur etiam ante aditam hæred. per hæredem, ſecun-
dum Bar.& Doct.in l.cùm filio.v.quæſt.ff.de lega.j.
& probatur in l.quidam ita in teſtamento.ff. ad Tre-
bellia.& per conſequens ius ſeu facultas cogendi hæ-
redem adire, & filio fideicõmiſſario hæreditatẽ reſti-
tuere, ſine quibus fideicommiſ.eſſet inutile, trãſmitti-
112 tur, ſit ibi. †De fideicõmiſſo autẽ particulari ſeu lega
to nõ eſt dubium: qñ illud tranſmittitur ad quoſcun-
que heredes, cum mortuo teſtatore ilico recta via do
miniũ rei legatæ tranſeat in legatariũ. Ideo morien-
te legatario priuſquã legatũ ei tradatur: ipſum tranſ-
mittit ad quoſcunq; hæredes.l.cùm quidã. la ij. ff. de
lega.ij.& l.quæ legata.ff.de reg.iur.Sanè tamen intel-
ligatis, ꝙ tranſmittit rẽ legatã, nõ tamẽ trãſmittet ius
petendi & exigẽdi pœnã legatario applicandã, ſi le-
gatum ei non ſolueretur, tex.eſt not.in l.ſi penum.ff.
qñ dies lega.cedit.Nec hoc caſu locum habebit regu-
113 la, acceſſoriũ naturã ſequitur principalis. †De fidei-
cõmiſſo autẽ vniuerſali, an tranſmittatur fideicõmiſ-
ſario etiã extraneo ante aditã hæred. per hæredẽ mo-
rientẽ, vidiſtis plenè in verbo, *Si abſq; liberis more*.ij.
in materia fideicõmiſ.ſubſtitu.verſi. *Et hæc ſubſtitutio
fideicommiſſario aliquando purè*, &c.De aliis verò ſub-
ſtitutionibus, ſcilicet vulgari & pup.qualiter tranſmit
tantur ſubſtituto præmoriente, vidiſtis ſuper eodem
verbo, In materia pupillaris ſubſtit. in j.prin. arti. &
plenè in fine illius ſubſti.De ſubſtitutione autẽ in do
natione facta qualiter tranſmittat̃ in poſteros, videa-
tis in l.quoties.quam ibi ad hoc põderat Bal. in fine.
114 C.de don.quæ ſub modo fiunt. † Similiter legitima
ſeu quarta, quæ filio debetur arrogato ex cõſtit. diui
Pij, tranſmittitur non agnita in quoſcunque hæredes
ſecundũ Bar.in repet.dictæ l.ſi arrogator.in v.oppo.
ff.de adop.quem ibi ſequitur Bal.in ij.oppo.Nam fi-
lius arrogatus legitimã habet in bonis patris arroga-
toris titulo ſingulari ex diſpoſitione legis, & quaſi
quadã neceſsitate præcedentis cõtractus ſtipulationis
iuxta §.cũ autẽ impubes.inſtit.de adop. Quo caſu in
his q̃ titulo acquiruntur particulari facilius ſit tranſ-
miſsio.d.l.vnica.§.in nouiſsimo.C.de cadu.tol. ſicut
dixi in legatis. Sed in caſibus tranſmiſsio non fit iure
ſuitatis, quod etiam in ſola legitima nõ fuit introdu-
115 ctum, ſecũdum Doct.in d.l.ſi arrogator. †Ob quod
decidunt ibi, quòd lucrum dotis marito proueniens
ex ſtatuto diſponente, ꝙ vxore præmoriente vir lu-
cretur dotem vel partem dotis, ſicut eſt hîc Caturci
& Toloſæ: marito poſt vxorẽ moriente ante, quàm
lucrum agnouerit, illud trãſmittit ad hæredes, ſecun-
dum Sali.Paul.& Alex. in d.l. cum antiquioribus. &
116 Iaſo.in dicta l.ſi arrogator.ix.& x.col. † Vnum ta-
men menti tenebitis ꝙ licet filius hæreditatem pater-
nam non agnitam tranſmittat ad hæredes quoſcunq;
vbi eſt certitudinaliter delata volũtate patris expreſ-
ſa, vt quia heres fuit ab eo inſtitutus: vel tacita, putà,
quia ei ab inteſtato ſucceſsit, tamen hæreditas, de qua
tempore ſuæ mortis eſt dubium, an ei deferretur vel
nõ, putà quia eo in certa re inſtituto alius hæres vni-
uerſalis fuerit inſtitutus, & ſic poteſt filio hæreditas
deferri iure accreſcendi, ſcilicet hærede vniuerſali re-
pudiante: vel poteſt ei hæreditas non deferri, ſcilicet
ſi hæres non repudiet: certè ſi talis filius moriatur
priuſquam hæres vniuerſalis hæreditatem repudiaue-
rit, vel aliàs ab illa excluſus fuerit. talis filius, qui fue-
rat in re certa inſtitutus, nõ tranſmittit ius accreſcen-
di ab hærede: ad hoc vt hærede vniuerſali poſtea re-
pudiante poſsit hæres filij, ſicut poſſet filiꝰ ſi viueret,
hæreditatem adire, quaſi iure accreſcendi delatã: ita
dicit Ange.in l.ex facto.ff.de hæredi.inſtitu.quod ve-
rũ intelligit de iuris rigore: ſed de æquitate ſubueni-
tur hæredi ipſius filij in re certa inſtituti præmortui,
& ſubuenitur ei beneficio l.ventre. ff. de acq. hæredi.
117 †Tamẽ Imo.in d.l.ex facto.tenet contrarium, dicẽs
tale ius etiã de æquitate non competere hæredi filij ꝑ-
mortui, anteq̃ ius accreſcendi operaret̃: nec hoc caſu
locum habere beneficiũ d.l.ventre.vbi videatis ꝑ mo
dernos, & Philippum Franchum, in repetitione cap.
ſi pater eod.tit.libro vj. vbi tranſit cum Imo.in d.l.ex
facto. Quoniam dicta l.ventre.procedit, qñ in omnẽ
euentum præmoriens ſe ſucceſſurum cognoſcebat in
hæreditate: quo caſu eã tranſmittit non agnitam. Sed
inſtitutus in re certa non cognoſcit certitudinaliter
ſe ſucceſſurum in omnem euentum: cùm ſucceſſurus
non ſit, ſi hæres vniuerſalis acceptet hæreditatem, qđ
eſt not. Ideo illud ius accreſcendi, quod tempore mor
tis illius filij contingere poterat, vel non contingere,
non tranſmittitur beneficio dictæ l.ventre. Videatis
circa hoc & iungatis hîc ea quæ pulchrè habuiſtis in
verbo, *Si abſq; liberis moreretur*. ij. in materia ſubſtit.
vulga.in iiij. prin.art.& in tertio caſu fallentiæ, dum
allegabam l.qui ex duabus.ff.de acquir.hæred.vbi ius
accreſcendi in caſu illo tranſmittitur, & etiam in caſu
noſtro tranſmitteretur, ſi filius in re certa inſtitutus
illã rem acceptaſſet, priuſquam deceſſerit, cum ius ac-
creſcendi ſit ſui natura tranſmiſsibile ad hæredes ſe-
mel portione adita.l.hæc ſcriptura.§. fi. ff.de condi-
tionibus & demonſtra.Et hoc modo ſaluari poſſet o-
pinio Ange.in dicta l.ex facto. Quia cum pars quæ
nunc repudiatur, non accreſcat perſonæ, ſed portio-
ni, vt plenè dixi ſuper verb. *& vxorem nomine Ade*, in
quarto præludio: ſemper tranſit ad hæredes ad quos
tranſit portio cui accreſcit. Et quia filius in re certa
inſtitutus, rem illam licet non agnitam tranſmittat ad
hæredes, cùm in hoc, loco legatarij habeatur, vt dixi
ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*. ij.circa fi-
nem ſuſtineri poſſet indiſtinctè opinio Ange. Plus
dicit Alexander in prima parte, allegato conſilio
cxxxj. incipien. Tranſmiſſum eſt ad me nuper con-
ſilium, quòd filia dotata ſtantibus maſculis excluſa,
tranſmittet tanquã ſuã hæreditatem non aditam. De
118 quo ibi per eum, & tangam infrà. † Sed pulchrum
& diſputabile, ac ad decidendum ſubtile dubium eſt:
an ius conſuetudinarium, vel ſtatutariũ ſit tranſmiſſi-
bile, ſicut ius cõpetens ex diſpoſitione iuris commu-
nis id eſt



nis, id eſt an hæreditas paterna filio delata conſuetu-
dine vel ſtatuto patriæ tranſmittatur iure ſuitatis ad
quoſcunq; hæredes non agnita, ſicut tranſmitteretur
hæreditas ei iure cõmuni delata. putà, ſtatuto cauet̃,
ꝙ patre mortuo ab inteſtato filij maſculi, excluſis fœ
minis, ſuccedãt: de quo plenè vidiſtis in verbo, *Duas
habens filias*. pone, moritur pater relicto filio maſculo
& filia: non eſt dubium, ꝙ maſculus filiã excludit: ſed
poſt mortẽ patris filius cum ſorore ſtetit aliter hære-
ditatẽ paternã non agnoſcẽdo. & poſtea moritur ta-
lis filius nullo maſculo relicto: quia ſi maſculũ relin-
queret, nõ eſſet dubiũ, vt ibi dixi. ſed moritur relicta
filia parua quæ ei ſuccedit, nunq̇d talis filius moriẽ-
do totam paternam tranſmittit hæreditatẽ ad filiam
ſuã? Nõ quæro de parte hæreditatis, in qua patri ſuc-
ceſsit de iure cõmuni, cũ de illa nõ ſit dubium, quin
ad filiã ſuam tranſmiſerit eam per ſuperiùs deducta.
ſed dubito de reliqua dimidia parte, quæ illi filio, ob-
uenit ex ſtatuto vel cõſuetudine: & in qua virtute ſta-
tuti ſororẽ excluſit, an illã etiã non agnita tranſmit-
tat iure ſuitatis ad filiã, quam ſi agnouiſſet, dubiũ nõ
eſſet eam eſſe tranſmiſſam. Et tota difficultas pẽdet:
quia in hac tranſmiſsione ceſſare videtur ratio finalis
ipſius ſtatuti, quæ ratio alia nõ fuit, niſi fauor agna-
tionis, vt ſcilicet bona cõſeruentur in linea maſculi-
na, ne nomen familiæ pereat.l.j. §. penul.ff.de ventre
inſpici. Quia hîc vtraque eſt fœmina, ideo ſiue bona
trãſmittãtur ad filiã ſiue nõ, vtroq; caſu bona nõ re-
manebũt in agnatione maſculorũ. Nec obſtat ſi dice
retur, ꝙ iſta filia parua admittatur ex perſona ſui pa-
tris maſculi, cũ ſubintret eius locũ, inſtit.de hæredi.
quæ ab inteſta deferunt.§.cũ filius. quia ad hoc reſpõ
detur, ꝙ quãdo filia ſuccedit in locum patris, nõ ve-
nit ex ꝑſona patris, licet eius loco primò ponat̃. Sed
poſtea ſuccedit ex ſua propria perſona, ita ꝙ conſide
rãtur qualitates filiæ, vel neptis, & non ipſius patris,
prout magiſtraliter docet Bar.in l.j.in §.ſi filius.ff.de
coniũgen.cũ emancipa.filiis.& in l.j.§.ſi ſit.ff.de col-
latio. bono. & plenè ꝑ Modernos in l. qui ſe patris.
C.vnde liberi. Or cũ iſta filia paruula ſuccedat in lo-
cum patris ſui, erit in eodẽ gradu cũ amita: ſed ſi cõſi
derantur qualitates filiæ, & nõ patris, prout cõſidera-
ri debent, iſta filia non dicit̃ habere qualitatẽ, ꝓpter
quam excludat amitam. Paſſus iſte eſt altus & ſummè
diſputabilis: veruntamẽ omiſsis ambagibꝰ ego in ef-
fectu duas reperio opiniones contrarias. Prima eſt
opinio Sali.l.j.C.ad leg.Iul.de adult.volentis portio-
nem delatã filio maſculo virtute ſtatuti, ſi non fuerit
per eum viuentẽ agnita, non tranſmitti ad eius filiã,
ſed in ea ſororẽ ſcilicet amitã filiæ eſſe potiorẽ. Mo-
uetur duplici ratione principaliter. Primo, quia qñ
aliqua portio defertur contra ius cõmune alicui ex
iure ſpeciali, ita demũ locum habet illud ius ſpeciale
contra ius cõmune, ſi portio delata ſit expreſsè acce-
ptata, aliâs nõ. l. emãcipata. C. qui admitti ad bono.
poſ.poſſũt.l.j.§.ibidẽ.ff.de collatio.bono. ſed ſic eſt
in propoſito, ergo &c.Secundò mouetur, quia quan-
do filius tranſmittit ex potentia ſuitatis hæreditatem
patris, illam tranſmittit non tanquam aditam, ſed tã-
quã adeundã, vt l.i.C.de his qui ante apertas tabu.&
bonus tex.in l. ſi quis filium.in prin.ff.de acquir. he-
redi. Si ergo portio ſtatutaria tranſmittitur tanquã a-
deunda & filia maſculi non reperiatur illius qualita-
tis, per quã excludere poſsit amitam: ergo adire non
poterit: & per conſequẽs ſuccedere nõ põt. Per quam
rationẽ in eandẽ ſententiã inclinat Ludo. in d.l.ven-
119 tre.ff. de acquir. hære. † Subiungens, quia ſtatutum
excludens fœminas à ſucceſsione patris propter ma-
ſculos intelligitur ſtantibus maſculis qui patri ſucce-
dant: aliâs fœminæ nõ excludunt̃, ſecundũ Bart.not.
in l.ij.§.ſed ſi ſunt ſui, per illũ tex.ff.ad Tertyl. & l.j.
§.ſi filiũ.ff.de bono.poſſeſ.cõtra tabu.& Bal.in l.ma-
ximũ. C.de libe. præte. Præterea regulã habemus, ꝙ
qñ aliqua portio alicui defertur de iure ſpeciali, in ea
locũ non habet beneficiũ iuris cõmunis, tex.eſt ſingu
laris in l.mulieri & Titio. ff. de cõdi.& demon. ergo
cùm ad illã partẽ per ſtatutum delatam non veniant
maſculi iure cõmuni, ſed ſtatutario, & ſic iure ſpecia-
li, nõ habebit locũ beneficiũ iuris, ſcilicet trãſmiſsio.
Alia fuit opinio Bal.in c.j.in titul.epiſcopũ vel abba-
tem feu.dare nõ poſſunt. vbi per illũ tex.elegãter di-
cit, ꝙ filia ſemel excluſa à ſucceſsione paterna pro-
pter maſculũ, ſẽper intelligitur excluſa: adeo ꝙ mors
maſculi filiæ nõ prodeſſet, quod reputat not. propter
ſtatuta diſponentia, ꝙ exiſtentibus maſculis, fœminę
non ſuccedant: quia licet moriat̃ maſculus nõ relictis
liberis, aut relictis nõ qualificatis: tñ propter hoc fœ
mina quæ ſola exiſtentia maſculi ſemel fuit excluſa,
ad ſucceſsionẽ non admittetur paternã. Idem tenuit
Bal.in Auth.ſed & ſi quis.& in l.quibus.C. de ſecun.
nup.& conſuluit Fran.Aret.conſ.l.incip. Copioſè &
eleganter.penu.col.Ergo tota hæreditas penes filiam
maſculi aut aliũ hæredẽ remanebit: & ita videtur ſen
tire Bald. in ſuis verbis, licet ſpecificè quæſtionẽ no-
ſtrã nõ ponat ibidẽ.Sed in quodã eiꝰ cõſilio incip.Fa
ctũ ꝓponitur ſub hac forma. quod formaliter refert
Lud.in d.l.ventre.quæſtionẽ noſtrã decidit pro filia
maſculi dicens ad eam tranſmitti portionẽ ſtatutariã
& penitus excludi amitã. Mouet̃ ꝙ cõmunis ſentẽtia
eſt, ꝙ filius hæreditatẽ patris tranſmittit ex potentia
ſuitatis. ergo ſicut tranſmittit illã partẽ, quæ ſibi defer
tur de iure cõmuni, ſic etiam trãſmittere debet aliam
partẽ, quæ ei defertur iure ſtatutario, ne aliâs ſequat̃
abſurdũ, quòd iſte filius pro parte dicatur ſuus, & in
alia parte nõ: & ſic in parte trãſmittat, & in parte nõ:
contra cõmuniter no. in l.j.& ij. ff. de acqui. hære.&
quia eadem res non debet diuerſo iure cẽſeri. l. eum
qui ædes.ff. de vſuc. Ita refert Ludo. vbi ſ.& Paul.de
Caſt.in l.fi.ff.de acqui.hære.Et hãc partẽ conſulẽdo
in prima parte tenuit Alex.cõſi.xx. incip. Viſo pro-
ceſſu cauſæ vertẽtis inter Raymundũ. vbi inter cæte-
ra principaliter mouetur: quia cũ ſtatutũ diſponat, ꝙ
ſtãtibus maſculis fœmina nõ ſuccedat patri, cùm eo
caſu fœmina per ſtatutũ ſit excluſa & priuata à ſuc-
ceſsione paterna, deſinit eſſe ſua, ac ſi pater eã exhæ-
redaſſet, vt ſingulariter dicit Bar.in l.j.§. ſciẽdũ.in fi.
per illũ tex.ff.de ſuis & leg.hære.& ſequitur Bal.in d.
l.maximũ.& Imo.in d.l.ventre.& Lud.in l.apud Iul.
§.idẽ Iulianus.ff.ad Treb. Ergo cũ filia per exiſtẽtiã
maſculi in ſucceſsiõe patris deſinat eſſe ſua, filius ma
ſculus in tota ſucceſsione dicitur eſſe ſuus: & ſic totã
debet poſſe trãſmittere ex potẽtia ſuitatis hæreditatẽ.
Quid ergo nunc dicẽdũ in tãta difficultate? vbi Fran-
ciſ.Aret.conſi.cxlij.incip.Viſo ſtatuto communis A-
retij.ij.col.punctũ noſtrũ reliquit indeciſum, honeſtè
ſe excuſans. ꝙ de illo caſu non fuerat conſultus. Simi
liter Iaſon in d.l.emancipata.ij.col.C.qui admitti ad
bon.poſ.poſſunt.dixit nihil velle decidere, quia ple-
nè hoc diſputauit in d.l.ſi arrogator.ff.de adopt. vbi
in xij.col.finaliter in hæc verba cõcluſit: Ego habeo
hãc quæſtionẽ pro dubitabili, & aliter pro nũc nõ de
120 termino: †quãuis aliqui opiniões concordare volue-
rint, dicẽtes ꝙ aut ſtatutũ purè, ſimpliciter, & abſolu
tè propter exiſtentiã maſculorum excludit fœminas,

& ſic in totũ & tũc eſt verũ dicere,quòd maſcul⁹ mo
riẽdo ante agnitã hæreditatẽ totã hæreditatẽ trãſmit-
tat ad ſuã filiam,aut ſuos alios hæredes.Quia cũ vir-
tute ſtatuti fœmina in totũ excluſa nõ ſit de ſuis,ac ſi
eſſet exhæredata. Imò ſola exiſtentia maſculi tẽpore
mortis paternæ eã perpetuò excluſerit.Ideo morien-
te poſteà maſculo nihil poteſt ad eam peruenire quæ
ſemel excluſa fuit:ſed tota hæreditas tranſmittitur ad
liberos filij etiã non maſculos:& ita ſaluari poteſt ſe-
cunda opinio:ſcilicet Bald.Paul. de Caſt. & Alex. &
quod notat Bar.in d.l.ſciendũ.Aut ſtatutũ non exclu
dit ſimpliciter filias propter exiſtentiam maſculorũ.
ſed iubet eas dotari: vel vult eas à patre eſſe dotatas,
& tũc quia dos ſuccedit loco legitimæ,vt plenè decla
rat Bar.in l.Titio centũ.§.Titio genero.ff.de cõdi.&
demõſtr.Sequitur,ꝙ ſtatutũ vult eo tunc, ꝙ fœmina
habeat legitimã ſuã:& ſic eam in totũ non priuat, &
per conſequens nõ deſinit eſſe ſua propter exiſtentiã
maſculi,vt pulchrè limitãdo opinio. Bar.in d.§.ſciẽ-
dum.cõſuluit in prima parte Alex.conſi.cxxxj.incip.
Trãſmiſſum eſt ad me.Ideo ſi filius ante agnitã por-
tionẽ ei à ſtatuto delatã deceſſerit, illã partẽ nõ trãſ-
mittet ad filiã,niſi ſolùm partẽ hęreditatis ſibi de iu-
re cõmuni cõtingentẽ. Aliã verò habebit eius ſoror
filiæ ſuæ amita.Et ita ſaluarẽt prima opinio quę fuit
Salicet.in d.l.j. C. de adulter. poſt Iacob. de Aret.&
Vbertum de Bobio : quos idẽ tenuiſſe refert ibi Ang.
☞[Adde quòd hanc quæſtionẽ videtur aliqualiter de-
cidere idẽ Iaſ.in l.cũ mota.vj.col.in prin. C. de trãſ-
121 act. †Sed quia ecõtrà vos ſcitis , ꝙ aliqñ ſtatutũ ſim-
pliciter ſeu perpetuò nõ excludit filias per exiſtentiã
maſculorũ,ſed eas tẽporaliter excludit.putà,quia di-
cit,ꝙ filia dotata nõ ſuccedat patri quouſque ſeu do
nec maſculus ſupererit. Quo caſu maſculo poſt mor
tẽ patris præmortuo ſucceſsio paterna , qua filia erat
excluſa,ab inteſtato ad filiũ reuertitur:vel ſi in teſta-
mento patris fuerãt prætèrita,poteſt teſtamentũ dice
re nullum,vt plenè dixi ſuprà in verb. *In eodem teſta-
mento relinquens*. in ix.limitatione. Sed quæro nũc,an
filia poſt mortẽ patris præmoriente,& demũ maſcu-
lo ſine liberis maſculis decẽte, prædicta filia ad ſuos
tranſmiſerit ſpem ſuccedendi,vel dicendi teſtamentũ
patris nullũ,vt ſui liberi ſucceſsionẽ aui materni pe-
tere poſſint, vel teſtamentũ aui dicere nullum. Sicut
poſſet filia eorũ mater, ſi fratri maſculo ſupuixiſſet
ſine maſculis defũcto.Super hoc videatis Bar. in l.fi.
ff.ad Tertyl.vbi decidit ꝙ non.Sed Bald.contra,in l.
ij.C.de libe.præter.& ibi Alex.plenè.& an ſaltem in-
terim trãſmittat legitimã, ſi adhuc viuẽte maſculo de
cedat,ibi plenè per Bald. & pleniùs per Sebaſtianum
de monte ſancti Sabini in repetitione Authẽ.nouiſsi-
122 ma.xxvij.folio.C.de inoffi. teſtam. † Reſtat ergo, ꝙ
de iure cõmuni filius moriendo ante agnitã paternã
hæreditatẽ ſibi iure cõmuni delatã tranſmittit perpe-
tuò ad quoſcũque etiã extraneos hæredes. quod eſſe
123 verũ limitatur tripliciter. †Primò limitatur hoc pro-
cedere quantũ ad ius ſuccedendi de iure ciuili : nam
illud bene tranſmittitur ad quoſcunque ex potentia
ſuitatis. ſecùs autem eſſet in iure ſuccedendi , de iure
prætorio,putà in bono. poſſeſ. quã filius non agnitã
in ſucceſsione ab inteſtato ad neminem trãſmittit ex
potentia ſuitatis,ſecundũ Alex.in d.l.emancipata.pe
nul.col.verſi.non obſtat tex.in d.§. ibidẽ.dicens hoc
eſſe ſubtile,& nõ tactũ ab aliquo doctore in iſto pũ-
cto ſuitatis. Mouetur , quia tranſmiſsio ex potentia
ſuitatis fit.eo quia incõtinẽti filius in poteſtate mor-
tuo patre abſq; alia paternæ hæreditaris aditiõe cen-
ſetur iam eſſe hæres ipſo iure , ac ſi adiuiſſet inſpecta
diſpoſitiõe iuris ciuilis.l.j.§. qui ſunt in poteſtate. ff.
ſi q̃s omiſſa cauſa teſta.& l.fili⁹ qui patri. ff. de vulg.
& pupil.Ideo non mirum,ſi de facili talis tranſmiſsio
fit.Sed hoc dici non poſſet in tranſmiſsione bonorũ
poſſeſ. Quia lex ex potentia ſuitatis nõ facit eũ ipſo
iure bonorũ poſſeſſorẽ, cùm in bonorũ poſſeſsio.ac-
quirenda requiruntur iudicialis agnitio.l.fi. C. q̃ ad-
mitti ad bonorũ poſ.poſſunt. Et ſic ꝓpter pręſentiã
iudicis quæ in ea requiritur,ſola ſuitas non habet effe
ctum operari:quia ſecundum Bal.in d.l.emancipata.
Cy.& Sali.Ideo bonorum poſſeſsio nõ agnita ex po-
tentia ſuitatis,non tranſmittitur, quia requirit actum
facti extrinſecũ,ſcilicet, ꝙ fiat in præſentia iudicis vt
dictum eſt.Et ea q̃ ſunt facti non tranſmittuntur ipſo
iure ad hæredes. l.j.§.Scæuola.ff.ſi quis liber teſtamẽ
to iuſſus fuerit.& l.cũ hęredes.ff.de acqui. poſſeſsio.
124 †Quod verũ intelligit Iaſon in pręludiis d.l.emanci-
pata.iij.col in bon.poſſeſ.decretali : per quã tribuitur
filio hæredi ius in re & paterna hæreditate. Quia cũ
illa agnoſci nõ poſsit ſine iudice & eius decreto, vt
d.l.fi. nõ agnita nõ trãſmittitur,vt ad hæredes ius hę-
reditatis tranſeat, ſicut tranſit de iure ciuili ex potẽtia
ſuitatis ſola quæ ipſo iure efficit filium verum hære-
dem.non ergo mirũ, ſi trãſmittat quod iam habet, &
ſibi verè competit, ſcilicet paternam hæreditatẽ. Sed
hoc fieri non poteſt iure prætorio,vt dixi:quia bono-
rũ poſſeſsio decretalis nunquã filio cõpetit , nec ius
ei tribuit,donec à iudice petiẽ, & per iudicẽ decerni-
tur,vt d.l.fi.& ſic tanquã agnita cùm nõ ſit,tranſmit-
ti nõ poteſt.Sed bonorũ poſſeſsionẽ edictalẽ quæ fi-
lio cõpetit ipſo iure ex edicto prętoris ilico mortuo
patre,quę aliud ius nõ tribuit filio de præſẽti , & ipſo
iure in paterna hæreditate , niſi quia ſolùm det ei fa-
cultatẽ petendi corã iudice,& cognoſcẽdi infra annũ
bonorũ poſſeſsionẽ decretalẽ, vt ſibi decernatur cõ-
petere paterna hæreditas iuxta terminos d.l. fin. imò
hodie ſufficit ſola filij agnitio corã iudice ſine decre-
to,vt ibi. Certè illã edictalẽ bonorũ poſſeſsionem,id
eſt facultatem agnoſcendi decretalem & paternã hæ-
reditatem bene tranſmittit de iure prætorio,ſicut po-
teſtas illa tranſmittitur de iure ciuili, quo filius tranſ-
mittit paternam hæreditatem,non tanquam agnitam.
Imò eius hæres põt eam nõ agnoſcere, & repudiare.
quod facere nõ poſſet, ſi ſemel filius eam agnouiſſet,
cùm filius ſemel agnoſcẽdo paternã hęreditatem am-
plius eã repudiare nõ poſsit.l.ſuus hæres.C.de repu-
dianda hæredita.& minus poteſt eius hæres, ſed eam
trãſmittit, vt agnoſcendam, prout videbimus in inte-
grum reſtitutione , quæ licet factũ requirat extrinſe-
cum, ſcilicet impetrationem à iudice:tamen ſi minor
moriatur ante impetrationẽ,tranſmittitur ad hęredẽ.
l. non ſolum.ff.de in integ.reſtit.& l.minor. §. fin.ff.
de minori.Facit l.Panthonius.ff.de acquir.hære.& l.
qui duos.ff.de rebus dubiis. & ita poſt longã diſputa
tionẽ concludit Iaſon poſt præludia in d.l. emãcipa-
125 ta.j.ij.& iij.columnis. † Secundò limitatur , ꝙ hære-
ditas patris non agnita tranſmittiẽ perpetuò ad quoſ-
cunque hæredes filij , non mortuo patre fuiſſet filio
hæredi ſtatutus terminus à ſuperiore ad deliberandũ
an velit eſſe hæres patris vel non. Quoniã eo tunc ſi
decedat filius infra talem terminum ſibi datũ ad de-
liberandũ,cenſetur eſſe tanquã extraneus, ita ꝙ non
tranſmittet de potentia ſuitatis ad quoſcũque,niſi re-
liquum temporis dati à iudice , ſecundũ Bart. in l.ex
militari.§.fin.in fine.ff. de teſtamen. militis. per text.
in l.cùm antiquioribus.C.de iure deliberan. Et idem
ſi ſtatuto



ſi ſtatuto aut conſuetudine patriæ eſſet filia aut filius
excluſus vel iuramento: quo caſu non eſſet heres pa-
tris ſuus,nec conſequeretur effectũ ſuitatis,nec dice-
retur hæres neceſſarius,ſed volũtarius,ſecundũ Bart.
in l.ſciendum.ff.de ſuis & legi.hæredib.& Ang.in §.
eadẽ habet.in fine.inſtitu.de hæredi.quæ ab inteſtat.
126 deferun.†Tertiò limitatur, ꝙ hæreditas patris non
agnita trãſmittiẽ ad quoſcunq;,niſi filius ſeu vlterior
deſcendens primum locum ſuitatis tenẽs cui hæredi-
tas eſt delata,abſtinuiſſet, ſeu eam repudiaſſet in vita
ſua.Quia eo tunc eam nõ tranſmitteret adeundã , ne
plus iuris in aliũ transferat,quàm in ſe habeat, ſecun-
dum Bar.& cõmuniter Docto.in d.l.ventre.& l.fi.ff.
127 de teſtamen.militis.† Poteſt tamen in vita ſua filius,
qui ſemel hæreditate patris abſtinuit,reuocare abſtẽ-
tionem reu repudiationem duobus concurrentibus.
Primò,quòd infra triennium eam reuocet.Secũdò,
ꝙ res ſit integra,id eſt ꝙ bona nõ ſint alienata : quia
vltra trienniũ vel citra ſi bona eſſent alienata,vel per
alium hæredẽ legitimum ſequentẽ in gradu eſſet hæ-
reditas adita,cùm bona eſſe alienata,vel hæreditatem
eſſe alteri quæſitam per aditionẽ æquiparẽtur,ſecun-
dũ Bal.in l.ij.C.de iuris & facti ignorã.non audiretur
filius volens adire quod ſemel repudiauit , niſi eſſet
minor vigintiquinq; annis, qui vltra triennium infra
tempus petendæ reſtitutionis in integrum , quod eſt
quadrienniũ à die minoris ætatis finitę cõputandum.
l.fi.C.de tẽpo.in integrum reſtitutio.petẽ. poteſt per
viam reſtitutionis , tanquam læſus facilitate minoris
ætatis adire paternã hæreditatem ſemel repudiatam,
etiã ſi bona forent alienata:prout de his omnibus eſt
tex.ſolennis in l.fi.C.de repudian.vel abſtinen.hære-
128 dita. † Licet enim filius reuocare non poſsit immiſ-
ſionem ſeu aditionem paternę hæreditatis,ſi ſemel in
ea ſe immiſcuerit & adiuerit, vt l.ſuus hæres.ibi,cùm
reſpuere quæſitam. C. titulo allegato ſecundũ veram
opinionẽ,quicquid dixerit Bart.& quidam alij in l.ſi
maior.eodem titu.Tamen abſtentionem ſeu repudia-
tionem reuocare poteſt,& paternæ hæreditati ſe im-
miſcere prout ſuprà dictũ eſt. Et ratio differentiæ eſt
(omiſſa ratione Saliceti) nam filius ſuus de iure ciuili
velit aut nolit,eſt hæres.Et licet à prętore habeat be-
neficium abſtinendi,& ſe abſtineat:tamen adhuc re-
manẽt reliquiæ antiquæ iuris ſuitatis, quæ ſufficiunt
ad confirmandum teſtamentum,ac ſi hæreditas adita
fuiſſet,& plures alios effectus operãtur,de quibus pa-
tet in l.cùm quaſi.§.ſed & ſi quis ſuus.ff.de fideicom-
miſſa.libertatibus.gl.in l.quidam elogio.in fine gloſ.
magnæ.C.de iure deliberan.& propter illas reliquias
mediante ſuitate quæ durant, nõ obſtante abſtentio-
ne,lex permittit in filio ſuo tantũ,ꝙ poſsit abſtentio
nem ſuam reuocare: & quia res de facili reuertitur ad
ſui naturã.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff. de pact. &
hæc eſt ratio d.l.fin.quæ ceſſat in caſu contrario, ſcili
cet ſi filius reuocare vellet immiſsionẽ ſemel factam,
129 † Et intantum eſt hoc verum( videlicet ꝙ filius poſ-
ſit ſuam abſtentionem ſeu repudiationem reuocare)
ꝙ nõ ſolùm habet hoc locum in filio reſpectu pater-
næ hæreditatis,ſed etiam habet locum in nepote ex fi
lio,& alio quolibet deſcẽdẽte ſuo,qui poteſt eſſe hę-
res ſuus tenẽdo primũ locũ ſuitatis,aliis proximiori-
bus ſubductis de medio,ſecundum Bar.in d.l.fi.& in
l.ſi quis ſuus.ff.de iure deliber.glo.& Bar.in l.nõnun-
130 quam.ff.de collatione bonorum.†Plus dico,ꝙ etiam
ſi ſuus hæres habeat coniunctum,ſeu cohæredem ex-
traneum ſibi datum in teſtamento patris , dummodo
cohæres ille nõ adiuerit,antequã filius reuocet abſtẽ-
tionẽ,& ſic res ſit integra: poterit ſuus abſtentionem
reuocare,& paternã hæreditatẽ adire:ratio eſt , quia
per dationem cohæredis extranei non tollitur ſuitas,
quo ad ea quæ teſtator in teſtamento diſpoſuit,ſecun
dum cõmunem doct.opinionem in l.apud Iul.§.idẽ
Iulianus.ff.ad Treb.ita elegãter cõcludit Bart.in l.ꝓ
hærede.§.Papinianus.ff.de acqui.hær. per illũ tex.ibi
ſi cohæres adiuit.à cõtrario ſenſu. Et ita concludunt
Ange.& moderni contra glo.ibi,in d.l.fi.C.de repu.
131 hære.quos ibi ſequitur Iaſon.†Plus dico,ꝙ filius qui
à paterna hæreditate abſtinuit , non ſolùm reuocare
poteſt abſtentionẽ expreſsè hæreditatem adeũdo, &
declarato animo ſe immiſcendo,ſed etiã tacitè, putà,
exercẽdo aliquẽ actum qui fieri nõ poterat citra ius,
& nomẽ hæredis,putà, ſeruum hæreditarium manu-
mittendo,debita hæreditaria ſoluendo. De quibus
actibus plenè in l.gerit.& l.pro hærede.ff. de acquir.
hæredit.& dixi plenè ſuprà,*mortuo itaque teſtatore*.j.&
ita tenet Alex.& Iaſ.in l.j.C.de iure delibe. per textũ
in d.l.pro hærede.§.Papin.& l.j.C.de repud. hære.&
eſt de mente Docto.in l.Iulianus.§.fin.ff.de iure deli
beran.licet gloſ.Ang.& Paul.de Caſt.contrarium te-
neant,volentes reuocationem expreſſam eſſe neceſſa
132 riam:& malè.†Fortius dico,ꝙ filius non ſolùm po-
teſt ſuam abſtentionẽ & repudiationem reuocare in-
fra tẽpus prædictum,ſi facta fuerit extra iudiciũ , ſed
etiam ſi à paterna hæreditate abſtinuiſſet iudicialiter
corã iudice,ſecundum Bal.Rapha.Fulg.Alex.& Iaſ.
in d.l.fi.C.de repudian.hæredi.Quia non refert an re-
pudiatio hæreditatis fiat in iudicio,vel extra : nec ri-
gor iudiciorum aliquid operatur in hoc caſu.l.ſiue a-
pud acta.C.de tranſaction.ita dicit gloſ.in l.ſicut.C.
de repud.hæredi.licet Bal.ſibiipſi contrarius, tenuiſ-
ſet contrarium malè,& in l.ij.C.de iuris & facti igno
133 ran. † Quæ omnia ſunt notanda, pro extenſione d.
l.fi.ſingulariter volentis filium infra triennium re in-
tegra poſſe reuocare abſtantionem ſeu repudiationẽ
paternæ hæreditatis per ipſum factum:quã nũc limi-
tabitis procedere in hæreditate patris vel aui & ſimi-
134 lium,dũmodo ibi adſit ſuitas. † Secus in hæreditate
matris vel lineæ maternæ : quia ibi ceſſat ſuitas ſuper
qua d.l.fundatur:poſſet enim filius qui hæreditatem
maternam vel alterius de linea materna repudiaſſet,
repudiationẽ reuocare infra annum,non per d.l.fina.
ſed per l.filij mater.ff.ad Tertyll.de cuius intellectu,
quia varia dicuntur,propter d.l.ij.C. de iuris & facti
ignoran.videre poteſtis latè per Alex.& Iaſo.in l.qui
135 ſe patris.C.vnde liberi.†Secundò limitabitis d.l.non
procedere in filio emãcipato, quia in eo ceſſat ſuitas.
& licet hodie ſublata ſit differentia emãcipationis &
patriæ poteſtatis ſolũ quo ad ſuccedendũ ab inteſta-
to,tamen vbi aliquid fundatur in ſuitate, illud cade-
re nõ poteſt in filio emãcipato.Ideo hodie emãcipa-
tus nõ tranſmitteret hæreditatẽ patris non aditam ex
potentia ſuitatis.de qua trãſmiſsione loquimur, cùm
in eo etiã hodie non eſt ſuitas,vt concludunt Docto.
in d.l.ventre.Et ita concludunt Bar.& Docto.cõmu
niter reprobata glo.ibi,in d.l.fi.& Ang.in §.emanci-
pati.inſtitu.de hæred.quæ ab inteſta.deferun.ij.colũ.
Et tamen verum, ꝙ emancipatus qui paternã hære-
ditatẽ repudiauit,poteſt infra annum reuocare, vt eã
adire per d.l.filij mater.quæ nõ fundatur in ſuitate,vt
etiã tenet Bal.in d.l.ij.C.de iuris & facti ignorã. licet
contrariũ voluerint Salic.& Fulg. & malè ſecundum
136 Alex.& Iaſon.in d.l.fi.†Tertiò limitabitis d.l.locum
habere in filiis ſuis, qui repudiant hæreditatem pa-
tris,vel alterius aſcendentis.ſecùs eſt econtrà, quia ſi
aſcend

aſcendēs, putà pater vel auus repudiaret hæreditatem
filij vel nepotis, nō poſſet ſuā reuocare repudiationē
factā in hæredi. deſcendentiū infra trienniū: quia ra-
tio d.l. ceſſat, ſcilicet ſuitas. Ita dicit gl. in fine, quam
ſequitur ibi Bal. in l. non iuſtā. C. ad Trebel. & idem
Bal. in d.l. fi. poſſet tamen aſcendens infra annū reuo
care per d.l. filij mater. ſecundū Bal. in d.l. ij. C. de iur.
137 & facti ignora. †Quartò limitabitis d.l. finalē locum
non habere, qn̄ filius ſuus renūtiaſſet ſuæ legitimæ ex
teſtamento vel ab inteſtato ſibi cōpetenti, vel ſupple-
mento eiuſdē: quia tunc non poſſet ſuā reuocare re-
pudiationē, ſicut nec qn̄ renuntiauit querelæ inoffi-
cioſi teſtamēti. l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſtamē.
Nā d.l. fi. de repudia. hæred. loquitur in ſuo qui eſt hę
res vniuerſalis patris, non qn̄ habet legitimā tm̄, cùm
tunc æquiparetur legatario, qui repudiationem lega-
ti reuore nō poteſt. l. proinde. ff. ſi cer. peta. ita ſingu-
lariter dicit Bal. in d. l. fi. quē ibi ſequuntur Alexan.
& Iaſ. Aliqui tamen tenuerunt contrariū, ꝙ imò hoc
caſu poſsit perpetuò renuntiationem reuocare, vt di-
xi in verbo, *Si abſq; liberis moreretur*. verſi. ij. limitatur
dicta regula in materia vulg. ſubſt. tractando primū
138 effectum illius ſubſtitutionis. † Quintò limita. d. l.
procedere in repudiatione ſub abſtentione expreſſa,
quæ reuocari poteſt expreſſè adeundo: aut tacitè, vt
dictum eſt. ſecùs tamen eſt in repudiatione ſeu abſtē
tione tacita ex lapſu tēporis inducta. Nā ſi filius ſtat
per triginta annos & tacet, excluditur à iure ſe immi-
ſcendi paternę hęreditati ſecundū communē opin. in
l. licet. C. de iure delib. Et plenè dixi ſ. in verbo, *Mor
tuo itaq; teſta*. j. Certè iſtā tantam repudiationem non
poſſet ſuus reuocare infra triennium, ſecundū Barto.
quē ibi ſequitur Iaſ. in l. iij. C. de iur. & facti igno. vbi
reſpondendo ad tex. in d.l. fi. de repud. hære. dicit ꝙ
loquit̄ in repudiatione expreſſa: quia prima reuocari
nō poteſt, ſecunda ſic. Idem tenent Paul. Alexan. &
Iaſon in d.l. fi. Bal. & Paul. in d.l. ſi quis ſuus. ff. de iu-
139 re delibe. †Sextò limitabitis d.l. fi. procedere, qn̄ ſuus
hæres non haberet ſubſtitutum. Nā ſi ſubſtitutū habe
ret, & paternā hæreditatē repudiaret, vel abſtineret,
non poſſet abſtentionē reuocare, ſecundū gl. in d.l. fi.
quā ibi ſequuntur Bal. Ang. Alex. Iaſon & cōmuniter
alij doct. q. a per dationē vulgaris ſubſtituti ſecūdum
cōmunem opi. tollitur ſuitas, vt infrà latiùs dicetur. &
ſic ceſſat ratio d.l. reuocationē permittentis. Septimò
limitabitis d.l. fin. non procedere in filio, quem pater
inſtituit ſub cōditiōe, ſi voluerit. Quia cū talis condi-
tio ſuſpendat ſuitatē. l. ſi cum Cornelius. & l. iam du-
bitari. ff. de hæredi. inſt. ſi ſemel repudiaret, non poſ-
ſet reuocare, cum eo tunc ceſſet ſuitas. quæ ſaltem in-
terim eſt ſuſpenſa. Ita eleganter decidit Ioan. de Imo.
in d.l. iam dubitari. vbi reprobat in hoc Ange. tenen-
140 tem cōtrarium. †Octauò limitabitis d.l. fi. vt proce-
dat, qn̄ abſtentio ſeu repudiatio fuit valida: quia in
ea nullus error facti aut iuris interuenit. Si autem ſuus
hæres abſtinuerit: dum ſe putat nō eſſe ſuum, ſed vo-
luntarium: quia tunc talis repudiatio eſt inefficax. po
teſt eam ꝑpetuò reuocare: vt l. is qui putat. cum l. ſeq.
iuncta gl. quā ad hoc ibi not. Bart. ff. de acquir. hære.
141 †Nonò limitabitis d.l. fi. dum vult, quòd filius poſsit
ſuam abſtentionē reuocare vſq; ad trienniū: quādiu
ipſe filius viuit, nō tamen trāſmittit iſtam facultatem
reuocandi ad hæredes. ſecundum Ang. Ioan. de Imo.
& Ludo. in d.l. ventre. ff. de acquir. hære. licet in con-
trariū faciat d.l. ſi quis filiū. §. j. eod. tit. Tamen Alex.
& Iaſon in xxj. col. tenent opinio. Ang. in l. qui ſe pa-
tris. C. vnde libe. & in d.l. fi. & idem Iaſ. in l. emācipa
ta. C. qui admitti ad bonorū poſſeſ. poſſunt. in princi
pio. Quia in filio dū viuit adeſt ſuitas: in quà fundatur
d.l. fi. quæ ſuitas ceſſat in hærede, ad quē non tranſit.
Quod intelligatis, niſi filius eſſet minor, & abſtinuiſ-
ſet, & res non eſſet integra: quia tunc cùm poſſet ſi
vellet abſtentionē reuocare ꝑ reſtitutionē in integ.
tanquam minor facultatē petendi reſtitutionē in hæ-
redes tranſmitteret. Cùm reſtitutio ſit ſui natura trāſ-
miſsibilis, vt d.l. non ſolùm. ff. de in integrum reſtit.
ſecùs fortè eſſet ſi res eſſet integra: quo caſu cū filius
qui abſtinuit poſsit de iure cōmuni infra triēnium ſuā
reuocare abſtentionē, ſibi non cōpeteret reſtitutio,
quæ dicitur remedium extraordinariū, argu. l. in cau-
ſæ. ff. de minoribus. & ſic facultatem abſtinendi ſibi
competentē de iure cōmuni non tranſmitteret, niſi
fortè in liberos ſuos hæredes, non in extraneos. videa
tis latè per Iaſ. in d.l. qui ſe patris. Vnde reſtat cōclu-
142 ſio, †ꝙ ſuus hæres moriendo ante hæreditatē agnitā,
eam perpetuò trāſmittit ad quoſcunque, niſi tempus
ſibi ſtatutū fuerit à iudice, vel ei renuntiauerit. quod
qualiter intelligatur, patet ex prædictis. Fortiùs dico
ꝙ ſicut deſcēdens ſuus ad hæreditatē aſcendentis vo
catus, & ſic ei ſuccedens ex ſua voluntate expreſſa, vt
putà, per eum in teſtamento inſtitutus, vel voluntate
tacita veluti ei ſuccedēs ab inteſtato, hæreditatē non
143 agnitā trāſmittit ad hæredes † Sic etiam eā tranſmit-
tit, ſi ei ſuccedat contra eius voluntatē, per medium
querelæ inofficioſi teſtamenti, tāquam exhæredatus.
Quia eo tunc querelā teſtamenti inofficioſi ei cōpe-
tentē ad teſtamentū ſubuertendū, etiam non agnitā,
nec aliquo modo præparatā, trāſmittit. Et (quod eſt
mirabilius,) eā trāſmittit ad ſuos liberos, ſiue ſit ſuus
ſiue non: q. a ſuitas in hoc nō attēditur: ita ꝙ filius cō
tra teſtamentū patris vel matris tranſmittet querelā
non præparatā ad ſuos liberos hæredes, nō ad extra-
neos, vt l. ſi quis filiū. C. de inoffic. teſta. & eſt tex. cla-
rus in l. ſcimus. §. fin. eodem titu. & tenent glo. Bald.
& Salic in l. cùm mota. C. de tranſactio. Niſi querelā
inchoaſſet aut inchoare velle declaraſſet corā teſtib⁹,
licet morte præuentus eam poſtea inchoare non po-
tuerit: quo caſu hæres eam inchoare poterit, vt l.
poſthumus. §. fi. cum l. ſeq. ff. de inof. teſta. ſecundum
144 Guido. Papæ, quæſt. ccxiiij. †Et in hoc eſt differentia
an filius ſuccedat ex voluntate patris expreſſa vel ta-
cita, quia hæreditatem tranſmittit ad quoſcūque. Sed
quādo ſuccedere intendit contra voluntatem, quod
fieri non poteſt niſi medio querelæ inofficioſi teſta-
menti, eā non trāſmittit, niſi ad liberos, & non alios
145 hæredes, niſi prout ſuprà dixi. †Et idem eſt in quere-
la inofficioſæ donationis, quæ non præparata non
tranſmittitur, niſi ad ſolos liberos ſecundum Bal. in l.
j. pen. quæſt. C. de inoff. donatio. Sed facultas reuocā-
di donationē propter ingratitudinē donatarij, non
tranſmittitur per donatorē in ſuos vel extraneos hæ-
redes, niſi in vita ſua donator litē inchoauerit. l. finali
C. de reuocand. donatio. vel apertè declarauerit, ꝙ
eam reuocare volebat: quod facere non potuit morte
præuentus, argu. d.l. poſthumus. §. fi. cum l. ſeq. quod
eſt verū, qn̄ donator ſciens ingratitudinē non inchoa
uit litem, nec inchoare velle declarauit. ſecus ſi ingra-
titudinē ignorabat: quia tunc indiſtinctè eam tranſ-
mittit. cùm nihil donatori tunc imputari poſsit, ſe-
cundum Pan. in c. fi. de donatio. vbi per eum, & ſe-
quitur Iaſon in d.l. cùm mota. v. col. C. de tranſactio.
146 † Querela autem quæ competeret tranſuerſali, putà,
fratri contra teſtamentum inofficioſum ſui fratris,
turpi perſona hærede inſtituta, iuxta l. fratre. C. de
inofficioſo



inofficioſo teſtamēto. non præparata non tranſmit-
teretur, ſicut hæreditas fratris non adita nō tranſmit-
titur. l. quoniā ſororē. C. de iure delib. ſecūdum Cyn.
& Bald. in d.l. ſcimus. §. fi. niſi in vno caſu, putà, ſi pa-
ter habēs plures liberos fecit teſtamentum, & pupillo
habēti bona aduentitia, ſubſtituit pupillariter alium
ſuum filium fratrē pupilli. Nam iſto caſu ſicut filius
pubes moriendo tranſmitteret hæreditatē patris non
agnitā ad quoſcunq; iure ſuitatis, vt dictum eſt, ita
etiam trāſmittet hæreditatē ſui fratris impuberis; cui
erat pupillariter ſubſtitutus, non aditā per eandē po-
tentiā ſuitatis. Quia quantū ad hoc cenſetur hæredi-
tas patris. l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. quā ibi Bart.
& Doct. ad hoc not. ff. de vulg. & pupil. & idem Bar.
in l. ij. in fine princip. eodem titul. Et idem eſſet ſi te-
ſtator duos filios impuberes ſubſtituiſſet, ſcilicet, v-
num alteri vltimo moriēte. Nam mortuo primo im-
pubere ſi poſteà decedat ſecundus non adita hæredi-
tate ſui fratris, trāſmittet ad hæredē ſuum, ſcilicet, ſi-
bi ſubſtitutū, nedum hæreditatē ſuam, ſed etiam ſui
fratris præmortui adhuc nō aditā, ſecundū Ange. in
d.l. quoniam ſororē, per l. qui duos. & ibi hoc tenent
idē Ang. Imol. & Paul. ff. de rebus dubiis. & Iaſon in
l. ſi infanti. xj. col. C. de iure deliber. & Alexan. in d. l.
quoniā ſororē. & Bar. in d.l. qui duos. ff. de rebus du-
biis. iij. col. & l. moribus. §. j. in fine. de vulg. & pupil.
quē ibi cōmuniter ſequuntur alij Docto. & Ange. in
§. j. inſt. de pupillari ſubſtitutione. & vidiſtis ſ. in ver-
bo, *Si abſq; liberis moreretur*. ij. in materia pupillaris
ſubſtitutionis, tractando quartum effectum eiuſdē.
147 †Similiter dico, ꝙ ſicut querela teſtamenti inoffi-
cioſi contra teſtamentum fratris non præparata non
tranſmittitur, vt dictum eſt, ſic etiā non tranſmittitur
contra teſtamentū deſcendentium, in quo aſcenden-
tes fuerunt exhæredati. Quia illa non tranſmittitur
etiā ad ſuos liberos, ſecundum Ang. in l. nam & ſi is.
ff. de inoffic. teſta. & Fulgo. in d.l. ſcimus. §. fi. quanuis
148 Cyn. & Salicet. ibi dubitant. † Sanè tamen intelli-
gatis, ꝙ deſcēdentes ſui vel non ſui tranſmittunt que-
relam contra teſtamentū aſcendentium non præpa-
ratam, duobus concurrentibus. Primò, ꝙ deſcendens
exhæredatus non potuerit in vita ſua præparare que-
relam eo quia fortè hæres ſcriptus eam non adiuerat,
hæreditatem, vt dicit text. in l. Papinianus. §. ſi con-
conditioni. ff. de inoffi. teſta. Sed ſi hæres ſcriptus adi-
uiſſet hæreditatem, vt ſic filius præparaſſe potuerit
querelam contra teſtamentum patris, & non fecit
nec præparare velle declarauit: tunc eam non præpa-
ratā non tranſmittet nunc, ſicut nec olim. Nam cùm
d.l. ſi quis filium. permittens querelæ non preparatæ
tranſmiſſionē, non debet extendi vltra caſum in ea
expreſſum: ita dicit Sali. in ij. oppoſitione in d.l. cùm
mota. C. de tranſactio. Secundò intelligatis, querelā
non præparatā tranſmitti ad liberos, prouiſo, ꝙ ſint
hæredes exhæredati moriētis & tranſmittentis, cum
ex eius perſona tantùm venire poſſint, vt notatur in
d.l. qui ſe patris. C. vnde liberi. & in l. ſi quis filiū. ff.
de acquir. hæred. Si autem liberi nō eſſent hæredes,
tunc filius exhæredatus ad eos non trāſmitteret que-
relā non præparatam, ſecundū Paul. de Caſtr. in d.l.
149 ſi quis filiū. quem ibi ſequitur Iaſon. †Plus dico, ꝙ
deſcendens ſuus non ſolùm tranſmittit ad ſuos libe-
ros hæreditatē aſcendentis contra eius voluntatē de-
latam per medium querelæ inofficioſi teſtamēti, vt di
ctū eſt, ſed etiā tranſmitit hæreditatē præter volun-
tatem aſcendentis delatam per medium iuris dicendi
teſtamētum nullum, ſi in teſtamēto aſcendentis fue-
rit præteritus. Quo caſu ius ſeu facultatē dicendi te-
ſtamentū nullū tranſmittit ad ſolos liberos, vt l. j. C.
de his qui ante apertas tabulas. ſicut beneficio eiuſ-
dem legis trāſmittit ad ſolos liberos ius cōtra tabulā-
di. de iure prætorio, ſecundum Bal. in l. filio præteri-
to. ff. de iniuſt. rup. & irri. fa. teſta. ſecundum quod ibi
refert Imol. & Alex. in d.l. emācipata. & plenè dicam
in ſequenti membro. Et ita ꝙ ad ſolos liberos tranſ-
mittat ius dicendi teſtamentum nullum, decidit Ia-
ſon in d.l. cùm mota. C. de tranſact. & l. emancipata.
C. qui admitti. & in l. ſi infanti. C. de iure deliber. ix.
col. & plenè per eum in repetitione. l. ſi arrogator.
vij. colum. ff. de adoptio. licet Bal. ſingulariter in lo-
co peregrino ſcilicet in c. ſciſcitatus. penultima. col.
de reſcriptis. tenuerit ius dicendi teſtamentum nul-
lum durans triginta annis, ſicut ius immiſcendi, poſ-
ſe tranſmitti non agnitam ad quoſcunque hæredes,
ex potentia ſuitatis. Et in hanc opinionem ſonant
verba Bal. in d.l. filio præterito. in fine. quicquid ibi
referat Imol. & Bal. ſed non eſt verum ſecundum Ia-
ſo. vbi ſuprà. tum quia iure non probatur, tum etiam
quia tranſmiſſio quæ ſit per filium ex potentia ſuita-
tis procedit quādo pater eſt mortuus ab inteſtato, vel
ex teſtamento, filio hærede inſtituto. Quo caſu lex
ciuilis facit filium ſuum hæredem & neceſſarium, vt
declarat Barto. in d.l. ſi infanti. & d.l. ventre. Quæ ra-
tio ceſſat in caſu noſtro, vbi filius vellet tranſmittere
contra teſtamentum patris, tanquam exhęredatus, vel
præteritus, quia antè quàm poſſit patri ſuccedere, o-
portet ꝙ teſtamentū querelæ vel dicat nullum, quod
150 eſt not. † Vnum finaliter menti tenebitis, quòd ſi-
cut liberi in poteſtate conſtituti hæreditatem aſcen-
dentium non agnitā moriendò tranſmittunt ad quoſ
cunque, ſic etiam eam tranſmittet epiſcopus aut mo-
nachus, licet in poteſtate aſcēdētis nō ſit. Quia cùm
in hoc caſu eorū interſit non eſſe à poteſtate libera-
tos, vt ſcilicet hæreditatē trāſmittāt, retinēt iura ſuita-
tis, ſecūdum Bar. & Bald. in l. item in poteſtate & l.
151 nepotes. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. † Se-
cunda ſpecies tranſmiſſionis eſt, quæ ſit non ratione
ſuitatis, ſed ſolùm ratione ſanguinis, beneficio l. vni-
cæ. C. de his q. ante apertas tabulas hæreditatem trāſ-
mittūt. Nam ſi moriatur aliquis deſcendens hæres
aſcēdentis quiſquis ſit, & ſic nō ſuus hæreditate aſcē-
dentis non adita nec repudiata, illam tranſmittit ad
quoſcūque deſcēdentes, vt plenè declarat Bar. in d.l.
ventre. penulti. colum. verſi. quintus caſus. ff. de acqui.
152 hæred. †Nam ſiue illa moriens ſciuerit hæreditatem
ſibi eſſe delatam, ſiue ignorauerit, ſemper eam tranſ-
mittit. Et hæc ſpecies tranſmiſſionis ſe habet cū præ-
cedēti tanquam excedens & exceſſum, quia tranſmiſ-
ſio ex potētia ſuitatis ſit ad quoſcunque etiam extra-
neos hæredes, vt ſuprà dictum eſt. Sed iſta quæ ſit be-
neficio d.l. vnicæ. ſit ſolùm ad liberos deſcendentes,
& nō ad extraneos hæredes. & vice verſa, hæc ſecun-
da ſpecies excedit primā in alio: quia illa nō habet lo
cum, niſi in hæreditate patris filium in poteſtate ha-
bentis: ſed iſta locum habet generaliter in hæredita-
te cuiuſcūque aſcendentis, deſcendentē, putà, emanci
patū aut aliàs in poteſtate non habentis: & cōſequen-
ter etiā locū habet in hæreditate matris & lineæ ma-
ternæ. Cōueniunt tamē in vno: quia ſicut prima ſpe-
cies non habet in aſcendentibus, qn̄ ordine turbato
ſuccedunt deſcendentibus, cùm nō ſunt in poteſtate
deſcendentiū, & ſic ceſſat ſuitas, nec etiā locū habet
in collateralibus. l. quoniam. C. de iure delib. Sic etiā
d.l. vnica. hanc ſecundam ſpeciem inducēs: locum nō
habet

habet in aſcendẽtibus vel collateralibus, quãdo ſuc-
cedunt ex teſtamento, vbi teſtari poſſunt, vel ab inte-
ſtato ipſis deſcendentibus, ſecundũ Bar. in d.l. vnica.
vbi reprobat gloſ. quæ ibi cõtrariũ volebat. idẽ tenet
Bal. quod locũ non habeat in l.ij.C.ad Orſitianum.&
in l.cum antiquioribus.de iure delibe. Alex. & Iaſon
in l.ſi infanti.eo.tit.& eſt communis opinio, licet in
hac tranſmiſsione non curetur patria poteſtas, ſicut
attenditur in prima. Et ſic ſuitas nõ eſt cauſa operãdi
iſtã ſecundã trãſmiſsionem, ſed ſola qualitas ſangui-
nis illam operatur. Ideo communiter tenetur, ꝙ hæc
trãſmiſsio quæ fit ſolùm ratione ſanguinis, quam ſo-
lam prætor conſiderat, nõ curãdo de patria poteſta-
te, etiã locũ habet in ſucceſsionibus prætoriis, ſecun-
dum Docto. communiter, vt referũt Alex. & Iaſon
in d.l.emancipata.C. qui admitti. cùm eadem ſit ra-
153 tio in vtraque ſucceſsione. ✝Præterea, quia videmus
dictam l. vnicam. locum habere in hæreditate, cuius
appellatione venit bonorum poſſeſsio in l.fi.titu.ſu-
prà allegato. Ad hoc facit, quia ratio finalis d.l.vni-
cæ.per quam fit hæc tranſmiſsio, eſt propter coniun
ctionem ſanguinis: quæ quidem ratio etiã militat in
bonorum poſſeſsio. Nam quamuis prætor non curet
de ſuitate, tamẽ ſemper curat de cõiunctione ſangui-
nis, ratione cuius fit hæc ſecunda trãſmiſsio:& ſic lo-
154 cum habet in ſucceſsione prætoria. ✝ Sed quia capi-
ta ſuccedendi de iure prætorio ab inteſtoto ſunt tria.
primò, per bonorũ poſſeſsionẽ vnde liberi: quo capi
te ſuccedũt liberi parentibus infra annum:& econtrà
ſuccedunt parentes ſuis liberis præmoriẽtibus in infi
nitum. Secundo capite ſuccedunt per vnde legitimi
bonorũ poſſeſsio. Quo capite qñ nulli ſuperſunt de-
ſcendentes, nec aſcendentes, ſuccedunt agnati omnes
per lineã maſculinam tranſuerſalem venientes,& ali-
qui cognati qui vocantur de iure ciuili ad hæredita-
tẽ, qualis eſt mater in ſucceſsione filij,& econtrà.l.ij.
§.fi.ff.vnde legitimi. Tertio capite ſucceditur per bo
norũ poſſeſsionẽ.vnde cognati, qui cùm nõ veniant
per lineam maſculinam, ſubcedere nõ poſſunt per le
gem ciuilem xij.tabularum.vocãtur de iure prætorio
ad ſucceſsionẽ deficiẽtibus duobus primis capitibus.
vt plenè vidiſtis in verbo, *Et vxorẽ nomine Adelaſiã*.
in princip. Or filius reſpectu patris habet dictas tres
qualitates, ſcilicet, quia eſt de liberis: & eſt agnatus
patri, cùm iungatur ei per lineã maſculinã.l.filius. ff.
de ſuis & legitimis. Prætereà eſt cognatus, cùm quili-
bet agnatus ſit cognatus,& non econtrà, vt l.inter co
gnatos.ff.vnde cognati. Ideò cùm filius habeat tres
qualitates trium capitũ prætoris, venire poteſt ex tri-
plici capite: ita ꝙ ſi ſtaret per annũ, ꝙ nõ agnoſceret
paternã hæreditatẽ petendo bonorum poſ. vnde libe
beri,& ſic excluderetur à primo capite: tamen venire
poſſet per ſecundũ caput, ſcilicet, vnde legitimi infra
alium annũ. Et demum ipſo excluſo à ſecundo capi-
te per lapſum anni adhuc venire poſſet ex tertio capi-
te per bonorũ poſſeſsionẽ, vnde cognati infra alium
annum: vt clarè dicit tex. in l.penul.§.filius.ff.quis or
do in bonorum poſ.ſeruetur. Et ſemper tractabitur,
vt filius, vt integrũ annum habeat ex quocunq; capi-
te veniat, licet agnatis aut cognatis nõ dẽtur niſi cen
tũ dies.l.ij.C.qui admitti ad bonorum poſ. poſſunt.
155 ✝ Plus decidit Baldus, & ſingulariſsimè in l.licet. in
iiij.quæſt.C.de iure deliber. ꝙ ſi filius ſtaret non adi
re per triginta annos de iure ciuili paternam hæredi-
tatem:& ſic eſſet excluſus à primo capite, ſcilicet, li-
berorum, tñ ex ſecundo capite tanquã legitimus ve-
nire poſſet infra alios triginta annos integros. Quia
tempus indultũ à lege ciuili ad adeundum hęreditatẽ
eſt eiuſdem naturæ; ſicut annus indultùs à prætore,
qui non variatur in aliquo capite. Similiter filius vel
alius qui ab inteſtato ſuccedere poſſet inſtitutus per
patrẽ, ſi infra triginta annos nõ adiuit ex teſtamẽto,
poterit infra alios triginta adire ab inteſtato ex capi-
te vnde liberi, ſecundum Bal. ibi, quẽ ſequitur Paulus
in l.quandiu.ff.de acquir.hære.la ij. Et adhuc elapſis
illis triginta annis,& ſic ſexaginta, quamuis ſit exclu-
ſus à capite vnde liberi, adhuc infra alios triginta an-
nos venire poteſt ex ſequenti capite. Et ita refert ibi
conſultũ fuiſſe per Bar. volentẽ filiã, quæ hæreditatẽ
matris adire poterat ex capite liberorũ, excluſis trãſ-
uerſalibus, poſſe infra alios xxx. annos eandem hære-
ditatem adire ex generali capite legitimorum. Quia
quod dictũ eſt in filiis quo ad paternã hæreditatẽ, lo
cũ habet etiã in ſucceſsione materna, cũ ratio diſtin-
ctionis l.j.§.ſed vidẽdũ.ff.de ſucceſsio.edi. vbi pręd-
cta deciſio fundatur, locũ habeat etiã in filio aut filia
matri ſuccedere volenti, vt venire poſsit ex pluribus
156 capitibus. ✝Quod eſt verũ ſecundum Alex. ibi in ad-
ditione Bal. prouiſo, ꝙ non ſuperſit tunc aliquis alter
de gradu primo liberorum, qui adire poſſet. Quoniã
ſi aliquis ſupereſſet, filia iſta non faceret trãſitum ad
gradũ legitimorũ: ſed ille alter in gradu liberorũ exi-
ſtens ſuccederet omnino excludens caput legitimo-
rum, ſecũdum Bar. & Doct. in l.j.C.qñ nõ petẽ. par-
tes.& ita cum Bald. tenent Ang.& Pau.de Caſt.in d.
l.licet. Rapha.Cuma. Paul.& Alexã. in l.quandiu.la j.
ff.de acqui.hæredit. vbi dicit Alex. bis ita conſuluiſſe,
prout reuera conſuluit in ij.parte, conſil.lxxxix.inci-
pien. Viſo puncto & inſtrumentis.ij.& iij.col. & con
ſilio ſeq. & ſequitur Iaſon in l.ſi emancipata.in fine.
C.de iuris & facti igno. Et hæc clarè vobis tradidi in
verb. *Et vxorẽ nomine Adelaſiã*. in iiij. præſuppoſito,
in fine. licet Sali. contrarium voluerit & malè, ſecun-
dum eos. Et ſic tacita renuntiatio hæreditatis quæ ex
lapſu tẽporis præſcriptione inducitur, non trahitur
niſi ad primũ caput: quod ſecus eſſet in expreſſa repu
diatione, etiam ſimpliciter facta: quia trahitur ad oẽs
gradus ſuccedendi,& ad cauſam inteſtati, per glo.ſin
gularem in l.j.§.ſed videndum.ff.de ſucceſ.edi.quam
ſequitur Paulus in d.l.quãdiu.& hæc dicta ſunt notã-
157 da, velut filiis vtilia. ✝ Reſtat nũc pulchrũ & nouum
dubiũ: an filius qui beneficio d.l.vnicæ.C. de his qui
ante apertas tabulas. tranſmittit ſucceſsionem pater-
nã, vel maternã, de iure prætorio ſibi cõpetẽte etiam
eam tranſmittant quo ad omnia tria capita: vt ſicut
ipſe viuens poteſt eam ſucceſsiuè adire, ita etiam poſ
ſint ſui liberi hæredes, attẽto ꝙ materia eſt fauorabi-
lis.& Iaſon in lectura d.l.emancipata.C.qui admitti
ad bonorum poſ. poſſunt. penulti.col.in fine. videtur
dicere ꝙ non: quia textus in d.l.vnica. loquitur pro-
priè in ſucceſsione ex teſtamento, vbi non cadit iſta
multiplicatio capitum. Tamẽ finaliter reliquit inde-
ciſum, cogitando ꝙ gloſ.in d.l.vnica. eam extẽdit ad
ſucceſsionẽ ab inteſtato: in qua dicta capitum multi-
plicatio cõſideratur. Ego reperio eundem Iaſonẽ in
præludiis d.l.emancipata. in fine, clarè dicentẽ, ꝙ ius
ſuccedendi de iure prætorio tranſmittitur per filium
aut filiam virtute d.l.vnicæ. ad liberos quo ad omnia
tria capita, quibus ille in quẽ ſucceſsio tranſmittitur,
vti ſucceſsiuè poterit, ſicut poſſet filius vel filia tranſ-
mittens ſi viueret. Prouiſo tamen, ꝙ filius cui ſucceſ-
ſio competebat, deceſſerit antequàm eſſet à primo ca
pite, ſcilicet liberorum excluſus,& ſic ante annum. Si
verò decederet poſt annũ,& ſic excluſus à primo ca-
pite,



pite, nullũ caput tranſmitteret. Non primũ, quia eo
erat iam filius trãſmittens excluſus: nec alia duo ca-
pita.& de hoc dicit eſſe tex. ſingularem in d.l. eman-
cipata. ſecundum ſuum intellectũ, quem nouiter dat
ad illũ text. vltra omnes Doctor. Ex quibus videre-
tur, ꝙ idem eſſet in ſuis, vt ſucceſſionem tranſmittãt
de iure pręt orio quo ad omnia capita ad quoſcunque
hæredes ex potentia ſuitatis, ſi opinio Iaſo. vera exi-
ſtat, ꝙ filius facultatẽ agnoſcẽdi bonorũ poſſeſ. trãſ
mittat, quã ſuperius retuli in prima ſpecie tranſmiſ-
ſionis. Sequitur etiã ꝙ filius ſiue ſuus, ſiue emancipa
tus ſucceſſionẽ paternã, vel maternam, moriendo in-
fra triginta annos tranſmittat, ſcilicet, ſuus ex poten-
tia ſuitatis ad quoſcũq; hæredes, nedũ quo ad primũ
caput liberorũ, quinimò etiã quo ad ſecũdum caput
legitimorũ. Et idẽ in nõ ſuis, vt beneficio d.l. vnicæ,
illa duo capita trãſmittant ad ſolos liberos, ita ꝙ hæ-
redes quicunque in ſuis vel ſoli liberi in non ſuis ad
quos facta eſt trãſmiſſio, ſi excludantur per lapſum
triginta annorũ, ꝙ nõ adierint de iure ciuili, cẽſebũ-
tur ſolùm excluſi à primo capite, ſcilicet, liberorum,
& poterunt infra alios triginta annos ſicut poſſet fi-
lius vel filia trãſmittens, ſi viueret, hæreditatem adire
infra quadraginta annos, ſecundum Bal. in d.l.licet.
158 ✝Poſtremò, intelligatis ſanè verum quod dictũ eſt,
videlicet, ꝙ tranſmiſſio, quæ fit beneficio d. l.vnicæ,
habet etiam locũ in prætoriis ſucceſſionibus fauora-
bilibus: ſecùs autẽ eſſet in ea quæ non eſt fauorabilis,
putà, in bonorũ poſſeſſione, cõtra tabulas: quæ com-
petit filio emãcipato præterito in teſtamento patris:
quia illa nõ trãſmittitur beneficio d. l. vnicæ ſecun-
dũ Bal.& Fulg. in d.l.emancipata, contra tamen hoc
facit quod decidit idem Bal. in l.filio prætcrito. ff. de
iniuſto rupto & irri. teſtã. quem ibi refert & ſequitur
Io.de Imo. in penul.charta, vbi voluit ꝙ beneficium
dicendi teſtamentum patris nullum tranſmittitur be-
neficio d.l.vnicæ. ſicut ius dicendi nullum tranſmitti-
tur non agnitũ ex potentia ſuitatis ſaltem ad liberos
vt ſuprà dictũ fuit in prima ſpecie tranſmiſſionis, in
fine. ſed Alex. in d.l. emancipata. concordat opinio-
nes dicens, ꝙ quando præteritione filij emãcipati in
teſtamento patris vel filij in teſtamento matris teſta-
mentum eſt ipſo iure nullum, vt putà, quia filius emã-
cipatus ſine cauſæ expreſſione vel in teſtamento ma-
tris, ſine cauſæ expreſſione fuit pręteritus, vel fuit ex-
hæredatus à patre vel matre ſine cauſę expreſſione,
iuxta §.illud.& §.ſui autẽ. hæc obſeruata in Auth. vt
cùm de appellatio.cognoſ.& in Authen. nõ licet. C.
de liberis præteritis.& plenè Bar. in l.j. ff. eod.& d.l.
filio præterito.& Ange. in §.fi.inſtitut. de exhæreda-
tio. liberorũ. Tunc ius dicendi teſtamentum nullum
tranſmittitur beneficio d. l.vnicæ. quia hoc caſu agi-
tur potius de tranſmittendo ius adeundi ſucceſſionẽ
ab inteſtato, & petẽdi hæreditatem allegando teſta-
mentũ nullũ: quam de tranſmittendo ius impugnan-
di teſtamentum, ſeu rumpendi. Et ita loquitur opin.
Bal. in d.l.filio pręterito, per id quod not.glo. in ver-
bo, Liberos. in d.l. vnica. volens diſpoſitionem d.l.
quo ad tranſmiſſionem fiẽdam locum habere, etiam
in ſucceſſionibus ab inteſtato, ſed in caſibus vbi teſta
mẽtum patris, vel matris, nõ eſſet ipſo iure nullum,
putà. quãdo filius emancipatus hodie eſſet pręteri-
tus cum cauſę expreſſione idem ſi filius à matre, quo
caſu teſtamẽtum ipſo iure tenet, & neceſſe eſt ipſum
contratabulare, tunc procedit opin. Bal. in d.l.eman-
cipata. vt nõ tranſmittatur. Quia bonorum poſſeſſio
contra tabulas cùm ſit odioſa, dilatari non debet, ſed
potius coartari. Cùm publicè intereſſit teſtamenta va-
lere, & ſuum ſortiri effectũ.l. vel negare. ff. quemad-
modum teſtamenta aperian. facit l. ſi pars iudican-
tium.ff.de inof.teſta. Nec obſtat ꝙ querela teſtamen-
ti inofficioſi tranſmittitur non præparata: quia illud
eſt verum non beneficio d.l.vnicæ. ſed beneficio l. ſi
quis filiũ.C.de inoffic.teſta. quæ cùm ſit odioſa teſta
mentum reſcindens, & ius reſcindendi non agnitum
tranſmittens via querelæ contra regulas iuris cõmu-
nis, non eſt trahenda ad alium caſum, ſcilicet bono-
rũ poſſeſſio. contra tabulas, argumento l.quod verò.
ff.de legibus. facit l.ij. iuncta gl. C.de patribus qui fi-
lios diſtraxerunt.& l.cùm quidam.ff. de lib.& poſth.
hæc ille in d.l.emãcipata. Iaſ. verò ibi tenet indiſtin-
ctè, ꝙ ſiue teſtamentũ patris, ſiue matris ſit ipſo iure
nullum, ſiue contratabulandũ, nunquàm ius cõtrata-
bulandi aut nullum dicendi, non præparatum non
tranſmittitur etiã ad liberos beneficio d.l. vnicæ. pri-
mò, quia verba d.l. non conueniunt. & ratio videtur
refragari. Nam verba nõ cõueniunt, nec hoc patiun-
tur, vt d.l. loquitur. qñ tranſmittens erat ſcriptus in te-
ſtamẽto hæres. ſed in caſu noſtro præſupponimus, ꝙ
fuerit præteritus. Prætereà ratio quare in d.l. fit tranſ-
miſſio, eſt propter auitum deſiderium quod habent
inſtituti hæredes,& non præteriti, qui potius veniant
contra deſiderium teſtatoris patris, vel matris, ſub-
iùngens, quòd qui ſuccedit de iure prætorio cõtra te-
ſtamentũ nõ dicitur habere voluntatem defuncti, per
tex. in l.ſed & cum patrono.§.j.ff.de bonorũ poſſ. te-
net Bar. in l.j.§.vel maximè.ff. de collatio.bonorum.
& Bal. in rubrica.C.qui admitti ad bonorũ poſſeſſio.
poſſunt in vltima quæſtione. Nec obſtãt ſecũdum eũ
fundamentum Alexã. dum dicebat, ꝙ ius dicendi te-
ſtamentum nullum reducit nos ad ius ſuccedendi ab
inteſtato in effectu, quod ius tranſmittitur per d.l.
vnicam. ſicut ius ex teſtamento, ſecundum gloſ. ibi
Quia etiam bonorum poſſeſſio cõtra tabulas reducit
nos in effectu ad ius ſuccedendi ab inteſtato contra-
tabulato teſtamẽto. & ſic oportet dicere, ꝙ vnum ſit
tranſmiſſibile ſicut alterũ, vel ꝙ neutrũ tranſmitta-
tur. Et ita ante Iaſonẽ tenuerat Franc. Aret. in l.j.§.j.
penul.col.ff.de vulg. & pupil. mihi autẽ videtur opi-
nionem domini Alexã. aliarum concordatiuam eſſe
veriorem, attento & cõſiderato, ꝙ diſpoſitio d.l. vni-
cæ. ſecundum gl. ibi cõmuniter approbatam, locum
habet in ſucceſſionibus ab inteſtato tranſmittendis.
Et quoties teſtamentum eſt nullum ipſo iure, prima
facie & recta via immediatè peti poteſt hæreditas de
functi tanquam ab inteſtato, ac ſi nullum feciſſet te-
ſtamentum. Quia teſtamentum quod ipſo iure nul-
lum eſt, nõ præſtat impedimentum, quando ſine alio
medio hæreditas ab inteſtato petatur. per regulam.
Non præſtat de regu.iur.lib.vj. Nam licet teſtamen-
tum nullũ quando filius emancipatus eſſet præteri-
tus ſine cauſæ expreſſione cõtratabulari poſſit: hoc
eſt verum, ꝙ cõtratabulari poteſt faciendo ſimplici-
ter ipſum declarari nullũ: ſed non requiritur contra-
tabulatio ad ipſum rumpendũ, cùm de ſeipſo ſit nul-
lum, ſecundum Alexan. in l.poſthumus. ix.col. in fin.
verſicu. Nunc eſt videndum.C.de bonor.poſſeſ. con-
tra tabulas. & ſic opus non remedio reſciſiuo, ſed
recta via poteſt hæreditas peti ab inteſtato:& ſi exci-
piatur de teſtamento, replicabitur de nullitate ipſius.
Sed quãdo teſtamentũ tenet ipſo iure, quantũcunque
cõtratabulari poſſit, non poteſt peti immediatè recta
via, & prima facie, hæreditas ab inteſtato: quinimò
opus eſt, ꝙ teſtamẽtum prius rumpatur per cõtrata-

bulas:quod eſt remediū reſcindens teſtamentū:quod
nō tranſmittitur tanquam odioſum, per rationes ſu-
periùs deductas: iuncto quia hæreditas non debetur
præterito, ſed hæredi inſtituto in teſtamento, donec
teſtamētum ſit ruptum. Or cùm in d.l. vnica.nō aga-
tur niſi de hæreditate tranſmittenda ex teſtamento
vel ab inteſtato,& neutra cōpeteret filio pterito, do-
nec reciſo teſtamento: ſequitur ꝙ per d. l. nulla fieri
poteſt tranſmiſſio. nec videtur obſtare motiuum Ia-
ſonis dicētis, ꝙ bonorum poſſeſſio cōtra tabulas re-
ducit nos ad cauſam inteſtati. Quia hoc eſt verū me-
diāte ipſo remedio bonorū poſſeſſio. quod eſt reme-
dium reſcindens,in quo nō dicitur agi de cauſis ſuc-
ceſſionis inteſtati,ſed ſolùm de rumpendo teſtamen-
tum, & donec illo rupto, peti non poteſt immediatè
hæreditas ab inteſtato,ſicut qñ teſtamentum eſt nul-
lum ipſo iure,aliquo non indigens remedio reſciſiuo
cùm eo tūc peti poſſit hæreditas inteſtati,ac ſi defun-
ctus ſine teſtamento deceſſiſſet,quo ad hęredis inſti-
159 tutionem. ✝ Tertia ſpecies tranſmiſſionis eſt, quæ
fit beneficio l.cum antiquioribus. C.de iure delibe.&
locum habet,quādo aliquis ſciens hæreditatem alicu-
ius ſibi delatam eſſe, & infra annū ſibi datum à iure
ad deliberandum an adire velit vel non, moritur: &
ſic pēdēte adhuc deliberatione nō adita,neque repu-
diata hæreditate, tranſmittit illud ius deliberandi ad
quoſcunq; hęredes etiā extraneos,infra illum annum
tantum: non ꝙ tranſmittat hæreditatem quæ adhuc
ſua nō erat, ſicut tranſmitteret in ſupradictis duabus
ſpeciebus trāſmiſſionis, ſed ſolùm tranſmittit ius de-
liberandi & poteſtatem adeundi hæreditatem, vt d.l.
cum antiquioribus.& declarat Bar. ibi, & d.l. ventre.
vlti.col.ver ſi.Septimus caſus eſt.Et habet locum hæc
tranſmiſſio non ſolùm in ſuccedentibus de iure ciui-
li,ſed etiā in ſuccedentibus de iure prætorio,vt com-
muniter tenetur.& ibi Alexā. & Iaſon in d.l.cū anti-
160 quioribus. ✝ Et non ſolùm procedit hæc tranſmiſ-
ſio in hęrede directo iure directo ſuccedēte,etiam via
ſubſtitutionis,prout de vulgari eſt caſus in l. cohære-
di.& de pupillari in l.paterfamilias primis tabulis.&
vtrobique Bar.& Docto.ff.de vulgari & pupillari.ſed
etiā in fideicommiſſario vniuerſali,cui per fideicom-
miſſum hæreditas eſt reſtituenda. Quia ſi dic fideicō-
miſſi cedente moriatur infra annum deliberandi, ius
illud deliberandi tranſmittit beneficio d.l. ſecundum
gl.in l.cum filio.ſuper verbo, Retenturam.ff.de leg.j.
quem ſequuntur ibi Bar.& Ange. & Bald. in l.filium
quem habentem.C. familiæ erciſcundæ. & Moderni
161 in d.l.cùm antiquioribus.vbi Iaſ.in iij. col. ✝ Plus
dico, ꝙ fideicommiſſum vniuerſale, ſi eſt purum vel
purificatū, tranſmittitur ad hæredem fideicommiſſa-
rij ante reſtitutionem fideicōmiſſi decedētis. l.ſed ſi
ad tēpus iuncta gl.ff. ad Trebel.vbi Alex. dicit hanc
eſſe communē opinionem. Videatis Bar.& alios in l.
cum filio.ff.de legat.j.quæ dicit,quòd etiā ſi moriatur
antè quàm hæres rogatus adiuerit hæreditatē, tranſ-
mittit fideicōmiſſum ſeu actionē, vt tenet ibi x. col.
162 & Lud.Rom.conſil. xvij. ✝ Sanè tamen intelligatis
ꝙ ius deliberandi tranſmittitur ad quoſcunque hære-
des, non ꝙ hæredes habeant integrum annum ad de-
liberandum: ſed ſolùm habet reſiduum anni indulti
à lege, quod reſtabat ipſi hæredi defuncto deliberan
ti: ita ꝙ ſi hæredes permitterent labi illud reſiduum
anni,poſtea adire nō poſſent, etiā ſi hæres defunctus
qui ius deliberandi tranſmiſit, impetraſſet à principe
alium nouū annum, vel nouē menſes à iudice, prout
facere poterat,per l.fi.§.& hæc quidem.C.de iure de-
liberandi. Quia illud tempus impetratum non eſt
trāſmiſſibile,nec prodeſt hæredibus.ſecundum Ra-
pha.Fulg.& Alex.in d.l.fi.§.fi.per glo.ibi,ſuper ver-
bo,Minimè.& Iaſon in d.l.cum antiquioribus.per il
lum tex.ibi,ita tamen, vt vnius anni ſpatiis eadē trāſ-
miſſio fuit concluſa. iuncto text.præcedenti vbi Im-
perator loquitur, quando nouum ſpatium erat impe-
tratum:& ita teneatis,licet Bal.ibi teneat contrarium.
163 ✝Et eſt aduertendum, quia iſta tranſmiſſio eſt lon-
ge plenior & vtilior quo ad quid,quàm ſint duæ prę-
cedentes. Nam iſta tranſmiſſio non ſolùm habet lo-
cum in hæreditate patris, vt prima: & in ſucceſſione
cuiuſcunque aſcendentis,prout ſecūda:imò habet lo-
cum generaliſſimè in quacūque ſucceſſione cuiuſcun
que alterius etiā penitus extranei, & tā ab inteſtato,
quàm ex teſtamento. Et ex hoc reſultat alia vtilitas
quia ad hoc vt competant duæ præcedentes, oportet
probare,aut hæredem defunctum hæreditatem tranſ-
mittentē eſſe filiū in poteſtate: vel talem, qui primū
locum ſuitatis tenet,vt in prima: aut fuiſſe ex deſcen-
dentibus emācipatis, aut primū locū ſuitatis non te-
nentibus illius de cuius hęreditate agiť,vt in ſecunda.
Hic verò, ſcilicet, in hac tertia ſpecie, non eſt neceſ
ſe probare de hoc:ſed ſolùm, ꝙ hæres defunctus hæ-
reditatem tranſmittens deceſſerit ſciens hæreditatem
eſſe ſibi delatam infra annum deliberandi, vt decla-
rat Bal.in d.l.cum antiquioribus.j.col.Ex quo ſequi-
tur,ꝙ tranſmiſſio quæ ſit beneficio huius l. habet lo-
cum,nō ſolùm in extraneis,ſed etiam in filiis. Et po-
ſito, ꝙ filij tranſmittere poſſint hæreditatem patris
non aditā ex potentia ſuitatis,tamen vtile eſt, ꝙ poſ-
ſint etiam trāſmittere ius deliberandi beneficio d.l.
cum antiquioribus. Et vtilitas eſt,quàm ſuprà dixi:
quia in tranſmittendo beneficio d.l. cum antiquiori-
bus nō eſt neceſſe probare eum eſſe filium,vel in po-
teſtate, quod eſt difficile.l.Lucius.ff.de condit.& de-
monſtra.& plenè dixi ſuprà eodem,in verb. *Et vxo-
rem nomine Adelaſiam*.quæ probatio requiriť in tranſ
miſſione ex potentia ſuitatis.Et hæc vtilitas quam di-
xi, procedit condito teſtamento: quia ab inteſtato
nō admittereť, niſi probaret ſe filium, vel aliàs pro-
164 ximiorem,cui de iure hæreditas debeatur. ✝ Sed in
aliis tribus duæ præcedentes tranſmiſſiones ſunt vti-
liores. Primò, quia illæ tranſmiſſiones fiunt perpe-
tuò vſque ad triginta annos.Sed iſta tertia non tranſ-
mittit, niſi reſiduū illius anni quod ſupererat hæredi
defuncto ad deliberandū. Præterea vt locum habeat
hæc tertia tranſmiſſio, requiritur ꝙ hæres defunctus
ſciuerit hæreditatem ſibi eſſe delatam ex teſtamento,
vel ab inteſtato: cùm aliàs non poſſet dici mortuus
deliberans, ſi neſciret hæreditatē eſſe delatam, vt d.l.
cum antiquioribus. Sed duæ præcedentes locū habēt
ſiue hæres tranſmittēs ſciret hæreditatē ſibi delatam,
ſiue non. Poſtremò per duas primas ſpecies traſmiſ-
ſionis,hæreditas tranſmittitur: ſed per hanc tertiā ſo-
165 lùm tranſmittitur ius deliberandi. ✝Scire tamē debe-
tis, ꝙ quatuor copulatiuè requiruntur, vt hæc tranſ-
miſſio ſeu diſpoſitio d.l.cùm antiquioribus.locū ha-
beat. Primò requiritur, quòd hæreditas ſit alicui de-
lata, vt ibi dicit text.in verbo, Delatam. Hinc dicit
Barto.in l.ventre.iij.col.ff. de acquirenda hæreditate.
quòd ſi moriatur aliquis proximior agnatus præde-
functi præcedente dubio, an vxor illius defuncti ſit
prægnans vel non, & ſic an poſſit naſci poſthumus:
ille talis agnatus non tranſmittit hæreditatem non
aditam,nec ius deliberandi beneficio dictę l.cum an-
tiquioribus, eo quia hæreditas non dicitur ſibi eſſe
delata propter pendentiam dubij. Et ita dicit ibi eſſe
tex.no.quē ad hoc etiam not.Rapha.Cuma. ibi. in j.
166 col. ✝Secundò requiritur, ꝙ iſte cui delata eſt hære-
ditas,ſciat eā ſibi eſſe delatā, vt expreſsè dicit ibi tex.
in verbo,Sciens.& in verbo, Cognitū. Quia ſi igno-
raret,non poſſet dici deliberare.ideo ad aliū trāſmit-
tere nō poſſet ius deliberādi,quod nō habet. Et ideo
dicit Bar.in l.qui duos.ff.de reb.dub.iiij.col.circa me
167 dium, ✝ ꝙ annus qui datur hæredi ad deliberandum
eſt vtilis ab initio,cùm à tēpore ſcientiæ incipiat cur
rere: poſteà eſt cōtinuus, vt d.l.cum antiquioribus.&
per ſcientiā hæredis efficiť hæreditariū,& conſequen
ter trāſmiſſibile ad hæredes delibe. ſi moriatur infra
illū annū,poſtquā ſcire cœpit hæreditatē ſibi delatā.
Debet enim hæres ab inteſtato ſuccedens,vt ius deli-
berandi trāſmittat ad hæredes,ſcire aliquē de ſuis pa-
rentibus & proximioribus eſſe defunctū: cuius hære-
ditas ſibi pertinet.Et ſi fortè eſſet mortuus in eadē ci-
uitate, præſumeretur ſcire ratione conſanguinitatis,
arg.l.de tutela.C.de in integ.reſti.mino.Nam ex hoc
cōcluditur,ꝙ ſciuerit hęreditatē ſibi delatā eſſe, cùm
nemo præſumatur ius ignorare.C.de legi.leges.cōſu-
luit tamen Bar.ꝙ de hoc fiat articulus:& etiā ſuffice-
ret ad hanc tranſmiſsionē fiendā vehemens opinio,
quæ tantū operatur ſicut certitudo, cui cōparatur, vt
no.in l.ſi is ad quē.ff.de iure delibe.& l.cùm quidam.
§.quod dicitur.ff.de acqui.hæredi. ſecūdum Bal.in d.
l.cū antiquioribus.verſi. Tertiò quæritur.de quo ple-
nius dixi in verbo, *Et ſoboles quam geſtabat in vtero*. in
fine.Si vero hæreditas defertur ex teſtamēto, eſt ne-
ceſſe,ꝙ ſciat defunctū eſſe teſtatorē,& ſe hæredē in-
ſtitutū: quia ei qui ignorat vires teſtamēti non poteſt
dici eſſe hæreditas delata.l.ſed & ſi de ſua.ff.de acqui.
hęredi.niſi ſtatutum aut conſuetudo patriæ eam trāſ-
mitti poſſe diceret: quia tunc non delata tranſmitte-
retur,vt ſentit Bar.in tertio membro,quē ad hoc pō-
derauit ibi Io.de Imo.& ſequitur Alex. in l.is poteſt.
ff.de acqui.hęredit. Videatis Bart.in dicta l.qui duos.
iiij.col.ff.de rebus dubiis.Et ſufficit,ꝙ iſte primus hę-
res in vita ſua ſciuerat hęreditatē ſibi delatā: quia eo
ꝙ ſemel ſciuit, illud ius deliberandi eſt effectū hære-
ditariū,ita ꝙ tranſmittitur ad hæredes etiam ignorā-
tes illud ius deliberandi cōpetere. l.item videndum.
in fi.ff.de peti.hære. Vnde illius primi hæredis defun-
cti infra annū hæreditas cū illo iure deliberādi tranſ-
mittitur,& durat durante anno,quāuis hæredes igno-
rent illud ius eis competere: prouiſo tamen,ꝙ ſciant
hæreditatē propriā hæredis defuncti eis delatā, ſecū-
dum Bart. in dicta l. qui duos. ff.de rebus dubiis. iiij
col.Et ſi plurium hæredum ad quos tranſmiſſum eſt
ius deliberandi,vnus repudiet,accreſcet alteri.l.ſi ſer-
uus communis ab extero.ff.de acqui.hæredi.Subiun-
gens Bar.in d.l.qui duos. v.col.ꝙ ſi plurium hæredū
ad quos ius deliberandi fuit tranſmiſſum, vnus infra
annū adierit virtute illius iuris deliberandi pro parte
ſua,alius verò permiſit annum labi: eo tunc adeunti
accreſcit pars non adeuntis, & habebit hæreditatem
tranſmiſſam inſolidum. Si autem adiuiſſet virtute il-
lius iuris deliberandi totam illam hæreditatem, tunc
additio illius non ſolùm ſibi prodeſt, ſed etiam pro-
derit alteri adeunti hæreditatem principalem hæredis
tranſmittentis defuncti: quo ad quam adeundam nō
erat excluſus anno,argumē.l.cogi. §.item Mætianus.
ff.ad Trebellianū. vbi coactio facta ab vno, prodeſt
168 aliis,etiam inuito adeunte vel cogente. ✝Nec obſtat
tit. C. quando non peten. partes peten. accreſcant.
quia ille titulus loquitur in hæreditate delata pluri-
bus principaliter: quo caſu aditio vnius non prodeſt
alteri tempore excluſo, vt ibi.Sed hîc vna hæreditas,
ſcilicet,propria hæredis tranſmittētis defuncti defer-
tur principaliter.Alia verò, ſcilicet, hæredi trāſmiſ-
ſa defertur in conſequentiā. Vnde dum tamen duret
tempus adeundi hæreditatem principalem, factum
vnius cohæredum proderit alteri; vt d.§.item Mætia-
169 nus. ✝Sicque reſtat ꝙ ad tranſmittendū iſtud ius de-
liberandi, requiritur ſcientia hæredis tranſmittentis,
vt dictum eſt. Et ſi hæres eſſet pupillus, ſufficeret
ſciētia ſolius hęredis vel ſolius patris, ſi patrē habeat,
vel ſolius tutoris,vt talis hæres hæreditatē ſeu ius de-
liberandi tranſmittat beneficio dictæ l.cū antiquiori-
bus.per tex.expreſſum in l.ſed ſi ſeruus.§.fina. cum l.
ſequenti.ff.de tributo.& in l.non ſolùm. §.in eum.ff.
de liberali cauſa.Quod eſt verum, ꝙ ſcientia tutoris
ſufficiat ad tranſmittendum hæreditatem pupillo de-
latam,etiam ſi tutor adhuc nō ſatiſdediſſet, vel inuen
tarium nondum feciſſet:quibus caſibus de iure admi-
niſtrare nō poteſt.l.tutor qui repertorium.in princ.ff.
de admi. tuto. tamen eius ſcientia ſufficeret ſecundū
Bar.& Bal.in l.fi.C.de tuto.& cura.qui nō ſatiſde.&
idem Bar.in l.j.ff.de tute.& d.l.qui duos. quē ſequun-
tur Fulgo.& Alexan.in d.l.cum antiquioribus. & ibi
Iaſon in fine tenet cum eis.Idem concluditur de ſciē
tia pupilli, vt ſola ſufficiat ad tranſmittendum ius de-
liberandi.Idem erit in ſcientia prodigi, cui bonis eſt
interdictum,ſecundum Bal.in d.l.ſi infanti.C.de iu-
re delibe.Nam licet ſolus tutor aut ſolus pupillus hę-
reditatē adire nō poſsit,vt l.potuit. C. de iure delibe.
quinimò neceſſe eſt, ꝙ ipſe pupillus cum cōſenſu vel
patris,ſi patrē habeat,vel tutoris,ſi patre caret,adeat
hæreditatē:vel cū authoritate iudicis,ſi careat vtroq;
vt l. infanti. C. de iure delibe. in fi.tamen ſolus tutor
poteſt deliberare, & tempus ad deliberādum petere.
ff.de iure delibe.l.ait prætor. in prin.ſecundum Bart.
in d.l.qui duos.ff.de rebus dubiis.ſed Bal. cōtra in d.
l.ſi infanti.quod imò requiritur ſcientia pupil. Præ-
tereà ſicut ſufficit ſolius tutoris ſcientia, vt pupillus
maior infante hæres ius deliberādi tranſmittat, vt di-
dictum eſt, ſic etiam ſufficeret ipſius tutoris ſciētia,ſi
hæres eſſet infans,ſicut poſſet ſolus tutor hæreditatē
adire.l.ſi infanti.allegata.C.de iure delib. & bonorū
poſſeſsionē petere,vt l. bonorum. de bonorū poſſeſ-
ſione ſecūdum tabu. Et hoc verum ꝙ hoc caſu ſuffi-
ciat ſolius tutoris ſcientia ad tranſmittendum hære-
ditatem infanti delatam,ſeu ius deliberandi,ſi infans
præmoriatur.Si autem tutor qui ſciebat hæreditatem
infanti delatam prædeceſsit relicto infante hęrede,
qui poſteà deceſsit ſine tutore,tūc ius deliberandi nō
trāſmittit. Quia tex.in d.l.cum antiquioribus. requi-
rit,ꝙ hæres ſciens hæreditatem ſibi delatam deceſſe-
rit,& ſic ſcientia hæredis tempore mortis requiritur,
vt l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxali actio.& l.ſi
Titius.ff.de mili.teſta. iſte autē infans licet per tuto-
rem fingatur ſcire viuente tutore, tamen eo tempore
quo tutor deceſsit,non poteſt fingi eum ſciuiſſe,cùm
in veritate ignoraret: nec tēpore ſuæ mortis,cum illa
ætas quicquid videt,ignoret.l.j.C. de falſa mone. Et
ſic ius deliberādi nō trāſmittit,ad cuius trāſmiſsionē
requiritur ſciētia hæredis,quæ hîc deficit tā ex ſe quā
ex perſona tutoris tēpore trāſmiſsionis, ſecūdū Bart.
in d.l.qui duos.plus deciditur,ꝙ licet tutor pupilli hę
redis non poſsit ſolus hæreditatē pupillo delatā adi-
re.vt dictum eſt per dictam l. potuit. de iure deliber.
170 ✝Attamen hæreditatē infanti delatā, id eſt minori
ſeptē annis à quocunq; etiam extraneo ex teſtamēto

vel ab inteſtato poteſt ſolus pater etiã filiũ infantẽ in
poteſtate non habens adire: & ſi patrem nõ habeat,
hoc põt ſol⁹ tutor. Et hoc ſi quidẽ poteſt ſolus pater,
viuo infante, nomine ipſius infãtis: ſed eo mortuo eã
adire põt nomine ſuo proprio, tanquã ad ipſum trãſ-
miſſam, prout hodie eſt caſus elegãs in d.l.ſi infanti.
C.de iure delibe. Nam hodie infans hæreditatẽ non
aditã ſibi delatã ad partẽ ſuũ trãſmittit, vt ibi. Et idẽ
ſi non haberet patrẽ, ſed auum paternum: quia ad eũ
tranſmitteretur hęreditas infãti mortuo delata, ſicut
tranſmitteretur ad patrẽ ſi viueret: prouiſo tamen ꝙ
ille auus aut alius immediatus aſcẽdens debuiſſet tali
infanti de iure cõmuni ſuccedere. Sed vbi non debe-
ret talis aſcẽdens infanti ſuccedere, vt quia alius (pu-
tà mater) præcederet in gradu ipſum aſcendentem pa
ternũ, iuxta terminos authenticæ, defuncto. C.ad Ter
tylianũ: tũc hæreditas infanti delata & non adita per
infantẽ non trãſmitteretur ad auũ paternũ, ſicut non
tranſmitteretur ſi verè fuiſſet adita per infantẽ, ſecũ-
dum Ioannẽ de Imo. in d.l.vẽtre. in ſexta regula. quã
ibi ponit, quem ſequitur Alex. in d.l.ſi infanti iij. col.
non tñ intelligit, ꝙ per hoc tranſmittatur ad matrẽ:
quia d.l. loquẽs in patre in tali caſu exorbitanti, non
debet extendi ad matrẽ, nec lineã maternã, per regulã
quę à iure. de regulis iuris. lib. vj. ſed hoc caſu ad neu-
trum tranſit talis hæreditas, ac ſi nunquã infanti de-
lata fuiſſet. Ad auum enim non tranſit obſtãte matre
quæ proximiorẽ gradũ tenet, vt dicta Authẽ. defun-
cto. & ſic à ſucceſſione infantis eum excludit, & per-
conſequens ab hæreditate infanti delata, per ea quæ
dicerentur infra verſiculum tertium, quod inducit.
171 ✝ Similiter ad matrẽ non tranſmittitur, cum in ea lo-
cũ non habeat diſpoſitio dictæ l.ſi infanti. quæ quidẽ
lex eſt valde ſingularis, nec habet concordantem in
iure, per quã imperator quinq; inducit de nouo, quæ
ante illã l. non erant diſpoſita. nec iure Digeſtorum,
nec iure Cod. Primò ſtatuit de nouo, ꝙ pater ſolus a-
dire poſſit hæreditatem delatã infanti nomine ipſius
infantis, & dicũt Bar. & Sali. ibi ꝙ pater debet in hoc
eſſe cautus, vt expreſsè dicat ſe adire nomine infan-
tis: aliàs vitiaretur aditio. Bene eſt verum, ꝙ de iure
Digeſt. erat ſtatutum, ꝙ pater ſolus poſſet agnoſcere
bonorum poſſeſſionem, nomine infantis. l.j.ff. de bõ.
poſ.fur.infan.dela. Sed non poterat adire hæreditatẽ,
donec fuit inductũ per d.l.ſi infanti. Quod habet lo-
cum non ſolùm in hæreditate matris infanti delata,
ſed in hęreditate cuiuſcunq; etiam extranei, vt vbi eſt
172 text. dum dicit vel aliis quibuſcunque. ✝ Secundum
inducitur de nouo in verſi. ſed ſi parens. contra re-
gulam quæ habet, ꝙ hæreditas non adita non tranſ-
mittitur. l. quoniam ſororẽ. C. de iu. deli. & l. vnica. §.
in nouiſſimo. C. de cad. tol. Hoc tamẽ ſingulariter diſ
ponit contra hanc regulam, ꝙ ſi hęreditas ſit delata
infanti, & infans ſit mortuus antequam pater eius no
mine adierit: tamen talis hęreditas tranſmittitur ad
ipſum patrem. Et ſic reſultat aliud ſingulare: ꝙ licet
pater fuerit in negligentia adeũdi hęreditatẽ filio in-
fanti delatã, tamẽ talis negligentia ſibi patri non no-
ceat, quo minus hæreditas infanti delata, quã ipſe pa-
ter adire debuerat, ad ipſum patrẽ trãſmittatur. Quin
imò fortius dicit text. in dicta l. ſi infanti, verſicul. ea
verò. quòd iſtud habet locum nedum in infante qui
ſit in poteſtate patris, ſed etiam locum habet in infan
te emancipato, quod lõgè ſingularius eſt. Hodie ve-
rò in caſu iſto, ſi infans cui delata eſt hęreditas, dece-
deret ea non adita, ſuperſtitibus patre, matre, & fra-
tribus, ad ſolum patrem non tranſmitteretur hæredi-
tas, iuxta dictam l. ſi infanti. Sed tranſmitteretur ad
oẽs ſupradictos æqualiter, ſcilicet ad patrẽ, matrem,
& fratres infantis in pari gradu exiſtentes, per tex. in
Auth. defuncto. C. ad Tertyl. ſecundum Bar. in d.l.vẽ
tre. penul. col. de acquirenda hæreditate. quem ibi ſe-
quuntur Ange. & Ioan. de Imo. quam opinionẽ dicit
eſſe cõmunem Albericus in d.l.ſi infanti. vbi idem te-
net Bal. in iiij. & v. oppoſitione. & Iaſ. in vj. col. Nam
licet priuilegium trãſmittendi eſſet perſonale de iure.
C. quia ſoli patri eo iure indulgetur, vt d. l. ſi infanti.
Tamen iure authenticorũ effectũ eſt cõmune omni-
bus iam dictis perſonis, vt dicta Authent. defuncto.
Quia pater cui ſoli cõpetit, aperit ex ſui perſona viã
aliis: ſicut dicimus in filio præterito, qui ex perſona
ſua aperit viam inſtitutis contratabulandi teſtamen-
tum, vt plenè dixi ſ. ſuper verbo, *In eodem teſtamento
relinquens*. in vij. limit. Et ita videtur mihi tenendum,
licet Ang. Sali. Pau. & Alex. in tertio notabili, & e-
tiam iij. col. teneant in eadem l. ſi infanti. vt ſ. dixi ſoli
patri cõpetere dictã hæreditatẽ, & nõ alteri: quod nõ
puto verũ. Quia priuilegium competẽs patri infantis,
vt ad eum tranſmittatur hæreditas non adita infanti
delata, eſt clauſum in corpore iuris, vt d.l. ſi infanti.
ergo per nouellã conſtitutionẽ quatenus erat de iure
C. perſonale cenſetur reuocatum, & ad omnes ſupra-
dictas perſonas extenſum per dictã Auth. defuncto.
Quia ſicut reuocatur ius cõmune per ius nouũ cõtra
rium, licet nullã faciat mẽtionem de illo, c.j. de cõſti-
173 tutio. li. vj. ✝ Ita & priuilegium corpore iuris clauſum
reuocatur per ius nouũ cõmune cõtrariũ, licet nullã
faciat mẽtionem de illo, ſecundũ gl. ſuper verbo, cor-
porali. quã ibi ſequitur & cõmendat do ſancto Gemi
niano, in c. vt circa. de electione. lib. vj. & in c. fina. in
fine de ſenten. excommu. eodem lib. quod nota. vltra
Iaſonẽ & cęteros. Et ita teneatis, niſi velletiş cõcorda
re opiniones, videlicet ꝙ vbi aſcendens paternus ſta-
ret cum aſcendẽte materno in pari gradu, vt putà pa-
ter cũ matre, vel auus paternus cum auo, vel auia ma-
ternæ lineæ: tunc quia aſcendẽs paternus ſuccedendo
ſimul filio, vel nepoti infanti aperire poteſt viã etiã
ſuccedẽdi eidẽ infanti quo ad hæreditatẽ ei delatam
non aditam: eo tunc ſimul ſuccedãt ſecundum dictã
Auth. defũcto. Quia ſuccedẽdo ſimul in hæreditate
propria infantis, ſuccedũt etiam in hæreditate delata
trãſmiſſa ratione adiũcti paterni, qui viã maternis a-
peruit: vt dictũ eſt. Sed quãdo aſcẽdens paternus cui
ſoli priuilegiũ ſuccedẽdi in hæreditate infanti delata
erat datũ nõ cõcurrit cũ pari, ſed inæquali, putà au⁹
paternus cũ matre infantis: quia ſola mater ſuccedit
in hæreditate propria infantis. Et ſic auũ paternũ ex-
cludit per dictam Auth. defuncto. vt ſupra dictũ fuit.
Sequitur ꝙ etiam erit excluſus à ſucceſſione infanti
delata, quam habiturus erat in quadã cõſequẽtia pro
priæ hæreditatis. Quia (vt nũc vidiſtis) pater adeũdo
hæreditatẽ propriã infantis, quãdo ei ſuccedere po-
teſt, conſequitur hæreditatẽ ei delatam ad eum tranſ-
miſſam abſq; eo ꝙ eam expreſsè adire teneatur: & e-
tiam mater erit excluſa tãquam nõ comprehenſa in
diſpoſitione d.l.ſi infãti. Nam hoc caſu nõ eſt æquũ,
quòd mater ex perſona aui paterni quẽ excludit ſuc-
cedendi lucrũ conſequatur, argumẽto l. litigatores.
ff. de arbitris. Quia nõ ſe habẽt vt pares, ſed vt maius
& minus. Et ita verificari poſſet opinio vltimo loco
delata, quam ſequuntur Agel. Salice. Paul. & Alexan.
volentes dictã l. priuilegium lineæ paterne cõceſſum
nullo modo communicari poſſe lineæ maternæ, vel
collateralium. Sed quãdo parentes concurrunt in pa-
ri gra-



ri gradu, tunc priuilegium tranſmiſſionis huius da-
tum lineæ paternæ etiam cenſetur datũ lineæ mater-
næ & collateralium eiuſdẽ gradus & prærogatiuæ: &
iſta ſtabit prima opi. priore loco ſ. relata, quam tenẽt
Bar. Bald. Albe. Imo. & Iaſ. Nec eſt nouum, ꝙ priuile
giũ vni ex ſociis competẽs alteri in pari gradu ſocie-
tatis exiſtẽti cõmunicetur, prout videre poteſtis plu-
ra elegãtia exempla, quæ tradit Barba. in c. verum. de
foro competẽti. per l. ſi cõmunem. ff. quemadmodum
ſerui. amit. vbi eſt optimus text. de hoc. de quo vltra
omnes videatis Fely. in c.j. de præſcri. iij. & iiij. col. &
Iaſ. in l. ſi emãcipati. C. de coll. ſuper hoc cogitabitis.
Circa præmiſſa videatis Bal. in l. nõ pro numero ſu-
perſtitũ. in fi. C. ad Orſitia. vbi poſt Iac. de Belloui ſu
ſingulariter decidit, ꝙ ſi matre mortua relicto mari-
to & quatuor filiis ex eo relictis, quorũ duo erant in-
fantes, alij verò emãcipati: ſi duo infantes ſint hæredi-
tate nõ adita mortui, tota hæreditas materna pertine-
bit aliis duobus emancipatis, & nihil trãſmittetur ad
patrẽ. Et ratio eſt, quia trãſmiſſio hęreditatis non adi
tæ ad patrẽ prouenit ex priuilegio, in corpore tamen
iuris clauſo, vt d.l. ſi infanti. Sed ius accreſcendi pluri
bus hæredibus cõpetens, eis pertinet de iure cõmuni
vt vidiſtis plenè in verbo, *Et vxorem nomine Adel.* in
iiij. præludio. ideo accreſcit eis inuitis. l.j. §. his itaque.
& §. vbi autẽ. C. de cad. tol. Quia ius cõmune abſor-
bet & tollit priuilegiũ, licet corpore iuris clauſum ſe-
cũdũ eũ. Super quo cogitabitis ꝑpter tex. in d. Auth.
defuncto. qui hæreditatẽ defert patri & fratribus de-
174 functi. ✝ Tertium quod inducit de nouo. d. l. ſi in-
fanti per tex. ibi, quas infanti quæſita eſt: quia talis hę
reditas delata infanti trãſmittitur ad patrẽ tãquam a-
dita & quæſita, nõ tanquam adeũda: ita ꝙ nõ erit o-
pus ꝙ pater adeat duas hæreditates, ſed ſatis eſt, ꝙ a-
deat hæreditatẽ propriã ipſi⁹ infantis; in qua inueniet
hæreditatẽ alterius ſibi per mediũ infantis quæſitam:
quod eſt ſingulare ſecũdum Ang. Pau. & Alex. ibi, i-
mò plus ſecũdum aliquos, nõ requiritur ꝙ pater hæ-
reditatẽ infantis, ſed omnia occupat iure peculij. ideo
tex. ibi dicit patrẽ venire iure patrio. Quod ſi verum
ſit, maior eſſet vtilitas patri iſta occupare iure peculij,
175 quã iure hęreditario. ✝ Quia ſi occuparet iure peculij
bona infantis, nõ eſſet opus alia aditione etiã princi
palis & propriæ hæreditatis filij, ſed trãſmitteret hę-
reditatẽ infantis ſui aliter nõ aditã. Secus ſi eam cape
ret tanquã hæres: nam vt audiuiſtis ſ. in ſecũda ſpecie
trãſmiſſionis in prin. aſcẽdentes nõ ita trãſmittũt hę-
reditates deſcendentiũ, ſicut faciũt ecõtra deſcenden-
tes hæreditates aſcẽdentium non aditas. Alia vtilitas
eſſet, quia ſi pater veniret tãquã hæres filij, teneretur
creditoribus inſolidũ, etiã vltra vires hæreditarias. l.
j. §. ſi is qui quadraginta. ff. ad Trebel. Hodie autẽ nõ
cõfecto inuẽtario teneretur etiã inſolidũ. §. ſi verò. in
Authẽ. de hęreditate & Falci. & plenè vidiſtis ſuprà,
*Mortuo itaq; teſtatore*. j. ſed quãdo pater occupat iure
peculij, nunquã tenetur in plus quam ſit in peculio.
Et ratio eſt ſecũdũ Bal. quia hoc caſu pater eſt magis
ſucceſſor bonorũ quã filius. Alia vtilitas eſſet, ꝙ ſi pa-
ter veniat tanquã hæres filij, tenebitur perpetuò cre-
ditoribus. Si autẽ bona occupet iure peculij, nõ tene-
bitur niſi vſq; ad annũ vnũ poſt mortẽ filij. ff. quãdo
actio de peculio eſt annalis, per totũ. Alia vtilitas &
vltima eſſet: quia pater veniẽs iure hæreditario tan-
quã hæres filij, tenetur cõficere inuẽtariũ: aliàs inſoli
dũ obligatur, vt dictũ eſt, & plenè deciditur in l. fi. C.
de iure delib. vt dixi vbi ſ. ſecus ſi veniat iure peculij.
Sed an hoc ſit verũ, ꝙ pater poſſit iſto caſu occupare
bona infantis iure peculij, vel teneatur illa adire tan-
quã hæres, dubitatur. Tamẽ veritas eſt, vt tenet gl. in
d.l. ſi infanti. ꝙ de iure Codicis cùm filiusfa. etiam ha
bẽs bona caſtrẽſia vel quaſi, nõ poſſet habere hęre-
dẽ, quia pater omnia poſt mortẽ filij occupabat iure
peculij, vt ibi eſt tex. dũ dicit patrẽ venire iurę patrio.
Hodie tamen de iure nouiſſimo authẽticorũ hoc eſt
immutatũ. Quia hodie filiusfa. habet ab inteſtato hæ-
redẽ: ideo hodie pater venit tanquã hæres, & iure hę-
reditario. & ita cõmuniter tenẽt omnes doctores, &
Bar. etiã refert in d.l. ſi infanti. in ij. col. ita in facto cõ
ſuluiſſe. Ideo non eſt mirũ, ſi pater in hoc caſu ſucce-
dat infanti. ſecundũ diſpoſitionẽ dictæ authenticæ,
defuncto. C. ad Tertyl. ſolus, vel cũ aliis, vt ibi eſt tex.
176 nota. vt ſ. dictum eſt. ✝ Et quod dictum eſt in filio in-
fante, cui delata eſt hæreditas, vt eam tranſmittat ad
patrẽ non aditã per dictã l. ſi infanti. etiã locũ habet
in filio furioſo habente patrem: quia ad eum trãſmit-
tet hæreditatẽ ſibi delatã nondũ aditã, cùm infans &
furioſus æquiparentur. l. in negotiis. ff. de regu. iuris.
& ita tenuit Ange. in lectura Florentina ij. col. in d.l
ſi infanti. ſed Bart. ibi Fulgoſius, Alex. & Iaſon tenẽt
contrariũ, ſcilicet, ꝙ furioſus ad patrẽ non trãſmittat
hæreditatem ſibi delatã non aditam, cùm in hac ma-
teria ſit lata differentia inter infantẽ & furioſum: qa
videmus in furioſo cuius curator hæreditatem adiuit,
ꝙ eam non tranſmittit ad hæredes: quod ſecus eſt in
177 infante, cuius tutor adiuit. ✝ Quia maiorẽ poteſtatem
habet tutor in infante, cùm detur perſonæ, inſti. qui
dari tutores teſtã. poſſunt. circa medium, quam cura-
tor furioſi in furioſo, qui nõ datur perſonæ principa
liter, ſed bonis, ſecundũ Bar. in d.l. ſi infanti. & l. j. ff.
de bono. poſſeſ. infan. furioſóve delata. De quo plenè
Bal. Ange. Ludo. Alexan. & Iaſon in l. infantis. C. qui
admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt. Præter-
eà dicta l. ſi infanti. ſtatuens hoc ſpeciale priuilegium
in infante vt hæreditatem etiam extranei tranſmittat
ad patrem non aditam, contra regulas iuris commu-
nis, extẽdi nõ debet ad furioſum & eius patrem, licet
ſibi ſimilem, per not. in l. quod verò. §. de viro. ff. ſolu
to matrimonio. facit l. ius ſingularis. ff. de legitimis. &
regula. quæ à iure communi. de regulis iuris libr. vj.
178 ✝ Or nunc ſequitur, ꝙ ea quæ dicta ſunt, quòd ſi in-
fans cui delata eſt hæreditas decederet ante aditã hæ-
reditatem ſine patre, quãuis haberet matrem aut fra-
tres, vel alios hæredes, nũquam dictam hæreditatem
tranſmitteret, ſed perinde haberetur, ac ſi ei non fuiſ-
ſet delata: & ſic deuolueretur ad proximiores illius,
qui infantem relinquerant hæredem. Ita dicit tex. in
d.l. ſi infanti. per quem textum dicunt Bald. Ange. &
Salic. ibi, ꝙ etiam infans ſicut ad hæredes alios quàm
patrem non tranſmittit hæreditatem extranei ſibi
delatam non aditam, ſic non trãſmittit ad eos in in-
tegrum reſtitutionem, tanquam fuerit læſus in non
adeundo. Et refert Angel. quòd vidit conſilium Bald.
fratris ſui & aliorum duorum illuſtrium doctorum
idem tenentium: & ita etiam conſuluit Petrus de An-
cha. conſi. cclxiij. incipiente, De viribus aditionis. &
Franciſ. Aretin. in cõſilio clxj. incipiente, In præſen-
ti conſultatione videndum eſt. iij. col. & v. in fine. cum
duabus ſequentibus. & inter cætera principaliter põ-
derat textus, in eadem l. ſi infanti, dũ dicit, quòd hæ-
reditas ad alias perſonas perueniat &c. Nam verbum
perueniat denotat cum effectu. l. ij. §. perueniſſe. ff. de
179 hære. vel actio. vendi. propter dictionem, per ✝ quæ
denotat perfectionẽ actus. l. vrbana. §. pernoctare. ff.
de verborũ ſignificatione. quod non eſſet, ſi hæres in-
fantis

ſantis haberet in integrũ reſtitutionẽ. Prætereà quia
in d.l.ſi infanti.verſ.vel ſi nõ ſit tutor.dicitur,ꝙ quã-
do infans moritur ſine patre,vel ſine tutore,vel cũ tu
tore,qui adire negligit hæreditatẽ infanti delatã: ta-
lis hæreditas habetur pro nõ delata, & ad illos debet
peruenire,ad quos eſſet delata,ſi infans hæres relictꝰ
non fuiſſet.Ergo in illo caſu peti nõ põt reſtitutio:qa
minor nõ reſtituitur,niſi aduerſus damnũ,aut aduer-
ſus lucrum amiſſũ,vt l.ait prętor.§.fi.cũ l.ſeq.& l.nõ
omnia.ff.de mino. Or cũ hæreditas eo caſu fingatur
nõ delata,ſequitur ꝙ nullũ lucrum amiſit, quod non
fuerat debitũ,& conſequenter nõ videtur poſſe reſti-
tui.ſed Bart.in d.l.ſi infanti. & d.l.qui duos.de rebus
dubiis.iij.col.tenet oppoſitũ,tam in pupillo quam in
infante,vt ſcilicet quilibet eorũ licet non tranſmittat
hæreditatẽ non aditã ad hæredes: tamen tranſmittit
beneficium reſtitutionis in integrũ aduerſus aditionẽ
hæreditatis omiſſã,prout etiam tenuit ipſemet Bald.
in l.vnica.§.in nouiſſimo.C.de cadu.tollẽ. & in l.ij.
C.ad Orfitia.& Io.de Imol.in d.l.vẽtre.& Ioã And.
in c.in præſentia de probationibus. quos ſequuntur
Alexan.v.col.& Iaſ.xj.col.in d.l. ſi infanti. dicentes
hanc eſſe communem opinionem, ſecundum quam
conſuluit Pe.de Ancha.ſibi contrarius conſi.ciiij.in-
cip.ꝓ declaratione quæſitorũ in tertio puncto.ſimi-
liter Ludo. ſecundum hanc vltimam opinio. Bart.eã
ſequendo tanquam communem cõſuluit conſi. lviij.
incip. Viſis narratis in puncto.& reſpondent ad tex.
qui videtur contrarius in d.l.ſi infanti.dum dicit,ac ſi
ab initio non eſſent delatæ,debent hæreditates ad a-
lias perſonas peruenire. Nam dicunt,ꝙ tex.ille pro-
cedit cõſiderato iure cõmuni, quaſi dicat ꝙ ſecundũ
ius commune dictæ hæreditates eo caſu perinde ha-
beantur,ac ſi nunquã infantibus delatæ fuiſſent,poſt-
quam nõ ſunt aditæ, nec pater ſupereſt:ſed nõ conſi
derato priuilegio ſpeciali in integrum reſtitutionis,
quo hæredes infantis vel pupilli reſtituentur aduer-
ſus hæreditatis omiſſam aditionem:quia regulam ha-
180 bemus † ꝙ per verba quantuncunque generaliſſima
legis vel ſtatuti,nunquã intelligitur derogatũ beneſi-
cio in integrũ reſtitutionis,niſi de eo fiat mentio ſpe-
cialis,prout non fit in d.l. ſi infanti. vt probat text. in
c.coram.iuncta glo.fi.de in integ.reſti. glo.in l. poſt-
quam liti.in glo.fi.C.de pact. Et ab hac cõmuni opi-
nione non eſſet ritè recedendum, niſi dicere velletis
ad pacificandum omnes opiniones,prout pulchrè di
ſtinguit Bald.in d.§.in nouiſſimo. Aut hæres cui de-
lata eſt hæreditas moriendo ante aditionem eſt adul-
tus:& ſic talis,in quo poteſt aliqua facilitas & ſimpli-
citas notari:& tunc reſtitutionem in integrum pro-
pter omiſſam aditionem trãſmittit ad hæredes:& ita
verificari poteſt opinio Bart.quæ eſt cõmunis ſuprà
ſecundo loco recitata. Aut hæres moriẽdo eſt infans,
& tunc aut deceſſit caſu fortuito: & tunc idem. quia
non eſt in alium ſcilicet in tutorem regreſſus, cùm ei
culpa imputari non poſſit,quare nõ adiuit vt d.l. qui
duos.vbi infans in nauigatiõe deceſſit,& ſic caſu for-
tuito:vnde mixta ratione ſcilicet ætatis & caſus for-
tuiti reſtituitur hæres eius. Idem ſi per alium caſum,
putà propter abſentiam habere non potuit tutorem,
quo caſu æquitas dictat ſuccurri,vt l. cùm quidam &
l.Pãthonius.ff.de acqui.hęre. Aut hęres infans natu-
raliter deceſſit, & non cõpetit hæredi ſuo in integrũ
reſtitutionis beneficiũ. & ita verificari poteſt prima
opinio ſuperius relata contra Bart. per rationes eam
tenẽtium & cõſulentiũ,quas per vos videre poteſtis.
Et hoc verũ, ꝙ in iſto vltimo caſu nõ cõpetit hęredi
reſtitutio, niſi propter culpam tutoris hæreditas non
fuiſſet adita;quo caſu propter culpam tutoris reſtitu-
tio competeret,ſi tutor non eſſet ſoluendo: & ita etiã
tenet Bar.in d.l.ſi infanti.& d.l.qui duos.ij.col.in fi.
quẽ videatis. Quia pulchrè loquitur inter cætera di-
cens,ꝙ culpa poteſt imputari tutori, ſi infans deceſ-
ſit poſt cẽtum dies.hæc Bal.in d.§.in nouiſſimo ver.
Sed tunc remanet quæſtio multum ardua.vbi elegan-
181 tiſſimis mediis mouetur. † Plus decidit Bart.in eadẽ
l.qui duos.ij.col.in vltimo contrario, ꝙ quicũq; mi-
nor.xxv.annis qui omiſſa aditione hæreditatis mori-
tur, tranſmittat in integrum reſtitutionem ad hære-
des:quam ipſe ſi viueret & hæreditatem omiſiſſet, in-
tentare poſſet ſecundum Iac. dę Arc.Et idem putat
Bart.ibi,in quocunq; etiam maiore xxv. annis impe-
dito adire hæreditatem ei delatam,vt in integrum re-
ſtitutionem ad hæredes tranſmittat ſicut ſibi compe-
teret,ſi viueret ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta
cauſa videatur argumento dictæ l.Panthonius.ff.de
acqui.hære.vbi tex.notatur: nam in integrum reſtitu
tio ſui natura eſt tranſmiſſibilis ad hæredes.l.non ſo-
lum.ff.de in integ. reſti.Et quæ ſint iuſtæ cauſæ reſti-
tuẽdi maiorẽ,videatis in l.j.& per totum.ff.ex quibus
cauſ.maio. & per hęc quæ dicta ſunt, datur argu. ad
182 dubium ſummè neceſſarium. † Ponamus, ꝙ hæres i-
gnorans delatam ſibi hæreditatem deceſſit infra an-
num,clarum eſt,ꝙ hæreditatem non aditam non trãſ
mittit, nec etiam tunc locum habet tranſmiſſio iuris
deliberandi,quæ non cadit in ignorante,vt dictũ eſt:
nunquam ſaltem occaſione talis ignorantiæ conce-
detur hæredi reſtitutio in integrum ex dicta clauſula
generali ex perſona defuncti hæredis, ita vt hæres
hæredis beneficio reſtitutionis in integ. conſequatur
beneficium deliberandi in effectu. Et Bald.in l.j.
xxiiij.oppo.C.qui admitti ad bono.poſſ.poſſunt, te-
net ꝙ non.quẽ ſequitur Raph. Cuma.in l.cùm filius.
§.in hac.ff.de verbo.oblig.& cõſuluit Pet.de Ancha.
conſi.clxix.inci.principaliter contra iſtos legatarios.
& Alex.in ij.parte,conſil. clxiij. incip. Viſo proceſſu
cauſæ vertentis inter dictũ Franc.vbi dicit ꝙ non re-
perit aliquẽ contradicentem idoneũ.Sed Iaſon in d.l.
cum antiquioribus.ij.colum.refert. Ange. & Paul.de
Caſtr.in d.l.ventre.Ioan.de Imo.& Paul.in d.l.Pan-
thonius.ff. de acquiren. hæredita. per illum text.cum
ibi not.per Bart. & eundem Alex. ſibi contrarium in
eadem ij.parte,conſi.clxix.incipien.Viſo themate ſu-
praſcripto.tenere contrarium:videlicet ꝙ imò in ter-
minis noſtris ſi hæres ignorans hæreditatem ſibi eſſe
delatam deceſſerit ea non adita, hæres eius ex perſo-
na defuncti ignorantis mortui poſſet,non de iure cõ-
muni,ſed impetrata in integrum reſtitutione à iudice
ex clauſula generali idem in effectu conſequi, ſcili-
cet annum ad deliberandum, ac ſi prius hæres igno-
rans defectus fuiſſet ſciens. Quod ſi eſſet verũ,maxi-
ma eſſet ampliatio ad d.l.cũ antiquioribꝰ. Tamẽ fi-
naliter neutrã dictarũ opinionũ firmat. Adde eundẽ
Alex.in j.parte, conſi. xx. incip. Viſo proceſſu cauſæ
vertentis.penul.col.in fin.vbi dicit competere in in-
tegrum reſtitutionẽ,vbi ignorãtia cauſatur ex abſen-
tia hæredis, & non ex ignorantia ſimplici.& ſic poſ-
ſent concordari præmiſſa. & hęc de ſecundo princi-
183 pali requiſito ſufficiant. † Tertiò principaliter requi-
ritur,vt d.l. cũ antiquioribus.locũ habeat, & ius de-
liberãdi ad hæredes trãſmittatur,ꝙ hæres cui ex teſta
mẽto vel ab inteſtato delata eſt hęreditas,talẽ hæredi
tatẽ ſibi delatã non adiuerit neq; repudiauerit, ſed ſit
in deliberatione q̃d facturus ſit.ſi em̃ eã adiuerit, nõ
eſſet



eſſet opus tranſmiſſione iuris deliberãdi, quia hære-
ditas ad hæredes trãſiret tanquam patrimonium hæ-
redis:& etiã ſi hæreditatẽ repudiaſſet, priuaretur be-
184 neficio tranſmiſſionis. † Quartò & vltimò requiri-
tur,ꝙ talis hæres deceſſerit infra annũ cõceſſum à iu-
re ad deliberãdum.Nam reſiduũ talis anni trãſmittit,
ſed non tranſmittit tempus ad latius deliberandum à
principe obtentũ,vel iudice,vt dixi ſuprà in prin.hu-
ius trãſmiſſionis.Et hoc verũ,ꝙ hæres moriẽdo trãſ
mittit reſiduũ anni à iure præfixi in d.l.cũ antiquiori-
bus.non facta differentia an hæres tranſmittens ſit de
aſcendẽtibus vel deſcẽdentibus aut collateralibus,vel
penitus extraneis. Quia tex.in d.l.cum antiquioribus.
loquitur indiſtinctè concedẽdo annũ integrũ ad deli
berandũ.Et hæc eſt veritas:licet Ange.in repetitione.
l.qui ſe patris.C.vnde liber.tenuerit dictũ annũ deli-
berãdi ſolum cõcedi aſcẽdentibus vel deſcẽdentibus
hæredibus: quibus de iure prætorio ad ſuccedendum
indulgetur annus: ſed in tranſuerſalibus & aliis ex-
traneis dicit non durare ius deliberãdi, niſi centũ die
bus, quibꝰ de iure prætorio eis ſuccedere permittitur.
185 † Vnũ tamen mẽti tenebitis perpetuò,ꝙ ſi filio cui
hæreditas erat delata fuerit elapſus annus deliberan-
di,quẽ habebat vt filius: adhuc trãſmittere poterit ſe-
cũdum annũ deliberãdi,vt & tanquã legitimus:& idẽ
in filio emancipato quod poſt primũ annum & infra
ſecundum moriens tranſmittit ius deliberandi quaſi
agnatus. Ita ſingulariter decidit Bal.in l. licet. prope
finẽ.C.de iure deli.tñ filius poſt annũ primum volẽs
deliberare ſeu adire, vel hæres eius prætẽdens habere
ſecundũ annũ ex perſona filij defuncti tanquã agnati
legitimi,debet hoc ſpecificare, ſcilicet qualitatẽ me-
dio cuius prætẽdit ius deliberãdi ſibi adhuc pertine-
re, cuius virtute dicit ſe velle hæreditatem adire, argu
mẽto eius quod ſingulariter decidit Bal. limitando.l.
nihil.C.de vſuca.pro hære.in rubri.s̃. de præſcrip.vj.
col.verſi.quæro,pater poſſedit decẽ annis.vbi dicit ꝙ
licet filio vt filio cõpetere non poſſit titulus pro hæ-
rede,vt d.l.nihil. & ſic virtute illius tituli prætendere
non poſſet præſcriptionẽ longi tẽporis,attamen ſi di
cat ſe longo tempore pro hærede poſſediſſe vt agna-
tum,audietur.Ita dicamus in propoſito,ꝙ ſi filiꝰ poſt
annum vt filius adiret hęreditatem nõ dico beneficio
ſuitatis, nec l.vnicæ. C.de his qui ante apertas tabu-
las.ſed virtute iuris deliberãdi per dictam l.cum anti-
quioribus.ei competentis, nihil ageret cum annus ſit
elapſus. Sed adire debet eam expreſsè vt agnatus,cui
in illa qualitate cõpetit ſecundus annus tanquã legi-
timo hæred.& ita ſentit Alex. in d.l.licet in addi.Bal-
dũ ipſum ſimpliciter allegat ſuper d.rubri.de præſcri.
186 † Et præmiſſa de triplici trãſmiſſione ideo hîc cu-
mulaui, tum quia prima ſpecies ſuitati conuenit, de
qua hîc tractamus,& cæteræ duæ ſpecies ſunt illi con
nexæ,quæ melius declarãtur ſimul cum illa,quã ſi vo
bis ſparſim fuiſſent traditæ, cum intellectus vnius ex
187 altera reſultet. Ex quibus omnibus reſtat † ꝙ hæredi
tas per hæredẽ non adita non trãſmittitur: quia cùm
ante aditionem expreſſam veluti verbo,ſeu nuda vo-
luntate factam aut tacitè putà facto declaratam,ſcili-
cet gerendo ſe pro hærede iuxta l.pro hærede.& l.ge
rit.ff. de acqui. hære. & inſtitut. de hæredum qualit.
& differen.§.pro hęrede.hæres ſi non ſit dominus hę
reditatis,nõ poteſt eã trãſmittere ad alios,quia nemo
dat quod nõ habet.Fallit tamẽ in pluribus caſibus. &
primò in ſuis hæredibus, in poteſtate conſtitutis, qui
hæreditatẽ paternã & interdũ fraternã tranſmittunt
nõ aditã,etiã ad quoſcunq;,vt plenè vidiſtis s̃.in pri-
ma ſpecie trãſmiſſionis.Secundò etiã fallit in deſcen-
dẽtibus non ſuis, vt ſcilicet hæreditatẽ aſcẽdentium
in quorũ poteſtate non ſunt, tranſmittãt beneficio l.
vnicæ.C.de his qui ante aper tab.Nõ dico ad omnes,
ſed ſolũ,& dũtaxat ad deſcẽdentes.de quo plenè vidi
ſtis s̃.in ſecũda ſpecie tranſmiſſionis. Tertiò fallit in
infante patrẽ habente, qui ſi moriatur ante completã
infantiã & hæreditatẽ aditã, illam tranſmittit ad pa-
trẽ ſuũ, cui hæreditati aliquoties concurrũt mater &
fratres infantis. Quartò fallit etiam in infante patre
carente & pupillo, ac minore vigintiquinq; annis. &
maiore iuſta de cauſa & legitimè impedito: q̃ licet hę
reditatẽ eis delatã non tranſmittãt ad hæredes: verũ-
tamẽ ad eos quoſcunq; trãſmittũt in integrũ reſtitu-
tionẽ.Cuius medio illa obtẽta à iudice adire poterũt
hæreditatem per defunctum adire omiſſam facilitate
ætatis, vel iuſto impedimẽto,aut ignorãtia facti ſecũ
dũ aliquos.Quintò fallit,ꝙ omnes hæredes quantum
cunq; extranei ante aditã hæreditatẽ, dũ tamen infra
annũ ſciẽtes hæreditatẽ eis delatã moriẽtes, trãſmit-
tũt ad quoſcũq; hæredes ius deliberãdi infra reſiduũ
anni quod eis ſupererat. De quibus tribus vltimis cõ
cluſionibus plenè habuiſtis s̃.in tertia ſpecie trãſmiſ-
188 ſionis. † Sed poſt annũ à die delatæ hæreditatis nõ
trãſmittitur ius deliberandi,niſi hæres ex cauſa diſtu-
liſſet infra annũ adire,putà propter vindicandã mor-
tẽ defuncti.ff.ad Silla.l.ſi quis in graui. §.elegãter.vel
diſtulit adire propter eũ qui eſt in vẽtre, vel propter
quæſtionẽ falſi motã contra teſtamẽtum, in quo fuit
hæres ſcriptus, vel aliã cauſam rationalẽ ſecũdũ Bal.
in d.l.cum antiquioribus.in fi.C.de iure deli. Et laus
Chriſto ſit & gloria ꝙ materia trãſmiſſionis hæredi-
tatis tã ſubtilis & non minùs vtilis & quotidiana ita
cõpendioſè ſit vobis nũc expedita:quæ tamen in prę
ſenti regno Frãcię nõ eſt multũ neceſſaria, vbi agitur
de hæreditate parentũ proximorũ aſcẽdentiũ,deſcen
dentiũ,aut collateraliũ:de qua ex gñali conſuetudine
mortuus ipſo iure ſayſit viuũ proximũ linageriũ,etiã
quo ad poſſeſſionẽ. ideo nõ mirũ ſi ante aliã expreſ-
ſam hæreditatis aditionẽ hæres per mortẽ ſui præde-
ceſſoris ipſo iure per conſuetudinẽ effectus poſſeſſor
& dominus, eam tranſmittat etiã in extraneũ hæredẽ
vt s̃.dixi tractando de continuatione poſſeſſionis de
patre in filium ex iure ſuitatis, ſicut tranſmitteret alia
bona ꝑ ipſum lõgo tẽpore poſſeſſa. Et ſic hæ ſubtili-
tates ferè in hoc regno remanẽt inter parẽtes ſuper-
189 uacuæ,vt ibi plenè dixi. † Verũtamẽ, vt materia ſui-
tatis penitꝰ euacuetur, quia poſt habitũ ſequitur pri-
uatio illius: ſcire debetis, ꝙ ſuitas cũ ſupradictis ſuis
priuilegiis tollitur quinq; modis. Primò tollitur per
dationẽ ſubſtituti vulgaris,vt l.ſi filius hæres.ff.de li-
be.& poſth.Nam pater ſubſtituẽdo filio,ſi non ſit hę
res, de neceſſario videtur eũ facere volũtariũ. ita di-
cit Bart.in d.l.j.ff.de vulg.& pup.& plenius per eũ in
l.ſi filius qui patri.ff.illo eo.tit. Sed an hoc ſit verum,
ſcilicet ꝙ per dationẽ ſubſtituti vulgaris tollatur ſui-
tas,hactenus dubitatũ fuit:& quidẽ in hoc paſſu qua-
tuor reperiuntur Doctorum opiniones principales.
190 † Prima opinio eſt,ꝙ per dationẽ ſubſtituti vulga-
ris filio factã tollatur exiſtẽtia & potẽtia ſuitatis: q̃a
per ipſam ſubſtitutionem videtur pater dediſſe licen-
tiam filio abſtinẽdi: & ſic videtur eum de neceſſario
feciſſe voluntarium.Nam (vt ſuprà dixi) exiſtẽtia ſui
hæredis à lege duodecim tabularum inducta fuit fa-
uore patris.Sicut igitur filius poteſt ſuo fauori renun-
tiare,ſcilicet abſtinendo à paterna hæreditate. l. filio
præterito.ff.de iniuſt.teſtamen.ſic poteſt & pater l.ſi
quis

quis in conſcribendo.C.de pact.Modo eoipſo ꝙ pa-
ter dedit filio ſubſtitutũ vulgarem, videtur ſuo fauo-
ri renũtiare: cùm illa ſubſtitutio cõcipiatur in caſum
in quem filius nolit hæres eſſe, vel non poſsit l. cùm
proponas.C.de hære.inſti.Et fuit ſatis plenè declara-
tum ſ.in primo effectu vulgaris ſubſtitutionis. Cùm
igitur pater ſciat ipſum filium neceſſariũ hæredem,
velit aut nolit dando ei ſubſtitutũ in caſu quo hæres
eſſe nolit, ex hoc videtur pater velle non habere filiũ
hæredẽ neceſſariũ.aliàs fruſtra ei ſubſtitueret, ſi vel-
let ipſum remanere neceſſarium: quia inſtitutione hę
redis effectum ſortiente, ceſſat ſubſtitutio. l.poſt adi-
tam.C.de impu.& aliis ſubſtit.& hanc opinio. ponit
gloſ. in l.Papinianus.§.quoniam autem quarta.ff. de
inoſ.teſta.circa medium magnæ glo.quam ſequuntur
Dy.& Bar.dicentes de hoc eſſe caſum in d.l. ſi filius
qui patri.ff.de vul.& pupil.& Cyn.in l.precibus.C.de
impu.& aliis ſubſti.Et eſt hæc cõis opinio Doctorũ,
multis & non minus pulchris rationibus roborata.
191 †Secunda opinio fuit tota cõtraria primæ, videlicet,
quòd per ſubſtitutionẽ vulgarẽ non tollatur exiſten
tia ſui hæredis, etiã quantuncunq; filius à paterna hę-
reditate abſtinuerit. Quinimò per exiſtentiã ſui hæ-
redis, etiam ſi filius abſtineret, tollitur & euacuatur i-
pſa ſubſtitutio.quo caſu effectus ſuitatis erit mirabi-
lis, ꝙ filius hæres inſtitutꝰ eo momẽto quo pater erit
mortuus, & ſic reperietur ſuus hæres, excludet ſubſti-
tutũ in perpetuũ ſola exiſtentia & potẽtia ſuitatis, ta-
liter ꝙ ſi filius poſteà abſtineat à paterna hæreditate,
ſubſtitutio nũquã recõualeſcet cũ fuerit ſemel extin-
cta ſola exiſtẽtia ſui hæredis.& hanc opinionẽ tangit
gl.arguendo in l.ſi pater.§.fi.ff.de vul.& pupil. quod
qualiter intelligatur videatis ibi Bart. & hæc opinio
ſimiliter multis per ipſam tenentes roboratur funda-
192 mẽtis.†Tertia fuit opinio, vt diſtinguamus, quòd aut
ſubſtitutus adiuit ex ſubſtitutione hæreditatẽ, & tunc
ſublata eſt ſuitas: aut nõ adiuit, & tũc ſecus.& hãc opi
nionẽ refert gl.in verb.& nũquid.in d.§.quoniã autẽ
quarta.in prin.gl.quæ opinio non habet fundamẽtũ.
Nam ſi ab initio nõ fuiſſet ſublata ſuitas, ſed expecta
retur aditio ſubſtituti, tũc per talẽ aditionẽ nõ tolle-
retur, cũ ſemel filius effectus fuerit ſuus hæres, ipſo
iure non deſinit eſſe hæres, quantũcunq; poſteà repu
193 diet, vt l.ei qui.ff. de hær. inſti. † Quarta opinio fuit
Pau.de Caſt. in repet.dictæ.l.ſi filius hæres.ff.de libe.
& poſth.& Ang.Are.in d.§.ſui. inſt.de hæredũ qual.
& diffe.concordare ſatagẽtiũ duas primas opiniones
ſuperius relatas ſic dicentiũ, ꝙ per ſubſtitutionẽ non
tollitur ſuitas, nec per ſolã ſuitatẽ tollitur ſubſtitutio.
niſi ſequatur filij immiſsio, ſcilicet ꝙ filius ſe immi-
ſceat paternæ hæreditati, vt d.l.poſt aditã. C. de im-
pu.& aliis ſubſti.vnde cõcludũt præfati patres, quo-
rũ cõcluſio eſt ipſa rei veritas, ꝙ patre mortuo ſtatim
hæreditas acquiritur filio iure ſuitatis, licet habeat
ſubſtitutum, perinde ac ſi non haberet.Poſteà verò ſi
quidẽ filius ſe immiſceat, & nõ eſt dubium, quòd ſub
ſtitutio eo tũc tollatur, vt d.l.poſt aditã.iũcta l.cũ bonis
ff.de acqui.hęr.Si verò abſtineat, tũc adhuc remanet
hæres nomine, nõ effectu: & ideo ſubſtitutus admitti
tur, vt l.ex contractu.ibi & ita bona defuncti. ff. de re
iudi.Aut adhuc nõ ſe immiſcuit neq; abſtinuit, & tũc
filius interim eſt hæres ipſo iure ciuili, cũ beneficio
abſtinendi ſibi à prætore conceſſo, ita quòd ex euẽtu
apparebit, vtrũ ſubſtitutus admittatur vel nõ. Quoniã
ſi filius ſe immiſceat, ſubſtitutus excludetur.ſed ſi ab-
ſtineat, admittetur ſubſtitutus, & erit hæres teſtatoris
re ipſa, ſolo nomine hæredis apud filiũ remanente.

Hæc opinio ſi bene põderetur, in effectu habet, ꝙ p
dationem ſubſtituti vulgaris non tollitur ſuitas. Sed
quia prima opinio eſt cõmunis, vt dixi, ꝙ imò per da
tionẽ vulgaris ſubſtituti tollatur potentia ſuitatis, in
dubio nõ eſt ab ea recedẽdum: idcirco cũ ipſa trãſeo
concludẽs per dationẽ ſubſtituti tolli exiſtẽtiam ſui-
tatis, ſecũdum Bar.cum quo tranſit Alex.in d.l.j.ff.de
vulg.& pupil.& plenè in d.l.ſi filius hæres.ff.de libe.
& poſthu. vt pleniſſimè hunc paſſum difficilẽ diſpu-
tat.Finaliter tamen concludit cum Dy.& Bar. ꝙ talis
ſubſtitutio tollit potẽtiam ſuitatis, dicẽs iſtũ eſſe vnũ
de effectibus vulgaris ſubſtitutionis. Quod ſanè intel
ligatis verũ, ꝙ tollit ſuitatẽ quo ad perpetuã tranſmiſ
ſionẽ, non autẽ quo ad tranſmiſſionẽ iuris deliberan-
di, quod eſt annale: cum ipſum etiã non tollat in hæ-
rede extraneo, ſecũdũ Bal.in l.apud hoſtes. C.de ſuis
& legi.hære.vt plenè vidiſtis in verbo, *Si abſq; liberis
moreretur.* ij. tractando articulum vulgaris ſubſtitu-
194 tionis. †Hanc tamen communem opinionẽ limita-
bitis locũ nõ habere in ſequẽtibus caſibus. Et primò
non procedit, nec locũ habet in vulgari tacita per l.
filius qui ſe paterna.cum l.ſeq. ff.de acqui.hær. & l.ſi
filius qui patri.ff.de vulga.& pupil. Et ita videtur te-
nere Bal.in l.cum proponas.C.de hær. inſti.verſi.Itẽ
aduerte an ſubſtitutus &c.vbi eleganter dicit, ꝙ licet
ſubſtitutio vulgaris facta filio diſtinctè & expreſsè
in vtroq; caſu, veluti ſi hæres noluerit, vel non potue
rit, aut indiſtinctè putà ſi hæres non fuerit: impediat
tranſmiſſionẽ iure neceſſario fiendã ex potentia exi-
ſtẽtiæ ſui hæredis, cùm ſubſtitutio vulgaris expreſſa
tollat potẽtiam ſuitatis: attamen ſubſtitutio vulgaris
in vno caſu diſtincta & expreſſa, in alio autem tacita:
vt ſi hæres eſſe non potuerit, quo caſu comprehendi-
tur caſus, ſi hæres noluerit: ius tranſmittẽdi ex poten-
tia ſuitatis non impedit, ſi filius noluit eſſe hæres, &
ſic in caſu tacito. Ideo ſi filius cum hæres eſſe nõ poſ-
ſet, hæreditati paternæ ſe immiſcuerit, & ſic noluit
hæreditatem tranſmitti excluſo ſubſtituto: quia ſub-
ſtitutio vulgaris tunc impedit potentiam ſuitatis &
ius tranſmittendi quoties contigit in caſu expreſſo,
ſecus ſi in tacito. Quot modis dicitur tacita, videatis
ſuprà in verbo, *Si abſq; liberis moreretur.* ij.in materia
vulgaris ſubſtitutionis, & ibi plenè dixi in iiij. artic.
principali. Hoc etiam eſt de mente Bart.in l.Gallus.
§.& quid tantum.iiij.col.ff.de libe.& poſth.& firmat
Ioan.de Imo.in l.paterfamilias. & l. iam dubitari. ff.
de hær.inſti. Alia exempla huius limitationis pona-
tis per dictã l.filius.& l.ſi pupillus.ff.de acqui.hær.&
per l.Iulianus.ff.ſi quis omiſſa cau.teſt. Præterea vi-
demus, ꝙ licet filio ſit ſubſtitutũ pupillariter, in qua
ſubſtitutione cõtinetur tacita vulgaris, tamẽ non ob-
ſtãte illa vulgari ſubſtitutione tacita in pupillari cõ-
prehẽſa exiſtentia ſui hæredis operatur, ꝙ per ipſam
cõfirmantur tabulæ pupillares, vt ſ. dictũ fuit per l.ſi
filius quæ patri.de vulg.& pupil.& d.l. ſi pupillus. ff.
de acquir.hære.& l.pater. ff.de priui.credi.vnde con
cluditur, ꝙ tacita vulgaris ſiue ſit tacita, quo ad verba
ſiue quo ad caſus, nõ tollit potentiã exiſtẽtiæ ſuitatis.
195 †Secũdò limitatur dicta cõmunis opinio non pro-
cedere, vbi filio per patrẽ eſſet facta vulgaris ſubſti-
tutio in ſuitate, hoc eſt ſecundũ conſiliũ Galli, aut l.
Velleiæ.per dictã l.Gallus.§.nunc de lege Velleia. &
firmat Bart.in d.§.& quid ſi tantum. in iiij.col. & in
d.l.j.in v.q.ff.de vulga.& pupil.de quo videatis plenè
Alexand. in l.ſi mater.§.ſi filius.ff.de vulga. & pupil.
196 † Tertiò limitatur non procedere, quando quo
ad partem eius, in quo filius fuit inſtitutus, non au-
tem



tem quo ad totum, fuit datus vulgaris ſubſtitutus, vt
eſt caſus in dicta l.ſi filius qui patri. in princ. aliàs eſt
ſolus.ff.de acqui. hære. quem ad hoc reputat ſingula-
rem Ioan.de Imol.in l.apud Iulianum.§.idem Iulia-
197 nus.ff.ad Trebel. † Quartò limitatur non proce-
dere, vbi vltra vulgarem ſubſtitutum fuit inſuper da-
tus fideicommiſſarius ſubſtitutus. Quia tunc inſtitu-
tus cogi poſſit inuitus ad inſtantiam fideicommiſſa-
rij adire, vt l.non iuſtam.cum gloſ. ſua. C.ad Trebel.
ideo non videtur à teſtatore conceſſa licentia abſti-
nendi, ſecundum Bal. ibi. quod reputat not. dignum.
Pro quo facit, quia iſto caſu ceſſat ratio, de qua per
Bart.in d.l.ſi filius qui patri. Hanc determinationem
approbant etiam Bal.in repetitione l. in ſuis. ff. de li-
be.& poſthu.Angel.& Ioan.de Imo.in dicta l.j.ff.de
vulga.& pupil.& Alex.in ij.parte conſ.iiij.v.col.& l.
ſi filius hæres.xiiij.col.ff.de libe.& poſthum.& Iaſon
in dicta l.j.ff.de vulga. & pupil. vt declaraui tractan-
do primum vulgaris ſubſtitutionis effectũ, licet Bald.
in l.Papinianus.§.quarta autẽ.ff.de inoſ. teſta.hoc co
198 gitandum reliquerit. † Quintò limitatur non pro-
cedere, vbi teſtator filio ſuo inſtituto nepotẽ ex eo ſi-
bi vulgariter ſubſtituiſſet. Quoniã eo caſu non vide-
tur data licentia abſtinẽdi à teſtatore, cùm legata ab
inteſtato debeantur, ſecundum Bald.& Ange.in d.l.j.
ff.de vulga.& pupil.per tex.in l. Iulianus.in prin.ff. ſi
quis omiſſa cau.teſta.ſed Ioan.de Imo.in dicta l.j. te-
net contrarium per caſum in dicta l.ſi filius hæres. de
libe.& poſthu.ſecundum intellectum Bar.& commu
nem.Nec obſtat d.l. Iulianus.ſecũdum Bar.in penul.
& vlt.oppo.Quia illud eſt ibi ideo, quia fuerat hæres
inſtitutus extraneus, & ſubſtitutus filius hæredis: ſed
nos loquimur in filio inſtituto: quo caſu videtur te-
ſtator cogitaſſe de caſu quo nolit, nõ de eo caſu, quo
filius eſſe non poſſet. Nec aliàs teſtator cogitaſſe vi-
deatur de caſu aduerſo filij aduerſam fortunã concer
nẽte, quod cogitare repugnat voto parẽtum, vt l.iſti
qdẽ.ff.quod me.cau. Vel reſpõderi poteſt, & meliùs
ſecundum Alex. ꝙ ſecũdum tempora antiqua iure di-
geſtorum, quicquid acquirebat filius acquirebat pa-
tri, vt l.placet.ff.de acqui. hære. ideo ſi filius inſtituti
hæredis ſubſtitutus adiret in caſu dictæ l. Iulianus. &
legata non debeantur repudiante hærede inſtituto, vi
deretur iuris præſumptione, ꝙ hæres inſtitutus repu-
diaret in fraudem legatorum, cum ſciret ſibi hæredi-
tatem acquirendã per medium filij ſubſtituti. Et hunc
intellectũ videtur tenere Bald.in l.j.C. ſi quis omiſſa
199 cau.teſt. †Sextò limitatur non procedere, vbi ſi ſui-
tas ſublata intelligeretur, inualidarẽtur legata ab in-
ſtituto relicta quæ regulariter non cẽſentur à ſubſti-
tuto repetita, iuxta l.licet imperator. ff. de lega.j. Ita
notabiliter dicit Bal.in d.l.j. C.ſi quis omiſſa cau. te-
ſta.dicẽs hoc eſſe ſuum nouum dictum: tamẽ vt ſuprà
retuli, poſſet ad aliã l.reſponderi, ꝙ non facit ad iſtud
propoſitum: quoniã loquitur quando inſtitutus erat
extraneus, & aliàs, prout dixi ſupra in proxima limi-
tatione.Tamen in hoc magna eſt authoritas Bal.ſecũ
200 dum Alex. †Septimò limitatur non procedere, vbi
filius inſtitutus ſibiipſi fuiſſet ſubſtitutus. quia cũ per
repudiationem purificata ſit cõditio tacita, quæ ſub-
ſtitutioni ineſt: ideo quamprimum excluditur à pri-
mo gradu, fit ſuus hæres ex ſecundo. Ita notãter dicit
Bal.in d.l.j.C.ſi quis omiſſa cau.teſta.per l. conditio-
nibus pupillus in ratione ſui. ff. de condi. & demon.
201 & l.fina.§.j.ff.de vulga. & pupil. † Octauò limita-
bitur non habere locum, quando iſta vulgaris cadu-
ca efficeretur: vt quia viuente teſtatore deficeret. Ita

ſingulariter dicit Bal.in l.ſi mater.§.ſi filio.ff. de vul.
& pupil.per ibi not.in glo.magna. Sed Ioan.de Imo.
ibi tenet contrarium.quia ſatis eſt, ꝙ ab initio videa-
tur per talem ſubſtitutionem à teſtatore data licentia
abſtinendi: quod confirmatur per l. ſed ſi plures.§.ſi
filio.ff.de vul.& pup. Præterea ſequeretur etiam, ꝙ ſi
ſubſtitutus vulgaris eſſet extraneus, qui decederet vi-
uo teſtatore.& ſic ſubſtitutio efficeretur caduca, non
tolleretur ſuitas, quod eſt filiũ. Quia adhuc militant
rationes, propter quas cenſetur ſublata ſuitas. arg. l.
verba.ff.de condi.inſti.ſcilicet licentia, quæ cenſetur
data filio inſtituto à teſtatore, vt ſ.dictum fuit. Nam
datio cohæredis extranei tollit exiſtentiam ſuitatis,
etiam ſi talis datio efficiatur caduca, vt d.§.ſi filio.& ita
tenuit Alex.reprehendendo Bal.in l.ſi fratris.C.de iu
re deli.& d.l.ſi mater.§.ſi filiꝰ.in fi.ad hoc faciũt not.
per Bart.in l. Papinianus.§.quarta autẽ. ff.de inoſ.te-
202 ſta. † Nonò limitatur non procedere in ſubſtitu-
tione vulgari facta, quod non eſt reſpectu legitimæ.
Quoniã eo caſu ſi reperiretur ſublata ſuitas, nõ poſ-
ſet filius ius petendi legitimam tranſmittere ad hære-
des, niſi priùs declaraſſet ſe velle, arg.l.ſi ita legatum.
§.illi ſi volet.ff.de lega.j.Sed auferre facultatem tranſ
mittẽdi eſt onus, vt l.Panthonius.ff. de acqui. hæred.
Legitima autẽ debetur ſine grauamine vt l. quoniam
in prioribus.C.de inoſ.teſt. ergo ſequitur, ꝙ eatenus
per dationẽ ſubſtituti vulgaris non tollitur exiſtentia
ſuitatis. Verbum fuit mirabile & magni effectus Iac.
Bu. vt refert Bal.in l.ſi arrogator.in vj.op.ff.de adop.
& idem Bal.in repe.l.in ſuis.in ij.q.ff.de libe. & poſt-
hu.& licet Bal.in dictis locis hoc impugnet, per not.
in d.l.Papinianus.§.quarta.Attamen pro Iaco.Bu.fa
cit: quia licet per dationem talis ſubſtituti videatur
filius inſtitutus ſub illa conditione, ſi hæres eſſe volue
rit: tamen talis conditio reiicitur quo ad legitimã, vt
firmant ipſemet Bal.& Sali.in d.l.quoniam in priori-
bus.& Ioan.de Imo.in d.l.iam dubitari. ff.de hæred.
203 inſti.& in d.l.ſi.ff.de condi.inſti. †Decimò limita-
tur non procedere in vulgari ſubſtitutione compre-
henſa ſub breuiloqua, vel cõpendioſa. Quia cũ dica-
tur compẽdioſa, non tollit ſuitatem, vt expreſsè not.
Angel.in d.l.Papinianus.§.quarta.per l.Lucius. ff.de
vulga. & pupil. quem referunt & ſequuntur Rapha.
& Paul. de Caſtro in d.l.ſi filius hæres. ff. de liber.&
poſthu.Et ſecundum hanc limitationem in compen-
dioſa conſuluit Alex. apud Burgum ſancti ſepulchri.
Nam per dictam l.Lucius.quę hoc non benè probat,
nec etiam per rationem ſuam, ſed per aliam, videli-
cet quòd talis compendioſa comprehendit nedum
vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam, vt tenent
omnes in l.precibus. C.de impub.& aliis ſubſtitutio-
ni. & vidiſtis in materia compendioſæ ſubſtitutio-
nis.Ideo tunc ſuccedit quod dictũ fuit ſupra in quar-
ta limitatione dum allegaui l.non iuſtum.C. de fidei-
commiſ. & ibi Bal.Et ſic in compendioſa putat opi-
nionem Ange.& ſequacium procedere, ſecus in vul-
gari contenta in breuiloqua: quoniam tunc ceſſat ra-
tio dictæ l.non iuſtam. quòd in breuiloqua nulla cõ-
tinetur fideicõmiſſaria, niſi ſecum admixta ſit com-
pendioſa, vt quia teſtator dixit: quandocunq; deceſ-
ſerint, eos adinuicem ſubſtituo: vt not. Bartol.in di-
cta l.Lucius.circa fin.col.& ibi omnes & Bal. repeti-
tione cap.ſi pater.in materia reciprocæ.eodem tit.li-
bro vj.Et hãc puto eſſe veritatem, licet Ioan.de Imo.
in dicta l.filius hæres. ff. de liberis & poſthumis. vo-
luerit contrarium, motus tali ratione: quia vulgaris
comprehenſa ſub compendioſa aut breuiloqua ſatis
eſt

eſt expreſſa, cùm dicatur expreſsè verbis generalibus aptis comprehendere etiam caſum nolũtatis : ſed adhuc obſtet ratio ſupradicta, & in dicta quarta limitatione. De hoc an datione ſubſtituti tollatur exiſtentia ſuitatis, videatis plenè Bárt. in dicta l.ſi filius, qui patri.ff.de vulg.& pupil. & alios in locis ſuperius allegatis: pleniſſimè tamen per Alex.in l.ſi filius hæres. ff.de libe.& poſth.& poſt Ludo.in l. apud Iulianum.
204 §.idem Iulianus.ff.ad Trebel. †Vnum tamen mẽti tenebitis, quòd teſtator diſponere poteſt, quòd datione ſubſtituti non tollatur ſuitas, ſecũdum Bal.ſingulariter in c.Cumana.de elec.per text.in l.in conditionibus primum locum.in prin.ff. de condi. & demon. quem ſequitur Iaſon in l.in pupillari. j. col. ff.de vulga.& pupil.quod eſt not.pro xj. limitatione ad hanc
205 regulã, dicens in paucis locis hoc reperiri. †Secundò principaliter tollitur ſuitas, ſi filius ipſe fuerit hæres inſtitutus ſub illa conditione poteſtatiua, ſi hæres eſſe voluerit, vt eſt caſus in l.Cornelius.& l.iam dubitari.ff.de hæredi.inſtitu.& l.verba. ff.de condi.inſtit.
206 † Tertiò tollitur, quando filius eſt inſtitutus ſub alia conditione poteſtatiua, vt l.in conditionibus pupillus.ff.de condi.& demon. Quod intelligatis verũ, quando erat talis cõditio quæ vltimo vitæ ſpiritu adimpleri poterat, puta ſi x.dederit: quia tunc nũquam efficitur ſuus, donec conditione expleta adiuerit, per l.fin.ff.de condi.inſti.& l.ſuus quoq;.ff.de hære.inſt. ſecùs ſi vltimo vitæ ſpiritu impleri non poterat : veluti quia fuerat inſtitutus, ſi capitoliũ aſcẽderet. Quoniam eo tunc quàm primum deuenit ad vltimum vitæ ſpiritũ, venire poteſt ſubſtitutus vel cohæres: quibus deficientibus ipſe filius ab inteſtato efficitur hæres, quamprimum conſtet amplius conditionem impleri non poſſe. Si autem conditio impleretur, ſtatim efficeretur ſuus, vt dicta l.in conditionibus.& hæc vera exiſtunt ſecundum iura antiqua : hodie verò ſecus fortè eſſet per l.quoniam in prioribus.C. de inoff.teſta, vbi Sali.poſt glo.& Bar.concludit, quòd cùm ſaltem quo ad legitimam per illum text. tollatur omnis conditio, dilatio, ac quodcunq; grauamen : ita quòd conditiones in inſtitutione filij habentur pro nõ adiectis, vt ibi.& l.ſancimus.§. cùm autem. illo eodẽ titu.ſi hodie pater filium inſtituerit hæredem ſub conditione, ſi voluerit, aut ſi decem dederit, vel ſi capitolium aſcenderit, aut ſi Romã iuerit, aut nauis ex Aſia venerit: quo ad legitimã filius habetur pro purè inſtituto dictis cõditionibus ipſo iure habitis pro non adiectis: & ſic adiecto qualiſcunq; cõditionis hodie nõ tolleret ſuitatem. Videatis plenè Bar.Bald.& Sali.in dicta l.quoniam in prioribus. Ioan.de Imo. in l.ſi.ff. de condi.inſti.& Alex.in l.ſi pater.C.de inſtit.& ſubſti.ſub conditione factis.& in fine decidit quid ſeruãdum ſit hodie, ſi filius inſtituatur ſub talibus cõditionibus.& in l.ſi mater.§.j.ff. de vulga. & pupil.de quo dixi ſuprà, ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens.* j.verſi.plus dico quòd ipſemet pater. & ibi plenè vi-
207 deatis. † Quartò tollitur exiſtentia ſuitatis, ſi filius eſt inſtitutus in re certa, alio vniuerſaliter inſtituto. Nam eo caſu donec vniuerſaliter inſtitutus repudiet, inſtitutus in re certa habetur loco legatarij, vt l.j.§. ſi ex fundo.& l.ex facto.la grande. ff.de hæred.inſti.facit tex.no.in l.quoties.C.de hære.inſti.ideo filius taliter inſtitutus non dicitur interim ſuus.ita dicit Bald. in l.apud hoſtes.verſ.circa prædicta. C.de ſuis & legiti.hæred.& clarius in dicta l.quoties. verſicu. vlterius quæro.vbi dicit quòd talis ſingularis hæres etiam filius nõ erit ſuus & neceſſarius : quia illa qualitas introducta eſt fauore creditorum : ſed ipſe non tenetur creditoribus ratione legitimæ: ergo nõ eſt ſuus & neceſſarius, ſed voluntarius. Ideo ſi decedit antequàm agnoſcat, non tranſmittit iure exiſtentiæ ſui hæredis, ſed tranſmittit per l.ſi quis filium.C.de inof.teſtamẽ. Idem tenent Angel.& Ioan.de Imo.in dicta l.ſi filius qui patri.& hæc eſt veritas ſecundum Alex. ibi, licet Ludo.de Roma, in l.apud Iulianũ. §. idem Iulianus. ff.ad Trebel.contrarium voluerit, motus ea ratione: quia filius in re certa inſtitutus habetur loco hæredis ſecundum glo.in cap.ſi pater.in verbo, Certa re.eod. titu.lib.vj. ſed Bar.damnat illam glo.in dicta l.ex facto, de quo dicatis vt plenè dixi ſuprà eo.in verbo, *In eodem teſtamento relinquens.* j. per duas chartas ante ſi.
208 verſicu.ad declarationem præmiſſorum. † Quintò tollitur exiſtentia ſuitatis per dationem cohæredis extranei, per text.in dicta l.apud Iulianũ.§.idem Iulianus. ff. ad Trebellia. ſecundum Barto. in dicta l.ſi filius qui patri.ff.de vulga.& pupil. Nam quoties pater dat filio hæredi inſtituto cohæredem extraneum, ex hoc videtur ipſum filium facere hæredem voluntarium: & ratio eſt, quia pater dãdo filio cohæredem videtur recedere à prouiſione legali, quæ habet quòd ſola exiſtentia ſui hæredis ſufficiat ad confirmationem eorum quæ in teſtamento continentur. Pariter autem dando cohæredẽ, velle videtur quòd fiat confirmatio eorum per expreſſam aditionem: quaſi dando cohæredem non fuerit confiſus de prouiſione legis: ideo lex ſibi non prouidet, argu.l.fina.§.ſed quia quidam.C.de iure deliberan. Et pro hoc Bart. & eius ſequaces allegãt caſum in dicto §.idem Iulianus. ſed ſuper hoc eſt aduertendum, quia Paul. de Caſtro in repetitione dictæ l.ſi filius hæres.ff.de liberis & poſthu. quem ſequitur de puncto ad punctum Angel. in dicta l.ſui.inſtitu. de hæred. quali. & differen. tenent contrarium. dicentes eis videri durum, quòd præſuppoſita ſuitate in eſſe debeamus ſibi effectum denegare. Nam effectus ſequitur ſuam cauſam de neceſſitate, vt l.non poteſt.C.de furt. Quinimò etiam ſi pater hoc voluerit, quòd ſuitas duret, ſed caret effectu ſibi inhærente, non videtur quòd hoc poſſit, arg.l.iij.§.ſi loci.ff.de adimen.lega.& l.nemo poteſt. ff. de legat.j. Et quod per dationem cohæredis recedi videatur à prouiſione legis, non videtur bene dictum : quia per hoc etiam poſſet dici quòd tolleretur etiam ipſa ſuitas, quę eſt de legis prouiſione.quod tamẽ eſt falſum, nec pater poteſt ei renuntiare, vt l. cùm de hæreditate.ff.de acquiren. hæredita. Nec videtur etiam bene dictum, quia pater dando cohæredem non videatur de lege confiſus. Quoniam iſtud, ſcilicet adire, conſiſtit in volũtate ipſius cohæredis, cùm adire cogi non poſſit: imò põt repudiare. Et ſic prouiſio patris fruſtrabitur. igitur non eſt credendum, quòd per prouiſionem ſuam ſemiplenam & incertam voluerit recedere à plena prouiſione legis & certa. argu. l.hæres à debitore.§.j.ff.de fideiuſſo.& l.ſi te ſolum.de hæredi. inſti. Nec etiã videtur de illa diffiſus, cùm filius poſſit ſe immiſcere expreſsè, ſicut ipſe extraneus poſſet adire. Vnde nõ eſt dare rationem cur magis confiſus fuerit de aditione extranei, quàm immiſſione filij. Quapropter prætextu illius confidentiæ ſuitas non tollitur, quæ dicitur prouiſio legis. Præmiſſa corroborantur iuncto nigro inſti.de fiducia.tute. vbi clarè probatur, quòd maior & ſecurior fiducia eſt de coniuncto ad cõiunctum, quàm de extraneo, & lex plus confidit. Quare fundamentum Bart. & aliorum prædicta ratione dicentium per dationem cohæredis extranei



tranei tolli exiſtẽtiã ſui hæredis, nõ valet, præſertim q̃a cohæres loco ſubſtituti habetur, vt l.Titio & Męuio. ff. de leg. ij. ſed per dationẽ ſubſtituti ſuitas non tollitur, vt ſ̃.per eos cõcluſum fuit: ergo multò minus per dationẽ cohæredis. Nec obſt.l. apud Iulia. §. idẽ Iulianus.ff.ad Treb.in qua ſe fundat Bar. cum ſuis ſequacibus. Nam illud quod ibi dicitur, ſcilicet ꝙ vnus cohæredũ cogitur adire, vt firmentur tabulæ pupillares: hoc non fit ex neceſsitate, ſed per ſolã exiſtẽtiam ſui hęredis filij inſtituti iam cõfirmatæ ſunt: ſed fit ex voluntate, & ad cautelã, quia poſſet negari patria poteſtas, & de facili probari non poſſet, & ſic ſuitas non patrocinaretur. Vnde vtilius eſt, ꝙ expreſsè adeatur hæreditas: quia tunc de facili probabitur tabularũ cõfirmatio. Et hoc videmus in ſimili: quia per exiſtentiã ſui hæredis cõfirmatur fideicõmiſſum vniuerſale, & tranſeũt actiones abſq; alia expreſſa aditione ſeu immiſsione filij, vt l. ita tamẽ.§.ſi pater.ff.ad Treb.& tamen filius cogi poteſt ſe immiſcere expreſsè ad fines, vt ſi negaretur exiſtẽtia ſui hæredis & ſuitatis ſeu patria poteſtas, quæ faciliùs nõ probaretur, ſaltẽ probari poſsit aditio, vt eſt tex.in d.§.ſi pater. & l.recuſare. §.meminiſſe.illo eodẽ titu. Nam non probata ſuitate videtur facta cõfirmatio per aditionẽ. Quare concludunt præfati patres per dationẽ cohæredis non tolli exiſtẽtiã ſuitatis. Sed cõmuniter tenetur opinio Bart. ꝙ tollatur ſuitas per dationẽ cohæredis. quam tenuit Iaco.de Are.Ang.Ioã.de Imo.Paul.de Caſt.& Alex. in d.l.ſi filius qui patri.ff.de vulga.& pupil. & Bal.in d.l.ſi fratris.& l.quidam eulogio.C.de iure deliber.& ibi hoc tenent Cyn.& Salic.in l.j.C.de teſta.tute.& in l. præcibus.in materia vulgaris.C.de impube. & aliis ſubſtitu. licet in ſeruo hærede inſtituto non tollatur neceſsitas per dationẽ cohæredis liberi, vt ſ̃. vidiſtis
209 in principio huius notulæ. †Hanc tamen opinionem limitetis non habere locum in ſequẽtibus caſibus : & primò non procedit quo ad ea quæ non dependẽt immediatè ex teſtamento, vt patet in iure tranſmittendi hæreditatẽ non aditam ad quoſcunq; , per l.ſi fratris. C.de iure deli.ſimilis tex. eſt in l.ij.§.ibidem.ff.de colla.bo.idem probatur in l.Lucius.ff.de vulg. & pupil. ſecundũ intellectũ Ang.ibi.& ſic ſi filius à patre hæres inſtitutus, antequã abſtineat à paterna hæreditate deceſſerit, hæreditatẽ tranſmittit ad quoſcunque hęredes ſuos, quantũcunq; cohæres fuerit ſibi per patrem
210 datus: ita concludit Bart.in d.l.ſi filius qui patri. †Nã ius tranſmittendi non dependet immediatè ex teſtamento, ſed à lege. Similiter nõ impedit datio cohæredis extranei, nec tollit ſuitatẽ quo ad effectũ.l.fin.C. de repu.vel abſti. hæredi.vt dixi ſ̃. declarando primã ſpeciem tranſmiſsionis. Secundò limitatur non procedere in cohærede ſuo.quoniam per illum non tollitur exiſtentia ſuitatis, ſed duntaxat per dationẽ cohęredis extranei, vt d.l.ſi filius qui patri. & d. l. Lucius. ff.de vulga.& pupil.iuncta l.apud Iulianum. §. idem Iulianus.ff.ad Trebel. Tertiò limitabitis dictã communem opinionẽ non procedere, vbi pater ſuo cohæredi vltra dationẽ cohæredis extranei dediſſet ſubſtitutum fideicommiſſarium. Quoniam per hoc teſtator videtur voluiſſe, ꝙ filius inſtitutus non habeat licentiã abſtinendi, ſed poſsit cogi inuitus adire per fideicommiſſariũ iuxta l. quia poterat. & quaſi per totum titulum.ff.ad Trebel. ita notabiliter dicit Bal. in l.non iuſtam.per illum text.cum glo.C.ad Trebellia. pro quo facit, licet ipſe non alleget text. in dicta l. ita tamen.§.ſi pater.ff.ad Trebellia. iuncta ratione illius tex.ibi aſsignata per Bart. & doctor. Hanc etiam limitationem tenuit idem Bal.in dicta l.in ſuis.ff.de liberis & poſthumis. Sed Alexan. eam reprehendit dicens, ipſam nõ poſſe procedere de iure: quia ratio qua datio cohæredis extranei tollit ſuitatem, non eſt ex eo, ꝙ videatur filio data licentia à teſtatore abſtinendi: quinimo durat neceſsitas, vt dicta l.cum hæreditate.ff.de acquirenda hæredita.ſed eſt ratio, quia teſtator dando cohæredem extraneum non videtur confiſus de prouidentia legali faciente filium hæredem ſuum & neceſſarium. Ideo per prouiſionem hominis debet ceſſare prouiſio legis, vt l.ſi.C.de pact. cõuen. & l.ſi.C.de iure deliberan. Et hanc rationem approbant docto.communiter, quia ratio locũ habet etiam dato fideicommiſſario ſubſtituto, ergo &c. Nam in d.§.ſi pater.teſtator non oſtendit ſe tam parum confidere de prouidentia legali. Quartò limitatur dicta cõmunis opinio non procedere, vbi filio vniuerſaliter hæredi inſtituto datus eſſet cohæres extraneus in re certa inſtitutus: quo mortuo filius abſtinuit: Nã exiſtẽtia ſui hæredis bene operabitur cõfirmationem tabularum pupillarum : ex quo non habuit filius cohæredem, cuius aditione potuerit teſtamentum confirmari. Quia tempore mortis talis cohæredis in re certa inſtituti nondum filius vniuerſaliter inſtitutus omnino deſierat adire poſſe, ideo ſemper talis cohæres in re certa datus loco legatarij fuit, vt l. quoties. C.de hæredi.inſtit.non autem fuit loco hæredis, nec eſſe potuit viuente filio vniuerſaliter hærede inſtituto adhuc non repudiante. Ita eleganter dicit Angel. in l. ex facto.la grande.ff.de hæredibus inſti.& prius hanc limitationem tenuerat Bald. in repetitione l. in ſuis.in vij. quæſtio. cum hac tamen modificatione, vt non procedat quando talis cohæres extraneus in re certa inſtitutus eſſet filius emãcipatus teſtatoris: quia cùm hoc caſu habeat illam certam loco legitimæ iuxta l. etiam.§.fina.ff.de bon.liber.& l.omnimodo.C. de inofficioſo teſtamen. & in legitima locum habeat ius accreſcendi quo ad reſiduum hæreditatis paternæ, per §.cæterùm.in Authent.vt cùm de appel.cog. ergo tunc non habetur loco legatarij, ſed hæredis : & per conſequens tolleret exiſtentiam ſuitatis. Sed aduertatis, quia contra hanc limitationem Angel. facit ratio Dyn.Bart. & aliorum communem opinionem tenentium, per quem fuit præcedens limitatio reprobata. Nam ſatis videtur teſtator à prouidentia legis receſsiſſe, dando cohæredem extraneum, licet poſteà non adierit, cùm adire potuiſſet, ſi ante eius mortẽ filius vniuerſaliter inſtitutus à paterna hæreditate abſtinuiſſet. Nec refert quo ad hoc an eſſet inſtitutus in quota, aut in re certa: quia vtroq; caſu locũ habet ius accreſcendi hærede vniuerſali repudiãte, vt plenè dixi ſ̃. eodẽ in verbo, *In eodem teſtamento relinquens.* prope finem. Similiter modificatio Bal.non videtur vera de iure: quia per dationem cohæredis emancipati non tollitur ſuitas, vt tenent Angel. Io. de Imol. & communiter alij Doctor. in dicta l. ſi filius qui patri. licet Bartol.ibi indeciſum relinquat. Et mouentur rationabiliter: quia quando eſt filio datus cohæres alter filius emancipatus, attento quòd pater eum inſtituendo videtur hoc ex neceſsitate legis feciſſe, quàm vt recederet à prouidentia legis: cum tenetur eũ quãuis emancipatum inſtituere in aliquo, iuxta l. inter cætera.ff.de libe.& poſthumis.quare ratio non militat in penitus extraneo. Et ſic ex hoc poſſetis aſſumere nunc quintam limitationem ad dictam communem opinionem, quòd datio cohæredis extranei.tollit ſuitatem, quando ille cohæres eſt omnino extraneus.

neus: ſecùs tamen ſi non eſſet omnino extraneus, ſed eſſet qui de neceſsitate foret per teſtatoren inſtituendus, vt eſt filius emancipatus. Et idem in aliis deſcendentibus, qui ſunt de neceſsitate inſtituẽdi vel exhæredandi, vt eſt nepos ex filia, vt l.ſi.C.de libe.præteri. & hæc eſt veritas: licet Sali.in l.quidam eulogio.C.de iure delib. videatur velle per dationẽ cohæredis emãcipati tolli ſuitatem. quod eſt falſum ſecundum Alex.

Sextò limitatur dicta communis opinio nõ procedere, vbi cohæres extraneus non adiret, quoniam eo tunc non tolleretur ſuitas. ita eleganter dicit Bald. per illum tex.in d.l.ſi fratris.C.de iure delibe. idem tenet Paul.de Caſt.in d.l.cum hæreditate. vbi hoc multùm commendat. Idem tenuit Bal.in repetitione l. in ſuis. ff.de libe.& poſthu.& in l.ex duobus.§.fin.cum l.ſequenti.ff.de vulg.& pupil. Sed aduertatis, quia cõtra Bald.tenet Rapha. Cuma.in d.l.ſi filius qui patri.per text.in d.§.idem Iulianus. vbi ſecundum eum illi cohæredes repudiarunt, & tamen fuit ſublata ſuitas. Sed ille textus hoc non bene probat: quoniam ibi hęredes non repudiarunt, ſed ſolùm adire recuſarunt: ex qua recuſatione non inducitur repudiatio, vt l.ita tamen. §.ſi patronus.ff.ad Trebellia.& ibi hoc tenet Bar.ſed cõtra Bal.eſt tex.ſecundum Alex.in l.ſed & ſi plures. §.filio.in fin.ff.de vulg.& pupil. vbi extraneus cohæres venire nõ poteſt ex pupillari ſubſtitutione ad bona impuberis: quia ſubſtitutio non valuit ex eo quia repudiauit paternam. Quod dicere non potuiſſet ille tex.niſi ſublata fuiſſet ſuitas. Et hanc opinionem contra ſemetipſum tenet ipſe Bald.in l. quidam eulogio. verſi.ſed oppo.& videtur quòd pupillus &c. vbi recedit ab eo quod dixerat in d.l.ſi fratris. Septimò limitatur nõ procedere, vbi datio cohæredis extranei rupta fuerit per bonorum poſſeſsionem contra tab. Ita ſingulariter decidit Bal.in d.l.ex duobus.§.fin. mouetur ex vna reſponſione, quam ibi tradit ad vnum contrarium, vt ibi per eum nihil aliud allegantem. Idem tenet Ang.in l.etiam ſi contra.ff.de vulga.& pupil.& Pau.de Caſt.in d.l.cũ hęreditate. idem in ſimili pulchrè not.Bald. in l.ſi mater.§.j.ff.de vulg.& pup. Sed aduertatis quia contrariũ tenuit Ioan. de Imo.in d.l. ex duobus.§.fin. quia etiam iſto caſu locum habet ratio Dy. per quam datio cohæredis extranei tollit ſuitatem, de qua dixi ſuprà in princip. huius articuli. ſed quid ſi cohæres tempore teſtamenti facti erat extraneus, ſed tempore mortis teſtatoris erat ſuus, vt putà, quia fuit legitimatus, an per dationem talis cohæredis tollatur exiſtentia ſuitatis, videatis per Bal. in repetitione dictæ l.in ſuis. in vltima charta.ff. de liberis & poſthum. Octauò limitatur regula noſtra non procedere, vbi teſtator diſpoſuiſſet per dationem cohæredis extranei non tolli ſuitatem filij hæredis inſtituti: quia teſtator hoc poteſt ſecundum Bal. ſingulariter in cap.Cumana.de elect.per text.in l.in conditionibus. Primum locum.ff.de condi.& demon. quem ſequitur
211 Iaſon in l.in pupillari.j.col.ff.de vulgar.& pup. † Sed an ſuitas tollatur, ſi filius renuntiet hæreditati paternæ. Cy.Bald.& Sali.in d.l.quidam eulogio. dicunt ꝙ non, vt ibi per eos. Quod intelligatis verum, prætérquàm quo ad effectus concernẽtes commodum hæreditatis ipſi filio acquirendum, putà quo ad ius tranſmittendi, quod per renuntiationem impeditur: ſecùs quo ad effectus reſultantes poſt filij abſtẽtionem. An autem per exhæredationem tollatur exiſtentia ſuitatis, ſatis vidiſtis ſuprà, vt patet ex prædictis: quia tollitur ſeu ſuſpenditur donec exhæredatio fuerit reciſa per querelam teſtamẽti inofficioſi. & hæc de iure ſuitatis, & trãſmiſsionis dicta ſufficiant. Vnũ poſtremò notabitis, ꝙ vltra ſeruos & liberos teſtatoris, eſt alia ſpecies neceſſariorũ hæredum, de qua cõmuniter nõ dicitur. Et eſt ille neceſſarius hæres qui quocũq; modo nõ poteſt hæreditatẽ repudiare, ſicut eſt extraneo hæres filio teſtatoris pupillariter ſubſtitutus, qui neceſſe habet filij ante pubertatẽ defuncti hæreditatem adire, nec eam poteſt quouiſmodo euitare etiã per remediũ l.cum hæreditate.ff.de acqui.hær. vt dixi ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adela.* in quarto præludio, loquendo de iure accreſcẽdi.& plenè Alex.& Doctores in l.qui patri.ff.de acqui.hæredi. Veruntamen ille dicitur impropriè neceſſarius, cùm ſit pupillo extraneus: quia propriè neceſſarius eſt ratione poteſtatis, vt l.neceſſariis.in fin.ff.de acqui.hæredi.

## Laus Chriſto Ieſu Domino noſtro.

*SVMMÆ SECTIONIS.*

## Cuidam Petro tradiderunt.

1 ☞ *Hæres inſtitui poteſt ſub conditione matrimonij.*
2 *Legitima excepta, grauari poteſt hæres.*
3 *Stare quando per hæredem non dicatur, quominus impleat.*
4 *Triennio debet hæres grauatus nubere. & nu.5.*
6 *Nubere debens mulier viro certæ iuriſdictionis, ſat habet ſi extraneus vir ad eam iuriſdictionem tranſeat.*
7 *Pœna quæ propriè dicatur.*
8 *Matrimonium ſub pœna indici non poteſt, ſed præmij ſpe quis allici poteſt.*
9 *Præmio quis inuitari poteſt ad matrimonium carnale & ſpirituale.*
10 *Pœna lucri ceſſantis quis ad matrimonium cogi poteſt. & numero 11.*
12 *Spiritualis matrimonij conditione quis poteſt inſtitui.*
13 *Monaſterium poteſt inſtitui, ſi quem monachum recipiat.*
14 *Matrimonium dicitur magnum ſacramentum propter quinque. & nu.15.& 16.*
17 *Affinitas cauſatur etiam ſi mulier ſemen non emittat.*
18 *Maritus quare quis dicatur.*
19 *Matrimonium quid.*
20 *Matrimonium triduo poſt ſolennizationẽ conſummandũ.*
21 *Matrimonij inſtitutionis duplex cauſa.*
22 *Legitimitas eſt titulus decorus.*
23 *Nubendum pari.*
24 *Matrimonium pacis cauſa ſæpe fit.*
25 *Matrimonium propter diuitias non contrahendum.*
26 *Pulchritudo mulieris eſt interdum cauſa matrimonij.*
27 *Turpis an caſtior quàm pulchra præſumatur. & num.28.*
29 *Peccatum minus eſt fornicari cum pulchra.*
30 *Pulchritudo vxoris quibus noceat.*
31 *Pellex quæ propriè dicatur.*
32 *Mulieribus an ſe ornare liceat.*
33 *Mulieribus an interdici poſſit exceſſus ornamentorum.*
34 *Mulieres qualiter ſe ornare poſſint, vt maritis placeant.*
35 *Mulieres faciem pingentes peccant. & nu.36.& 37.*
38 *Mulier ſemper cupit laudari & ornari.*
39 *Mulierum cauſa multæ domus corruunt.*
40 *Mulieribus quando licet ſe fucare.*
41 *Vxor non poteſt inuito marito comam præſcindere.*
42 *Mulier ſemper cogitare debet, vt ſuo placeat marito.*
43 *Epiſcopus an prohibere poſſit mulieres vbera monſtrantes eccleſiam ingredi. & nu.44.*
45 *Vxor nec ieiunare poteſt, nec cum camiſia domire inuito marito.*





46 *Caſtitas eſt triplex.*
47 *Caſtitas vidualis parum abeſt à virginitate.*
48 *Vidua quæ dicatur.*
49 *Caſtitas coniugalis quæ.*
50 *Chriſtus triplicem caſtitatis ſtatum approbauit.*
51 *Luxuriæ peccatum poſt idololatriam affectat maximè diabolus.*
52 *Sodomitæ omnes in puncto natalis Chriſti perierunt.*
53 *Adulterium vxoris abominabilius & acrius puniendum. & nu.54.*
55 *Fœminis conuiuia interdicenda.*
56 *Mulieribus turpis eſt vini vſus.*
57 *Conuiuia ſunt in triplici differentia.*
58 *Adulteria etiam à beluis puniri.*
59 *Semiramis à proprio filio interfecta.*
60 *Fidelitatis vxorum ad viros exempla.*
61 *Fidelitatis virorum ad vxores exempla.*
62 *Mariti interim cauſam dant adulterio, ideo puniũtur pro cucurbitatione.*
63 *Adulteria malè in Gallia puniri.*
64 *Pœna corporalis in pecuniariam ſtatuto conuerſa quomodo intelligatur.*
65 *Adultera non dicitur quæ violenter oppreſſa eſt.*
66 *Adulteria violenter commiſſa etiam in Gallia puniri.*
67 *Mulierem eſſe violenter oppreſſam qualiter conſtare debeat.*
68 *Adulterata à tyranno præſumitur violenter oppreſſa.*
69 *Libido in potente & honorato eſt deterior.*
70 *Nobilitas aggrauat delictum.*
71 *Libido procedit ex affluentia bonorum.*
72 *Caſtitas Abimelech & Hannibalis.*
73 *Caſtra à caſtitate dicuntur.*
74 *Principes & curiales cogere non poſſunt puellas ad coreas & conuiuia.*
75 *Amor inter coniuges ſeruandus.*
76 *Anulus matrimonialis quid ſignificet.*
77 *Occidens parentẽ plus punitur quàm occidens coniugem.*
78 *Parentes plus venerandi & vxor plus diligenda.*
79 *Vxorem ducens gaudet immunitate vnius anni.*
80 *Anulus matrimonialis quare rotundus.*
81 *Matrimonium quid ſecundum legiſtas.*
82 *Coniugum neque confeſſio neque trãſactio valet in matrimonij diſſolutionem.*
83 *Anulus matrimonialis debet quarto digito apponi & quare.*
84 *Matrimonium etiam propter adulterium non diſſoluitur.*
85 *Venalis concordia inter coniuges eſt prohibita.*
86 *Donationem inter virum & vxorem valere impedit amor coniugalis.*
87 *Furti actio locum non habet inter coniuges.*
88 *Maritus in Gallia præſtat homagium pro feudo vxoris.*
89 *Vxor virum ſequi tenetur licet vagabundum.*
90 *Mulier nubens efficitur de familia viri.*
91 *Amicitiæ vxorum erga viros exempla.*
92 *Amicitiæ virorum erga vxores exempla.*
93 *Amor coniugalis in beluis.*
94 *Patientia in coniugio neceſſaria.*
95 *Mulieres patienter tolerandæ.*
96 *Maledicto triplici mulieres ſubijciuntur.*
97 *Vxor tenetur viro nedum ad patientiam, ſed reuerẽtiam.*
98 *Vxor an ſit in mariti poteſtate. & nu.99.*
100 *Vxor acquirens præſumitur de bonis mariti.*
101 *Patientiæ mulierum ad viros exempla.*
102 *Griſilidis patientia.*
103 *Patientia vxorum noſtri ſeculi degenerat.*
104 *Steriles ſunt plus garrulæ quàm fecundæ.*
105 *Adoptandi modus per mulieres olim vſitatus.*



106 *Fœminæ quare dominentur maritis.*
107 *Maritus non debet oſtendere amorem quem habet ad vxorem.*
108 *Patientia coniugum ſit citra fidei honoriſque læſionem.*
109 *Cucurbitare aliquem eſt maior offenſa, quàm eius filium occidere.*
110 *Iniuria magna eſt quem vocare cucurbitam.*
111 *Vxor quid agere debeat contra virum adulterum.*
112 *Viri quibus rationibus fœminas coercent.*
113 *Adulterium adulterio non debet compenſari.*
114 *Compenſatio an locum habeat in delictis.*
115 *Inuadens plus punitur.*
116 *Matrimonium contrahere an expediat.*
117 *Nubere eſt reipublicæ vtile.*

## Cuidam Petro tradiderunt.

1 SCilicet liberè & voluntariè in vxorem. Non † quòd expreſsè per teſtatorem aſtricti fuiſſent tutores illi Petro pluſquam alteri eam tradere. Fuit enim hæc Adiecta ipſius Raynutij filia & hæres illi Petro in vxorem tradita per tutores: licet à patre ſuo ſub conditione nuptiarum hæres inſtituta non fuiſſet, ſicut potuiſſet pater eam ſub conditione nuptiarum inſtituere ſi voluiſſet: & tenuiſſet talis hæredis inſtitutio ſub conditione nuptiarum facta, quatenus vltra legitimam fuiſſet inſtituta: quia quatenus ſuam concernebat legitimam, & vſque ad illius concurrentem quantitatẽ, talis conditio & quæcunque alia fuiſſet ipſo iure reiecta, & ipſa filia habita fuiſſet pro purè inſtituta. cùm liberi teſtatoris grauari non poſsint in eorum legitima conditione vel tẽporis dilatio. l.quoniam in prio-
2 rib⁹.C.de inof.teſt.& vidiſtis in verbo, *Reliquit.* † Sed in eo quod excedit legitimã liberi poſſunt hęredes inſtitui ſub cõditione, præſertim matrimonij: ſicut poſſet quilibet alter extraneus etiam cum certa & determinata perſona contrahendi. l.j.& ij. C. de inſtit.& ſubſt.ſub conditione factis. Et tenebit inſtitutio conditionalis, adeò ꝙ ſi hæres taliter inſtitutus velit hæres fieri, neceſſe habet matrimonium cõtrahere: vel
3 quod per eũ non ſteterit, vt ibi dixi. † Et per eũ ſtare non dicitur, quãdo ille vel illa cũ quo vel qua cõtrahi iubetur matrimoniũ, cõſentire non vult expreſsè cõtrahere recuſando: vel tacitè, putà cũ alio vel alia cõtrahendo. Vel ille aut illa cũ quo vel qua cõtrahi debet, eſt indignus vel indigna tali matrimonio: ſeu honeſtè cũ illo vel illa cõtrahere nõ poteſt: vt quia diffamata de meretricio, quanuis per violentiã commiſſo ipſa non conſentiente. xxvij.quæſt.ij.cano.raptor. ſecũdum gl.ſuper verbo, oculos. in c.quẽadmodum.de iureiur. vel eſt affectus vel affecta alio vitio, putà ſanguinis, vergẽte ad ignominiã vel inhoneſtatẽ, aut impeditiuo effectus matrimonij, de quibus plura habetis exẽpla in d. c. quẽadmodũ. Nam his caſibus & ſimilibus conditio matrimonij habetur pro non adiecta, tanquam viduitatem inducens: quia iuſſa cõtrahere cum aliquo certo homine, ſatis prohibita cenſetur contrahere cum aliis. Ideo ſi cum illo contrahere non poſsit, quia non vult, vel eſt indignus, vt quia non cõuenit ſtatui puellæ, aut puella ſtatui viri cui conditio indicta eſt: cogeretur hæres taliter inſtitutus ſẽper in viduitate remanere, quod non eſt dicendum. l. ij. & ☞ Authen.cui relictum. C. de indict.vidui. [Et plenè habetur infrà ſuper verbo, *Qui cum alia contrahens.*] Si enim verum amamus, durior eſt conditio nubere

indigno, aut cũ quo honeſtè nubere non poteſt, quã
nunquam nubere: vnde talis cõditio reiicitur. l. cùm
ita legatum ſit.§.videamus.ff.de condi. & demon.ſe-
cundum gloſ.in fin.& Doct.in dicta.l.j.& ij.C.de in-
4 ſti.& ſubſti.ſub condi.fact.✝Tenet ergo cõditio ma-
tri monij hæredi indicta, vbi eſt ei poſsibilis & hone-
ſta, vt ibi. Quam tenetur hæres eo tunc implere, infra
triennium, quatenus in eo eſt, & legitimæ ætatis, & ſi
impubes eſſet, eam implere debet infra triẽnium poſt
pubertatẽ, quo elapſo non audiretur nubere volens,
cùm ſit tũc perdita hæreditas abſque remedio purga-
tionis moræ, per text.ſingularẽ in l.ij. §. ad filiorum.
C.quando & quibus quarta pars debe. ex bo. decuri.
lib.x.quem ad hoc ponderant ibi Barto.& Doct. Ex
5 quo etiam infert ibi Ioan.de Pla. ✝ quòd ſi pater em-
phyteuſim acquireret pro ſe & filiis maſculis, & fœ-
minis infra territorium concedentis nubentibus: mor
tuo patre filiæ puberes nubere debent in territorio
infra triennium: aliàs non admitterentur ad emphy-
teuſim, per illum tex.notabi.Ad hoc facit quod deci-
dit Bar.& Ang.ibi in addi.per illum text.in l.murile-
6 guli.C.de murileg.lib.xj.volens, ✝ quòd ſtante pacto
vel ſtatuto, quòd emphyteuſis tranſeat etiam ad fœ-
minas nubentes ſubditis iuriſdictioni concedentis, &
non aliter: ſufficit mulieri extraneo nubenti, ſi ille ef-
fici velit de iuriſdictione ipſius cõcedentis, & ibi ſuũ
à cætero facere domicilium. Videatis Ioan. Fab. in l.
j. C.de nup.& Ang.conſil.xcij.& cõſi. lxx. vbi poni-
tur ratio quare hoc ſtatuitur, & Feli.in.cap.j.de ſpon-
7 ſa.& Iaſon in l.j.§.huius.ff.de iuſtitia & iure.✝.Licet
enim metu pœnæ, quæ propriè dicitur diminutio pa-
trimonij, quis cogi non poſsit ad contrahendum ma-
trimonium, cùm matrimonia eſſe debeãt ab omni
pœna, & coactione libera.l. Titia. ff.de verb.obliga.
8 & ca.Gemma.de ſponſa.✝ Tamen ſpe præmij poteſt
quis ad matrimonium carnale contrahendum inui-
tari.l.Titio centum.ff.de condi. & demon.dum tamẽ
talis inuitatio fiat per tertium, vt in terminis noſtris.
Secus ſi fieret ab altero coniugũ: quia nõ valeret eo,
quia tunc lex ſuſpicatur, quòd præmium illud offe-
ratur potius occaſione libidinis quàm aliter, ſecundũ
Barto.in l.ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti.§.ſi.ff.de ver-
borum oblig.quem ſequuntur Ange. Fulgo. Alexan.
9 & Iaſon in dicta l.j.C.de inſti.& ſubſti.✝Et tale pre-
mium inuitans ad matrimonium nedum debebitur,
ſi matrimonium carnale, vt teſtator dixit, cõtrahatur:
ſed etiam ſi ſpirituale, putà religionem profitendo,
☞ ſecundum Felin. [ Vide quæ dixi ſuper verbo,
*Qui cum alia contrahens*.circa princ.] plenè in cap.in
præſentia.xvij.col.de probatio. De quo aliquid dixi
ſuper verbo, *Dotem quam ei dederat*.in princip.nec eſt
nouum, quòd quis præmiorũ exhortatione ad bonũ
10 inuitetur, & inducatur. l. j. ff. de inſtit.& iure. ✝ Imò
cogi quis poſſet ad matrimonium contrahendũ ſub
pœna lucri ceſſantis à teſtatore vel ſtatuto impoſita.
Nam valet ſtatutum & quæcũque alia diſpoſitio pœ-
nam lucri ceſſantis imponens: vt quia dat partem bo-
norum paternorum nubenti cum conſenſu patris vel
nubenti cum certa perſona, quam partẽ dari nõ vult,
ſi cùm alia vel ſine patris conſenſu nuberet. Certè il-
lo præmio & lucro poteſt quis ſi non nubat priuari,
cùm pœna illa nihil de patrimonio nubentis auferat,
& ſic non dicitur propriè pœna. Ex quo inferunt Do
cto.& Feli.in capi.j.de ſponſali.& capi. fina.de ſecũ.
11 nup.✝ quòd ſtatutum vel teſtator mulierem nõ poſ-
ſet aliter contrahentẽ nec virũ priuare dote nec legi-
tima, quæ ſuum dicitur patrimoniũ.l.iij.§.ſed vtrum.
ff.de minorib.& ſic diceretur propriè pœna, ex quo
12 patrimonium diminuit. ✝ Et idem quod matrimo-
nio carnali ſeruaretur in matrimonio ſpirituali, pu-
tà ſi mulier hæres inſtitueretur, aut ei aliquid relin-
queretur, ſi monaſterium intrauerit. Quoniã valeret
talis diſpoſitio, nec ei vtroq; caſu aliquid deberetur,
donec conditionem impleret, ſcilicet monaſterium
intrando, vel quòd per eam non ſtaret, vt dicta l. j. &
ij.ſecundum Bald.Paul. & Iaſonem in dicta Authen.
cui relictum. licet Barto. contrarium conſuluiſſet ſe-
13 cundum eas. ✝ Similiter poſſet monaſteriũ, hæres in-
ſtitui ſub cõditione, ſi quem in monachum receperit,
aut fœminam in monialem, ſecundum Barto. in di-
cta l.ij. & valeret inſtitutio vel relictum tali reiecta
conditione tanquã turpi & ſimoniaca, & ſic impoſsi-
bili de iure, quæ habetur pro non adiecta ſecundum
eum, vt plenè vidiſtis ſuper verbo, *Reliquit*. idem te-
nuit in l.vxorem. §.hæres.ff.de leg.iij. licet in d.l. Ti-
tio centum, quem ibi ſequitur Imo. tenuiſſet talẽ in-
ſtitutionem, aut relictum vitiari propter talem con-
ditionem.ſed Bal.in dicta l.j.C.de inſti.& ſubſti.vo-
luit talem inſtitutionem non fore ſimoniacam: imò
dicit eam eſſe piam, velut pro anima teſtatoris factã.
Quem ibi ſequũtur Angel.Paul.& vterque Rapha.in
dicta l.Titio centum.vbi Paul.in lectura Paduana di
cit hanc eſſe communem opinionem, quam ſequun-
tur Alexan.& Iaſon in dicta l.ij. C.de inſtitu.& ſub-
ſtitu.Alibi tamen dicit Bal.in l.fina.C.de ſponſa. ho-
neſtius eſſe, quòd teſtator hoc diſponeret via ſuppli-
cationis dicens: ſupplico vobis, quòd filiam meam,
aut talem recipiatis in veſtra religione, & prouidebo
ſibi de victu, hæreditatem meam vobis relinquendo,
ſeu veſtrum monaſterium hæredẽ inſtituendo. Hinc
eſt, quòd videmus monaſteria recipere moniales cũ
proteſtatione, quòd aliquid recipiant, quod facere
non poſſent, vi pacti ſine labe ſimoniæ. Et quod reci
piunt, excuſatur hodie cauſa victus, per generalem
monialium cõſuetudinem, olim generaliter via ſim-
plicis oblationis introductã: cui lex non reſiſtit. Imò
fortè poſſet talis conſuetudo in pactum hodie dedu-
ci ratione principij, quod præſumitur fuiſſe bonum
per latè deciſa in ca.ad Apoſtolicã.de ſimo.vbi plenè
Panormi. in cap. cùm Martinus. prope. fin. de con-
ſtitu. iuncta ſummi pontificis & eccleſiæ vniuerſalis
tolerantia: quæ tacitam inducit diſpenſationem, ſe-
cundum glo.& Docto.in cap.j. de treuga. & pace. &
in capi.dilecto.de conſangui. & affinita. facit text. in
§.leges.iiij.diſtinc.& decidit Feli.in cap.quoniam.in
ſin.de ſimo. Ex quibus reſtat, quem inuitari poſſe ad
matrimonium, tam ſpirituale quàm carnale, non pœ-
na, ſed præmiorũ exhortatione: nec immeritò: quo-
niam eius laudes & priuilegia non modica exiſtunt.
14 ✝ Matrimonium enim inter ſacramenta eccleſiæ ma-
gnum dicitur ſacramentum propter quinque. Primò
ratione inſtituentis: quia à Deo inſtitutionem ſuſce-
pit.cap.fina.de frigidis & malefici.& gloſ. ſuper ver-
bo, ampliori.in §.j.in Authen.de nuptiis. Nec eſt ho-
mo, qui ligat, ſed ipſemet Deus. Secundò ratione lo-
ci in quo inſtitutum fuit: quia in paradiſo delitiarum.
Tertiò ratione perſonarum, inter quas fuit ab initio
inſtitutum: quia inter primos parentes, tunc in ſtatu
innocentiæ conſtitutos, iuxta illud: coniugium pri-
mò fecit Deus in paradiſo. facit capi.j.de voto & vo-
ti redemptio. li.vj. Et inde mos inoleuit inter catho-
licos, quòd corde contrito & ore confeſſo ſacramen-
to pœnitentiæ præuio, ſua in ſtatu gratiæ celebrant
15 atque ſolennizant matrimonia. ✝Quartò dicitur ma-
gnum



gnum ſacramentum ratione ſignificationis. Nam in
eo duo ſunt, ſcilicet coniunctio animorum vtriuſque
coniugum per mutuum conſenſum, qui vnionem ſi-
gnificat inter Deum & iuſtam animam, iuxta illud
Apoſtoli.j.Ad Corinthios vj.Qui adhæret Deo, vnus
eſt ſpiritus cum eo, quæ quidem vnio matrimonium
ſola perficit aliquo cõcubitu nõ ſecuto: quia nuptias
non concubitus, ſed conſenſus facit.ff.de regulis iur.
l. nuptias.& c.matrimonium. xxvij. quæſt.ij. Ex qua
publica oritur honeſtas, ſeu publicæ honeſtatis iuſti-
tia impediens inter eos, & vlteriores parentes matri-
monium, ac diſſoluens iam contractũ. Videatis text.
& bonam glo.in c.debitum.de biga.& in §.j.inſtit.de
patria pote.quas pulchrè declarat dominus Anto.ar-
chiepiſcopus florentinus in iij. parte tit. j. dicens tri-
plex eſſe matrimonium ſpirituale figuratum per car-
nale. Primum eſt coniugium anagogicum, cuius de-
ſponſatio fit in baptiſmo vel pœnitentia per charita-
tem. Et dicitur anagogicum, id eſt cæleſte, modo ſpi-
ritualiſsimo & puriſsimo contractum, quo in ſuper-
na patria anima Chriſtiana Deo coniungitur, intel-
lectu clare ipſum cognoſcendo ineffabiliter, & affe-
ctu ardentiſsimo cum diligẽdo inſeparabiliter. Vnde
ſequitur ſumma fruitio & maximum gaudium, quod
vincit omnem mundi delectationem. De quo coniu-
gio gaudent omnes Angeli & ſancti Amici ſponſæ,
iuxta illud Apoca. xix. Gaudeamus & exultemus &
demus gloriam ei, quoniã venerunt nuptiæ agni ſci-
licet Chriſti cũ qualibet anima beata. Tales nuptiæ
in veteri teſtamento nõdum venerãt, quia nulla ani-
ma fruebatur Deo. Sed Chriſto mortuo & aſcendẽte
& ianuam aperiẽte. Ideo ſequitur ibi: Beati qui ad cœ
nam nuptiarum agni ſunt vocati. Quæ figuratæ ſunt
per nuptias Aſſueri regis cũ ſibi deſpõſauit Eſter pul
cherrimã, quæ interpretatur humilis. quia ſine humi-
litate ad eũ nõ peruenitur, Eſter.ij. Et tale cõiugium
frangi poteſt, ſicut carnale. Nam per peccatũ morta-
le frãgitur, ſed per pœnitentiã reintegratur. Sed poſt-
quã conſumatũ eſt in gloria frangi nõ poteſt. Secun-
dũ coniugiũ dicitur allegoricũ, per quod procuratur
primũ celeſte: & eſt illud quod inter Chriſtũ & eccle
ſiã extitit celebratũ, quãdo Dei filius noſtrã aſſũpſit
humanitatẽ, cum verbũ caro factũ eſt & habitauit in
nobis Io.j. Hoc matrimoniũ initiatum eſt in patriar-
chis & prophetis. Vnde Oſeæ.ij. pmiſit Deus, deſpõ
ſabo te mihi in fide. & ratificatũ fuit in incarnatione
verbi, in quo mediator fuit archangelus Gabriel, &
quaſi notarius exigens cõſenſum virginis pro natura
humana, quem ipſa præſtitit dicẽs: fiat mihi ſecundũ
verbum tuum. Et ſubitò eſt verbum Dei inſolubiliter
noſtræ humanitati vnitum inſolubiliter, vt nunquam
alter alterum dimiſerit, etiã in morte. Et tale cõiugiũ
figuratũ fuit in matrimo. Rebeccæ, quæ per Eliezer
procuratorẽ ipſius Abrahę deſponſata fuit ipſi Iſaac,
qui Chriſtum ſignificat, Geneſ.xxiiij. qui poſtquã ex
preſsit cõſenſum ſuũ, alterum nũquam cognouit, ſed
valde eã dilexit. Iſtud profectò allegoricũ matrimo-
nium conſummatũ eſt in cruce, vbi ſpõſus clãmauit,
conſummatũ eſt, Ioan.xix.& tunc oſtenſa eſt pleniſsi
mè dilectio eius, ex qua per ſacramenta quæ per eam
habent virtutem, perfectè vnita eſt Chriſto eccleſia
ſponſa, vnde filij eccleſiæ naſcuntur. De quo loqui-
tur Apoſt. Epheſ. v. Hoc autem inquit, dico ſcilicet
coniugium naturale magnum in Chriſto & eccleſia
ſacramentum. Ad cuius coniugij nuptias omnes vo-
cantur; vt parabolice habetur Marci xxij. de rege
qui fecit nuptias filio ſuo, & vocauit multos. Tertiũ
coniugium eſt tropologicum ſeu morale, & dicitur
eſſe inter appetitum rationalẽ ſeu ſpiritum vt virum,
& ſenſualitatem vt vxorem, quæ frequenter contra-
riantur adinuicem, iuxta illud ad Galat. v. caro con-
cupiſcit aduerſum ſpiritum, ſicut mulier contrariatur
viro. Debet tamen ſenſualitas ſubiici viro, id eſt ſpi-
ritui, vt dicitur Gene.iij. ſub viri poteſtate eris, & ipſe
dominabitur tui. Vel etiam matrimonium morale di
citur inter intellectum & ſapientiam, ſumendo ſa-
pientiam pro vera notitia cum rectitudine vitæ, pro-
ut ſumunt ſtoici, & etiam ſcriptura ſacra in libris ſa-
pientialibus frequenter. Vnde ſuprà viij. dicitur. hanc
ſcilicet ſapientiam amaui, & exquiſiui eam à iuuentu-
te mea, & quæſiui ſponſam eam aſſumere, & amator
factus ſum formæ illius &c. Ex hac generantur filij
bonorum operum quamplures. Et figuratur tale ma-
trimonium per diſpenſationem factam Iacob. quæ
erat virgo pulcherrima & aſpectu venuſta; & hoc ad
fontem aquarum. Quia maximè fit tale coniugium
per lectionem ſacrarum literarum: Gene. xxix. Poteſt
etiam hoc coniugium adaptari ad quamlibet religio-
nem, vt ipſa dicatur vxor & ingreſſus maritus eius.
Aut etiam ad eccleſiam quamlibet, cuius ſponſus di-
citur prælatus: quæ alteri viro id eſt prælato adhære-
re nõ poteſt, niſi eo naturaliter aut ciuiliter, putà pri-
uatione vel renuntiatione mortuo. Nec ipſe alteri ec-
cleſiæ adhærere ſine debita licentia & ſeparatione.
xxj. quæſtio. j. capit. clericus. & in cap. inter corpo-
ralia. de tranſla. Et per tale coniugium tropologicũ
primum adipiſcitur beatitudo. Per allegoricum pro-
curatur. Et ad ipſum id eſt primum hæc duo ter-
minantur, ſcilicet in æternam beatitudinẽ. Quæ om-
nia tria matrimonia ſpiritualia per coniugium natu-
rale & carnale deſignantur, ſecundum gloſ. in dicto
capitu. debitum.& Inſtitu.de patria poteſta. quæ ſic
intellecta eſt nota. quo ad primum quod in carnali
matrimonio requiritur, ſcilicet conſenſus amborum
16 contrahentium. ✝ Secundum quod in eo requiritur
eſt coniunctio corporum, quam carnalis copula o-
peratur ex qua affinitas progreditur, ſi copula fue-
rit perfecta, ſcilicet ſi vir intra naturam vxoris ſemẽ
virile immiſerit, licet mulier non emittat. Sufficit
enim virum ſemen emittere infrà clauſtra pudoris.
17 ✝ Nec ad cauſandum affinitatem requiritur, quòd
mulier emittat, cum etiam ſi ſola emitteret, nihil gene
raret: quia ſecundum medicos ſemen mulieris neceſ-
ſariò non concurrit etiam ad generationem: imò ſa-
tis eſt, quòd ſemen viri intrauerit, vt exinde, & non
18 ante dicatur maritus verus: ✝ qui ex eo dicitur, quòd
in eam geſsit maris ritus, eam carnaliter cognoſcen-
do, ſecundum gloſ. in canone vidua.xxiiij.diſtinct.&
ſæpe viſum fuit partum in vtero mulierum etiam vir-
ginũ generari ſine coitu viri per dæmones incubos.
Non tamen ſine ſemine virili. de quo Auguſtinus li-
bro xv. de ciuitate Dei, capitu.xxiij. Homines inquit,
dæmonum miniſterio interdum naſcuntur, non per
ſemen ab ipſis dæmonibus deciſum ſed per ſemen a-
licuius hominis ad hoc acceptum: vt pote quòd idem
dæmon, qui eſt ſuccubus ad virum, ſit incubus ad
mulierem: quia dæmon ſuccubus ad virum capit e-
ius ſemen pollutione fortè nocturna demiſſum, &
ſui agilitate ilico durante adhuc caliditate ſeminis ſit
incubus ad mulierem aliquam, quæ per naturam &
matricẽ, quæ de ſe attractiua eſt ſicut ſpongia, Adeo
quòd; vt dicit Auerroys, vna puella ſedens in balneo,
vbi vir prius ſpermatizauerat, cõcepit ac impregna-
ta fuit ex cõtractione ſeminis. recipit etiam dormien-

do ſemen illud:ex quo fœtus in matrice concipitur,
& deinde naſcitur:tamen non eſt filius dæmonis,ſed
filius hominis illius cuius fuit ſemen acceptum,vt per
Thom.in j. parte,quæſtio.lij.artic. vltimo in reſpon-
ſione ad vltimum argumentum. Pariter Valerius
in quadam ſua epiſtola matrimonij diſſuaſoria ho-
die inter epiſtolas diui Hiero.parte. iij.tracta.xv. im-
preſſa incip.loqui prohibeor eis. nume. lxxix. Licia,
inquit,virgo vergens in ſenium , & fama priuilegiata
conſtanter, tandem oppreſſa Apollinis phantaſmate
concepit, pepcríſque Platonem. Et quam illibatam
ſeruauerant vigiliæ, deflorauit illuſio per ſomnium:
vt ſemper omne roſarium aliquo turbine ſua purpura
ſpolietur.Sed bene: quia patrizauit patri Plato in ſa-
pientia, ſimilis factus nominis & numinis præcipui.
Hæc ille. Et tales concubitus exercentes, vulgus vo-
cat incubos.Et quoniam creberrima fama eſt , mul-
tíque ſe expertos vel ab eis,qui experti eſſent,de quo-
rum fide dubitandum non eſt,audiſſe confirmant, ex
quo quidem talem commixtionem concubitúmque
negare imprudentia videtur eſſe,eò quòd à multis ex-
pertis confirmatur. argu.l.eo quòd à multis.C.ſi cer-
tum petatur. & tales fœminæ , quæ ſic concipiunt &
pariunt ſine coitu non remanẽt virgines, ſaltem poſt
partum : quia hoc habet præcipuum glorioſa ſemper
virgo Maria, vt ſine coitu & ſemine viri conceperit,
& poſt partum virgo permanſerit. Filij verò ſic geni-
ti per incubos,vt plurimum in aliqua virtute cæteros
excedunt communiter genitos,prout exemplũ habe-
tis de Gigantibus,dequibus loquitur tex. Gene. vj. c.
Qui ſecundum vnam expoſitionem fuerant per incu-
bos geniti, qui erant proceri excedentes homines in
ſtatura,& robuſti viribus, & incompoſiti moribus,
ſecundum Lyram ibi. Pariter cùm Merlinus, vt tra-
dit Faſciculus temporum de incubo eſſet genitus, in
Britannia ſpiritu Prophetiæ, circa annum domini
ccccxxx. vltra cæteros illius tẽporis homines claruit:
cuius inſtinctu Fortigonus Britonum rex ſummè di-
latauit fidem Chriſti, circa tamẽ & contra intentio-
nem dæmonis.Et hoc fit Deo permittẽte virtute dæ-
monum,qui ſecundum eundem Auguſt. xiij. de Tri-
nitate poſſunt adhibere ſemina corporalia ad ali-
quos mirabiles effectus producendos.vnde cum non
omnis virtus naturæ creatæ ſit nobis nota, poſsibile
eſt,ꝙ dæmones illi cum ſemine virili adhibeant quæ-
dam alia ſeminales rationes habentia, per quæ com-
mixtio complexionalis talium prædicto modo geni-
torum apta foret ad hoc , vt tales cæteros homines
multum excederent in ſtatura & aliis viribus, quas
Gigantes illi in malum conuerterunt, & Merlinus in
bonum. Videatis Paulum Burgenſem epiſcopum in j.
addi.ad Lyram,allegato Gene. vj.c. Quare reſtat ſe-
men ſolius viri introgreſſum ſufficere ad generatio-
nem,& contrahendum affinitatẽ,quæ matrimonium
inter virum,& parentes vxoris & econtra impedit, &
ſi de facto eſſet attentatum diſſoluit ,c. non debet. &
per totum titu. de conſang. & affini.& hoc ſi copula
perfecta fuerit: quia non ſufficeret, ſi vir in circuitu
palpitando ſemen emitteret, & intus non intraret,
ſecundum glo. in capi. nullum. & in capi. extraordi-
naria pollutio. xxxv. quæſtio. iij. & Hoſtien. quem
refert & ſequitur Panormita. in capi. fraternitati. de
eo qui cog.conſang.vxoris ſuæ. & Fede. conſil ccxc.
Et hæc cõiunctio corporum in matrimonio confor-
mitatem ſignificat inter Chriſtum in carne & ſanctã
eccleſiam, iuxta illud Ioan.j. Et verbum caro factum
eſt,& habitauit in nobis. De quibus loquitur dicta
gloſ.inſtitu.de patria poteſtate. in principio. & capi-
tu. debitum, de biga. vnde cum ſic diffinit magiſter
libro iiij.ſententiarum, diſtinctio. xxxvij. Matrimo-
nium † eſt legitima coniunctio maris & fœminæ v-
19 nionem Chriſti, & eccleſiæ repræſentans. Quoniam
in Chriſto omnia matrimonia firmari debent, in cu-
ius tam religioſę coniunctionis honorem , tanquam
20 mirabilium myſteriorum ſignificatiuæ † in aliqui-
bus locis coniuges nouiter coniuncti copulam diffe-
runt,& matrimonij conſummationem tribus diebus
poſt illius ſolennizationem in eccleſia,quod à Tho-
bia iuſto habuerunt, qui triduo copulam diſtulit, &
bene ei ſucceſsit,vt patet Thobiæ vj.& xxx.quæſtio-
ne v.capitu.aliter.Ad minus abſtinere debent illa to-
ta die naturali, ſed prô dolor hodie multi etiam illu-
ſtres viri,qui populo præſunt & certè dati ſunt, vt ſi-
gnum ad ſagittam , vix eo ſolennizato ſeu completo
ſacramento , intermiſsáque interdum crapula, & e-
brietate veneri non parcunt: imò nec prandium op-
portunum expectant , in tanti ſacramenti contem-
ptum.Ex quo forſan prouenit,quòd prole carent,prę
ſertim maſculina, aut talem gignunt ſibi & populo
inutilem. Quia iuſtum eſt, quòd ſacramenti fructu
careant, qui ipſum non venerando contempſerunt,
argumen.l. litigatores. ff. de arbi.vbi quis auxilium,
aut fructum ſperare non debet, ab eo quem contem-
pſit, non aduertentes quòd diuina quædam religio
ad conſeruandum hominum genus eſt coniugalis,
cùm virtute amor copulatus, ſecundum Bonatum-
ſium Piſtorienſem,in quadam de nobilitate per eum
diſputata quæſtione, quæ incipit, Magna mihi gra-
tia eſt.circa finem. & in Authent. de nuptiis. in prin-
cipio.iiij.colum. Non ſic profectò fecit Childericus
Francorum rex illuſtriſsimus, licet paganus Phara-
mundi primi Franciæ regis pronepos, ex quo ei be-
ne quo ad prolem ſucceſsit. De quo Gaguinus libro
primo. cap.vij.Childericus,inquit, Baſinam vxorem
nondum Chriſto initiatus accepit. Primo itaque nu-
ptiarum cõcubitu Baſina Childericum admonet no-
ctem ſine re voluptaria prætereat, & quæ viderit ad
ſe perferat.Credulus mulieri vir ad Baſinam, quæ vi-
ſa viderit defert, quæ non ſecus ac futuri præſcia va-
tes,cuncta interpretatur, prodituram ſcilicet ex eo-
rum concubitu ſobolem, quæ generoſa natura foret.
His Baſinæ præſagiis gauiſus rex in maximam ſpem
rapitur venturæ ex præſentibus nuptiis nobilioris fa-
miliæ,per eóſque dies ſanguinis riuus Toloſæ, quam
Gothi occuparant, die toto fluxiſſe viſus eſt. Multis
tandẽ geſtis per annos quatuor & viginti clarus mo-
riens filio ſuo Clodoueo ex his nuptiis ſuſcepto re-
gnum reliquit.Cui Chriſti fides primo infuſa fuit, ſa-
croſanctum oleum,quo Francorum reges liniuntur,
hoc agente Deo allatum,liliáque aurea loco buffo-
num,& aurea flãma,vt vidiſtis in verbo, *duas habens
filias*. decidendo an filia in feudo ſuccedere poſsit.

Quintò & vltimò matrimonium dicitur magnum
ſacramentum propter bona quæ ab eo procedunt,
quæ magna ſunt,imò quodammodo diuina. Præſer-
21 tim illa quæ fuerunt cauſa inſtitutionis illius. † Quæ
cauſa eſt duplex. Principalis eſt ſeu eſſe debet ſuſce-
ptio prolis educandę ad cultum Dei,qui primis con-
iugibus dixit,Gene.j. *Creſcite & multiplicamini*.& A-
poſtolus j.ad Corin.vij. Habeat,inquit,vnuſquiſque
ſuam non luxuriæ cauſa: ſed poſteritatis dilectione,
in qua benedicatur nomen domini, vt qui permane-
re per ſe non poteſt, per filios maneat. Thobiæ viij.
Quia ſecundum Philoſophum in ſecundo de Ani-
ma:quandiu viuunt filij,remanet in eis quodam mo-
do pater defunctus.& Eccleſiaſtici xxx.dicitur:mor-
tuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus.reliquit
enim filium ſimilem ſibi poſt ſe in vita.facit l.libero-
rum.ff.de verborum ſignifica.Præterea etiam habere
debet vnuſquiſq; vxorem ſuam,vt habeat cui credat,
Eccleſ.xxxvj.Et ſequitur ibi. Qui poſsidet mulierem
bonam inchoat poſſeſsionem, vbi non eſt ſepes diri-
pietur poſſeſsio, & vbi non eſt mulier, ingemiſcit
egens. & Eccleſiaſtes ix. Perfruere vita cum vxore,
quam diligis cunctis diebus vitæ tuæ. Hæc eſt enim
pars in vita, & in labore tuo, quo laboras ſub ſole.
22 † Licet enim citra matrimoniũ proles ſuſcipi poſsit,
non tamẽ legitima,neque decora:quia ſola legitimi-
tas dicitur titulus decorus, quẽ debent parentes filiis
procurare per legitimum matrimonium, cùm proles
naturalis detur per familiam.lvj.diſtinct.c.ſi gẽs An-
glorum. Vnde Bonifacius martyr ad regem Anglo-
rum.De tali, inquit commixtione meretricum æſti-
mandum eſt degeneres populos, ignobiles & furẽtes
libidine fore procreandos &c. Et Sapientiæ iij.Filij
adulterorum in conſummatione erunt. Et ab iniquo
toro ſemen exterminabitur . & ſi quidem longæ vi-
tæ erunt,in nihilum computabuntur.Et ſine honore
erit nouiſsima ſenectus eorum.& ſequitur ibi.iiij. ca-
pitul. O quàm pulchra eſt caſta generatio: immorta
lis eſt enim memoria illius: quoniam & apud Deum
nota eſt,& apud homines. Imò,quod mirabilius eſt,
apud bruta animalia nota eſt.Refert enim Plin. libro
v.quòd Pſylli populi ſunt in Africa,quorum corpo-
ri ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus. & vt So-
linus ait,ſoli morſibus anguium non interibant. Hi
liberos protinus genitos ſerpentibus offerebant. Si
partus adulter eſſet, mox paruuli interibant: ſi pudi-
ci, à morte paterni ſanguinis priuilegium tuebatur.
facit gloſ.in Authent.de nuptiis.in princip. colla.iiij.
volẽs per ſolos legitimos filios genus perpetuari hu-
manum.Faciũt quæ dixi in verb. Raynutius de Cle-
ra.verſicu.tertiò fallit.Nam licet in rudi olim ſeculo
omnes legitimi naſcerentur, quia tunc matrimonia
non erant nominata nec cognoſcebantur,tamen ſta-
tim quòd fuerunt cognita, duplex hominum genus
eſſe cœpit, legitimorum & non legitimorum:poſteà
tertium legitimatorum : tamen legitimi nobiliores di
cuntur,quos matrimonium produxit, non ſine cau-
23 ſa appetendum.† Caueatis tamen vos,ſecundum Io-
annem Fab.inſtitu.de nuptiis.ſuper rubrica,quòd nu
batis pari. Primò quo ad ſectam, vt cum muliere
Chriſtiana:quia diſparitas conditionis, & ſectæ ma-
trimonium impedit.infrà de conuerſion.infidelium.
per totum. Secundò quo ad ætatem,iuxta illud pro-
uerb.v. Sit vera tua benedicta, & lætare cum muliere
adoleſcentiæ tuæ.vbera eius inebrient te omni tem-
pore,& in amore eius delectare iugiter &c. non intel
ligatis tamen, quòd ſint eiuſdem ætatis punctualiter,
vt dixi in verbo,eam nuptui. Tertiò requiritur pari-
tas inter coniuges quo ad ſtatum & genus, de quo ait
Cleobolus è ſeptem Græciæ ſapientibus ſextus, Vxo
rem de paribus ducito: quia ſi ex maioribus duxeris,
cognatos habebis dominos. Ideo dicit textus in cap.
non omnis.xxxij.quæſtion.ij.quòd nuptiarum fœde-
ra inter coæquales legitima ſunt, & Socrates vt Vale
rius libr.vij.titu.de ſapienter dictis & factis. Splendi-
dis,inquit coniugiis iniicis manus:at hæc,vt aliquan-
do illuſtrant,ita nonnunquam funditus domos euer-
24 tunt. † Secundaria cauſa inſtitutionis matrimonij
multiplex fuit,veluti pacis reformatio, vt præ oculis
nunc factum videmus, quòd rex noſter Francorum
Chriſtianiſsimus Carolus octauus poſt plura bello-
rum diſcrimina illuſtriſsimam dominam Annam du-
ciſſam britanniæ de illuſtriſsima Fuxenſi domo,quæ
ſemper Toloſanorum tutrix extitit matris ex parte
ortam in dulcem pacis reformationem feliciter du-
xit vxorem. Pariter cauſa inſtitutionis matrimonij
ſunt diuitiarum vtriuſque parentum cumulatio, ſeu
potẽtatuum vnio, prout eſt nunc ducatus Britanniæ
dicti medio matrimonij regno Frãciæ vnitus pro bo-
no reipublicę,ac quiete ſubditorum,non quòd velim
intelligatis ſola temporalia bona iuſtam eſſe cauſam
25 contrahendi matrimonij. † Cùm ſola bonorum cu-
piditas non veniat apud ſapientes principaliter in cõ-
ſideratione, quia diuitiis præponendæ ſunt virtutes.
Nam illi profectò, qui diuitias in matrimonio prin-
cipaliter conſiderant, ſimiles ſunt fatuo, quem Sene-
ca deridet ad Lucillum epiſto.xlj. Qui equum emptu
rus non ipſum, ſed ſtratum & frenum inſpicit, non
conſiderás,quòd meliorem non faciunt equum aurei
fræni. Tales enim ſæpe Punicas deſponſant mulie-
res,apud quas mos olim erat turpi quæſtu amplas do
tes acquirere,quò facilius nubere poſſent. De quibus
Valerius libr.ij.titul.de inſtitutis.in fine. Cui, inquit,
gloriæ Punicarum fœminarum, vt ex comparatione
ſcilicet virtuoſarum mulierum turpius appareat de-
decus annectam.Sicæ enim,id eſt in ea vrbe Aphricæ
fanum Veneris eſt, in quo matronæ, ſcilicet nubere
volentes ſe conferebant,atque inde procedentes quæ
ſtum dotis corporis iniuria contrahebant, honeſta,
nimirum tam inhoneſto vinculo,coniugia iuncturæ.
Hæc ille.Et ſicut in muliere non principaliter conſi-
derandæ diuitiæ ſed virtutes, ſic nec in viro.vnde le-
gitur Eccleſiaſti.vij. Trade filiam & grande opus fe-
ceris, ſi homini ſenſato dederis illam. refert etiam Va
lerius allegato libr.vij.tit.de ſapienter dictis & factis.
de quodam qui vnicam filiam habens conſuluit The-
miſtoclem:vtrum bono viro pauperi & ſapienti, aut
minus probato diuiti filiam collocaret. Ego,inquit,
malo virum,qui pecunia egeat,quàm pecuniam egẽ-
tem viro: vt quia fortè eſt diues fatuus, vel locuples
mulier,tamen eſt inſenſata:de quibus habetur Sapien
tiæ iij.Mulieres eorum inſenſatæ ſunt, & nequiſsimi
filij eorum. Quamobrem Paulus Aemilius tunc Ro-
manorum princeps, Quinto Aelio Tuberoni viro
pauperi, ſed virtuoſo filiam ſuam iuniorem tradidit,
de quo dicit Valerius libro iiij.titu.de paupertate. Ta
ceo enim,quòd princeps ciuitatis filiam ei nuptui de-
dit,cuius pecunia tam ieiunos penates videbat: vnde
vt pecunia, aut diuitiis matrimonia non redimeren-
tur. Quamobrem Licurgus gentis Lacedęmoniorum
facilè princeps,ac legum lator diſcretus,vir ſanè cla-
riſsimus ac inter Philoſophos admirandus & incly-
tus Pompeio referente lib.iij.perpetua lege conſtituit
Virgines ſine dote nubere, vt ſcilicet amore vxores,
non pecuniæ cauſa eligerentur.Seueriúſq; matrimo-
nia ſua viri coercerent,cùm nullis dotis frænis tenerẽ
tur,& præterea ne defectu pecuniæ iam contracta diſ
cuterentur & ſepararentur.l.ij.ff. de donat. inter vi-
rum & vxorem.quia ſicut dignitates non debent eſſe
venales,ſicut nec matrimonia,vt dicta l.ij.ſecũdũ gl.
in c.ſancimus.j.quæſt.ij. Non enim dotibus, ſed affe-
ctu matrimonia contrahuntur.l.fi.C.de repudia. nec
per concupiſcentiam eſt aſſumenda vxor,vt honora-
bile ſit coniugium,& torus immaculatus, ſecundum
Apoſtolũ ad Hebræos xiij.Fœminæ profectò ſunt
adeò inanis gloriæ cupidæ & infatuatæ, & quod de-

terius eſt ipſimet viri malũt cum diuitibus, quã cum ſapientibus copulari, non aduertentes, ꝙ decipi poſſunt prout fuit decepta quædam puella, de qua dicit Hoſti.in ſumma tit.de commo. quæ cum adamaretur à quodam paupere quē ipſa reſpuebat, pecuniam infinitã cõmodato ille ad põpam receptã & in arca poſitam oſtendit amicis illius puellæ, & ſic puellã acquiſiuit, cũ crederetur diues. Sæpius enim ad hoc cõmodantur pecuniæ, vt quis diues appareat. l.iij. §. ſi. cum l.ſeq. ff.de cõmo. Prætereà non cõſiderant puellæ homines diuites in multis vitioſos eſſe. Primò ſunt elati, nam cùm diuites ſint, omnia bona habere credunt, putantes nũmiſmate omnia menſurari. Secundò cõtumelioſi faciliter moti ad irrogandũ iniurias in eorum diuitiis confidẽtes, de quibus dicit Hieronymus ad Edibiam: Illa vulgata ſententia mihi videtur eſſe veriſsima: diues aut iniquus, aut hæres iniqui. Tertiò ſunt molles & intemperati, qui cùm aſſueti ſunt in delitiis viuere, paſsionibus reſiſtere nequeunt. Quartò ſunt iactatores, & deſpectores aliorum, quod potiſsimè contingit ex eo, quòd vident ſapientes bonis eorum aliquando indigere, ſecundum Philoſophum ſecundo Rhetoricorum, vbi ad propoſitum recitat de quadam muliere, quæ interrogata, vtrũ melius foret hominem diuitem eſſe, quàm ſapientem? Reſpondit quòd magis videbat ſapientes frequentare ianuas diuitum, quàm diuites ianuas ſapientum. Non ſic fecit, non ſic filia Pauli Aemilij triumphantiſsimi Romani in paupere domo: tamen virtuoſa ac decora honeſtate cõiugata, vt dixi. de qua ſic dicit Plutarchus: ſiliam Pauli Aemilij iuniorẽ Aelius Tubero vxorem accepit. Erat autem Tubero vir optimus magnæque in Republica authoritatis: ſed ita tenui patrimonio, vt ſex & decem viri ex Tube. Familia omnes ſimul in vnis ædibus, & quidem modicis cum coniugibus & liberis habitarent. In has ædes Pauli Aemilij bis conſularis, & triumphalis filia deducta eſt. in eiſque habitauit, nec puduit eam paupertatis viri, ſed virtutem admirata eſt, per quam pauper erat. Hæc ille. Ex his tamen propter hoc non damnatur cum diuite viro, aut fœmina contrahere, ſi ſapientes fuerint & virtuoſi: imò duplex bonũ ſuccedit. Scilicet virtutẽ cõſequi, & bonorum ſubſidia in conſequentiã, cùm econtra multoties cõtingat puellas pauperes plùs eſſe indomitas, quàm diuites, vt Hieronymus refert de vxore Marci Catonis humili loco nata, quæ tamen importuna fuit, rebellis, & ſuperba. Ob quod dicit ibi contra Iouinianum: Non putet aliquis ſi pauperem duxerit, ſibi de cõcordia ſatis prouidiſſe. Vnde emendæ potius eſſent virtuoſæ mulieres, & non ab eis dotes petendæ. Nam de Iſaac legimus, quòd Rebeccam omni ſapientia repletam, de remotis partibus adductam multis per eũ ad eam directis muneribus, vxorem accepit, Geneſis xxv. & capi. honorantur. xxxij.
26 quæſtio.ij. † Prætereà viri, aut mulieris pulchritudo interdum eſt cauſa matrimonij, propter quam matrimonia ſæpe fiunt, prout habetur iij. Regum lib.j. Vbi Dauid Abiſac Sunamitem decoram nimis duxit in vxorem, non ſpe prolis, vel cauſa euitandæ fornicationis: quia eam non cognouit, cùm ſenex eſſet, & diu antè calorem perdiderat naturalem, ſed eam accepit, vt ipſum calefaceret, cùm interdum contrahatur matrimonium in humanitatis ſolatium in ſenibus. ſecundum Augu. xxvij. quæſtio. j. cap. nuptiarum bonum. Sicut fecit Dauid, vt cum calefaceret & iocũdum teneret, iuxta illud Eccleſia. xxxvj. Species mulieris exhilarat faciem viri ſui. & capit. xxvj. dicitur Sicut ſol oriens mundo in altiſsimis Dei, ſic mulleris bonę ſpecies in ornamentum domus eius, lucerna ſplendens ſuper cãdelabrum ſanctũ. Ideo cõtrahere cum muliere pulchra diuite & virtuoſa triplex bonum eſſet, & ſummè laudandũ matrimoniũ. Sed mulierem fortem, id eſt taliter conditionatam quis inueniet? Prouer. xxxix. Vt Clodoueus ſupradicti Childerici filius feciſſe legitur rex Francorum protochriſtianus, qui Clotildem regis quondam Burgundiæ filiam pulchram, ſapientiſsimam, & cui etiam regnum debebatur, licet per eius patruum teneretur occupatum, de quo Gaguinus lib.j. Erat, inquit, per id tempus Gondobaldo Burgundorum regi neptis ex fratre Clotildis, cuius ſpeciem prudẽtiámq; cum per legatos occultè exploraſſet Clodoueus, ad Gondobaldum ex ſuis Aurelium mittit, qui ſibi vxorẽ cõciliet, ratus vnà cum puella Burgundia quoque potiri poſſe &c. cuius ſuaſu Chriſtianus factus eſt. vt dixi ſuper
27 verbo, *Duas habens filias.* † Nec ſunt fœminæ turpes magis pudicæ ſeu caſtæ, quàm pulchrè. Niſi ea caſtitate, de qua loquitur Ouidius:

*Caſta eſt, quàm nemo rogauit.*

Vnde non dicitur nolle, qui facere nõ potuit. l. pater Seuerinã. ff. de condi. & demõ. ſuper quo Seneca. li.ij. declamationũ. Quæ inquit, malã faciẽ habent, ſæpe impudicæ ſunt. Nõ enim deeſt animus ſed corruptor quẽ interdũ ſibi redimunt de bonis mariti, de quibus adulteros ſuos nutriunt, quod facit ad deciſionẽ quæſtionis. Duo mariti quorum vni vxor formoſa, alteri verò difformis erat, ſe abſentarunt: demũ vtroq; reuerſo, ille cui formoſa erat vxor, domũ opulentiſsimam cõperit: alter autẽ bonis vacuã. Vnde quærebatur, cõtra quam mulierẽ ſiniſtra eſſet ſuſpicio habenda. Cõtra formoſam faciebat, ꝙ ex turpi quæſtu bona cumulaſſet, ex quo artem exercere neſciebat. l. Quintus. ff. de dona. inter virum & vxo. & l. etiã. C. illo eo. tit. Cõtra difformẽ arguebatur, vt domũ bonis euacuaſſet: quia quos ad libidinẽ pulchritudine non prouocauerat, munere incitaſſet & redemiſſet. Profectò vndique ſunt anguſtiæ, ſecundũ Chriſtoforum Porcum. inſtit. ad Tertyl. penul. col. in fi. Sed præſtat formoſam mulierem, vt ita dicam, plus quàm deformẽ habere vxorem. Vnde legitur Conſtantinum ſeniorem ſibi beatam Helenam, quæ poſteà crucem domini (vt chronica teſtantur) inuenit, propter eius pulchritudinem & virtutes, licet ſtabularia humili plebe foret, deſponſaſſe vxorem. De qua diuus ille Ambroſius in hæc verba prorupit: Stabulariam hanc fuiſſe aſſerunt, ſed iuncta fuit Conſtantino ſeniori, qui poſtea regnum adeptus eſt. Bona ſtabularia, quæ tam diligenter prę ſepe domini requiſiuit: bona ſtabularia, quæ illum non ignorauit ſtabularium, qui vulnera curauit à latronibus vulnerati: bona ſtabularia, quæ omnia maluit æſtimare ſtercora, vt Chriſtum lucri faceret. Ob quod eam Chriſtus de ſtercore leuauit ad regnum. Hæc ille. Pariter Iacob propter Rachelis pulchritudinem ſocero ſuo ſeruiuit ſeptẽ annis, Geneſis xxix. Ac plures alij campum diſputationis vſque etiam ad conuicia propter Virginis deſponſandæ pulchritudinem ingreſsi maiorum ſuorum gloriam, ac infelicitatem propalarunt: prout Romæ in publico ſenatu Publium Cornelium Scipionem ex illuſtri Scipionum familia ortum contra Caium Flaminium, & econtra, ob eximiam Lucretiæ ex Fulgentio, & Claudiæ clariſsimis ortæ parentibus pulchritudinem feciſſe legimus. De quo illa adhuc ſtat familiaris ſuper nobilitate per dictum dominum Bonartuſium de monte magno ad illuſtrẽ montis Ferrati comitem dictata oratio quæ incipit: Apud maiores noſtros &c. & de tempore meo adhuc cùm infans eſſem nec fari poſſem, Ioannes Galhier Gallus cuſtos monetæ ſapiens & ditiſsimus, & Ioãnes de la Gaya Maria iuuenis Toloſæ oriundus campſor, pariter ſapiens & ditiſsimus, pro quadam pulcherrima virgine Toloſana in vxorẽ habenda duellũ ſibi induxerũt, & cõflictum inierunt, & duelli fortuna dicto cãpſori indulſit, quẽ tanquam iuniorẽ ac pulchriorẽ virgo (vt vulgò dicebatur) prædiligebat: qui adhuc vita fruuntur prole pulcherrima ditati, ac bonis fortunæ abundantes. Ad hæc facit quod habetur Deuter. xxj. Si videris mulierem pulchram & adamaueris eam, volue-
28 riſque habere vxorem &c. † Imò videmus fornicationem minus peccatũ eſſe cum pulchra muliere, quam cum deformi, ſecundũ gl. in c. fi. xiiij. q. vltima. & in c. j. de pœnit. diſt. v. Quia licet fornicatio cum pulchra ſit maioris voluptatis & complacẽtiæ, eſt tamen facilioris excuſationis propter vehementiorẽ naturæ inclinationẽ viros trahentem ad plus amandũ pulchrã, quã deformẽ. Cui quidẽ inclinationi & pronitati reſiſtere eſſet difficillimũ, vt Apoſtolus ipſe teſtatur ad Ro. vij. Video, inquit, aliam legem repugnãtem legi mentis meæ, captiuantẽ me in lege peccati. Vnde minus puniretur habẽs rem carnalem cum muliere pulcherrima, quàm cũ deformi, prout exẽplo nos docuit Tiberius Cæſar, qui cùm Mũdus princeps in miniſterio ſacerdotum templi Deæ Iſidis abuſus fuiſſet Paulina nobiliſsima, & pulcherrima muliere romana per eos decepta, vt infrà dicã allegando Ioſephũ in libro antiquitatum, ſacerdotes occidi fecit: & imaginẽ Iſidis in Tyberim proiici. Mũdum autẽ adulterum tantum banniri fecit, velut maxima & excellenti pulchritudine mulieris deceptum & excæcatum, & ſic mente quaſi alienatũ: quæ pulchritudo aliqualiter excuſat à pœna, & pœnę diminutionem meret. cũ nihil amoris feruore vehementius, vt dixi ſuper verbo, *Duas habens filias.* Ob qđ Salomõ ad Deum clamans, Sapientiæ octauo. Non poſſum, inquit, eſſe cõtinens, niſi tu dederis: quia nemo eſt, qui in mulieris pulchritudinẽ non delectetur. Ideo conſuluit Io. Fab. vbi ſupra matrimonium contrahere cum muliere formoſa magnitudine & pulchritudine decora, quia vt plurimum pueri matrizant in forma corporis, ſecundum Philoſophos, vt clarè oſtendit Poëta in primo Aeneidos apud quem Iuno Aeolum ſic alloquitur,

*Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ,*
*Quarum quæ pulcherrima forma Deiopeiam*
*Connubio iungam ſtabili propriámque dicabo.*
*Vt ò pulchra te faciat prole parentem* &c.

Similiter mulieri pulchræ copulari debet iuuenis ei in pulchritudine ſimilis, aliter ſuccedere poſſet ſcandalum. Nam cùm Vulcanus Veneris maritus turpis eſſet & deformis, cõcubuit ipſa cum Anchiſe, ex quo adulterio Aeneas fuit genitus ſecundum Poëtas, à quo Romani proceſſere Aeneades vocati. in Auth. vt præponatur nomẽ Imperato. in prin. coll. v. vt dixi ſuper
29 verbo, *Raynutius de Clera.* † Sanè tamen intelligatis nubendũ eſſe cũ pulchra muliere pulchritudine competẽti, non autẽ mira & nimis excelẽti: quoniam tales nimis, & excellẽter pulchræ vendi patiuntur, de quibus dicitur Prouerb. xj. Eſt pulchra, ergo fatua. Nam vt dicit Hier. contra Iouinianum li.j. c. vlt. Amor formæ, rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus, fœdũ miniméq; conueniẽs animo ſoſpiti vitiũ: turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humilimas detrahit. Nam cum fruẽdi cupiditate inſatiabili flagrat, plura tẽpora ſuſpicionibus, lachrimis, cõqueſtionibꝰ perdit, odiũ ſui facit, & ipſe nouiſsimè odium eſt. Prætereà mulier nimis pulchra eſt ad cuſtodiendũ difficilis: quia vænalis eſt mulierũ pulchritudo, quę pecunia ſæpe redemit, cui ipſę faciliter obediũt naturaliter auaræ. l. ſed ſi ego. in fi. ff. ad Velleia. Prætereà dicit Ouid. in primo de Faſtis:

*Faſtus ineſt pulchris, ſequit úrque ſuperbia formam.*

Et Pamphilus Poeta.

*Concipit ingentes animos fiducia formæ,*
*Inq; modum dominam non ſinit eſſe ſuàm.*

Quia formoſitas eſt cauſa luxuriæ, iuxta illud Iuuenalis li. iiij. Rara eſt cõcordia formæ, atque pudicitię. Vnde Ouid. in epiſt. ait, lis eſt cũ forma magna pudicitiæ. Ergo formoſa eſt ad cuſtodiendum difficilior, niſi vxoris pulchritudini grauiſsimus cuſtos accubet. Dicit inſuper Theophraſt. Philoſoph. in lib. quẽ fecit de nuptiis. Sicut moleſtum eſt poſsidere, quod nemo habere dignaт, qualis eſt turpis mulier & deformis, ſic etiam nimis difficile eſſet cuſtodire quod plures amãt, qualis eſt formoſa mulier, quæ ab omnibus ferè adamatur. Quia vt ait Augu. vj. muſicæ, nihil amamus niſi pulchrũ. Pariter inquit Diony. in lib. de diuinis nominibus, ꝙ bonũ & pulchrũ ſecundũ omnẽ rationẽ cuncta deſiderãt intueri. Quibus per vnũ, ſcilicet maritũ eſſet impoſsibile reſiſtere, cùm regula dicat: Potentiorib. pares eſſe nõ poſſumus, iũcto ꝙ multitudini vix reſiſti poteſt, quia pulchra mulier faciliter adamaт, turpis verò magis cõcupiſcit, ſecundum Hie. Sed qđ amatur magis cõcupiſcit ab omnibus: ideo ꝓpter cõcurſum tantorũ tẽpeſtas ſæpe ſequitur. In ſignũ cuius Poetæ Venerem pulcherrimã fingunt fuiſſe Vulcano nuptã, qui eſt fulgurũ Deus & tẽpeſtatũ: eo modo clarè monſtrantes pulchritudinem mulieris
30 eſſe nõ poſſe ſine multorum tẽpeſtate caloris. † Prætereà nimia vxoris pulchritudo eſt interdum mariti dementia & infatuatio. Ob quod ſapientiſsimè ſcribitur Eccle. xxv. Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, nec concupiſcas mulierem in ſpecie. & Prouerb. vj. Nec cõcupiſcat pulchritudinem eiꝰ cor tuũ, ne capiaris nutibus illius. Nam ſæpiſsime viri licet prudentiſsimi in illicitis obediũt vxoribus ſuis ob earũ nimiã pulchritudinẽ, ſicut Adã de ligno vetito comedit ad perſuaſionẽ vxoris, Geneſ. iij. Et ꝙ ſeductus fuerit à dæmone, ſecũdũ Aug. lib. xiiij. de ciuitate Dei, c. xj. Illũ ꝓfectò tãquam fortiorẽ tẽtare primo loco Satan noluit, ſed mulierẽ magis fragilẽ & debiliorẽ more cauti iudicis torquere cœpit. ff. de quæſt. l. j. §. j. & l. vnius facinoris. in princ. vt eius medio virũ deciperet, & conuinceret, qui peccauit, non ꝙ crederet Deus fieri ſecundum verba Serpẽtis: vt Eua credebat, Eritis ſicut Dij ſciẽtes bonum & malũ, ſed ſolũ hoc fecit Adã infelix ne contriſtaret delitias ſuas, ſcilicet Euam eius vxorẽ, in cuius pulchritudine delectabatur & periit, vt dicit Aurel. Aug. ſuper Geneſ. lib. xj. & Lyra alleg. c. iij. & Tho. in j. parte. q. xcv. arti. iiij. [Mirandũ profectò eſt, ꝙ Adam, qui dormiẽdo in formatione Euæ, ſecreta cœleſtia, ſicut Ioannes in cœna ſupra pectus domini cubans viderat, vt habetur infrà dum loquitur de anulo matrimoniali, in quarto digito ponendo: tanta ſapientia repletus ſuggeſtione mulieris ceciderit.] De quo magnus ille Greg. lib. xij. Moral. c. xvj. in fi. ſic dicit. Primam quippe viro iniuſtitiã mulier propinauit in paradiſo. & Tit. Liu. in prima decade. Initium, inquit, turbandi omnia à muliere incœpit. & Eccleſiaſtici ix. Virginẽ ne cõcupiſcas, ne forte ſcan-

tè ſcãdalizeris in decore illius. Propter ſpeciẽ mulie-
ris multi perierũt,& inter cæteros Catilina,ciuis Ro-
mæ nequiſsimus,amore Aureliæ Oreſtillæ pulcherri-
mæ captus attentauit. De quo Salluſtius in Catilina-
rio: Catilina,inq̃t,multa nefanda ſtupra fecerat cum
virgine nobili contra ius fáſq;.poſtremò captus amo
re Aureliæ Oreſtillæ, cuius pter formã nihil vnquam
bonus laudauit : ꝙ illa nubere illi dubitabat, timens
priuignum adultũ ætate,pro certo creditͣ,necato filio
domũ ſceleſtis nuptiis vacuam feciſſe. Hæc ille. Pari-
ter Chilpericũ Francorũ regem nihil mulieri negare
aſſuetũ,id idẽ feciſſe recitat lib.ij.Gaguin.qui Clodo-
ueum,quem habebat ex præcedenti vxore filium pul-
cherrimæ Fredegondæ vxori tradidit occidendũ:cu-
ius necẽ perfacilè Chilpericus tulit. Demũ cõſilio &
opera eiuſdẽ interfect⁹ vera nouerca Clodoueo pri-
uigno Fredegonda fuit arcus nocens dicta, ſecũdum
gl.in §.affinitatis. inſtit.de nuptiis.Et Dauid pulchri
tudine Berſabeæ captus homicidiũ cõmiſit,ij. Regũ
xj. Sic & Salomon propter vxores paganas phana æ-
dificauit, & finaliter idololatrauit cõtra legẽ Dei.iij.
Reg.xj.& Similiter Ariſtoteles,Virgilius, & Samſon
fortiſsimus,niſi fallor,decepti fuerunt quaſi fabula a-
pud oẽs effecti,Iudicũ xvj. Tales profecto mulieres
ita pulchræ dicũtur pellices,à pellis formoſitate, qua
incautos alliciũt.Sicut enim pelliciunt hæretici ani-
mas inſtabiles variorũ dogmatum erroneis ſertis, ſic
etiã mulieres pulchræ cõſtuprãtes luxibus ſubdendo
quos pelliciũt & alliciunt.Ob quod cõmuni eloquio
meretrices dicũtur pellices à pollutione,ſecundũ Au-
guſt.ſuper ij.epiſt.Petri,& per gl. ſuper verbo, pelli-
ciũt.in c.ſi enim inquit.de pœni.diſt.ij.†Tamen pel-
31 lex propriè dicitur,quæ cũ marito alterius cõcubuit.
l.Maſſurius.§. Caius. ff.de verb. ſig. & dicitur pellex
vxoris: vt de Fredegonda dixi ſuper verbo, *Et vxorem*
*nomine Adel.* in iij.princip. artic. de ſpirituali cogna-
tione loquendo: quæ virũ ſuum infatuauit vt j. dicetͣ.
Vnde nõ ineleganter dicitur iij.Eſdr.iiij.Accepit ho-
mo gladiũ ſuum,& vadit in viã facere furta,& homi-
cidia,mare nauigare & flumina: leonẽ videt, & in te-
nebris ingreditur. & cũ furtũ fecerit,fraudes & rapi-
nas amabili ſuæ affert: adeò eñ nihil videntem homi-
nẽ reddit cæca libido,& petulans viuendi licentia, ꝙ
nec vno ſolo crimine irretit cũ quẽ deprauauit, iux-
ta illud Ouidij vj.Metam.Nihil eſt,inquit,quod non
effreno captus amore auſit. nec capiunt mẽtis inclu-
ſas pectore flammas.Ideo prohibuit lex iudices, ſuas
p territoriũ ſecũ ducere vxores. l. obſeruare. in prin-
cip.de offi. procon.vt dixi ſuper verbo, *Duas habens*
*filias.* in j.caſu.quo filiæ non ſuccedũt loquẽdo de cõ
ditionibus mulierũ. Quoniã diligit homo vxorẽ ſuã
forma excellentẽ,plus quã patrẽ & matrẽ: & vtinam
nõ plus quã Deũ. Et multi dementes facti ſunt pro-
pter vxores ſuas: imò ſerui facti ſunt propter illas, &
multi perierũt,iugulati ſunt, & peccauerunt propter
mulieres, iuxta illud Eccleſia.xix. Vinum & mulie
res apoſtatare faciũt ſapiẽtes.Et quod deteri⁹ eſt, pro
pter earũ ſolã pulchritudinẽ honeſti & præſtãtes vi-
ri ſæpe matrimonia cõtraxerũt cũ mulieribus diſſolu
tis, vt habetͣ Gen.vj.ibi, Videntes filij Dei(ſcilicet ho
mines iuſti deſcendentes de ſemine Seth) filias homi-
nũ ꝙ eſſent pulchræ, quãuis deſcendiſſent de ſemine
Cain,quæ lubricæ erant,curioſæ,& diſſolutæ,tñ acce
perunt eas propter ſolã earũ pulchritudinẽ,Sapientis
dictũ non aduertẽtes,Eſt pulchra,ergo fatua. Ex qua
cõmixtione multiplicata fuerunt mala, & crimen in-
oleuit peſsimum,ita ꝙ finaliter contigit diluuiũ ſuper
vniuerſa terra. Plus videtis, ꝙ aliqui adeò infatuati
ſunt propter vxorum pulchritudinem, ꝙ ab eis, imò
quod vilius eſt,à ſuis fœtidis cõcubinis ſe permittunt
publicè iniuriari, cõuiciis laceſsiri, ac etiã verberari,
prout feciſſe legimus Dariũ Perſarũ regẽ, de quo le-
gitur allegato iij.Eſdræ iiij. c. Quòd Apemene filia
Bezacis eius cõcubina à dextera eius ſedẽte,& diade-
ma de capite ſuo tollẽte,& demũ reponẽte palmis ce
debatur de ſiniſtra manu ipſius: quam ipſe ore aperto
intuebatͣ: Et ſi arridebat ei,ridebat & ipſe : & ſi indi-
gnata erat,blandiebatur ei, donec reconciliaretur in
gratiam. Sic magnus ille Hercules ſapiẽtia, potentia
omníque virtute ac Deianira vxore pſtergatis, Iolã
amaſiã ſuã pulcherrimã adeo timuit,ꝙ eam reſpicere
nõ audebat,quin tremeret. Et quotidie illa cũ reſpi-
ciebat,fuſum ei leuabat,ac ſæpe veſtẽ Iolæ induebat,
teſte Ouid.metamor.lib.ix.Et deus Apollo,poſtquã
Daphnes pulcherrima fuit in laurũ trãsfigurata, ad-
huc eam oſculabatur, vt fingit Ouid.lib. j. Metamor.
ibi. Hãc quoq; Phœbus amat poſitáque in ſtipite dex
tra, Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus,
Cõplexúſq; ſuis ramos vt mẽbra lacertis Oſcula dat
ligno,refugit tamẽ oſcula lignũ,&c.Pariter duo fue-
rũt tempore Sigiſmũdi imperatoris amantes, ſcilicet
Eurial⁹ dicti Imperatoris curialis præcipuus : altera
verò Lucretia ex Senẽſi vrbe oriunda: ambo decori:
ambo ſpecioſiſsimi,fatuo amore cõglobati: qui cùm
per aliquod tẽpus in bonis dies ſuos deduxiſſent, &
imperatoris receſſu neceſſe ſeparari haberent,tantam
vterque cõtraxit triſtitiã,ꝙ Lucretia poſt lõgas & im
placabiles lachrymas in maximã cecidit ægritudinem
ex qua poſt dies mœſtã exalauit animam. Eurial⁹ ve-
rò poſtquã ab oculis amantis euaſit, nunquam ridere
viſus eſt,nec vllis iocis aut facetiis ad lætitiã reuoca
ri potuit,víxque imperiũ mortis euaſit. Quorũ hiſto-
riã eloquẽtiſsimã Pius pontifex ante põtificatum Ae-
neas Siluius nuncupatus,pulchrè deſcripſit. Ex quo
apparet quantũ ſit hoc malũ vitandũ, quod nullo cõ-
ſilio acquieſcere poteſt, cũ grauior nimis ſit morbus
cui medela nõ ſuccurrit, qualis eſt amor, qui ordinẽ
neſcit.de quo Ouid.lib.j. Metamor. Hei mihi,ꝙ nul-
lis amor eſt medicabilis herbis. Vt duo alij amore in
fatuati oſtenderũt, videlicet Tisbes virgo babyloni-
ca amore Pirami bacchata à domo parentũ intẽpeſta
nocte aufugit, & luna mõſtrante viã in nemus ciuita-
ti propinquũ abiit intrepida. Hæc igitͣ dũ ſecus fon-
tẽ expectaret Piramũ,ad cuiuſcunque rei motũ ſolici
ta,dũ caput extolleret, leenã vidit venientẽ aduerſus
eã,& relicto inaduertẽter pallio fugit in buſtũ. Lee-
na autẽ paſta ſitiens veniebat ad fontẽ.Cõperto autẽ
pallio aliquandiu ad illud cruẽto ore exfricato ac ex
terſo, vnguibus laceratũ reliq̃t,& abiit.Interim Pira-
mus deuenit in ſyluã:& dũ cõperiſſet laceratũ cruen-
tũq; palliũ,credidit Tisbẽ à belua deuoratã,itaq; poſt
miſeras voces ac lamẽta plurima ſe miſerũ incuſans,
quoniam dilectiſsimę virgini ſuæ mortis cauſam ipſe
dediſſet,& aſpernãs decætero viuere,extracto, quem
geſſerat gladio, moribũdus ſecus fontem pectori in-
geſsit ſuo. At Tisbes credens leenam potatã abiiſſe,
ne decipiſſe videretur amantẽ, aut diu expectatione
teneret ſuſpenſum, ad fontẽ regredi cœpit, cúmque
adhuc palpitantẽ Piramẽ & ſanguinẽ omnem effun-
dentẽ cerneret, feſtina in oſcula ruit. Sed non valens
amãti præſtare præſidia,animam eius retinere oſculis
& amplexu aliquandiu conata eſt. Verũ cũ nec verba
audire poſſet, & amantẽ in mortẽ feſtinare videret,
arrepto gladio cũ gemitu ploratúq; maximo nomen
inuocauit



inuocauit Pirami, orauitq;, vt ſaltẽ Tisbem ſuã mo-
rientem aſpiceret, & exeuntẽ expectaret animã. Mi-
ra res,dum ſenſit intellectus moriẽtis amatæ virginis
nomẽ,oculos in mortẽ grauatos aperuit, & inuocan-
tẽ aſpexit, quæ cõfeſtim pectori adoleſcentis cultró-
que ſupincubuit, & effuſo ſanguine ſecuta eſt animã
iam defuncti. In quib⁹ verificatũ fuit quòd à Theó-
doro ſcriptũ eſt : Mẽs robuſta viri lenitate cadit mu-
liebri.Nec eſt homo adeo fortis,qui amans voluntati
mulieris quãtumcunque vilis & turpis nõ annuat. Et
in hoc ſuperãt fœminæ viros,ſecundũ Cy.in l.j. q. ij.
C.de rapt.virg.Nõne pulchritudo Medeæ, Helenæ,
& Polixenæ, Iaſonẽ, Paridẽ, & fortiſsimũ Achillem
ad raptũ traxit & finalẽ interitum, & regnũ Troiæ
famoſiſsimũ in æternã perniciẽ & totalẽ deſolatio-
nẽ? Vtinã tales, qui ſimplici mulierũ pulchritudine
trahuntur,& excæcati penitus infatuantur exemplum
cogitarẽt,& ſequerentͣ Demoſthenis doctiſsimi, qui
Thaidi pulcherrimæ meretrici mãmas eius ioco pal-
pitans,atq; ab ea quærẽs quanti hoc eſt : eidem dicen
ti mille denariis,reſpõdit: Ego pretio tanto dolorem
non emo.Nam ſtultũ eſt magno pretio id emere, cui
dolor ſuccedit.Quod etiã Horatius nõ omiſit.Expe-
rire,inq̃t, voluptates, nocet empta dolore voluptas.
Saltẽ vterẽtur tales prudẽtia, & humanitate Piſiſtra-
ti Atheniẽſis,qui licet tyrannus eſſet crudelis, tamen
hortatu pulcherrimæ vxoris contra quendã etiã ma-
lè meritũ moneri noluit. De quo Valer.lib.v.titu. de
humaniate & clemen.ſic dicit. Nõ tam robuſti gene-
ris humanitas, ſed & ipſa tamẽ memoria proſequen-
da Piſiſtrati Athenienſis tyranni narrabitur,qui cùm
adoleſcẽs quidam amore filiæ eius virginis accenſus,
in publico obuiam ſibi factam oſculatus eſſet,hortãte
vxore, vt ab eo capitale ſuppliciũ ſumeretur, reſpon
dit,ſi eos qui nos amãt, interficiemus,quid his facie-
mus quibus odio ſumus? hæc ille. Quæ omnia vobis
adduxi,vt de nimia vxorũ pulchritudine non curetis,
ſed de earũ modeſtia & ſola virtute ; & ex quibus pa-
rẽtibus ſint natæ, cùm filia leuiter ſequatur parentum
32 pſertim matris iter. †Nam licet naturaliter pulchræ
nõ ſint,tamen de p accidens,putà,ornatu ſatis demõ
ſtrãtur formoſæ : nec reprobatur de iure honeſtus &
pretioſus mulierũ ornatus, quia dicit Salluſt. in Iu-
gurtino. Mundicias mulieribus, id eſt curioſas exor-
nationes,& viris laborẽ conuenire, quod intelligatis,
vbi ideo ſe ornant, vt maritis placeant. Sicut Noëmi
illã Ruth ſanctiſsimã,maritũ deſponſaturam hortata
fuit. Lauare, inquit, & vngere, & inducre cultiorib⁹
veſtimentis,& deſcende in areã. Ruth.iij.c. Sicut eñ
vocẽ aptare & linire etiam electuario, vt melius quis
cantet & cantũ pronũtiet,vt Deo placeat, & nõ gra-
tia laudẽ conſequendi ab hominibus,nõ eſt peccatũ,
ſecundũ gl. in c.cantantes.xcij. diſt. Pariter ſe ornare
vt marito placeat mulier,nõ eſt vitiũ. Hoc profecto
facere poſſunt mulieres,vt ad plus diligẽdum eas ſuos
inclinent maritos. quod maximè olim eis permitte-
batur,quo tẽpore ſui copiã paſsim omnibus non præ
ſtabãt, ſed ſolis maritis.l.optimã.C.de cõtrah.ſtipu-
lati.Nec cũ aliis cõmunicabãt nec loquebantur, imò
nec videbantͣ,ſolo maritorũ viſu cõtentæ: quo fiebat
vt turbãtium matrimonia oculi nõ metuebantͣ,in qua
rũ ſolatiũ indulgebatur eis pretioſus ornatus, ne tri-
ſtitia afficerẽtur, & vt ſeipſas delectarent, & maritos
in mutuo & ſecreto aſpectu, vt pulchrè tradit Valer.
lib. ij.tit. de inſtitutis antiquis.Cæterũ,inquit,vt non
triſtis earũ & horrida pudicitia, ſed honeſtæ comita-
tis genere tẽperata eſſet,indulgẽtibus maritis, & au-
ro abũdanti,& multa purpura vſæ ſunt: & quò formã
ſuã cõcinniorẽ efficerẽt, ſumma cũ diligẽtia capillos
cinere ſcilicet ad lixiuiũ faciẽdũ cõparato rutilarunt.
Et ſequitͣ ratio talis ornat⁹.Nulli eñ tũc ſubſeſſorum
(id eſt inſidiatorũ alienorũ matrimoniorũ) oculi me-
tuebantͣ,ſed pariter & videre ſánctè & aſpici mutuò
pudore cuſtodiebantͣ.Hęc ille.Vnde Sulpitius Gall⁹,
teſte eodẽ Valer.lib.vj.tit.de ſeueritate, vxorẽ ſuã di-
miſit,eo ꝙ ipſam capite aperto foris verſatam cogno
uerat.Publi⁹ etiam Sempronius Sophus cõiugẽ repu-
dij nota affecit,nihil aliud quã ſe ignorante ludos au-
ſam ſpectare prætendens: vt dicit tex.in l.cõſenſu.§.
vir quoq;.ibi,niſi Circẽſib. vel theatralibus ludis,&c.
C.de repud.Hac ergo intẽtione ornare ſe poſſunt, vt
cũ lætitia maritis placeãt, & non vt aliorũ oculos ad
ſe trahãt. Quia hoc eſſet illiciũ & mortale peccatum.
xxxij.qõ.v.nec ſolo affectu.cũ c.ſequẽ. De quo Chry
ſoſtomus in lib.de cõpunctione. Mulier, inquit, ſi ſe
decorauerit,& ad ſe oculos prouocauerit hominũ,e-
tiã ſi plagã non intulerit, vindictam ſuſtinebit extre-
mã. Venenum profectò obtulit, & ſi nullus qui bi-
bat inuẽtus ſit.Vnde barbatus ille Hieron. in epiſto-
la ad matrẽ & filiã.Palliolũ,inquit, interdũ cadit, vt
cãdidos nudet humeros.Talib⁹ certè mulieribus ſuf-
ficit ꝙ lingua iuſtificentͣ,& caſtas ſe prædicẽt,contra
quas ipſe idẽ ſcribit Hierony. in epiſtola ad Furiam.
Aut loquẽdũ,inq̃t,nobis,vt veſtiti ſumus,aut veſtien
dũ vt loquimur.Lingua pſonæ caſtitatẽ, & totũ cor-
pus profert impudicitiam.Imò quod peius eſt, hodie
veſte ſciſſa & nõ clauſa, vt habilior ſit & magis para-
ta ad meretricandũ,ſicut viri vtuntͣ. Ob quod excom
municari poſſent.c.ſi qua mulier. cũ gl.xxx. diſt. qua
ratione iure diuino prohibitũ legitur Deutero. xxij.
Quòd mulier veſte virili, aut vir veſte fœminea vta-
tur, imò apud Deũ abominabilis eſt q̃ hoc facit.& in
l.veſtis.ff.de auro & argen. lega. dicitur hoc fieri nõ
poſſe ſine vituperatiõe,ob quod olim rectè Lycij cũ
dies luct⁹ incidebat, muliebrẽ veſtẽ induebãt, vt de-
formitate cultus, id eſt veſtitus cõmoti, maturius, id
eſt celerius ſtultũ proiicere merorẽ vellent, vt refert
Vale.lib.ij.tit. de inſtitutis antiquis: quaſi reputarent
turpiſsimũ eſſe viris muliebri veſte indui, & econtra.
Cũ hactenus hoc fecerint idolatræ gẽtiles mulieres,
q̃ in ſacris Martis ornamẽta portabant virorũ, & viri
in ſacris Veneris portabãt ornamẽta mulierum,& in
ſtrumẽta earũ, vt puta,colũ,fuſum, & ſimilia. Prætet
ea hoc fieri eſſet occaſio libidinis,q̃a mulieri in veſte
virili licet licentius cum hominibus luxuriã exercere.
Et ſimiliter vir in veſte mulieris liberi⁹ poſſet ſecretá
mulierũ loca ingredi,ſecũdũ Lyrã ibi. De quo apud
veteres deriſus fuit Achilles: q̃a cũ cõiuraſſent Græci
in Troianos,& rñſum accepiſſent abſq; Achille capi
Troiã nõ poſſe,ab Vlixe perquiſitus,& tandẽ in ha-
bitu muliebri inter fœminas inuentus, in Græcorum
prȩſidiũ peruenit.Sic Põpo.de quodã ſenatore,q̃ ve-
ſte fœminea induebatͣ,narrat. in l.inter veſtẽ. allega-
to.tit.de auro & arg.lega. nõ ſic Ioãna Dare nobilis
puella diuinit⁹ Carolo ſeptimo Francorũ regi in An
glorũ à regno Frãcię expulſionẽ directa: ſed ſola bel
li neceſsitate virilibus veſte vtebatͣ & armis.Qua oc-
caſione & verius odio Frãci nominis,cũ apud Cõpen
diũ (vt Gagui.lib.x.c.j. teſtatͣ) capta fuiſſet,& Anglis
à Ioãne Luxemburgo venũdata,ab eis hoſtiliter ha-
bita Rotomagi cremata eſt.Prius tñ, quã ſententiam
diceret hoſtis, frequẽti foro & crebris conſultationi-
bus puellam tentat.de fide ac Chriſti religione multa
ſcrutatus. Arbitrabatur enim mulierem magia aliqua
edoctam

edoctã à Carolo rege aſſumptã eſſe,& propterea à ca
tholica veritate aberraſſe.Sed ſ. fœminæ vires fuit,ſe
& quæq; geſsiſſet apoſtolicæ ſedis examini ſubmit-
tẽs,virgo intacta deceſsit.Poſt mortẽ tamẽ canonicè
purgata fuit falſitate & iniquitate impoſitorum dete-
ctis , vt dixi in verbo , *mortuo itaq; teſtato*.j. Paucis tñ
pòſt diebus Angli deleti penitus fuerunt, & à regno
Frãciæ expulſi. De quo plenè dixi in veb. *Duas ha-
bẽs filias.* Et meritò eiecti fuerũt,quia ius in regno nõ
habebãt:& fortè quia puellã in bello captã extra cõ-
flictũ nequiter occiderũt.Cũ capt⁹ in bello poſtquàm
à cõflictu eiectus ſemel extitit, occidi non poſsit,ſed
tanquã ſeruus cuſtodiri & ſeruari: q̃a à ſeruãdo plus
quã à ſeruiendo appellati ſunt ſerui: & ſi occiderent,
lege Cornel.de ſicariis.occidẽs teneretur ac ſi liberũ
occidiſſet,inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. §.
ſerui.& l.j.ff.illo eod.titu.iuncta gl.ibi , in verbo oc-
ciderit. Vnde ex humanitate Angli magna ſunt re-
prehẽſione digni,quibus ex tempore illo malè ſucceſ
ſit.Vtinã Valeriũ vidiſſent Maximũ. lib. v. tit.de hu-
manitate & clemẽtia in fine dicẽtẽ : Humilitatis dul-
cedo etiã inefferata Barbarorũ ingenia penetrat , or-
bóſq; & truces hoſtiũ mollit oculos,ac victoriæ inſo
lẽtiſsimos ſpiritus flectit.Nec illi arduum ac difficile
eſt inter arma cõtraria inter diſtrictos cominus mu-
crones placidũ iter reperire. Vincit iram , proſternit
odiũ, hoſtilémq; ſanguinẽ hoſtilibus lachrymis per-
miſcet.hæc ille. Hãnibalẽ etiã , quẽ Titus Liuius plu
rimis virtutibus præditũ dixit, multis tamẽ impieta-
tibus reſperſum fuiſſe nemo ambigit , vt pote in quo
nil veri,nil ſancti,nullus Dei metus, nullũ iuſiurãdũ,
nulla religio,ſed crudeliſsimus imperator fuit. Nihi-
lomin⁹ tantũ humanitatis in pectore barbaro inue-
niri potuit,vt militibus ac ducibus Romanis hoſtib⁹
ſuis captiuatis honorem fecerit, plerũq; etiã pias exe-
quias celebrauerit.Præterea Aemiliũ Paulũ apud Cu
mas trucidatũ & quæſitũ corpus , quãtum in eo fuit,
iacere inhumatũ paſſus nõ eſt.Etiã Tiberiũ Gracchũ
ſummo cũ honore ſepulturæ mandauit ; & oſſa eius
in patriã portãda militibus Romanis tradidit. Marci
quoque Marcelli in agro Brutio interẽpti cum omni
reuerẽtia exequias celebrauit.Cui (vt Valerius ibi di-
cit) aliquãto plus gloriæ Paulus & Gracchus & Mar-
cellus ſepulti , quã oppreſsi attulerũt. Si quidem illos
Punico aſtu decepit , & Romana manſuetudine ho-
norauit.Sic Romani fecere,qui Syphacem opulentiſ-
ſimũ Numidię regẽ victũ & captiuũ in cuſtodia Ti-
buri mortuũ, publico funere cẽſuerunt efferendũ , vt
vitæ dono honorẽ ſepulturæ adiiceret. Cõſimili cle-
mẽtia in Perſa vſi fuerũt:nã cùm Albæ,in quã cuſto-
diæ cauſa relegatus erat , deceſsiſſet , quæſtorẽ miſe-
rũt,qui eum publico funere efferret , ne reliquias re-
gias iacere inhonoratas paterentur. Hoſtibus hæc &
miſeris & fato functis officia regibus erogata , quæ
amicis & felicib⁹ tributa ſunt, beneficiũ diis atq; ho-
minibus pariter acceptũ:cõſiderante , ꝙ etſi egregiũ
eſt hoſtẽ abiicere,nõ minus tñ laudabile infelicis ſci-
re miſereri,vt idẽ dicit Valer. vbi ſ. Ex hoc cõcludẽs
munificentiam gentis Romanæ Deorum benignitati
æquandã. Prima igitur & optima rerũ natura pieta-
tis eſt magiſtra , quæ nullo vocis miniſterio , nullo
vſu literarũ indigẽs , ꝓpriis ac tacitis viribus , hoſtiũ
ꝓſertim defunctorũ pietatẽ barbaris pectoribus in-
fundit.Sæpe eñ flectit pietas , quod nec virtus potuit
ſuperare,nec ratio. Nã leones proſtratis parcũt,& in
viros potius quã in fœminas ſæuiũt,nec infantes non
niſi magna fame perimunt,vt inquit Solinus. Vnde
maxima deteſtatione culpatur Achilles , qui in He-
ctorẽ mortuũ ſæuiit dicente Virg.libr.j. Aeneid. Ter
circũ Iliacos raptauerat Hectora muros, Exanimũq;
auro corpus vendebat Achilles.Magna etiã reprehen
ſione ſunt digni Galatæ , qui capita hoſtiũ occiſorũ
in bello,equorũ collo alligãt,& pro roſtris ſicut capi
ta ferarũ affigũt,& illa derident, nec auro quocũque
redimi poſſunt.De quibus Diodor. Siculus lib.vj. de
geſtis antiquis ſic ait: Cũ quis ſtrenuè in acie pugna-
uit, tum maiorũ,tũ ſuas laudes ac virtutes decantant,
res hoſtiũ deprimunt,tanquam vituperatione dignas.
Capita hoſtiũ in acie cadẽtiũ abſciſa , equorũ alligãt
collo,in foribus domorũ, cũ cãtu atque hymnis affi-
genda:quemadmodum feras ſolẽt venatu captas,ho-
ſtiũ nobiliorũ capita aromatibus vncta in tectis, cõ-
dunt ſumma diligẽtia oſtẽdentes ea hoſpitibus , nul-
lóque pretio ea vel petẽtibus vel aliis reddũt.Tradũt
eorũ rideri nõnullos, ꝙ ꝓ capite tantundem pẽſi auri
barbarã magnificentiã oſtentantes nequaquã velint
accipere.Nõ eñ bellicæ virtutis inſignia non vende-
re nobile eſt, ſed cum mortuis pugnare ferum habẽt,
atque agreſte.hęc ille. Sic pariter malè fuit tractata tã
inſignis puella cõtra debitũ rationis & honorẽ An-
glicæ nationis. Verũ quia malè agẽtibus occaſio ali-
qua peccãdi in promptu ſuffragatur: cauſam occidẽ-
di eam eſſe dicebãt magicã artem & veſtiũ mutatio-
nẽ,quæ fœminis nõ bene cõuenit,ſcilicet vbi volun-
tarie fit.Nã cum cauſa poteſt veſtis mutari ſine vitio
falſitatis:nec diceretur quis apoſtata.cap. clerici offi-
cia,vbi etiã gl.& in c.ſi quis ex clericis. de vita & ho-
neſtate clericorum.in glo. Solæ ergo illæ deteſtandæ
ſunt fœminę ſine cauſa rationabili veſte viri vtentes,
quia ſapiẽti non cõuenit.Et præterea præſumitur, ꝙ
hoc faciãt libidinẽ ſequentes. Vidi plures fatuiſsimos
viros tolerare ſuas vxores veſtibus eccleſiaſticis, &
quod turpius eſt monachalibus tempore carniſpriuij
indui,& per villã currere,& ſicut buffones ſaltare. c.
j.de vita & honeſta.cleric. lib.vj.nõ cõſiderantes , ꝙ
pœna corporalis & exilij debeatur , in Auth.de ſan-
ctiſsimis epiſcopis.§.penul.coll.ix. Et ꝙ propter eas
& nõ gratia eorũ religioſi ad tam deteſtabilia cõmo
data libẽter proſiliũt. De quo per Lucã de Penna in
l.j.C.de maiuma.lib.xj. Nec poſſunt etiã veſtes ſemel
diuinis vſibus applicatæ ad ornatũ ſeculariũ præſer-
tim mulierũ cõuerti.Nec ecõtra debẽt de veſtib⁹ do-
minarũ fieri veſtimẽta eccleſiaſtica, ſecũdum Panor.
in c.ad hæc de reli. domi. licet contrariũ ſeruetur &
malè.Vnde reſtat, ꝙ ſignũ incõtinentiæ eſt in mulie-
ribus ſiue cũ veſtibus vti virilib⁹ vel aliàs indecenti-
bus.Tu ergo qui cõiugari cupis audi Hieron. in epi-
ſtola ad Demetrialẽ virginẽ. Illa, inquit, tibi ſit pul-
chra,illa amabilis,illa habẽda pro ſocia,quæ ſe neſcit
pulchrã,quæ negligit formæ bonũ,& procedẽs in pu
blicũ,nõ pect⁹ & colla denudat, nec reuocato pallio
ceruices aperit, ſed vno oculo (q̃ viæ eſt neceſſarius)
patenter graditur: aliter fornicatio in ea timetur. iux-
ta illud Eccleſiaſtes xxvj. Fornicatio mulieris in ex-
tollentia oculorũ,& in palpebris eius agnoſcẽt. Ab
omni irreuerẽtia oculorum eius caue,nec mireris ſi te
neglexerit. Vnde narrat Valer. lib. vj.tit. de ſeuerita-
te, ꝙ Sulpitius Gallus vxorẽ ſuã dimiſit,eo ꝙ ipſam
capite aperto foris verſatã cognouerat. Idẽ Hieron.
ad ſacras virgines de continentia virginali ſic dicit:
Impudiciſsimus mulierum affectus ſemper in lapidi-
bus, ſemper in gẽmis , ſemper in ornamẽtis extrinſe-
cis gloriã ponit, nec ſufficit eis libido innata naturæ,
ſed occaſionẽ quærunt explendæ libidinis: affectant
procul-



proculdubio , vt oculi virorũ aurum contemplantes
& gemmas , tandem figantur in faciem , vt furtiuis
oculorũ ſuorum nutibus facilius incitent ad libidino-
ſum incendium,iuxta illud Ouidij j.de remediis.

*Decipiunt cultu,auro gemmiſque teguntur*
*Omnia:pars minima eſt ipſa puella ſui.*

Quia, ſcilicet , puellæ interdũ plus ferunt in ornatu,
quã in proprio corpore toto.Ob quod dicit Fulgen-
tius ad Probam: Talis ſit veſtis mulieris,quæ teſtis ſit
intimæ caſtitatis,vt refert glo.in Clemen. attẽdentes.
de ſtatu monacho.& Tullius lib.j.de officiis.Non ni-
mis ornanda eſt domus, non nimis corporalis forma.
Sufficit eñ , ꝙ inhumanã fugiat negligentiã,in veſti-
33 bus autẽ mediocritas optima eſt. †Et hinc eſt, ꝙ poſ
ſunt iudices,imò epiſcopi ſub pœna excõmunicatio-
nis ꝓhibere mulieres portare veſtes inſolitas ſuper-
fluas , aut nimis ſumptuoſas, præſertim incitantes ad
libidinẽ & immanditiã,ſecundũ Bal. ſ. in prooemio,
xij.col.p l.j.C.de veſti.oloberis. lib.xj.& l. cũ ſupra.
de re milita.lib.xij.Imò illas lib.vij. Ethicorũ , repre-
hẽdit Philoſophus , qui veſtimenta nimia lõgitudine
notãda trahũt per terram & paludes. Tales profecto
veſtes & exquiſita ornamẽta mulieres incitãt pariter
& viros ad libidinẽ. Qua de cauſa Bragmanæ(vt Di-
dimus ait ad Alex.)nõ habẽt amictum pretioſum,nec
colore fucatum, ſed papyri tegmine mẽbra velantur,
nec in augẽda pulchritudine plus affectãt ipſi vel co-
rũ mulieres,quã nati ſunt , ſanè intelligentes neminẽ
poſſe naturæ opus corrigere.Vnde ornamentorũ cul
tũ magis deputant oneri,quã honori. Ex quo nõ ſunt
apud eos fornicatio,inceſtus,adulteriũ,nec aliq̃s cõ-
cubitus,niſi gignendæ prolis amore.hæc ille. Ideo ſu
per his exceſsib⁹ factæ hactenus fuerunt plures regiæ
cõſtitutiones,quæ malè obſeruãtur. Quibus tñ ordi-
nationibus & præceptis mulieres nõ nuptæ obedire
tenenẽ.Et etiã nuptæ,niſi maritus contrariũ eis præci
34 peret ex cauſa, vt ĩ.dicetur. †Sane tñ intelligatis mu-
lieres ſe ornare poſſe vt maritis placeãt , ſcilicet fuco
ſeu pictura faciei ceſſante , vt fecit Iudith caſtiſsima:
nõ ex libidinis, ſed generoſi animi virtute Holofer-
nẽ idololatrã vt vinceret. Illa ꝓfecto viduarũ pulcher
rima pulchritudini ornatũ addidit licitũ ſine fuco &
pictura,vt Deo placeret ludẽdo tyrannum, vt legitur
Iudith x. Induit,ſe,inquit, veſtimẽtis iucũditatis ſuę,
tulit ſandalia in pedibus,aſſumpſitque dextrariola &
lilia,inaures & anulos , & oĩbus ornamentis ſuis or-
nauit ſe.Et hoc eſt quod dicit Apoſt.ad Timoth.ij.in
fi.ibi , ſimiliter & mulieres in habitu & ornatu cum
verecũdia & ſobrietate ornãtes ſe, ſecũdum quod de
35 cet mulieres,&c. †Nã mulier quæ fucis vtitur ad fin-
gendũ pulchritudinẽ, quã nõ habet,grauiter peccat,
imò ligaretur ſtatuto hoc prohibente, nec deberet in
hoc obedire viro.xj.q.iij.nõ enim ſemper. & de cõſe
cra.diſt.v.c.fucare.Debet enim cuiq; ſufficere & pla-
cere naturalis color datus à Deo , cum vix alius citra
Dei iniuriã ſupponi poſsit.de cõſecra.diſt.iiij. oſten-
36 ditur. Quod † maximè faciunt vetulæ præſertim vi-
duæ remaritari cupiẽtes , aut meretricari : de quibus
dicit angelicus ille Bernardus in epiſtola de cura &
regimine domus. in c.de fœminis. Quod ſi fœmina
ſenex eſt meretrix , ſi lex permitteret viua ſepelienda
eſſet.de quibus Hierony. epiſtola xviij. ſic loquitur.
Ipſas eñ nec annorũ numerus,nec alia vetuſtas doce
re poteſt, ꝙ vetulæ ſint: & capillos cum perdiderint,
alienis verticẽ ornant ac præteritã iuuentutem in ru-
gis anilibus polluunt:neq; placẽt cui placere deſide-
rant, imò quod deterius eſt , ſuo diſplicent creatori,
dum ſuũ videt opus deletũ. Indignatur profectò arti-
fex, ſi opus ſuũ deleatur,cũ iniuria ei inferatur,ſecun
dũ Io.Andr.in rubr.ne cleri.vel monachi. Et Lucius
in c.ea quæ fient à iudice.de reg.iur.lib. vj. in mercu-
ria. Vnde Cyprian⁹ de diſciplina & habitu virginũ.
Opus Dei,inquit,eſt quod naſcitur : & diaboli quod
mutatur.quaſi dicat, ꝙ magnã iniuriã Deo inferunt:
Cùm id qđ ipſe formauit reformare præſumũt.xxvj.
37 q.v.c. epiſcopi.in fi. † Nam legitur Eccleſiaſtici iiij.
Nõ accipies faciẽ aduerſus faciẽ tuã , quoniã dñs ta-
lib⁹ minatꝰ ſic ſe colorãtibus, ꝙ in futuro denigrabun
tur.iuxta illud Eſa.xiij. Facies cõbuſtæ vultus earũ.
Et Naũ ij. Facies oĩum ſicut nigredo ollæ. ſimiliter
Iohelis ij.dicitur.Oẽs vultus redigentur in ollã,id eſt
in colorẽ ollę nigræ.Nõne Iezabel introitu Iehu re-
gis audito depinxit oculos ſuos ſtibiö , & ornauit ca-
put reſpiciens ꝑ feneſtrã? Sed ilico iuſſa fuit per regẽ
præcipitari deorſum,aſperſúſq; eſt ſanguine eius pa-
ries,& equorũ vngulæ conculcauerunt eã, fuerúntq;
carnes Iezabel ſicut ſtercus ſuꝑ faciẽ terræ , vt habe-
tur iiij.Reg.ix. c. & de vtroq; tã fuco quã ornamẽtis
concludit Eſaiæ iij. pro eo ꝙ eleuatæ ſunt filiæ Sion,
& ambulauerunt extenſo collo,& nutibus oculorum
ibãt,& plaudebãt, & pedibus ſuis cõpoſito gradu in-
cedebant : decaluabit dñs verticẽ filiarũ Sion,& dñs
crinẽ earũ nudabit. In die illa auferet dñs ornamen-
tũ calceamentorũ,& lunulas,& torques, & monilia,
& armillas,& mitras, & diſcriminalia , & periſcheli-
des,& murenulas,& olfactoriola,& inaures, & annu
los,ac gẽmas in frõte pẽdentes, & mutatoria, & pal-
liola.& erit pro ſuaui odore fœtor,& pro zona funi-
culus,& criſpanti crine caluiciũ, pro faſcia pectorali
ciliciũ.hæc ibi.Cui concordat Ouidius iij.Triſtium.

*Iſta decens facies longis vitiabitur annis,*
*Rugáque in antiqua fronte ſenilis erit.*
*Cúmque aliquis dicet , fuit hæc formoſa,dolebis,*
*Et ſpeculum mendax eſſe querêre tuum.*
*Non hic ſemper eris,quia*
*Non violæ ſemper nec lilia candida florent.*
*Perdunt & gramina flores,*
*Perdit ſpina roſas,nec ſemper lilia candent,*&c.

Et Seneca, Res, inquit , eſt forma fugax, nec ſpecies
ſua cuique manet.dicit Ouid. xv.Metamorpho.ideo
Vergilius ait in Bucolicis.

*O formoſe puer nimium ne crede colori,*
*Alba liguſtra cadunt,vaccinia nigra leguntur.*

& Ouidius in libro de medicamine faciei.

*Formam populabitur ætas,*
*Et placidus rugis vultus aratus erit.*

& idem in ij.de arte amandi dicit.

*Forma bonum fragile eſt,quantúmq; accedit ad annos*
*Fit minor,& ſpatio carpitur ipſa ſuo.*

Quæ oĩa inuehũtur contra fœminas in talibus mul-
tũ excedẽtes,& nõ ſine cauſa,licet iniuſta,quia habet
38 mulier duo.†Nã cupit primò laudari, qñ cum ſit ani
mal imperfectũ reſpectu viri,& ferè in omnib⁹ defe-
ctuoſum,volẽs ſuã imperfectionẽ viros latere , cùm
appetẽtes laudẽ ſint cõiter modici valoris,ſpecialiter
cupit laudari ab eis. Quia ſecundum Grego.lib.xviij.
Moraliũ.c.xxvij.circa mediũ. Tantò quiſque ampli⁹
intus ſtultus fit,quãto conatꝰ exterius ſapiens videri,
ſicut mulier laudari cupit, vt ſciat aut ſaltẽ ei videatur
ꝙ ab oĩbus pulchra , bona, vtilis, ſapiẽs, ac in omni-
bus ꝑfecta & ſufficiẽs reputetur. & hoc ipſa credit,
cũ laudatꝰ à viris. quia laus eſt ſermo elucidans virtu-
tẽ,ſecundũ Philoſophũ in rhetoricis. Ex quo ſemper
& vt plurimũ cõtingit , ꝙ falſis virorũ adulationibus
mulieres

mulieres de:ipiunt. Sicut de coruo fabuloſè legitur,
ꝙ roſtro caſeū portans deceptus fuit vulpis blanditia
in falſa crudelitate albedinis: ita ēt mulier falſis cre-
dēs adulatorū deceptionibus, credēs ſe ſapientē verè
eſt coruus:ipſi autē adulatores ſunt vulpes,ſua blādi-
tia glorioſas decipiēdo mulieres, iuxta illud Teren-
tij quod ipſe reaſſumpſit Apoſt.j.ad Corin.xv. Cor-
rumpunt bonos mores colloquia praua, & Menan-
der comicus:Corrumpunt,inquit,bonos mores con-
fabulationes peſsimæ: ſine quibus vix aut nunquàm
committitur adulterium.l. & ſi amicis.in fine. ff. de
adulte.& hoc intendit Ouid.lib.j.ſine titul.

*Impia ſub duci melle venena latent.*

& in Bucolicis dicit Poëta:

*Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga,*
*Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.*

Et poſt lapſum cū decipiant,aliud nō habēt reſpon-
ſum, niſi ꝙ à demone deceptæ fuerunt aut homine.
Quod habuerunt ab Eua,quæ poſt peccatū cū à Deo
increparetur,dixit Gen.iij. Serpēs decepit me, & co-
medi.Et Adā:Socia,inquit, quam mihi dediſti,hoc fe
cit, id eſt me decepit. Nō igitur vult mulier increpa-
ri,ſed oīo & ſup oīa laudari dę pulchritudine. Non
ſic de Noēmi pulcherrima legit̄ Ruth.j.c. in fi. Quæ
cū à matronis publicè ſic laudaret̄: hæc eſt illa Noe-
mi:clamauit:Ne vocetis me Noemi,id eſt pulchram,
ſed vocate me Mara, id eſt amarā.Secundò habet mu
lier, ꝙ ſemper affectat extrinſecè ornari ad ſuā ſemp
tegendū imperfectionē,& interdū quod eſt deterius,
ad virorū inçendendū libidinē,ſecundū Hierony.vbi
s̄.Vnde Vale.libr.ix.tit.de luxuria & libidine: Quid
de fœminis,inquit,amplius loquar: quas & imbecil-
litas mētis, & grauiū operū negata affectatio omne
ſtudiū ad curioſiorē ſui cultū hortatur conferre? &c.
Eſt uerò muliebris luxuriæ ſeu cupiditatis aliqualis
excuſatio.Nā cū ſint fere natura molles & ocioſę nul
lius grauioris rei ſtudio intentæ,nō eſt mirū ſi cogita
tiones ſuas in parando exquiſitiores cultus fixerint
atq; locauerint: cū negotioſi hoīes & excellētes gra-
uioribus ſtudiis occupati, in luxū fuerint aliqn̄ libi-
dinēq; prolapſi.de quibus ibi conſequenter loquitur
Valer. Ex quo videmus,ꝙ vix aut nunquam ſpeculo
incōſulto prodire volunt in publicū: imò cōtinuè ſu-
per ſpeculo quieſcunt. Non ſic Semiramis Aſſyriorū
regina fecit:cū ei circa cultū capitis occupatæ nūtia-
tū eſſet Babylona defeciſſe, altera iam parte crinium
adhuc ſoluta protinus ad eam expugnandam cucurrit
nec prius decorē capillorū in ordinē, quā tantā vrbē
in poteſtatē ſuā redegit.Quocirca ſtatua eius Babylo
ne poſita eſt illo habitu quo ad vltionē exigendā ce-
leritate præcipiti tetendit.hæc Valer.eod. lib. titu.de
ira & odio,in fi.Nō ergo fuerūt inclytæ mulieres ſpe
culo & ornamētis intētæ, ſicut ſunt modernæ ſuper
ſpeculo quieſcētes, in quo ſe mirari,in illo vultū cri-
nes togámq; cōponere cōſueuerūt,nō cogitantes, ꝙ
nō eſt in ſpeculo res,quæ ſpeculatur in illo, ſecundū
Alanū de parabolis. Nō tn̄ ita crudè intelligatis ſpe-
culum eſſe prohibitū: imò à ſapientibus aliqn̄ perſua-
ſum, vt qs pro oībus in republica prudēter agēdis diſ
cretè cōponat ante oīa vultū ſuū, q liber eſt & litera
mentis. Ad hoc autē vtile eſt aduocato & oratori ſe-
ipſum in ſpeculo perſæpe reſpicere, & iuxta rerū ex-
plicādarū qualitates aut ſuauē,aut ſęuū,aut mitē, aut
aſperū,reuerēdū,aut rigidū, docēs ſe,à ſpeculo exhi-
beat vultū ſuū. Hoc em̄ feciſſe legitur Demoſthenes
Græçorū rex Oratorū, vt refert Apulei⁹ j. de magia.
in hæc verba: Demoſthenē primariū dicendi artificē
quis eſt q nō ſciat? Sēper ante ſpeculū quaſi ante ma-
giſtrū cauſas meditatū, vt ille ſummus orator, cùm à
Platone Philoſopho facundiam audiſſet, ab Aulide
dialecticorū argumētationes didiciſſet, nouiſsimum
pronūtiādi argumentū à ſpeculo petiuit. hæc ille, vt
refert Lucas de Penna ſup tit. C.de legatio.libr. x.Or
dicunt fœminæ, ad hunc finem ſe ſuper ſpeculo ſæpe
quieſcere, vt cultiores in eccleſias ad Dei laudē & ho
norē,q in creaturis relucet,progrediātur. Sed ille qui
ſcrutator eſt cordiū ſcit ſi ad hunc finē, aut ſi ſolus in
Eccleſia eſſet Crucifixus,vel ſoli Apoſtoli diſcurrerēt
carrerias tādiu in ſpeculo inſiſtētes fœminę,ſic ſe or-
39 narent: ſed ad ſui ſolā gloriā ſummè inanē.†Et inde
cōtingit (vt dictim videtis)domos nobiliū Burgēſiū,
mercatorū,& cæterorū indifferenter pſterni, eorūq;
ſubſtātias dilabi, & eos in vilē & miſerandā pauper-
tatē deduci,captiuari, excommunicari:& tandē vltra
pœnas diuinas extra eccleſiā ſepeliri. Quod aliunde
non procedit,quā ex temerario & arrogāti veſtiū ex-
ceſſu,& ornamētorū pſertim in mulicribus.O vtinā
diuum illum vidiſſent Bernardū in epiſtola de cura
& regimine domus.De veſtib⁹,inquit,ſcias, ꝙ veſtis
ſumptuoſa eſt probatio pauci ſenſus. Veſtis nimis ap
parēs cito viri odiū parit.Stude bonitate placere,non
veſte.Mulieris petitio veſtes habētis,& veſtes quęrē-
tis nō indicat firmitatē,ſed domus turbationē, vt ve-
rificetur quod de muliere ait Heſiodus. Talis in hu-
manis prius de Ione fœmina rebus Eſt data, flagitiis
hominē quę lædat iniquis.Similiter lacteus eloquen-
tiæ riuus Titus Liuius in j.Deca. prædixerat, Quod
initiū turbandi oīa à fœmina ortū eſt. Sunt profectò
mulieres hodie luxu & veſtiū cultu ſupra mulierum
modeſtiā gloriabūdæ: q faſtus nō niſi grādi ſumptu
ducitur, quē vt plurimū rapina nutrit.& inde dicitur
ꝙ exceſſus expenſarum abyſſum denotat rapinarum,
De qua rapina maritorū vxores ſciēter de ipſa viuen
tes,ſe ornātes,ad reſtitutionē tenent̄ in foro cōſcien-
tiæ, ſicut mariti: vt clarè habetur in ſumma Antonij
Florētini parte ij.tit.xij.§.xviij. Ideo dixi vobis ſup
verb.*in eod.teſtam.relinquēs* j.in xxij. limita.valere ſta-
tutum,ꝙ vxor teneatur pro ſuo marito, ſi cedat foro
& banchū ruptū faciat, vt plures facere coguntur p-
pter vxorum gloriā: quæ ſine domus depauperatione
aut ruina & pda cōtinuari non pōt,vt clarè cognouit
Antonin⁹ ille pius Imperator,q nulli volēs eſſe mole
ſt⁹,magis elegit vaſa aurea, & ornamēta vxoris ven-
dere,quā ſenatum vel puincias prægrauare,vt Faſci-
culus tradit temporum de illo Imperatore loquēs.Sic
Numa Pōpilius ſecundus Roma.rex (vt Plutarchus
ait) à domo delicias ſimul ac magnificos apparat⁹ ex
pulit.Vū in epiſtola j.ad Cęſarē ſenem de republica.
In principio ſui naſcentis imperij,neſcit à quo miſſa
ſit,ei cōſulit̄,vt lōgè regnare poſſet.Prouideas opor-
tet, vti plebs ſua habeat negotia, quibus à malo pu-
blico detineatur.Iuuētus probitati & induſtriæ, non
ſumptibus neq; diuitiis,aut ornatibus ſtudeat. Id ita
eueniet,ſi pecuniæ (quæ maxima oīum pernicies eſt)
vſum atq; dedecus dēpſerit:neq; aliter qſquā extolle
re ſeſe,& diuina mortalis attingere pōt, niſi omiſsis
pecuniæ & corporis gaudiis, animo indulgēs,vt rei-
publicę votū dedicās,vt aliàs Romanæ mulieres,pa-
riter & Occitanæ:vt vidiſtis ſuper verb. *Et vxorē no-*
40 *mine Adela.* in fi. † Ex quibus reſtat talia ornamenta
fore tēperanda,& mulierū fucationes eſſe prohibitas.
Bene verū eſt, ꝙ ſi faciei fucatio vel ornamentorum
adiectio,nō ſolū fieret ad pulchritudinē fingēdā, ſed
ad turpitudinē tollendā, aut cooperiendā, quā fortè
haberet



haberet mulier de per accidēs ex aliqua cauſa extrin
ſeca,puta ex infirmitate,vel alio caſu: tūc licitū eſſet
faciē fucare,vel aliud membrū:quia dicit Apoſt.j. ad
Corin.xij. Quæ putam⁹ ignobiliora eſſe membra,his
honorē abundatiorē circūdamus. Vnguento enim
nardino fœminę vngi poſſunt,ex quo fiūt elegantio-
res ac mūdiores in cōſpectu maritorū.l.in argento.§.
vnguentis.ff.de auro & ar.lega. Quo oleo vncti fue-
runt pedes Chriſti, ſecundum gl.ibi.quo etiā vſa eſt
Eſter.c.ij. Et in his ornatib⁹ licitis mulier magis obe-
dire debet marito ſuo, quā ſtatuto.xxxiij.q. v. quod
Deo pari.& c.manifeſtum.& c.hæc imago.ſecūdum
Ioā.de Plat. in l. Vellera.C.de veſtibus olobe.lib.xj.
41 † Ideo dicit tex.no.& ſingularis in c.quæcunq;. xxx.
diſt. ꝙ mulier ſibi comā præſcindens inuito marito,
licet hoc faciat cauſa deuotiōis, anathematizatur: cū
coma illā reddat pulchriorē, & magis placidā viro.
Cuius etiam aliàs intereſt,ꝙ vxor crines portet lōgos
quia ſunt ſignū ſubiectiōis:& qbus ne vagando adul
teretur,ligari poſſet p maritū,ſecundū not. in c. plā-
cuit.xxxiij. q.ij.vbi bonus tex.Ob quam cauſam mu-
lieres lōgos portant crines,ſecundū Guliel.de Mōte-
laudu.in cle.cū ex eo.vbi etiā Zabarel. de ſent. excō.
Videatis Io.Fab.in §.fin.inſtit. de his qui ſunt ſui vel
42 alie.iur. †Semper em̄ mulier cogitare debet ſuo pla-
cere marito,vt dicit Apoſt.j.ad Cor.vij. Sicut vir co-
gitat placere vxori. c.diuerſis fallaciis.de clericis cō-
43 iugatis. †Vnde nō poſſet epiſcopus ſtatuto prohibe-
re mulieribus in publicum ire pectore diſcooperto,
vbera mōſtrādo:poſtquā ſic per vxores fieri,incautis
fortè maritis placet, niſi eo modo intrarēt eccleſiam
clericos epiſcopo ſubditos alliciendo,& à Dei ſerui-
tio & eccleſiæ diuertendo.de quo plenè per Io.And.
in d.c.ea quæ fiunt in mercuriali.& Petr.de Anch. in
repeti.c.j.de cōſtitu.Heu me quid dicendū de mulie-
rib⁹ tēporis huius, quæ ferè nudatæ à parte antè vſq;
ad femur, & de retrò ferè vſq; ad renes per ciuitatē
currūt iuuenes incitando ad amorē,luxuriā,& peſsi-
ma deſideria, quæ tales infatuatæ gignunt? cæcis ma-
ritis poſtpoſitis theatra ſectant̄: in cuius tanti abuſus
ſignū Poetæ hoc clarè reprehendere timētes propter
magnates,figurā Veneris pingebāt mulierem nudam
iocundi & placidi aſpectus, crines habentē pēdētes
ſupra ſpatulas, coronā myrti geſtātē in capite cū ru-
beis miſtā roſis,ridentem, & roſam ſimilis coloris in
ore tenentē: habentē in corde faculā paruam arden-
tem, & vnā ſagittā tria capita acuta in manu ſiniſtra
tenētē,mundū tripertitū in cœlū terrā, & mare peu-
tientem: & in dextera tria poma:currum in quo ſede-
bat trahebāt colūbi,& cygni albi, Cupidinem filium
genuit, qui De⁹ amoris,luxuriæ,peſsimorúmq deſi-
deriorum eſt. De qua Venere aliqua dixi ſupēr ver-
bo,*Duas habēs filias.*Loquēdo de bonis, & malis mu-
44 lierum cōditionibus. †Vnde non immeritò tales in-
fatuatas tanquam venenū portantes poteſt epiſcopus
phibere eccleſiā intrare.Sed nō plateas frequētare, ſi
eo modo fieri placeat maritis cæcis & orbatis,nō co-
gitantibus Venerē planetā eſſe lucidiorē aliis poſt ſo
lē & lunā:quæ ſecundū aſtrologos quotidie oſtendi-
tur de mane ante ſolē, quo tempore appellat̄ lucifer:
& de ſero in occaſu ſolis, & tunc vocat̄ heſperus,aut
veſperus. Sic faciūt mulieres prædictæ, quia de ſero
oſtenduntur maritis ſuis, & à ſolis ortu ſic nudatæ &
ornatæ tota die cūctis exhibētur populis, poſtquàm
ſic placet maritis:quia vt dictū eſt,mulier ſemper co-
gitare tenet̄ qualiter placeat marito, & ſe conforma-
45 re moribus & conditioni illius. † Adeò ꝙ ieiunare
inuito marito nō tenet̄:minúſq; ſe obligare ſine con-
ſēſu mariti ſub aliquo rigoroſo ſigillo ad ſoluēdum
aliquid per arreſtationē pſonæ: ne fruſtretur maritus
ea, quam habet in ipſam,ſeruitute.Et ita dicit ſeruari
Manſuerus in titulo de executione & ſubſtan. §. j. i-
mò iudex q talē rigorē exequeretur,etiam pro debito
fiſcali,pœnā capitalem incurreret.l.j.cū Auth.ibi po-
ſita.C.de officio diuerſorū iudicio. Nec vouere poſ-
ſet ſine licentia mariti,dormire cū camiſia,aut ſingu-
lis noctibus ire ad matutinas,ſecundū glo.in d.c.ma-
nifeſtum xxxij. q. v. pro qua facit text. numeri xxx. c.
Imò iure ciuili mulierē marito ignorāte ſine iuſta &
probabili cauſa foris pnoctantē licebat repudiare. l.
cōſenſu.§.vir quoq;.C.de repud.Heu me,vbi ſenſum
habent brutales mariti, qui ſicut equus & mulus qui-
bus nō eſt intellect⁹,dormiētes in lecto,vxores iuue
nes ire permittūt ad matutinas, & Sanctorū vigilias
ferè ſingulis noctibus,non conſiderantes pericula ex
præteritis patentia? Solebant enim ſacerdotes idolo-
rum abuti volentes aliqua puella,fingere ꝙ Deus qui
colebatur in templo,illa vti volebat: & parentes cre-
dētes ſacrificiū Deo facere,mittebant eā de nocte ad
fanū,vbi ſacerdotes ea abutebātur in tenebris: & cre-
debant ſe à diis cognitā,ſecundum Lyrā, Leuiti.xix.
circa finē.Et filij Heli ſummi ſacerdotis nonne dor-
miebant cū mulieribus, quæ purificaturæ poſt partū
obſeruabāt ad oſtiū tabernaculi? j.Reg. ij. c. imò nar-
rat Ioſephus lib.xx.antiquit. Factū ſimile tēpore Ti-
berij Cæſaris contigiſſe, ſcilicet Paulinam pulcherri-
mam fœminā per ſacerdotes deæ Iſidis deceptā, qui
in Fano Iſidis quendā iuuenē eius amore accenſum
loco Mercurij numinis de nocte ad ſuum concubitū
propter pecuniā eis datā admiſerunt:propter quod i-
dem imperator fanū dirui fecit,& ſacerdotes crucifi-
gi.Pariter refert Lyra ſuper verbo,Ediculas.iiij. Re-
gū.xxxiij.c. ꝙ ſub colore honoris idoli ſe proſtitue-
bant mulieres, & in tali luxuria credebant ſacerdoti-
bus.Ob ꝙ Ioſias rex ibi ædiculas deſtruxit effœmi-
natorū,quæ erāt in domo dn̄i. Dicit etiā Iac. Bergo,
in ſuo chronicorū ſupplemēto, li.xiij. tēpore Ioānis
Papæ xxij. huius vrbis oriundi,quoſdam fuiſſe fratri-
cellos,de opinione vulgariter nuncupatos,qui præter
ſtupra & adulteria quæ paſsim vnuſquiſque abditis in
locis ad hoc occultè paratis cōmittebantur,aliud pu-
blicis eorū cæremoniis ſcelus faciebant, vt vocatę,&
de induſtria ſeductæ ſpecioſiores quæque viduæ, aut
virgines cū in antris eorū noctu venirent, ſacerdotes
& ſectæ illius clerici diuinas qdē laudes ad cōparan-
dam fidē ex Chriſtiano ritu cantabant: quibus nocte
media finitis,& luminibus ilico extinctis, quiſq; viro
rū proximā mulierē ſibi proſternebat. eas alta voce
admonētes,binos debere maſculū & fœminā ſancto
ſpiritu inuocato in complexū carnalémque copulam
cōmiſceri &c. Plus refert practic⁹ doctor ille Roffr.
Beneuentanus in ij. parte ſui operis:in tract.de libel.
iu.caño.tit.de deçi.& primi. De quodā ſacerdote, ad
cuius confeſsionē quædā dn̄a acceſsit;quā interroga-
uit.ſi de coitu cum marito habito decimā ſoluerat: q
cū nunquā reſpōdiſſet, ſacerdos oēs præteriti tēporis
debitas decimas p ſeptē vicibus remiſit: & ita ſacer-
dos ſepties in die cognouit dn̄am, pcipiens vt quod-
libet decimum actum ei pro decima reſeruaret. Vnde
domina ſeptem vicibus à marito cognita; cùm venit
ad octauā,dare eam marito recuſauit, dicēs, hiſtoria
recitata eam ſacerdoti deberi. Maritus ſagax turpitu-
dinem celans vxori,ſacerdotem ſagaciter eccleſia pri
uauit. hæc ille. Or domini,non fuit malum quod re-
noi ā i

nouari non poſsit. in ætate præſertim noſtri tẽporis,
qua nedum corpora, ſed etiam merita defecerunt, vt
dicit text.in c.fraternitatis.xxxiiij.diſtinct. Ob quæ
euitãda adulteria & ſcãdala conſilium eccleſiæ vigi-
lias ſanctorũ mutauit in ieiunia, quæ adhuc vigiliæ
vocãtur ſolo retento nomine, & loco vigilandi tota
nocte ieiunamus veſperas ſanctorũ, vt habetur ex le-
genda beati Laurẽtij, in fine. Hæc iam de ornatu mu-
lierũ ſufficiant. Quæ omnia notabitis ad mulieres in
his (vt pulchriores videãtur plurimũ delyrantes) ali-
qualiter excuſandas, quæ aliàs honeſtè viuũt in ma-
trimonio: in quo ſi cõiuges mutuo fideliter verſant̃,
46 longè nõ diſtant à caſtitate. †Quæ ſecundũ Bal.ſu-
prà in procemio, & in l.fi.C.de ſacroſan.eccle.eſt tri-
plex, (De triplici caſtitate vide Lyrã ſup Matthæũ,
c.xiij.) ſcilicet, virginalis quæ propriè virginitas ap-
pellatur: de cuius laude & priuilegio pulchra dicunt
gl.Panor. & cæteri.in c.cauſam matrimonij. de pro-
ba.& Lud.conſi.ccccc.incip.Vos eſtis lux mundi.vbi
eſt oratio per eum facta in generali cõcilio Baſilien.
Quæ qdẽ virginitas (ſi ſemel amiſſa fuerit) amplius
reparari nõ poteſt, etiã à Deo, ſecundũ Aug. vt dicit
gl.in l.j.C.de rap.virg.cui cõcordat Ouid.lib. epiſto-
larũ: Nulla, inquit, reparabilis arte læſa pudicitia eſt.
Eſt enim hæc caſtitas virginalis nobilior cæteris. in
ſignũ cuius laureolã virgines portãt.xxxij.q.v.ſi Pau-
lus.imò pro virginitate ſua cõſeruãda, Daphnes Pe-
nei filia tota in laurũ cõuerſa fingitur.lib.j.Metam. vt
ex ea laurea corona triumphantes imperatores Ioui
ꝓ victoria in capitolio ſacrificaturi in poſterũ orna-
rent̃. Cui Deus, At quoniã cõiunx mea nõ potes eſ-
ſe, Arbor eris certè dixit mea: ſemper habebũt Te co-
matæ cytharæ, te noſtræ laure pharetræ: Tu ducibus
lætis aderis, cũ læta triumphũ Vox canet, & longas
viſent capitolia põpas: Tu quoq; perpetuos ſemper
gere frõdis honores, &c. De hac virginitate barbatus
ille loquitur Hiero.in quodã ſermone de aſſumptio-
ne beatæ Virginis, ſic dicẽs, Profecto in carne præter
carnẽ viuere, non terrena vita eſt, ſed cœleſtis. Vnde
in terris angelicã gloriã acqrere maioris eſt meriti, q̃
habere. Eſſe enim angelũ felicitatis eſt, eſſe virginem
virtutis eſt: dũ hoc obtinere virib⁹ nititur cum gratia,
quod habet angelus à natura. hæc ille. De hac caſtita-
te virginali dicã plenius in verb. *Qui cũ alia matrimo-*
47 *niũ contrahens*. in fi. †Secunda caſtitas eſt cõtinentia-
lis, q̃ qropriè nominatur viduitas: quæ ſi longo tem-
pore continuet̃, procul nõ diſtat à virginitate, vt in-
Authẽ.de nõ eligen.ſecũdo nubẽ.§. optimũ itaq; eſt.
collat. j. de qua tradit nobis pulchra Nicol. de Lyra
Matth.xiij. ibi, Et dabãt fructum. Et adeò nõ diſtat à
virginitate, ꝙ ſi priuilegiũ detur alicui & ſuis deſcen-
dẽtib⁹ tã maſculis q̃ fœminis, ſicut filiæ virgines tali
gaudent priuilegio, ſic pariter eo gaudebunt filiæ vi-
duæ. Secus ſi eſſent maritatę: qa p cõiugiũ mutant ſta
tũ, & forũ viri ſortiunt̃. l.mulieres. ff. ad municip. ſe-
cundũ Bar. ſingulariter in l.quoties.per illũ text. quẽ
ibi ſequuntur Ang.& Io.de Pla.C. de priuile. ſchola.
lib.xij.& Iaſ.in l.j.in fin.ff.de cõſti.prin.& in l. cũ q̃-
dã puella.poſt Lud.ff.de iur.om.iudi. licet Alexã.ibi
48 cõtra. †Et dicit̃ vidua, quæ maritũ habuit: tñ deceſ-
ſit.c.vidua.xxxiiij.di. vel quæ maritũ habet, ſed inu-
tilẽ ſecundũ gl.in l.fi.C.ad leg. Fauiã de plagia.ita ꝙ
ſecundũ Bal.ibi, priuilegia viduis cõceſſa locũ habẽt
in maritatis inutiliter. Facit tex. in c. inter corpora-
lia.§. ſed neq;.de trãſla.vbi eccleſia dicit̃ viduata, qñ
prælatũ habet inutilẽ: & mulier aut vir dicitur carere
inſtrumento generationis naturalis, quoties tale in-
ſtrumẽtũ eſt inutile, ſecundũ gl.in verbo, Deerat p il-
lum tex.in c.fraternitatis.de frigi.& male. Tamẽ ma-
gis cõiter dicitur vidua, iuxta cõem vſum loquendi,
cuius vir deceſsit. Vidua eñ dicitur quaſi viro idua,
id eſt, diuiſa, vel ſeparata: ab iduo iduas, quod idẽ eſt,
quod ſeparare: vel dicitur ab idus, quod eſt ſeparatio
ſecundũ gl.in d.c.vidua. Aliàs autẽ propriè dicit̃ vi-
dua, quæ maritũ nunquã habuit. Et dicit̃ tunc vidua,
quaſi ſine duitate. Sicut dicitur vecors ſine corde. l.
malũ.§.viduã.ff.de ver.ſig.ſecundũ Pan. in iij.not.in
c.ne pro defectu.de elec. de qua caſtitate ſeu viduita-
te plenè videbitis ſuper verb. *Qui cum alia matrimo-*
49 *niũ contrahens*. † Tertia caſtitas eſt quæ propriè ap-
pellat̃ pudicitia: quæ eſt in legitimè cõiugatis.c.Nice
na. xxxj.di.facit l.mulier.§.cũ proponeret̃. ff.ad Tre.
Qui pudicè ſeruata lege matrimonij ac ſemota me-
retricali inſolẽtia viuere debent: nec q̃rere viri in ſuis
vxorib⁹, nec econtrà, meretricales in tactu aut verbis
blãditias: ſed magis vti vxoribus ſuis in honeſtate &
caſtitate maritali: exẽplo Prophetæ & patriarchæ Ia
cob, q Lyã ſecũ iacentẽ, nõ illã eſſe cognouit, putans
tenere Rachelẽ, Geñ.xxix.ſecundũ Lyram ibi. Cogi
tẽt talẽ in coitu honeſtatẽ humanitati præſertim de-
beri, quæ etiã in beluis ſeruat̃. qa legitur lib. xviij. de
proprieta.rerũ, ꝙ vrſa tẽpore luxuriæ ſe abſcõdit, &
videri amoris tẽpore erubeſcit. Filiorũ quippe pro-
creationi operã dare, nõ turpiloquio nec canino mo-
re p vſum promiſcuũ fœminarũ: ſed ordine honeſto
cõiugali nũc eſt in homine probãdus affectus. xxvij.
qõ.j.c.nuptiarũ bonũ. De qua caſtitate Aurel. loquit̃
Augu.lib.ij. contra aduerſariũ legũ & Prophetarum.
Deus, inquit, maſculũ & fœminã propagãdi generis
cũ nuptiali caſtitate cõiunxit, &c. Ad quod facit do-
ctrina Bedæ ſic dicẽtis: Bona eſt caſtitas coniugalis.
Melior cõtinẽtia vidualis. Et optima perfectio virgi-
50 nalis. †Quæ tria Xp̃s patẽter approbauit. Primò, ſta-
tũ virginalẽ, in eo ꝙ de virgine naſci voluit. Statũ vi-
dualẽ, in eo ꝙ ab Anna vidua benedici dignatus eſt.
Luc.ij. Et ſtatũ coniugalẽ, in eo ꝙ in Chana Galilææ
nuptiis interfuit: quarũ honore aquã in vinũ cõuertẽ-
do primũ miraculũ inter cætera inchoauit, Ioã.ij. Si-
militer vt ab omni gradu mulieris opprobriũ tolle-
ret. ſ. à cõiugatis virginibus & viduis, matrẽ eius glo-
rioſam in hoc triplici ſtatu eſſe voluit. ſ. virginẽ, cõiu-
gatã, & viduã poſt eius mortẽ. Neſcit̃ tñ ſi tẽpore paſ
ſionis Xp̃i Ioſeph mortuus eſſet, & Virgo vidua, vel
an deceſſerit poſt paſsionẽ. Videatis text. q innuere
videt̃ eũ viuere tẽpore paſsionis Chriſti. in c.quod au
tẽ.§.itẽ ſi cõiuges.xxvij.q.ij.quod nõ eſt veroſimile,
nec tex.ibi hoc dicit. Nõ enim cõmiſiſſet Xp̃s in paſ-
ſione matrẽ ſuã Ioãni, ſi maritũ, cui cõmiſſa erat, ha-
buiſſet ſuperſtitẽ. Ex qbus neceſſariò ſequit̃, & cõclu
ſit ſacroſanctũ generale cõciliũ, nõ ſolũ virgines con
tinẽtes & viduas, ſed etiã cõiugatas per rectã fidẽ &
bonã opationẽ Deo placẽtes ad æternã beatitudinẽ
peruenire. c.j.de ſum.tri.& fide Catho. Ex quo fuerũt
Taciani & Marciani hæretici dãnati, falsò aſſerentes
in ſtatu cõiugali exiſtẽtes ſaluari non poſſe. Cũ enim
Deus fuerit author & inſtitutor cõiugij, vt patet Ge-
ne.ij. Dicere coniugiũ eſſe peccatũ, eſſet aſſerere Deũ
authorẽ peccati. quod eſſet magna blaſphemia. Quia
videmus oẽs ferè patres veteris teſtamẽti coniugatos
fuiſſe, nõ ſolũ Adã patrẽ noſtrũ, ſed Enoch tranſlatũ
in paradiſum terreſtrẽ: Noe q præſeruatus fuit in di-
luuio: & illi tres patriarchę glorioſi, Abrahã, Iſaac, &
Iacob: prudẽtiſsimus & ſanctiſsim⁹ Ioſeph, Moyſes
etiã ille legiſlator, q Deũ per eſſentiã videre meruit
in hac



in hac vita, Cantor ſpũs ſancti Dauid, propheta Eze-
chias, qui ſolem redire fecit in cœlo decẽ lineis, opti-
mus ille Ioſias, deniq; & ipſa dñi mater Maria deſpõ-
ſata fuit Ioſeph, de ſemine Dauid, Matth.1. Hanc ſi-
quidem caſtitatẽ ſeu pudicitiam coniugalẽ, in quanta
fuerit hacten⁹ venerata, & obſeruata fidelitate, amo-
re, ſeu ſociali amicitia, & concordi patiẽtia, & fortius
nũc inter catholicos obſeruari debeat, & honorari:
docẽt nedũ authoritas diuinæq; rationes, verũ etiam
antiquorũ exẽpla: necnõ beluarũ inſtinctus natura-
lẽs. Primò certè de huiuſmodi coniugũ fidelitate ſeu
fideli pudicitia, ait Hugo in tract.de ſacram.lib. j. par
te v.cvij. Quòd q libet ipſorum tenere debet fidẽ alte
ri firmiter. Et conſiderare vir, ꝙ poteſtatẽ non habet
ſui corporis, ſed mulier: & ecõtrà, vt inqt Apoſt. j. ad
Corin.vij.& ad Theſſal.iiij. Hæc eſt volũtas Dei, vt
abſtineatis à fornicatiõe: & ſciat vnuſquiſque ſuũ vas
poſsidere in ſanctificatione, & honore, nõ in paſsiõe
deſiderij. vnde Ambr.in ſuo examerõ. Nolite, inqt,
viri alienũ quærere torum, nolite alienæ inſidiari co-
pulæ: qm̃ graue peccatũ eſt adulterium, imò grauius
oĩbus.xxxij.q.vij.c.quid in oĩbus.& Prouerb. vij. di-
citur: Non grandis eſt culpa, cùm quis furatus fuerit:
qui autẽ adulter eſt ꝑpter cordis inopiã, perdet ani-
51 mã ſuã: † imò maximè gaudet diabolus poſt idolola-
triam de peccato luxuriæ, ſecundũ Auguſt. ſuper Le-
uitico: quia vt dicit Philoſ.vij.Ethic. Incontinens cõ-
cupiſcentiæ turpior eſt, q̃ incontinens iræ. de quo per
Tho.in j.parte ij.q.lxxiij.art.v. Duo eñ adulterando,
vel aliâs luxurioſè viuendo ſimul dãnantur, præſer-
tim hac vltima ætate, qua propter vnionẽ diuini ver-
bi cũ humana natura talia peccata carnalia ſunt plus
q̃ olim grauia. c.in eo fornicator.xxxij.q.iiij. vbi Hie
52 rony. pulchrè loquitur. † In ſignum cuius nocte qua
natus fuit Chriſtus de virgine verus Deus & homo,
oẽs totius orbis Sodomitæ ſubitò in glorioſæ natiui-
tatis puncto interierunt, diuo teſte Hieron. ſup illud
Lux orta eſt eis. Eſaiæ.ix.c. De quo Aurelius ſic dicit
Auguſt. Deo adueniente in carne, oẽs hoſtes naturæ
reproba morte ac ſubita periere, &c. qua nocte dicũt
quidã Virgiliũ qui vitio tali infectus erat, mortuum
eſſe: quos Dei filius eradicari fecit, ne in natura quam
aſſumpſerat, tanta immunditia inueniretur. Propter
quod abominabile ſcelus Deus mittit fames, peſtilen
tias, terremotus, in authen. vt nõ luxu. cõtra naturam.
colla.vij.& glo.in c.flagitia.xxxij.q.vij. Quod pecca-
tum propter ſui turpitudinem appellatur nephanda li
bido, in §. item lex Iulia. inſtit.de publi.iudic. Et fœ-
diſsima nequitia. C.de adulte. l.fœdiſsimam. Et tam
horrendũ eſt vitium contra naturã, ꝙ vt ait Auguſt.
Deus videns humanã naturã eo vitio contaminatam,
ferè deſiit incarnari: nec per talem coitum contrahit̃
affinitas, vt vidiſtis in verbo, *Mortuo itaque teſt*. j. Li-
cet contrahatur per naturã quanuis illicitum coitum
ſecundũ gl.in d.c.in eo. vnde Ioſephus antiquit.libr.
xviij. de Ioanne Bapti. loquens ait, baptiſmum tunc
acceptabilem fore, ſi nõ ſolùm ad abluenda peccata
ſumatur, verumetiã ad caſtimoniã corporis, atque ad
animæ iuſtitiã purificationémque ſeruetur. Deus eñ
Euã fecit de coſta Adæ atque ambos eſſe iuſsit in vno
corpore, & eodẽ ſpiritu viuere. Cur ergo (inquit Am-
broſius vbi ſuprà) vnũ corpus ſeparas? aut cur vnum
ſpiritum diuidis? adulterium ſiquidem naturæ vitium
eſt, id eſt cõtra inſtinctũ naturæ peccatum, cùm pri-
mũ & principalẽ bonũ matrimonij ſit fides, & dein-
de proles, & ſacramentum. c.omne itaque. xxvij.q.ij.
Ob quod nõ ſine cauſa veteres leges coniugum infi-
delitatẽ gladio vltore ſæuiſsimè puniebãt. l. quanuis.
C.de adul. imò permiſſum erat marito ꝓpria autho-
ritate adulterum occidere. l.Gracchus. eodem tit. Et
præterea adeo in alio damnantur ſeculo, iuxta illud
Apoſto. j. ad Corinth. vj. Adulteri regnum Dei non
poſsidebũt.& Apocaly. xxj. Erit pars eorũ in ſtagno
ſulphure & igne vrẽti.& Oſee vij. Omnes adulteran-
tes quaſi clibanus ſuccenſus. Peſsimum eſt enim vi-
tium alterius vxorem adulterari, ſecundum Angel.
per illum tex.in §.ij.in authen.de monachis. collat.j.
53 Et †præſertim eſt abominabile peccatum in muliere,
pluſquã in viro: quia maior caſtitas etiam ſecundum
mores hominum exigitur à fœminis. l.palam. §. quæ
in adulterio. vbi glo. hoc ponderat. ff. de ritu nupt. &
l.penult.C.ad Orfitia.& dixi ſuper verbo, Dotẽ quã
ei dederat. Adeò ꝙ in ſacra ſcriptura Deuteron. xxij.
Adulterium dicitur in muliere nomen peſsimum, i-
deo eam maritus criminaliter accuſare poteſt vltra
dotis lucrum. Sed econtrà vxori nõ permitteretur, niſi
ciuiliter ad tori ſeparationem & donationis propter
nupt.lucrum, cum dotis repetitione. l.j. iuncta gl.C.
de adult. Poſuit certè Deus naturaliter in muliere ve-
recundiam, vt ipſa ad peccatũ prouocari & prouoca-
re formidet: viróque vt famuletur cõdita eſt, non qui-
dem vt ſibi inſidietur. Ipſæ tamen & fœminæ ſui ſta-
tus neglecto more fictis blandimẽtis, adulationibus
& nutibus virorũ excidium procurant, & ſcandalum
ignominioſum iugiter gignere ſolicitant̃. hæc Iaco-
bus Magni.tit.de mulieribus. Vnde cùm ſic peccant,
ſunt plus reprehendendæ. Et ſi falsò contra eas vitiũ
carnis improperet̃, eſt talis iniuria acrius vindican-
da, etiam poſt mulieris obitũ. Adeò ꝙ dicit Bal.in §.
j.col.vj.de pace tenen. ꝙ pro improperio fornicatio-
nis aduerſus liberã mulierẽ quæ in altero mundo eſt,
poteſt improperanti duellum, aliâs iure prohibitum,
indici. Alleg.legem Lombardã.tit.de iniuria mulierũ.
l.ij.de qua aliquid dicam infrà. Nec eſt inconueniẽs,
legẽ Lombardã allegare in Francia, cũ id idem fece-
rit Io. Papa xxix. ad regem Franciæ ſcribens, in c.cũ
deuotiſsimã. & c.ſeq. xij.q.ij. Præſertim poſt Carolũ
magnũ, in cuius perſona regnũ Franciæ & Lombar-
dorũ cõcurrerunt cum imperio, vt dixi ſuper verbõ,
*Et vxorem nomine Adelaſ*. Ex quo tẽpore multa ambo
rum regnorum iura ſunt promiſcua. Ex quo demon-
ſtratur adulteriũ maius eſſe vitium in muliere, q̃ vi-
ro: & in eo præſertim, ꝙ concipere de alieno ſemine
poſſet, & dare marito hæredẽ nõ ſuum: cuius latroci-
nij impoſsibilis ferè eſſet reſtitutio. de quo plenè
Pet.de Anch.in c. peccatum non remittitur. de regu.
iuris, lib.vj.& Panor. in c. veniens. de eo qui duxit in
matrim.quã polluerat per adulterium.& videbitis la-
54 tius in verbo, *Quæ filium ex eo ſuſcipiens*. † Mulier
profectò adultera nedum contra legem Dei & natu-
ræ, ſed etiã contra maritum, cum quo vna caro erat,
deliquit: cuius torum violauit, & totam eius ſubſtan-
tiam interuertit. iuxta illud Eccleſiaſt. xxiij. Omnis
mulier relinquens virum ſuũ, primò in lege altiſsimi
incredibilis fuit. Secundò virũ ſuum dereliquit. Ter-
tiò in adulterio fornicata eſt, & ex alio viro filios ſta-
tuit ei: hæc in eccleſiã adducetur, & in filios eius re-
ſpicietur: nõ tradent filij radices, & rami eius non da-
bunt fructũ, & relinquent in maledictum memoriam
eius, & dedecus illius non delebitur, &c. Nunquid &
Io luxuriata in vaccam ilico conuerſa fingitur per
Ouid. j.Metam. Ideo nõ ſine cauſa in veteri teſtamẽ-
to talis mulier lapidabatur: & iure ciuili pater filiam
& adulterum ſimul occidere poterat. l. quod ait lex.

ff.de adult.& ſtupris.cum tribus legibus præcedenti-
bus,dummodo in domo patris, aut mariti adulteran-
do reperiantur : quia maiorẽ iniuriam putauit legiſ-
lator, ꝙ in domo patris,aut mariti auſa fuerit filia ad-
ulterium inducere, vt d.l. quod ait lex. & potuit hoc
pater credens & rectè caſtitatem filiæ ſuæ præferen-
dam eſſe vitæ, & vt eius morte contumeliã ſtupri vel
adulterij arceret,vt dicit tex.ſing.in l.ij.§. initium.ff.
de origi.iur.imò Parthi , qui dulcedine libidinis plu-
res tenent vxores, nulla adulterio crimina grauius pu
55 niũt: † propter quod fœminis virorũ conuiuium ne-
dum interdicunt,ſed etiã conſpectũ.l. optimã. C. de
contrahenda ſtipul.& l. fi. C. de arbi. & inſuper vini
vſum , in quo eſt luxuria. c. & ſi Chriſtus. de iureiur.
56 Mulier † enim ebrioſa ira magna & contumelia , cu-
ius turpitudo non tegetur, Eccleſiaſt. xxvj. Ob quod
(vt refert Valer. lib.ij.titu. de inſtitu. antiquis.) Vini
vſus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne in ali-
quod dedecus prolaberẽtur : quia proximus à libero
id eſt,Baccho patre intemperantiæ gradus ad incõceſ
ſam Venerẽ eſſe conſueuit.hæc ille.Quoniã vinũ bi-
bere & adulterari parificãtur in muliere. Et vtrunq;
morte multari conceſsit Romulus.Et Metellus , quia
vxorem vinum bibiſſe deprehendit , eam interemit,
vt idem dicit Valer. lib. vj. tit. de ſeueritate. Magno,
inquit, ſcelere horũ ſeueritas ad exigendam vindictã
cõcitata eſt. Egnatij autem Metelli longe minori de
cauſa. Qui vxorẽ ꝙ vinum bibiſſet, fuſte percuſſam
interemit : ídque factũ non accuſatore tm̃ , ſed etiam
reprehenſore caruit. Vnoquoque exiſtimãte optimo
illã exemplo violatæ ſobrietatis pœnas pependiſſe.Et
ſanè quæcunque fœmina vini vſum immoderatè ap-
petit,& virtutibus omnibus ianuã claudit , & delictis
aperit: qm̃ ex frequenti & immoderata potatione vi-
ni luxuria generatur.c.& ſi Chriſtus.de iureiur. iuxta
illud Apoſto.ad Epheſios v.Nolite inebriari vino,in
quo eſt luxuria.Vnde refert Cęſar in ſuis commenta-
riis, de bello Gallico.lib.iiij.in princip.ꝙ Sueuorum
gens longè maxima, & Germanorum omnium belli-
coſiſsima, vinũ ad ſe omnino importari non ſinunt,
nec ephippiatis,id eſt deauratis & ornatis equis vtun-
tur,ꝙ ea ad laborem ferendum remolleſcere homines
atque effœminari arbitrantur.Ideo olim ex lege Solo
nis, princeps ebrius damnabatur ad mortẽ , velut ni-
hil plus valens, tanquã remolleſcens & effœminatus.
vt de Holoferne patens habetur exemplũ Iudit 10.ca.
Nunquid Medea Oëtis regis filia ornatu toto reful-
gens & deaurata in conuiuio à Iaſone in inſula Col-
chos, ac paterna domo , & Helena regina in Cythe-
rea inſula templo Veneris à Paride in tripudio fuerũt
intoxicatæ libidine,& finaliter raptæ? Nõ eñ debent
pudicæ mulieres talia frequentare ſolatia,ſed cogita-
re aſsiduè , ꝙ in talibus nõ poſſent membrorũ ſuorũ
eſſe dominæ.l.liber homo. ff.ad legẽ Aquil. Et ſexus
fragilitatem ſemper præ oculis habere terminos ſuæ
domus,modúmque honeſtũ ſeruare, iuxta illud Pſal.
cxxviij.Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus do-
mus tuæ.Et ſic nõ extra domum, quia Eua nõ in do-
mo,ſed delitiarum horto tẽtata fuit à diabolo.Gen.3.
& Suſanna in pomerio (qđ vicinum domui ſuæ erat)
fuit per duos ſenes de concupiſcentia inuaſa, Daniel.
xiij. & Betſabee patẽter in ſolario ſe lauãs fuit à Da-
uide concupita & rapta.ij.Reg.xj. Stet ergo vxor , vt
vitis abũdans in lateribus domus tuæ.Cùm ſequenda
nõ ſit immoderata cuiuſq; luxuria , dicit text. in l. ex
damni.ff.de damno infe. Nauis enim diſſuta , vix aut
nunquã ſentiret naufragium, ſi ſuo cõtinuè remane-
ret in portu. Sic nec mulier ſi domi inſiſteret inuaga-
bunda, ſedulò conſiderans, ꝙ conuiuia , tripudia, &
adulteria ſe inuicem ſunt oſculata:& qui vnum atten-
tat,ſit certus de reliquo , ſcilicet de horrendo adulte-
rio in viro vel vxore : qa vt magnus ille dicit Greg.
lib.j.moraliũ.c.v. Vix ſine culpa celebrari poſſunt cõ
uiuia:imò nonnulla ſunt vitia quæ à conuiuiis aut ſe-
parari vix poſſunt, aut certè nequaquam poſſunt. Pe-
nè enim ſemper epulas comitať voluptas : nam cùm
corpus in refectionis delectatione reſoluitur , cor ad
inane gaudium relaxatur. Vnde ſcriptum eſt , Exodi
xxxiij.ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexit
ludere. Penè ſemꝑ epulas loquacitas ſequiť. Cúmq;
venter reficitur,lingua defrenatur:hæc ille. Ideo non
ſine cauſa dicit Cato ſapientiſsimus , Pauca loquere
in conuiuio.Vlteriùs dicit : Conuiua raró. ſuper quo
57 Philippus de pergamo refert † tria eſſe conuiuia. Pri-
mum dicitur plebeium & vulgare , ad quod inuitat
diabolus:& in eo tria ꝓpinat fercula venenoſa , ſcili-
cet perdices iniuſtitiæ, venationes iracundiæ , & pa-
uones ſuperbiæ.& ſic nõ fit cauſa refectiõis, ſed per-
ditionis . Et tale conuiuium parauit Abſalon fratri
ſuo,in quo interfecit eundem.ij.Regum xiij. Sic dia-
bolus prouocat talia fieri cõuiuia , in quibus non re-
gnant niſi vanitas & voluptas. de iſto dicitur Eccle-
ſiaſtes vij. Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad
domum cõuiuij, in qua frequenter committitur pec-
catum gulæ,& conſequenter luxuriæ, ſecundum Ly-
ram ibi . Secundum conuiuium dicitur modeſtum &
ciuile, ad quod inuitat mundus, qui in eo propinat
fercula, ſcilicet, diuitias, delitias, & honores : in quo
quanquam regnent ſocialitas & honeſtas, tamen dif-
ficile eſt à peccato ſaltem veniali abſtinere,& hoc eſt
quod ſcribitur Eſaiæ v. Cithara & lyra in conuiuiis
veſtris,&c.Ideo vir ſanctiſsimus Iob cùm dies cõui-
uij filiorum , qui ibant & cõuiuium per domos facie-
bant,quiſque in die ſuo tranſiſſent , ſurgens diluculo
dicens:Ne fortè peccauerint filij mei:offerebat holo-
cauſta per ſingulos , vt habetur Iob j. ſuper quo dicit
ſuprà Gregorius , Quòd peractis diebus cõuiuij pur-
gationem per ſingulos adhibebat holocauſti . Vnde
non abs re Aurelius Auguſtinus ad conuiuia inuita-
tus nõ ire ab Ambroſio inter cætera didiciſſe refert.
Ne fortè temperantiæ modum perderet , vt habetur
in eius legenda. Tertium conuiuiũ dicitur philoſo-
phicũ , in quo apud philoſophos regnabat ſobrietas,
& apud ſanctos veritas & charitas : ad quod inuitat
nos Chriſtus , de quo loquitur tex.in c. cõuiuia xliiij.
diſtin. Ad tale certè conuiuium hodie non vocantur
mulieres pulchræ & iuuenes per prælatos & princi-
pes:ſed ad primũ in quo procurať, nutritur, & perfi-
citur adulteriũ: & cuius exordiũ & finis alius non eſt
quã voluptas,& loquacitas:vanitas vanitatum, & oĩa
vanitas. Audi,ô adulter, ſiue ſis vir , aut mulier , quid
dixit Nathã propheta ad Dauid,ij.Reg.xij.Poſtquam
adulterium cõmiſiſti, nõ recedet plaga de domo tua
vſque in ſempiternum,eo quòd deſpexeris me,& tule
ris vxorem Vriæ Ethei,&c.De pulchro etiam Clodij
equitis Romani & Fuluiæ coniugum filio, refert Va-
lerius lib. iij. titulo de his qui à maio. degenerarunt.
Perdito amore vulgatiſsimæ genitricis infamis fuit,
mortiſq; erubeſcendo genere cõſumpto, fœdè ac ſor
didè intemperantiæ ſpiritum reddidit . Quæ pœnæ
adulterij ſupradictæ etiam in beluis ratione carenti-
58 bus naturaliter ſeruanť. † Nam tradit pro vero Ale-
xander nequam. in libro de natura rerum . Quòd ci-
conia,alio nomine dicta Ibis, licet ſit auis immunda
& vitup



& vituperabilis,ad inſtar cuiꝰ Ouid.lib. ſuo in Ibim,
volens inimicum vituperare,ſic dicit : in terris ibidis
tu quoq; nomen habes.Tñ eſt auis commẽdabilis in
multis:quia pia in parentes ſenes : quod proſequitur
Ambro.in ſuo præallega.examero n v.vt glo.refert in
cle.j.de regu.Necnon abhorret adulteriũ taliter, ꝙ ſi
femella alteri ciconiæ iuncta fuerit, ſuus tunc cõpar,
pluribus aliis tunc cõuocatis ciconiis,ciconiã adulte
rã interimit, ſubiungẽs ibidem,qualiter miles quidam
ciconiã adulterã viderat,quæ ad ſuum comparem re-
diens ſe lauabat in aqua : & demum cùm rediiſſet ad
adulteriũ miles ille impediuit,ne poſt adulterium la-
uareť:itaq; multis aduenĩetibus ciconiis ipſo vidente
adultera ciconia fuit interẽpta,vt pariter refert Hen-
ricus in c.j.de cõſti.Sic mulier adultera,vt plurimum
oĩbus ilico patet infamis & fœdiſsima: in ſignũ cuius
fingit Ouid.lib.iiij.metamorph.ꝙ ſtãte Venere cum
Marte Deo belli in coitu , Vulcanus eius maritus de
hoc certificatus, ſubtilem cathenã fecit adamantinam
& inuiſibilem,qua ambos in coitu ligauit. donec diis
oĩbus cõgregatis crimen videretur, in eorũ maximã
cõfuſionẽ.Ideo inſtinctus naturæ refugit tam grauia
contra fidẽ coniugij cõmittere delicta, licet carnalia,
& præſertim inter ſanguine vel affinitate coniũctos:
quod beluæ deteſtentur. Prout legitur de quodã Ele-
phante,qui ad matrem ductus , vt per eius coitũ cum
ea haberetur fœtus,talẽ coitum omnino renuit.poſt-
ea verò ad matrem reductus parte anteriori cooperta
pallio,coiuit cũ ea:quam poſtea diſcoopertã cogno-
ſcens,ſuum interfecit ductorẽ.Eſt autẽ Elephas inter
cætera animalia multum diſciplinabile , ſecundum
Philo.in lib.de animalib.quem refert & ſequitur Ly-
ra j.ad Corint.v.Pariter refert Philoſo.lib.viij. de ani
malibus.quẽdam equum,cui cooperti fuerãt oculi ad
coëundũ cũ matre prout fecit , ſeipſum propter hor-
rorem præcipitaſſe & occidiſſe,quam primum oculis
diſcoopertis vidit matrem carnaliter cognouiſſe. Eſt
enim inter matrẽ & filiũ , & patrẽ ac filiã & cæteros
deſcendentes reuerentia quædam naturalis , coitum
inter eos nõ permittẽs:nec permittit fœdus naturale
inter tam cõiunctos aliquid ſeui criminis ſuſpicari.l.
59 cũ quẽ probabilẽ.C.de epiſ.& cle.† De Semiramide
Nini primi Aſſyrio.regis vxore etiã legitur , quæ cum
proprium filiũ ad illicitũ cõcubitum niſa fuiſſet pro-
uocare,ab eo interfecta fuit,vt Aurelius refert Augu.
xviij.de ciuit.Dei.de qua Oroſius:Semiramis,inquit,
libidine ardẽs, ſanguinẽ ſitiens,cũ oẽs quos cõcubitu
oblectaſſet occideret,tandẽ à filio proprio interfecta
eſt. Pariter Minerua de quinq; Mineruis vltima Pal-
lantẽ eius patrẽ virginitatẽ ſuã violare ſatagentẽ in-
teremit.Qui enim talia cõmittunt,brutis peiores exi-
ſtunt,imò beluæ brutales ſiũt:ideo vbi ſ.fingit Ouid.
ꝙ Io luxuriata ilico fuit in vaccã conuerſa.Et hoc eſt
quod ſcribitur Pſalm.xxxj.Nolite fieri ſicut equus &
mulus,quibus nõ eſt intellectꝰ.Omnis eñ adulter nõ
eſt homo ſed belua,quę ſe armat cõtra naturã,ſecũdũ
Bal.in c.ſuper hoc.in fi.de renun.& text. in l.vt vim.
in fi.ff.de iuſti.& iur.vnde Boët.lib.iiij.de conſo.Qui
inquit,virtute deſerta homo eſſe deſinit, cũ in diuinã
conditionẽ tranſire non poſsit,vertitur in beluã. Et
Tul.libr. ij.de paradoxis.Tu cùm tibi ſiue Deus,ſiue
mater,vt ita dicã rerum oĩm natura dederit animum,
quo nihil eſt præſtantius,neque diuinius, ſic teipſum
abiicies,atq; proſternes,vt nihil inter te & quadrupe-
dẽ putes intereſſe.Vide quæ plus dixi in verbo, *Mor-*
60 *tuo itaque teſta*.j.verſ.*Tertiò fallit regula*.&c.† Quæ oĩa
mẽte reuoluens matrona illa nobilis Lucretia, totius
pudicitiæ & caſtitatis gẽma,à Tarquinio Superbo,li-
cet vi oppreſſa:ꝓximis & Collatino eius marito cum
dignitatẽ toro violato fedare noluit,ſimul conuoca-
tis,gladio ſe trãsfixit.De Penelope Vlyſsis regis pul-
cherrima coniuge legitur,ꝙ ob ſuã tutandã pudicitiã
& marito ſeruãdã fidelitatẽ,multas à ſuis procis per-
tulit iniurias,tñ nulla vnquam moleſtia à propoſito
fidei mariti diuelli potuit.Quo factum eſt,vt Pe nelo-
pes hæc venuſta & iuuenis,ſolatio viri in Troiano
decẽnali bello ꝑſiſtẽtis deſtituta illibati decoris atq;
intemeratæ pudicitiæ,matronis oĩbus ſemper exem-
plum ſanctiſsimũ fuit.In qua plus laudatur mentis fi-
delitas,ꝗ pudicitię effectus,iuxta illud:Oderũt pecca
re boni virtutis amore: Oderunt peccare mali formi-
dine pœnæ.dicit glo.in l.j.ff.de iuſt.& iur.Et Tibul.
Caſta precor coniunx maneas,ſanctíq; pudoris, nec
ſis caſta metu quæſo,ſed mẽte fideli.Sed nũquid etiã
viri pudicitiã & fidelitatẽ hãc ſeruauerunt? Certè ſic.
61 Narrat†enim Valer.lib.iiij.tit.de abſtinẽtia & conti-
nentia de Xenocrate philoſo. Quòd cùm eſſet apud
Athenas Phryne pulcherrima puella nobilium vſui
deputata , ſibi nobiles iuuenes promiſerunt pretium
argẽti dare, ſi poſſet continentiã Xenocratis corrũpe
re:at illa promiſit,& ſi nõ poſſet , pretium duplicatũ
reddere conſentiit.Nocte igiť ad Xenocratẽ acceſsit
quẽ mutare non potuit.Mane ſequenti nobilibus pe-
tentibus promiſſum reſpondit:Non,inquit,de ſtatua
pignus poſueram,ſed de homine.iudicans Xenocra-
tem ratione ſuæ immobilitatis quaſi ſtatuã eſſe. Pari-
ter cũ Indi & Aethiopes Chriſtiani presbytero Iano
ſubditi ſummè coli iuſtitiã velint, nullæ fraudes, nul-
láq; periuria vel adulteria apud eos raró inueniũtur.
62 ſecundũ Ia.Bergo lib.xv.†Sed hodie proh dolor,qa
licet vir debeat eſſe mulieri author colẽdi bonos mo-
res.l.ſi vxor.§.ſi iudex.ff.de adulte.iuxta illud Socra.
dicẽtis viros ciuitatis legibus coerceri debere:fœmi-
nas verò virorum cohabitãtium diſciplina. Ob quod
Heſiodus ſuadebat virginẽ ducẽdam,quam moribus
inſtituere poſſet maritus:vt ait Philoſo.lib.j. œcon.c.
iiij. tñ multi etſi vxor caſta ſit,eam negligenter cuſto
diunt,& ( quod deterius eſt) interdũ eam incitãt, vel
occaſionẽ dant ad libidinẽ cũ aliis explẽdam.De qui
bus ſic dicit Bar.in quadã lectu.antiqua hodie nõ im
preſſa in l.ſi lenones.C.de epiſ.audi. Vidi ſemel quẽ-
dam,qui ſuarũ vxoris & filiæ leno fuerat, qui combu
ſtus fuit,& meritò:debuit eñ vxori quoq; iraſci, quæ
matrimoniũ eius violauit,dicit text.in l.mariti.§.j.ff.
de adult.Et tunc puniẽdus eſt,cùm excuſare ignoran
tiã ſuã non poteſt:vel aduerbiare patientiã prætextu
incredulitatis,vt ibi.Et poſtea ſequitur in §.qui quæ-
ſtũ.Nec mediocriter deliquit,qui lenocinium in vxo
rem exercuit , & ſic ſummè deliquit. Vnde non ſine
cauſa in tota Cathalonia & aliis multis partibus , vir
per vxorẽ concurbitatus xl.ſolidos ſoluit dño tẽpo-
rali.Pariſiis verò ducitur ſuper aſinum facie verſa ad
caudam,& ſic per totã villam vxore aſinum trahẽte,
& pręcone ante eos clamãte,Qui ſic faciet, ſic capiet,
vituperoſè ducitur,vt referunt Gul. de monte Laud.
& Zabarel.in d.cle.cùm ex eo.de ſenten.excom.Præ-
tereà vir cucurbitatus apud bonos & graues eſt nota-
tus,& cõſequenter infamis de facto.l.j.C.de adult.Et
ſi vxorẽ adulteram retineret,& carnaliter cognoſce-
ret,efficeretur ipſo iure irregularis, ac ſi in principio
cum corrupta cõtraxiſſet:ita ꝙ ꝓpter defectum ſacra
menti etiã illa mortua,promoueri nõ poſſet ad ordi-
nes,per text.& gloſ.in c.ſi cuius,xxxiiij.diſt.& in c.ij.
de biga.gloſſ.in c.ius generale.j.diſt.& ſequitur Pan.

in c.cōſtitutus.ij.col.de conuer.cōiug. Licet enim ta-
lis non ſit bigamus, ſi ab initio fuerit cū vnica & vir-
gine cōiugatus:imò gaudet priuilegio clericali cano-
nis & fori in cauſa criminali.c.j.de biga.lib. vj.tñ irre
gularis eſt quo ad legē promotionis: nedū quo ad or-
dines ſuſcipiendos,ſed etiā ſuſceptos, vt in illis mini-
ſtrare nō poſsit. Etiā ſecundū aliquos, ſi ignorans eā
adulterā,eā retineret. De quo per Archi.Dom.& Fel.
in d.c.ius generale.& de mōte Laud.in d. cle.cum ex
co.& Pan.in c.ſi uir.de adult. Videatis quæ dixi ſup
verbo,mortuo itaq; teſtatore.j.in j. caſu, in quo ſen-
tentia capitalis nō facit quē inteſtabilē. in fi.ſecundū
Paul.cōſil.xcij.iiij.col. incip.in cauſa incarceratorū.
Et Præſertim ſunt irregulares Græci, ſi cū vnica &
virgine cōiugati (prout eſſe poſſunt.c.cū olim.de cle-
ri.coniug.) cucurbitati fuerint. Quia ſi eorum vxores
in adulterio reperiant̄, nō tanguntur ab eis. Et ſi eas
poſt adulteriū cognoſcerēt,eccleſiā perderent & offi
cium. Quod optimè ſeruant Armeni in terra ſancta
habitantes, vt habetur in mari hiſtoriarum loquendo
de geſtis in tertia ætate, & moribus habitantium in
terra ſancta. Nec immeritò ſic puniuntur cucurbitæ:
quia ſicut incendium, ſic etiam adulterium, vix ſine
culpa & negligentia in domo habitantium commit-
titur.l.ij.ff.de offic.præſe. vigilum. iuxta illud Iohe-
lis iij. Et poſuerunt puerū in proſtibulo, & puellam
vendiderunt pro vino, vt biberent.facit l.mariti.§. q
quæſtum.ff.de adul. vt aliquid ſtatim dicam loquen-
do de patientia mulierum vbi dicetur maritū cucurbi
tatū eſſe quo ad legē promotionis irregularē. Nō ſic
profectò fecit Publius Attilius Faliſcus Romanus:
q licet impubes à domino coactus ſtuprū ac quæſtū
ſui corporis feciſſet,tamen quāprimū libertati dona-
tus ex matrimonio filiā ſuſcepiſſet, eam eo ꝙ ſtupri
ſe crimine coinquinaſſet interemit. Ob cuius factum
Valer.lib.vj.tit.de pudicitia. Quàm ſanctam, inquit,
in ciuitate noſtra,ſcilicet Romana,pudicitiam exiſti-
mare debemus, in qua etiā inſtitores libidinis tā ſeue-
ros eius iudices euaſiſſe animaduertimus? Poſtea de
Titio Veturio loquens: Senatus,inquit,in qualicunq;
ſtatu poſitā Romano ſanguini pudicitiā tutā eſſe vo-
luit. Ideo talia lenocinia vltimo puniebantur ſuppli-
cio,in auth.de leno.§.ſancim⁹.colla.iij.vt dixi in ver-
63 bo. *Raynutius de Clera*.in fin. †Quæ pœnæ maximè
adulterij malè in præſenti regno Franciæ ſeruantur:
imò adulteria ceſſante violentia cōmiſſa criminaliter
nō puniunt̄,ſecundū Io.Fab.in §.ex nō ſcripto.inſti.
de iure natur.& in l.j.C.quæ ſit longa cōſue.vbi dicit
ꝙ de cōſue.in regno Franciæ adulteria non puniun-
tur:& male ſecundū Io. Berberij.in ſuo vtriuſq; iuris
viatorio.tit.de adult.in prin. Imò fuit arreſto parla-
menti Pariſiis dictum, ꝙ procedi non poſsit contra
adulterum, niſi maritus vel vxor cōqueratur, ſecun-
dum glo.pragmaticæ.tit.de cōcubi.in fi. & in §.item
le.Iulia.de adult.inſtit.de publi.iudic. dicit idem Io.
Fabr. ꝙ adulterium in præſenti regno Franciæ pro
in luſtria reputatur. Imò quod plus eſt in quibuſdā
Siciliæ partibus die nuptiarum, vltimus qui ſponſam
cognoſcebat,erat ipſe ſpōſus, de quo libr.vj. de anti-
quorum geſtis ſic ait Diodorus Siculus: Mirandum
verò,ꝙ in nuptiis de more ſeruāt. In epulis eñ, quæ
cum domeſticis amiciſq; in nuptiis fiunt, primus ſe-
cundúſque & deinceps ſecundum ætatem reliqui nu-
ptam magno numero cognoſcūt. vltimus ſponſo lo-
cus ad vxorē datur,&c. Nam conſuetudo illa quāuis
peſsima excuſat à pœna fori contentioſi, ſecundum
glo.in c.cùm venerabilis.vbi Panor.de conſue.vt di-
cam latius ſuper verbo, Qui cum alia matrimonium
contrahens,loquendo de calinario,an ſit licitum. Et
inde proceſsit, ꝙ per ſtatuta huius ciuitatis Caturci
adulter niſi pœna ſexaginta ſolidorum,non punitur:
vel ꝙ nudus in camiſia per ciuitatem abſq; verberib⁹
ducatur. Quod quidem ſtatutum valet, ſecundum
Barto.in l.j.ff.vi bonorum rapto.per tex.in §.pœna.
inſti.de iniur. Quod eſt ſanè intelligendum, ſi impo-
nat pœnam non paruam, nec cōtemptibilem: ne de-
tur occaſio delinquendi ſecundum Bal.in c.j.§.iniu-
ria.de pace iura.firmā.pro quo eſt tex.in d. §. pœna.
64 Ideo † putarem non valere conſuetudinē caſtri noui
de Arrio iudicaturæ Lau. regeſij, volentem vt fertur
adulterū non teneri pro adulterio, niſi ad vnum mo-
dium, ſeu putiheriā furfuris: quod eſſet deriſorium,
& ferè inuitatiuum ad delinquendum. Præterea eam
pœnā ſic à ſtatuto alteratā & conuerſam in pecunia-
riam crederem locum habere in ſemel delinquente,
cùm humanum ſit delinquere. Sed ſi correctus adul-
terium reiteraret, non liberaretur pœna pecuniaria,
imò puniretur pœna illius criminis ordinaria. Statu-
ta enim & conſue.pœnam corporalem in pecuniariā
trāſmutantia,non patrocinantur reiteranti delictum,
ſecundū Bart.per illum tex.in l.omnes. C. de delato.
& l.j.C.de ſuperexacto.lib. x. & vtrobiq; per Ioā.de
Plat.& Bar.in l.quid ergo. §. pœna grauior.ff.de his
qui not.infamia.& Sal.in l. & ſi ſeuerior. C.illo codē
tit. Ad hoc facit tex.in l. nemo deinceps.C. de epiſco.
audien.vbi delictum reiterans non gaudet priuilegio
dictæ l.& dixi plenius ſuper verb. *Mortuo itaque teſta.*
65 j. Et † præmiſſa intelligatis vera, ſcilicet, adulte-
rium fore adulteræ imputandum & puniendum, niſi
mulier per vim traheretur ad peccādum. Non dico
per vim inductiuam vel attrectatiuam,puta,per pau-
pertatem, aut verborū arte inducta fuerit ad forni-
candum: cùm ad hoc faciendū paupertas aut blandi-
loquiū plures trahat, quæ propter hoc non excuſan-
tur.l.palā.ff.de ritu nup. Sed intelligo per violentiam
præciſè coactiuam: quia tunc excuſaretur, nec contra
fidelem pudicitiam coniugalem veniſſe iudicaretur,
nec præmiū perderet etiā à teſtatore relictū, per text.
quem ibi ad hoc ponderat Bald.in l.fœdiſsimè.C.de
capti. & poſtli. reuer. facit l. fœdiſsimū. C.de adult.
Nec prohiberetur ſoboli ex tali coitu genitæ de bo-
nis ſuis relinquere, cùm ſpuria non cenſeatur, vt dixi
in verb. *Et vxorē nomine Adel.* in ij.principali articul.
Illa eñ quæ vim patitur nō eſt in ea cauſa, vt adulte-
rij vel ſtupri damnetur.l.ſi vxor.§.ſi quis planè. ff.de
adult. licet iniuriam ſibi factā cauſa pudicitiæ tacue-
rit, vel denuntiari prohibuerit.l.vim paſſam.§.j. illo
eod.tit. Quanuis enim vir eam opprimens pœna ca-
pitis puniatur.l.j. C.de rapt. virginum. tamen mulier
quæ vim patit̄, impunita eſt: quia licet pœna vnius
correlatiuorum ſit alteri debita, hoc eſt verum, niſi
inter ea ſit diſpar cauſa, vt hic. Ideo ſententia lata in
crimine adulterij contra adulterum non præiudicat
mulieri non auditæ nec defenſæ,ſecūdum Panor. in
cap.quāuis.xiij.col.de re iudi. Cùm potuit mulier ad
adulterium trahi violenter. quo caſu eſſet impunita,
& idem ecōtra: quoniam potuit etiam vir trahi etiam
inuitus. Nec eo tunc caſtitatis perdit præmium: nam
pudicitia virtus eſt animi,quæ violentiam non ſentit.
Animus enim neq; vinci nec pudicia capi poteſt, di-
cit Valerius lib.vj.tit. de pudicitia. Vnde Gratianus
xxxij.q. v.in princip. Licet,inquit, corpus violenter
corrumpatur,ſi pudicitia mētis ſeruetur illæſa, caſti-
tas duplicatur. Sicut beatā Luciā Paſchaſio tyranno
dixiſſe



dixiſſe fertur. Si inuitam me feceris violari, caſtitas
mihi duplicabit̄ ad coronā. Cū non inquinet̄ corpus,
niſi de cōſenſu mētis, vt diuus clarè oſtēdit Amb.lib.
v.de virgi. Tolerabilius, inquit, eſt mente virginita-
tem, q̃ carne habere: vtrunq; bonū ſi liceat, ſi non li-
ceat, ſaltem nō homini, id eſt in corpore,ſed Deo ſi-
mus: ſcilicet in mente. Mulier certè proſtitui poteſt,
ſed nō adulterari: nec lupanaria infamant caſtitatē.
Sicut ictus fuſtiū nudū non infamat, ſed cauſa ꝓpter
quam.l.ictus.ff.de his qui not.infa. Imò caſtitas abo-
let loci infamiam. quia reuera non pōt caro corrūpi,
niſi fuerit mens antè corrupta, prout Aurelius docet
Augu.lib.ij.de ciui.Dei. Nemo, inquit, magnanimus
& pudicus in poteſtate habet, quid de ſua carne fiat,
ſed tm̄ quid annuat mente vel renuat: ſubiungēs poſt
ea. Quis tandē ſana mente putauerit ſe perdere pudi-
citiā, ſi fortè in apprehēſa vel oppreſſa carne ſua ex-
erceatur & expleatur libido non ſua, ꝓpoſito animi
manente? Sicut ibi de Lucretia à Tarquinio ſuperbo
oppreſſa idē declamās ait: Mirabile dictu: duo fue-
runt, & adulteriū vnus ſolus commiſit: non quidem
Lucretia mente cōtinens, ſed Tarquinius mente com
cupiſcēs & corpore opprimens. Tamen quia fuit in
ea crimen alienū, alterius ſceleri addidit ſuū. hæc ille.
q.d. ꝙ Lucretia adultera non fuit, licet carne corru-
pta: cùm animo nō delinqueret, ſed vi opprimeret̄:
tamen quia ſe interfecit, inculpatur, propriū crimen
alterius ſceleri addendo. Eodem modo Orgiagontis
Gallogræcorū reguli vxor à Romanis capta,& à cē-
turione, cui cuſtodienda cōmiſſa erat ſtuprum pati
coacta, eum poſtea interemit, vt refert Valerius lib.
vj.tit.de pudicitia. Cùm aūt in præſenti regno factū
ſimile cōtigiſſet, prudens vxor melius fecit, & maritus
adulterium vindicauit tēpore Caroli vj. Franc. regis
de quo Gagui.lib.ix.c.iij. Per eam, inquit, tempeſta-
tē duo ex familia Petri Alenconij ducis proceres Ia-
quetus Griſus,& Ioānes Carongius ſingulari certami
ne Pariſiis dimicarūt. Dimicandi hæc cauſa fuit. Erat
Ioannes eques multa cognoſcendi auidus: ob id in-
cidit illi animus aliquorſum peregrinādi. Relicta igi-
tur Argētolij in Pariſiaco vxore, vt conſtituerat ab-
iit. Iaquetus autem Griſus, vel ꝙ mulierē quæ formo
ſa erat amabat, vel ꝙ Ioanni nocuiſſe aliquando gau-
deret, diluculo ſurgens Argentolium mira feſtina-
tione contendit: vbi liberaliter exceptus dicit viden-
dæ arcis cauſa adueniſſe, quam longe ſpecioſam eſſe
acceperat. Ioannis vxor amicū viro ſuo hominē reſe-
rato hoſtio in arcem ſola intromittit. At Griſus ſoli-
tudine loci audacior factus renitentē fœminā ſtupra-
uit. Statîmq; libidine expleta abeūti Griſo,tu, inquit
vxor, fœdiſsime adulter ſtupri pœnā aliquando lues.
Flagitium autem in aduentum mariti celauit mulier.
Cui tandē reuerſo Iaqueti violētiam mœrēs detexit.
Qua re turbatus Ioannes, aſſumptis ſecum aliquot ex
ſuis & vxoris amicis ad ducē Alēconium rem omnē
defert. Petitq;, aut adulterum corripi, aut in certamen
deſcendere, pugnæ ſortē experturus. Id vbi dux nō
admittit, ad regium parlamentum querelam retulit.
Diem certamini ſenatus edicit, Carolus rex ex edito
ſolio duellum ſpectauit. Venerat quoq; Ioannis vxor
curru vecta: ad quam vir accedēs. Tu, inquit, mulier,
vnica teſtis ades illati in te ſtupri, cui⁹ gratia duellum
hoc ipſe aſſumo. Dic palàm ſi iuſtè depugnare adul-
terū aggredior. Mi vir, ait vxor, meæ in te fidei ſecu-
rus accede, nihil tibi mentita ſum. Ad hæc verba oſcu
lo vxori dato Carongius in duellū procedit: q eque-
ſtri cōgreſſu mox in femore vulneratus, nec propter-
ea ſegnior factus, in pedes deſiliēs, adulterum humo-
proſternit atq; occidit. Quē carnifex ad patibulum
tractū ſublime illaqueat. Carongium autē mille fran
cis & annuo ducentorū francorū ſtipendio Carolus
66 donat. hac ſorte interiit fœdus adulter. hæc ille. †Nā
licet in hoc regno adulteria nō puniantur vt ſ. dixi:
tamen hoc intelligitur vbi cōmiſſa fuerunt ſine vio-
lentia,& cōiuges non cōqueruntur. Sed vbi violenter
fuiſſet cōmiſſum adulteriū, puniretur: imò duellum
hoc caſu cadit, ſi aliter probari non poſsit: & ita fuit
aliàs arreſto parlamenti Pariſiis deciſum, vt videtis.
(Additio.) De hoc arreſto vel alio ſimili meminit do
minus Aufrerij in ſuo arreſtorum tracta.c. xl. Contra
quod arreſtum fuerunt errores propoſiti, tñ nō fue-
runt admiſsi. Idem ſeruatur in Lombardia iuxta eo-
rū leges.tit.de adult.l.iij. quas Bal. dicit bonas & iu-
ſtas hoc caſu in §.j. vj.colū.de pace tenen. licet aliàs
duellū ſit prohibitū, nedū clericis.in c.j.de cleri.pug.
in duello. ſed etiā laicis.c.j.& per totū. de purg. vulg.
Tamen vbi agitur de adulterio, fit pugna. Cū itaque
mulier oppreſſa adulteriū non committat, ſed ſolus
vir: ſtatutum puniens crimen adulterij virum ſolum
cōprehendit, & non oppreſſam mulierem ſecūdum
Imo.in c.debitores. de iureiu. licet aliàs pœna alteri
ex correlatiuis debita locū habeat in alio.l. j. vbi oēs.
C.de cypreſsis.lib.xj.quia ſecundū philoſo.in vj. To-
picorum, In definitione vnius correlatiui ſemper po-
ni debeat reliquū, cum ſit impoſsibile vnū cognoſci,
& eſſe ſine reliquo. Sed in caſu noſtro hoc ideo eſt,
qa nō eſt eadē ratio puniēdi in vtroq;, vt plenè deci-
dit Pan.in c.j.ij.col.de locatio. Cùm in muliere deſi-
ciat peccandi voluntas, iuxta illud Hiero.in lib. He-
braica.quæſt. Corp⁹ mulieris nō vis maculat, ſed vo-
luntas: quia animus & propoſitū diſtinguunt maleſi-
67 cia.l.qui iniuriæ.ff.de furt. †Tamen ante q̃ dicens ſe
oppreſſam excuſetur ab adulterio, neceſſariò requi-
rit̄, ꝙ quatenus ineſt, etiā vſque ad atrociſsima verbe-
ra, reſtitiſſe vſque ad mortem reperiatur.l.j.§.excuſan
tur autem ſerui.ff. ad Sillan. Maximè vbi in ciuitate
vel alio loco iuſtitiæ aut populoſo mulier oppreſſa
dicitur, per text.in d.l.j.& Deuter.xxij. c. vbi mulier
corrupta lapidari præcipit̄, niſi pro violentia clamaſ-
ſet: ſi autem obmutuerit in eo loco vbi ad clamorem
ſuccurſum habere potuiſſet à coniunctis vicinis, &
amicis.l.ſi quis in ſeruitute.ff.de fur. Non præſumi-
tur oppreſſa, ſed voluntariè adulterata, niſi clare cō-
ſtaret de violentia præciſa.l.nō eſt veriſimile. ff.quod
met.cau. Et ideo in rure facto adulterio non require-
retur tam ſtricta probatio violentiæ, vt d.l.j. §.ſi quis
in villa agens.ff.ad Sillania.& d.c.xxij. In rure enim
facilius quis intimidatur, & leuius propter defectum
vicinorū & ſuccurſus, q̃ in ciuitate, iuxta illud: Non
effundas ſermonem, nec clamorem vbi non eſt audi-
tus. Et idem eſſet, vbi mulier maioris opprobrij ti-
more ignominiam ſuam permiſiſſe conteſtetur.l. iſti
quidem.§.ꝙ ſi dederit.ff.quod met. cau. vt feciſſe Lu
cretiā legimus, quæ pl⁹ ſtuprū, quàm mortem timuit.
Nec violatorē ei dicentē: te occidam, formidauit. Sed
tunc in eam tremor irruit, cùm ille ſubiunxit, vnum
ex garciſeris tuis te occiſa iuxta occiſum in lectulo
ponam.& dicā præ dolore tui ſtupri hanc necem me
peregiſſe. Quibus auditis nimirum ſic fragilis mulier
pauit. Opprobrium eñ plus morte timuit, prout oſtē
dit: quia poſtmodum honore reſtituto mortem vita
præelegit. hæc Auguſt. Lucretia opprobrium mundi
& hominum plus morte timuit: & Suſanna ingemi-
ſcens & anguſtias vndiq; vidēs, peccare in Deū plus
ss iij quàm

quàm eſſe in opprobrio hominum erubuit.ita quòd
Deum opprobrio ſeculi & morte tẽporali prælegit,
ad ſenes in eius concupiſcentia ardẽtes & pudicitiam
tẽtantes ſic dicẽs,Danie.xiij.Anguſtiæ ſunt mihi vn-
diq;:ſi enĩ hoc egero,mors mihi eſt:ſi autẽ nõ egero,
non effugiã manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſq;
opere incidere in manus hominum,q̃ peccare in con
ſpectu domini. In quo Suſanna Lucretiã excellit: q̃a
Deum plus timuit.Ad hanc tamen Lucretiã notabilẽ
matronã excuſandã tria cõcurrerunt. Primò quia nõ
in vrbe,ſed in villa & rure, eo tunc erat, vbi eo ipſo
ſatis præſumiẽ oppreſſa, quæ ſemper pudicè vixerat,
quod multũ ad ſui innocentiã cõferebat.c.cum in iu-
uẽtute.de præſum.cũ ſuperius alleg. Secundò timore
nedum mortis,ſed ignominię perterrita.quod ſatis a-
68 pertè comprobauit:quia ſeipſam interfecit.†Tertiò,
quia à potente & tyranno,ſcilicet Tarquinio Roma.
rege vltimo compreſſa fuit.Ex quo Rom.regnum ſi-
mul cũ nomine regio tunc finẽ ſuſcepit.l.ij.§.exactis
deinde regibus.ff.de orig.iur.Quod vltimum ſuffice-
ret ad præſumendum violentiã & metum. ſecundum
Bal.in l.eam quam.C.de fideicommiſſ. vbi decidit,ꝙ
metus tyranni excuſat,ne mulier de adulterio cum eo
cõmiſſo accuſetur.pro quo facit text. in d.l.ſi vxor.§.
ſi quis planè.ff.de adult.Et in dubio præſumiẽ, quod
metu fecerit,ſecundum eum ibi. pro quo facit textus
Deut.alleg.xxij.c.prope finẽ ibi,ſicut latro conſurgit
contra fratrẽ ſuum,& occidit animã eius,ſic & puel-
la perpeſſa eſſe præſumitur. Ad hoc faciunt quæ dixi
in verbo, *Condidit*.j.prope finem.O vtinam moderni
principes & cæteri potentes virginum, & honeſtarũ
mulierum oppreſſores,ſurſum corda leuãtes,Fulgen-
69 tium legerẽt,lib.ij.mithologiarũ,ſic dicentẽ,†Quan-
uis omnibus libidinis amor turpis ſit,nunquã tñ dete
rior quàm in honorato : quia quanto nobilior tanto
nocibilior ſecundum Albert.magnum.Licet enim in
ſerico & lana eadem libido verſetur, dignitas tamen
perſonæ habet libidinis aggrauare delictum.c.cũ qui
dam.de iureiur.& l.presbyteri.C.de epiſc.& cleri.l.ſi
qua illuſtris.C.ad Orficia.Vnde Ioan.Chryſoſt.Ho
mo,inquit,Chriſtianus fortiter cadit in peccatũ pro-
pter magnitudinem peccati,aut propter altitudinem
ſuę dignitatis.xl.diſtin.ix.homo.& Iuuenalis.Omne,
inquit,animi vitiũ tanto cõſpectius in ſe crimen ha-
bet,quãto maior qui peccat habetur: ita virtus quoq;
plauſibilior & maior videẽ ĩ claro quã ignobili viro.
& in l.omne delictum.ff.de re militar. dicitur crimen
augeri dignitate præpoſiti.Illuſtribus enim caſtitatis
obſeruatio præcipuum debitũ eſt.imò imperator pu-
dicitiam ſemper eſſe colendam cenſuit.d.l.ſi qua illu-
ſtris.C.ad Orficia.per quam decidit Ioan.Andr.in c.
ſi.de fil.presbyte,ꝙ non valeret diſpenſatio facta per
papam cum nato ex coniugato nobili & ſoluta nobi-
li,niſi de nobilitate materna fuerit facta mẽtio, vt ple
70 nè per Felin.in c.poſtulaſti.iiij.col.de reſcrip.† quia
nobilitas aggrauat delictũ,vt videtis.Et prętereà fili⁹
ſpurius nõ ſuccedit matri illuſtri ſtantibus legitimis,
vt plenè dixi in verbo, *Et vxorem nomine Adel*.in iij.
princi.artic.Ob hoc certè vitium Sardanapalus Aſſy-
riorum rex, qui primus vſum inuenerat culcitrorum
& lectorum pluma repletorum ad voluptuosè dor-
miendum ſummè luxurioſus,cùm ab Arbace præpo-
ſito ſuo , qui eum viſitans inter meretrices rẽpertum
populo nuntiaſſet & principibus, fuit per eos in pro-
pria aula combuſtus:& ſic in eo regnum Aſſyriorum
quod à Nyno rege primo tanto tempore durauerat,
finem ſuſcepit: & tranſlatum fuit ad Medos in perſo-
nam dicti Arbacis.ſecundũ Iuſtinum,ꝙ Augu.lib.ij.
de ciuit.Dei.ca.xx.De Nerone etiã legimus,ꝙ tantæ
fuit luxuriæ & libidinis,vt frigidis lauaretur vnguen-
tis.Sed tandem hæc belua inſignis ſeipſum interfecit,
ſenatu & populo eũ perſequentibus.de quo aliqua di
xi ſuper verbo, *Mortuò itaque teſta*.j.Et quidam reges
Franciæ regno ob cauſam illam pulſi fuere, vt vidi-
ſtis,ſuper verbo, *Condidit*.j.& ſuper verbo , *dotẽ quam*
*ei dederat*.prope finem. Fingunt pro vero ingenioſi
poëtæ Iouem in Cygnũ conuerſum cum Lęda cõcu
buiſſe, quæ peperit geminum ouum. Vnde tres nati
ſunt,ſcilicet Caſtor,Pollux & Helena.Nomine enim
Iouis principes & cæteri potentes intelliguntur: &
Lęda à lædẽdo dicitur,& immundiciã deſignat,qua-
ſi omnis principatus immundicia maculetur.Vnde ſe
runt ipſi poëtæ in huius rei teſtimonium,Cygnum eſ
ſe plenum in conuitiis,ipſo quoque clamante aues ta
cent.Helena etiã diſcordiæ ſeminarium fuit, propter
quã monarchia Troianorũ periit:Caſtor.malũ exem
plum nuncupatur.Pollux verò à prodendo dicitur.
71 itaque omnis mali in principe libido occaſio eſt.† Et
procedit talit libido ex potentatu & affluentia diui-
tiarum. Teſte Ouid.lib.ij. de reme.amoris. Diuitiis,
inquit,alitur luxurioſus amor. Nec habet vnde ſuum
paupertas paſcat amorẽ.Et in libr.de Ponto dicit:Ve
neris damnoſa libido non ſolet in mœſtos ſæpe veni
re toros,ſed potius quieta coniugia rũpit,luxuriátque
72 toris animoſum pectus.dicit Poëta iij.Geor.† Non
ſic Abimelech Palæſtinorum regem feciſſe legimus,
qui viſa pulchritudine Rebeccæ iocantis cum Iſaac
viro ſuo præcepit omni populo dicens, Qui tetigerit
hominis huius vxorem,morte morietur. Geneſ.xxvj.
Et Hannibal Carthaginenſium dux inuictiſsimus,
qui(vt Trogus refert) nũquã inter innumeras capti-
uas miræ pulchritudinis puellas caſtitatẽ perdidit. Et
Marcus Claudius Marcellus Roma.conſul(teſte Au-
guſtin.lib.j.de ciuita.Dei.c.vj.) ante captã vrbẽ Sy-
racuſanam eius ruinã fleuit,& prius quàm ciuitas in-
uaderetur edicto perpetuo conſtituit,ne quis corpus
liberum violaret.Etiam Alexander(vt Vegetius libro
ij.de continentia Alexandri narrat) licet diues & po-
tentiſsimus rex eſſet,cũ ei pulcherrima virgo oblata
fuiſſet,cuidã tamen nobili deſponſata,illam nõ aſpe-
xit,ſed cum dono ad virum ſuũ remiſit. Sic & Scipio
Aphricanus alterius Scipionis filius( vt Valerius tra-
dit,libr.iiij.titul.de abſtinentia & continentia.) cum
Hiſpanias profectus eſſet,capta Carthagine virginẽ
quandam ſpecioſam captiuam(vt etiam Liuius dicit)
ſpõſo generoſo cõceſſit,puellæq; pretiũ dotis nomi-
ne cõdemnauit,vbi prius omnem carnis voluptatem
è caſtris amouerat.Ita ꝙ duo ſcortorum millia legũ-
tur ab eius tunc exercitu abiiſſe, vt idem refert Vale-
rius lib.ij.titu.de diſciplina militari.in princ.Id idem
Totilam ferociſsimũ Gothorum regem feciſſe, cùm
Romam vaſtaret,vt nulla ingenua mulier, virgo, vel
nupta aut vidua foret,violaretur præcepiſſe, idq; ſe-
uerè cuſtodiuiſſe,Antonius hiſtorialis in ij. parte tit.
73 xij.c.v.recitare non omiſit.† Et inde dicuntur caſtra
à caſtitate,quæ ſunt loca vbi milites ſteterunt,ſic di-
cta:quia ibi caſtratur libido ſecundũ Papiam, vel li-
centia vagandi,ſecundum Hugo. Caſtratur enim ibi
voluptas,vel licẽtia inhabitantium, ne paſsim vagari
liceat,& pateant hoſtibus.Ideo caſti debent ibi viue-
re,cũ luxuria vires eneruet.vnde meretrices ab exer-
citu ſubmouẽtur , quibus caſtra militum intrare non
licet,vt eſt text.no.Deutero.xxiij.ibi.Quando egreſ-
ſus fueris ad pugnam,&c.& glo.in l.qui cũ vno.ff.de
re mili



re milita. Hodie verò caſtra militum ſcortis repleta
ſunt contra diſciplinam Metelli & minoris Africani:
adeo ꝙ facilius & frequentius Thaidis caſtra, q̃ Han
nibalis videmus euerti,ſecundum Lucam de Penna in
l.j.C.de caſtrẽ.oĩm pala.pecu.& in l.ſicut.C.de erog.
mili. ann.lib.xij. Non certè,fuerũt diui illi principes
mulierũ impudici oppreſſores, ſcientes talia facinora
ſibiipſis & non oppreſsis mulieribus, vt dictũ eſt,im
74 putari. †Hodie verò quid dicemus? Neſcio. Niſi cũ
propheta concludamus , Pſal.cxlv. Nolite confidere
in principibus,nec in filiis hominũ , in quibus nõ eſt
ſalus. Sunt enĩ vt plurimũ petulãtes,& multa libidi-
ne famoſi,ac leuitate notati: quia leui momẽto addu-
cti,nunc hunc , nunc illũ tollunt,deiiciuntq;.Ex quo
propterea ſcitum eſt Gallicũ prouerbiũ:Principibus
obſequi hæreditariũ nõ eſſe:q̃a faciles motus mẽs ge-
neroſa capit. Vnde Salluſt.in Iugur.Plerunq;,inquit,
regiæ volũtates vt vehementes, ſic mobiles ſæpe ipſæ
ſibi aduerſæ.Inde dicebat Bar.in l. ad ſplendidioris.
C.de diuer.offi.& appa.libr.xij. Abuſum maximum
videre in mundo, ꝙ delicta magnatũ & potentũ non
puniuntur: propter quod bella contingunt & guerræ
mortales, vt in belli furore crucietur qui iuſtitia com
primi non poſſunt,ſecũdũ gl.in c.apoſtolicæ. de re.
iudi.lib. vj. videatis quæ dixi ſuper verbo , *Condidit*.
j.circa fi. Et quales ſunt ferè oẽs,tales ſunt eorũ auli-
ci,Palatini, & curiales in deliciis & cordis deſiderio
viuentes,rationem à capite ſumẽtes:quia quod com-
mittitur à prælatis faciliter trahitur per ſubditos in
exemplũ.c.magnæ.de voto & voti redẽpt. Ex quorũ
laſciuia & incontinentia,decidit Ioã.de Pla.in l.j. C.
de mahu.libro xj.ꝙ principes & curiales cogere non
poſſunt puellas ciuiũ virgines nec cõiugatas ad cho-
reas & tripudia curiæ , in quã ſit inhoneſtatis ſuſpi-
cio:nec debẽt eas inuitare,ſecundũ eũ in l.ſi.C.de ſi.
rem quam vendi.cuin.libr.x. Dauid rex & propheta
ſanctiſsimus cantando & pulſando citharã dæmones
fugabat , & ſpiritũ Saulis regis ab immundis ſpiritib⁹
liberabat.j.Reg.xvj.c.in fin. quos moderni principes
inſtrumentis muſicalibus hodie alliciunt & inuitant,
melodiã cytharæ naturaliter dæmones expellentem,
vt ibi dicit Lyr. in eorũ refocilationẽ in conuiuiis &
ſuis dãnatis choreis conuertentes : ideo de Dauid di-
xit dñs Deus : Inueni virum ſecundũ cor meum. ſed
de iſtis, iniqui ſunt cœtus veſtri , Kalendas veſtras &
ſolennitates veſtras odiuit anima mea , & facta ſunt
mihi moleſta.Eſa.j.Ex quo dicit Bal.per illum text.in
l.quod ex liberta.C.de oper.liber. ꝙ ſubditæ cogi ho
die nõ poſſunt ire ad choreas & tripudia curiæ , cùm
ius honeſtatis ſit exemptum ab omni ſuperioritate.
Sicut liberta cõiugata ire nõ tenetur ad domũ patro-
ni ſui : imò quo ad hoc eſt à iure patronatus exẽpta.
vt d.l.quod ex libertate. Nec tenetur niſi ad honeſta
obſequia,veluti aſſociare patronã eundo ad eccleſiã:
pariter & ſubditæ dominã ſuam honeſtã : & non ire
cum viris, nec ſequi eorum conuiuia,in quibus mimi
& hiſtriones reperiuntur cõmuniter, qui ſunt incẽti-
ua inhoneſtatis & luxuriæ.Cõtra quos & chorearum
inuentores inſurrexit Guido de columna,excidij Tro-
iani hiſtoriographus, de raptu Helenæ loquens. Pe-
reat,inquit ille,q̃ primas inuenit choreas , quæ cauſa
fuerũt tãti dedecoris, & ſecutæ diſſolutionis, ac illati
doloris.Vnde non immeritò tales choreatores & tri-
pudiatores ꝓhibent clericali : in quorũ deteſtationẽ
buffones appellãtur. Et ſi clerici tales debitè moniti
non deſtiterint,perdunt priuilegium clericale.c.j. de
vita & ho.cle.lib.vj. Ob quod apud Romanos inſti-
tutũ Maſſiliæ ciuitatis ſummè veneratum fuit, quo in
ſcenã nullus mimis aditus dabatur. De quo meminit
Valer.ille maxi.libr.ij.ti.de inſti. antiquis. Vbi eadẽ,
inqt, ciuitas ſcilicet Maſſiliæ ſeueritatis cuſtos acer-
rima eſt:nullum aditum in ſcena mimis dando , quo-
rum argumenta maiori ex parte ſtuprorum continẽt
actus,ne talia ſpectandi cõſuetudo etiã imitandi licẽ-
tiam ſumat.hæc ille. Heu me proculdubio mulieres
hodie multæ viros potiùs ad choreas incitãt , q̃ ꝑ eos
inuitẽtur.Adeo ꝙ viuere adhuc,nec mortua creditur
Sempronia : de qua in Catilinario meminit Salluſt.
quæ multa ſæpe virilis audaciæ facinora commiſerat.
Hæc mulier genere atq; forma,præterea viro atq; li-
beris ſatis fortunata fuit. Literis Græcis & Latinis
docta, pſallere & ſaltare elegãtius,q̃ neceſſe eſt ꝓbæ,
ſcilicet mulieri. Sciebat & multa alia quæ inſtrumen-
ta luxuriæ ſunt,ſed ei chariora ſemꝑ omnia , q̃ decus
aut pudicitia fuere. Libidine ſic accenſa,vt ſæpius pe
teret viros q̃ peteretur.hæc ille. quod longè diſtabat
à probitate & pudicitia.Cùm mulieres potius rem fa-
miliarem q̃ choreas diſcunt,id eſt, olim in aurea æta-
te diſcere cõſueuerant:quod contra noſtri ſeculi mo-
res eſt,quo nulla chorearum rudis commendatur.Sed
illa tñ quæ exquiſitius & accuratius publicè chorea-
re didicit in maximũ periculũ caſtitatis : quia ſecun-
dum Grego.homil.xij.Deprædari deſiderat, qui the-
ſaurum in via publicè portat. Ideo debent ſolitariè
in domo manere mulieres aliquid ſemper operando,
cõſiderantes quod ſcribitur Iob.xxiiij. Oculus adul-
teri obſeruat caliginẽ, &c. Et hæc de fideli cõiugum
75 pudicitia vobis ſufficiãt. †Secundò dixi ſuprà, ꝙ ve-
neranda ſunt coniugia ſummo amore & inſolubili
amicitia , iuxta illud Apoſto.ad Ephe.v.Viri, inquit,
diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus dilexit eccleſiã.
Et alibi dicit ad Coloſſen.iij. Viri diligite vxores ve-
ſtras,& nolite amari eſſe ad illas, imò viri quãtò ſunt
nobiliores,tantò vxores magis diligunt. l. ſi vxor. §.
planè.ff.de adult.ſecundum Old.conſil. cv. Cogitare
enĩ debet quicunq; maritus cũ honeſta muliere con-
iugatus illud quod ſcribitur Prouer. xix. Domus &
diuitiæ dantur à parentibus: à domino autẽ vxor pru
dens . & Philoſophus ſecundo œconomic. vxorem
venire ex ara Deorũ dixit. Et ſunt duo in carne vna.
Geneſis ij.& in c.j.coniugio lepro.Adeò ꝙ eorũ qui-
libet contra iuris regulas illum poſsidet à quo poſsi-
detur. Præterea liber homo poſsidens à libero homi-
ne poſſeſſo poſsidetur. quod in alia re locum habere
non poſſet, q̃ in matrimonio,ſecũdum Inn. & Doct.
in c.ex tranſmiſſa.& c.ex conqueſtione.de rẽſtit. ſpo-
liato. ita ꝙ pro tali poſſeſsione viciſsim remedia cõ-
petunt poſſeſſoria.Prouiſo,ꝙ ſemel fuerint in actua-
li poſſeſsione per carnalem copulam,vt ibi.quia non
ſufficeret copula vocalis.ſecundum Bal.poſt Inn. in
c.de cauſis.xvj.col.de offi.deleg.Idcirco dilectio viri
ad vxorẽ, & cõtrà, excedere debet oẽm huius ſeculi
amorẽ & dilectionẽ,q̃a cæteris aliis morib⁹ eſt ꝑſtan
tior,ſecundũ Lucã de Pen.in l.quicũq;.C.de cohort.
lib.xij.Ait tñ Hiero. ꝙ vir debet vxorẽ ſuã diligere,
ſed non timere. Vxor autẽ debet virũ ſuũ diligere &
timere,ſecũdũ Cy.in l.curatorẽ.C. de interdic. matr.
inter pup.& tut.In amore verò & dilectione ſunt pa-
76 res. †Vt etiam ſignificaẽ in matrimonialis anuli ſub-
arratione.Demonſtrat ꝓfectò ille anulus viri & mu-
lieris coniunctionẽ, amorẽ & dilectionẽ eorundem.
Ob quod anulus ille debet eſſe aureus,rotundus,& in
quarto digito poſitus.Aureus ideo debet eſſe, quia ſi-
cut aurum omne aliud excedit metallũ , ſic amor ille
ſs iiij cæte-

cæteros mundi huius habet excedere amores. quod
patenter oſtendit Iſaac.Geneſis xxiiij.in fin.qui Re-
beccam eius vxorẽ tm̃ dilexit,vt doloris qui ex obitu
matris ei acciderat, ferè obliuiſceretur. Vnde Geneſ.
ij.legitur Adam poſt Euæ creationem dixiſſe: Hoc
nunc os ex oſsibus meis,quamobrem relinquet homo
patrem & matrem,& ſuæ adhęrebit vxori,Ephe.v.Et
Deus in perſona virginis glorioſæ Chriſti futuræ ſpõ
ſæ cuilibet virgini nubẽti,Pſal.xliiij.dixit, Audi filia
& vide:& inclina aurem tuam,& obliuiſcere populũ
tuum,& domũ patris tui,ſcilicet ad diligendũ maritũ
tuũ,qui aliud quàm decorẽ tuũ nõ cõcupiſcit.In quo
oſtẽditur etiã ꝙ oĩbus relictis, vir amare debet vxo-
rem.Non quidẽ tãtum,vt vxoris præſentia carere nõ
poſsit, aut vxor præſentia viri,ſicut effœminati fa-
ciunt,& narrat de quodã Hiero.contra Iouinia.Sunt
profectò nõnullæ præſertim mulieres, quæ vt pluri-
mum cor molle habent,in abſentia cõiugis niſi flere
aliud neſciunt. Quod non omiſit Poëta iiij.Aeneid.

*Improbe amor quid non mortalia pectora cogis?*
*Ire iterum in lachrymas,iterum tentare precando*
*Cogitur,& ſupplex animos ſubmittere amori.*

De furore amoris in Didone,& cõſequenter in cæte
ris mulieribus,tetigi ſuper verb. *Duas habens filias*.in
j.princip.fallẽ.Et latè diſcernit prudẽs & commodus
Poëta allegato libr.iiij.Aenei. Quo mortales animos
ab amorum illecebris auertat:cùm nemo ſit à Vene-
reis laqueis tutus,niſi qui omne obiectum procul ha-
buerit,& carnis luxum domuerit. Vſque adeò autem
iocunda eſt pręfati libri iiij.lectio,vt diuus Auguſtin.
ſeſe ad lachrymas compulſum Didonis querela con-
fiteatur.Nihil enim prætermiſſum eſt, quod ad aman
tis miſeræ officium pertineat. Hæc Aſtenſis clariſsi-
mus ibi in princ.Solùm igitur diligere ſe debẽt cõiu-
gẽs zelo & amore ordinato,& diſcreto,vt docet Apo
ſtolus c.quo ſ̃.vbi dicit,ſufficere viro vxorem dilige-
re,vt ſeipſum,& non zelo nimio & exceſsiuo,qui ze-
lotypia dicitur,quæ reprehenſibilis eſt, tam in viro q̃
muliere.Et hoc eſt quod dicitur Eccleſi.ix. Non ze-
les mulierem ſinus tui:quia vt dicit Hieron.vbi ſuprà,
Inter coniuges origo amoris honeſta,ſed magnitudo
diſformis,quaſi dicat,quòd matrimonium honeſtum
eſt,ſed talis amor vilis. Vnde Sextus Pythagoricus.
Adulter,inquit,eſt in ſuam vxorẽ amator ardentior,
cùm ſpeciem adulterij ſapere videatur, qui ſua vxore
ex nimio ardore abutitur. Nam (vt ſcribit Ioſephus)
Beronice Herodis tertij relicta licet impudica & in-
ceſtuoſa foret,Polemonem Lycię regem,cui mortuo
Herode nupſerat,propter nimietatem coitus dimiſit:
quia nil fœdius eſt,quã vxorẽ diligere ſicut adulterã
aut meretricem.Vnde Hierony.Sapiens,inquit,iudi-
cio amare debet coniugẽ,non affectu. quem refert &
ſequitur Io.And.in c.diuerſis fallaciis.de cler.cõiug.
Imò lupus quantũcunq; ferus toto anno nõ amplius
q̃ duodecim dies coit,vt dicitur de proprieta. rerũ li.
xviij.ca.Lupus.in princi.Coitiua enim & multi ſper-
matis citò ſeneſcunt.Spermatis profectò ſuperfluum
nocet,& amplius demiſſum deſiccat ſecundum Phi-
loſoph.in lib.de longit.& breuit.vitæ. imò vt Plutar-
chus dicit,vir φιλοσώματος,id eſt corporis amator la-
ſciuam reddit vxorem ac voluptariã.Et fortè incẽdit
ignẽ,quẽ poſtea extinguere nõ poteſt.Satis ergo eſt,
77 ꝙ vxor diligatur ſupra omnes diligẽdos.†Ex quibus
demonſtratur,ꝙ licet vir aut vxor honorare plus de-
beat parẽtes,& ſic plus puniretur ſi eos occideret, aut
contriſtaret.ſecundum Barthol.Cæpollam. conſil.v.
78 colum.iiij.† Tamen plus tenetur diligere vxorem, &
vxor virum.iij.Eſdræ.iiij. c. quod etiam apertè ſentit
Poëta ex ordine literæ dum in ij.Aenei.dicit.

*Partóq; ibit regina triumpho.*
*Coniugiúmq; domúmq; patres,natóſq; videbis.*

Imò dicit Ioan.Fab.in §.alia.inſtitu.de public.iud.ꝙ
plus puniretur occidẽs ſuã cõiugem,quàm patrẽ, vel
matrem,ſecundum glo.in c.decenter.lxxxix.diſtinct.
& in c.admonere.vbi bonus tex.cum gl.xxxiij.q.ij.&
ibi in c.placuit.per gloſ.punitur pœna maritorũ ſine
cauſa verberantium vxores.Credo tamen Cæpollam
verius & iuſtius cõſuluiſſe, attenta grauitate parrici-
dij,cuius pœna ſtatuta fuit ſeuerior & grauior.ff.ad
legẽ Põpe.de parrici.per totum.facit tex.in §.cauſas.
in authen.vt cùm de app.cog.vbi filius impias manus
iniiciens contra patrẽ vel matrem citra mortem, pri-
uari poteſt eius ſucceſsione etiam legitima portione.
quod non ſtatutũ reperitur in coniugibus, ꝙ propter
hoc perdatur dotis vel donationis propter nup.lucrũ
ſecundum glo.in d.c.placuit.xxiij.q.ij.Niſi occidere-
tur vnus ab altero.l.ab hoſtibus.§.fi.ff.ſolu.matr.Ta-
men communiter tenetur,ꝙ plus peccet maritus, cui
permittitur filiam in adulterio deprehenſam occide-
re,ſed non vxorẽ.l.nec ei permittitur.§.fi.ff.de adult.
79 vt dixi ſuprà.†Et vt liberius gaudere poſſent cõiuges
illo eximio amore, & ipſum effectualiter explicare:
cùm quis olim capiebat vxorem,ab omni munere,&
officio vacatione gaudebat vno anno integro, vt ha-
betur Deutero.xxiiij.ibi,cùm acceperit homo vxorẽ.
non procedet ad bellum,nec ei quippiam neceſsitatis
iniungetur publicè. Sed vacabit abſque culpa domui
ſuæ,vt vno anno lætetur cũ vxore ſua,&c. Et ad talẽ
amorem & cõiugalem dilectionem exhortandi ſunt
in principio nouiter coniugati, vt dicit Apoſtolus ad
Timothe.ij.ibi, adoleſcentulas hortare, vt viros ſuos
ament,& filios diligant.Sicut fecerunt Raguel & eius
vxor,qui ſuam apprehendentes filiam Saram recen-
ter Thobiæ nuptã,& oſculando dimittẽtes eam mo-
nuerunt honorare ſoceros, diligere maritum, regere
familiam,gubernare domum, & ſeipſam irreprehen-
80 ſibilem exhibere,vt legitur Thob.x.in fin.† Secundò
debet anulus ille eſſe rotundus ad demonſtrandum
amorem illum coniugalem habere debere perpetuita
tem,vt nunquã finiatur,donec ad mortẽ.quod appa-
81 ret ex ipſius matrimonij legali diffinitione.† Quod
eſt viri & mulieris coniunctio indiuiduã vitæ conſue
tudinem retinens.inſtit.de patria poteſtate.in princi.
& in c.illud.de præſump.Nam licet ſocietas cõtrahi
non poſsit,vt perpetuò duret.l.ſi cõuenerit.vbi Bart.
ff.ꝓ ſocio.& l.in hoc iudicio.§.ſi cõuenerit.ff. cõmu
ni diuidun.tamẽ diuina hæc ſocietas perpetuò durat,
quandiu coniuges viuunt.Adeò ꝙ olim repudia leui-
ter attentata ſine cauſa & iure,amicorũ conſilio gra-
uiter puniebãtur. Quamobrem Lucius Antonius ſe-
nator Romanus fuit per cẽſores à ſenatu remotus,ꝙ
virginẽ deſponſatam repudiauerat,exiſtimantes plus
iniuriæ hoc eſſe, quàm in cœlibatu permanere: quo
caſu ſola bona fiſco applicabantur,vt dicã ſuper ver-
bo,Qui cum alia matrimoniũ cõtrahens.de quo,ſci-
licet repudio ſummè odioſo Valer.lib.ij.tit.de cenſo-
ria nota.circa princip.ſic dicit,Horum ſcilicet cenſo-
rum cœlibatum punientium ſeueritatem. Marcus Va-
lerius maximus, & Caius Iunius Brutus cenſores in
conſimili genere animaduerſionis imitati,Luciũ An-
tonium ſenatu amouerunt,ꝙ quã virginẽ in matrim.
duxerat,repudiaſſet,nullo amicorum in cõſilio adhi-
bito. At hoc crimẽ,ſcilicet repudij,neſcio an ſuperio
re,ſcilicet cœlibatu ſit maius:illo nãq; ſcilicet cœli-
batu



batu cõiugalia ſacra tm̃ ſpreta:hoc etiam, ſcilicet re-
pudij,iniurioſè tractata sũt: optimo ergo iudicio cẽ-
ſores indignũ eum auditu curiæ exiſtimauerũt. quia
ſupple maius delictũ fuit in repudio, q̃ in cœlibatu.
cũ turpius eiicitur,q̃ nõ admittitur hoſpes.c. quẽad-
modũ. de iureiur. Præſertim vbi amor ſui natura eſt
82 ad vitã.†Ideo nõ valet cõfeſsio coniugũ: neq; tranſ-
actio in matrimonij direptionẽ & diſſolutionem ſed
bene in matrimonij validitatẽ & durationẽ tendens,
vt plenè decidiẽ in c.fi.de tranſac.& in c.ſuper eo. de
eo qui cog.conſang.vxo.ſuæ.quod qualiter intelliga-
tur,videatis per gl.ſing. in c.ex literis. de diuor. & in
c.atteſtationes.in glo.ij.de deſpon.impub. Quinimò
paribus ſtãtibus ſententiis pro matrimonio,& contra
eum,firmari debet matrimonium.c.fi.de re iudic. Et
hoc in fauorẽ perpetuæ durationis & amoris matri-
monij.Imò vt exẽplo videbitis in verbo, Qui cũ alia
muliere. etiã amor ille cõtinuatur poſt mortem alte-
rius & amborum.Vnde refert Poeta in vj.Aeneid. de
Didone,quæ ad tartara poſtquam deſcendit,Pigma-
lionẽ fratrem ſuum ibi repertum fugiens ad Sicheum
eius virũ prædefunctum ſe contulit: ideo ſi vxor ma-
rito p̃decederet,ſepeliẽda eſſet vbi maritus poſt mor
tem ſuam tumulari præparaſſet, vel tunc declararet,
ſecundum Panor.in c.de vxore.iij.col.de ſepul.iuxta
illud Aurelij Augu.in c.vnaquæque mulier virum ſe-
quatur ſuum,ſiue in vita ſiue in morte. xiij. q.ij. facit
tex.in l.medico.§.fi.ff. de auro & argen. leg. ꝙ bona
mulier funerari debet arbitrio mariti. Et altero præ-
moriente ſuperſtes ei ſubuenire tenetur ꝑ ſuffragia, vt
83 latius dicam vbi ſuprà loquendo de viduitate. †Ter-
tiò,debet ille anulus in quarto digito poni, vt amorẽ
illum cõiugalem oſtẽdat debere habere præcordia-
litatem. Prometheus enim Athlantis frater primò a-
nulum inuenit, in quo gemmas incluſit, & in quarto
digito portari iuſsit, propter venam cordis,quæ illuc
tendit. Tempore hinc procedente apud Romanos
(Iſydoro xix. Aetymolo. lib.referẽte) ſtatutum ema-
nauit,vt liberi ciueſque Romani anulo vterentur au-
reo,libertini argẽteo,& ſerui ferreo tantùm.quod fa-
cit ad intellectũ rub.de iure anulorũ aureo. Id idẽ de
anulo in quarto digito ponẽdo dicunt Phyſici,quod
quædam vena à corde procedit in quartum digitum.
Quapropter anulus in quarto ponitur digito, vt ſci-
licet amor cõiugum ſit fidelis & cordialis.c.fœminę.
84 xxx.q.v. † Et adeò cordialis & perpetuus, vt ſemel
cõſummatum matrimonium non poſsit etiam amore
Dei per religionis ingreſſum diſſolui. c. commiſſum.
de ſponſa.Lepra,ingratitudine vel quocunq; alio cri-
mine etiã de conſenſu ipſorum,vt patet infra de con-
iug.leproſorum. ꝑ totum. licet enim propter adulte-
rium vnius ipſorũ fieri poſsit thori ſeparatio, non ta-
men fœderis matrimonij ſolutio. c.licet. xxxij.q. vij.
& c.j.vt lite non conteſt.Non enim eſt homo, qui li-
gauit,ſed Deus. Ideo,quod Deꝰ coniunxit,homo nõ
ſeparet,Geneſis ij. & inde dicitur ſingulariter in c. ij.
de cognatio.ſpirituali, vbi clarè Hoſtien. ꝙ vbi do-
ctores & magiſtri per ſuas gl. matrimoniũ ſeparant,
nec aſsignant caſum in iure expreſſum, ſi reperitur
vnus doctor vel magiſter matrimoniũ ſuſtinens tunc
illius ſolius opinio eſt ſequenda.Ex quo ſingulariter
infert Hoſtien.ꝙ vbi agitur de matrimonio ſuſtinen-
do,ſingularis opinio eſt præferẽda cõmuni,niſi com
munis opinio haberet quaſi text.pro ſe. quod ſequit̃
ibi Panor.in ij. nota. Lex profectò ciuilis hunc amo-
rem cõſiderans atq; coniunctionem, dixit coniuges
ſocios eſſe diuinæ & humanæ domꝰ.l.aduerſus. C.de
crimine expila.hæredi. Ita quòd bona vnius cenſent̃
eſſe alterius, adeò ꝙ ſeruus vxoris eam relinquendo
opem ferens marito,& econtrà,ſatis videtur dominæ
aut ſuo domino opem tuliſſe, ne Silleiano teneatur l.
ſi quis in graui.§.ſi cũ omnes.ff.ad Sillana. Nec quo
ad debitum carnis ac ſobolis propagationẽ iudican-
tur ad imparia.c.gaudemus. de diuortiis. Cùm in eo
vnus ſine altero nihil poſsit.l. maximum. C. de libe.
præteri.& Pulchrè Paul. in l. j.C.de cõditio.inſer.&
Panor.in dicto c. illud. viij.col.cum ſeq. de præſum.
Non certè Deus Euam formauit de pede Adæ,ne o-
mnino videretur famula.Nec etiam de capite, ne vi-
deretur domina: ſed eam formauit de coſta, vt eſſet
viro collateralis. In qua mulieris formatione miracu
lum cõtingit non modicum:quia vt dicit Auguſtinus
ſuper ix.ca. Geneſis. ſpeciali prouidentia Dei Adam
obdormiuit, dum de coſta lateris ſui fuit Eua forma-
ta: in qua profectò dormitione raptus fuit ad cælos,
vbi mirabilia vidit,ſicut Ioan. Euang. dormiendo in
cœna ſuper pectus domini.Ob quod vt dicit Tho.in
j.parte.quæſt.lxxxiiij.art.j. habuit Adam omnem ſa-
pientiam neceſſariam ad ſe regẽdum,& omnes crea-
turas ei ſubditas: quibus nomen impoſuit ſecundum
naturã cuiuſlibet, Geneſis ij.Et vtrunq;, ſcilicet fœ-
minã,ſicut virũ fecit Deus ad imaginem ſuam, Ge-
neſis j.& v.c.vbi ſecundũ aliquos licet dicatur,ꝙ ho-
minem creauit ad imaginẽ ſuam.c.hæc imago xxxiij.
q.v.& Apoſt.j.Corint.xj. Ex quo videbatur ſatis eſſe
comprehenſa mulier, tamen ad maiorem expreſsio-
nem ſequitur in tex. Maſculum & fœminam creauit
cos: vt etiam intelligatur mulier ad imaginem Dei
creata ſicut vir. vide text.in contrarium in c.hæc ima
go.xxxiij.q.v. Vnde inter eos tanquã pares inſtitutũ
fuit matrimonium,vt inter homines honeſta concor-
dia habeatur,& inſuper amor & fides obſeruetur,ſe-
cundum Auguſt.ij.de ciuit.Dei.ca.xvij.Fœdus enim
cõiugij & mutuo amore inchoatur, & amore manu-
85 tenetur & conſeruatur. †Nam licet in dotem aut pro
pter nuptias donationẽ acceſſoriè bona temporalia
dentur,& tranſactiones ſemper aliquo dato vel reten
to celebrentur, tamen venalis concordia eſt omnino
(cùm ſolus amor ſufficiat) inter eos prohibita, adeo
ꝙ vigente ſtatuto prout eſt hîc, & Toloſæ, ꝙ vxore
prædecedente, vel à marito ſine cauſa recedente vir
lucretur dotẽ:& vxor propter diſcordiam ad domum
parentis ſe tranſtulerit, vel amici, ita ꝙ ad maritum
redire nolit,pacem cum ipſa habere deſiderantẽ, niſi
maritus ei reſtituat dotem viro ex ſtatuto pertinen-
tem,aut per mortem mulieris competituram,qui hoc
facere contentatur,vt pacem habeat cum vxore: cer-
tè talis remiſsio lucri dotalis non valebit: imò nulla
erit per tex.ſingu.in l.ſi liberis.ff.de pact. dota. quem
ſummè extollit Lud.Rom.in ſuis ſingularibꝰ, ſingu-
lari ccccclxxvj.incipien.Pone caſum quotidianũ. Et
in aliquibꝰ libris eſt ſuꝑ litera v. prope finẽ. hinc di-
cit tex.in l.reprehendenda C. de inſtit. & ſubſtit. ſub
condit.factis. ꝙ vxor omni lucro tẽporali & præce-
pto cuicunque paterno & materno, ſi in contrarium
fieret,præferre debuit concordiam maritalem, & re-
dire ad maritum. Quæ ſi redeat, donatio quæ fortè
inter eos facta fuerat,& quæ per diuortiũ vſque poſt
mortem duraturũ extincta fuiſſet, morte donatoris
nullatenus cõfirmanda reconualeſceret.l.cũ ſtatus.§.
ſi diuortium.ff.de dona. inter vir. & vxo. & gloſſ.in
c.diuortium.de pœnitẽ.diſtinct.j. Pariter ſi à marito
vel ſocero ſuo, vxor cautionẽ pro dote conſeruanda
peteret, ceſſante mariti ſæuitia & bonorum dilapida-
tione

tione:quia non vergit ad inopiam iuxta plenè nota.
in l.ſi cõſtante.ff.ſolut.mat.Nõ audiretur, nec cautio
exacta teneret:quia poſtquã ſeipſam marito creden-
dam exiſtimauit,etiam de dote cõfidere debet.ca.per
veſtras.in fi.de dona.inter vir.& vxo. Ne per cautio-
nem à marito extorquendam cauſa perfidiæ in con-
iugio generetur,quod amore & ſociali dilectione li-
gatum fuit l.j.& ij.C.ne fideiuſſo.doti.dentur.Libera
enĩ eſſe debẽt omnino matrimonia.& totus ſtat⁹ eo-
rũ.l.Titia.ff.de verb.obl.c.gemma.de ſpõſa.& l.ij.C.
de inuti.ſtipul.Dotes inſuper & donationes propter
nuptias,quibus nullum poteſt onus imponi. Imò nõ
optimi ſed puerſi iuris eſſet matrimoniũ, cũ tot tan-
tíſq; ſuis difficultatib⁹ opprimatur,aduẽtitiis cumu-
lare põderibus,dicit tex.in l.j.§.ſi verò.C. de impon.
86 lucra.deſcrip.libr.x. †Et inde eſt,ꝙ non valet dona-
tio inter cõiuges:quia præſumeret̃ illo feruentiſsimo
amore potius ꝗ liberali cõſenſu facta:aut quod pro-
pter bona amorem inter ipſos debitum redimerent.
l.j.ff.de dona.inter vir.& vxo. Quinimò ſi pro vxore
cui maritus donauerat lata eſſet ſententia,quam pote
rat maritus exceptione repellere,licet valeat ſentẽtia
quæ aliâs ſoluti repetitionem impediret.l.Iulianus.ff.
de cõdict.indeb.tamẽ hoc caſu eam nõ impedit, nec
locum habebit d.l.Iulianus,nec ſimilia iura,quia non
procedũt in ea ſentẽtia,quæ lata fuit pro eo, cui alter
ex litigatoribus donare prohibetur,par caſum ſingul.
in l.ſi ſpõſus.§.ſi vxor.le ij.ff.de do.inter vir.& vxo.
quem habuiſſe Ludo.dicit à Bal.in l.cùm allegas. C.
de vſuris.Ideo talis donatio nõ valet:nec ex ea tranſ-
fertur dominium,donec morte donatoris fuerit con-
firmata.l.donationes.C.illo eo.tit. Tamẽ interim rei
donatæ & traditæ,licet ex inutili cõtractu trãſit poſ-
ſeſsio in donatariũ.l.j.§.ſi vir vxori.ff.de acq.poſſeſ.
Quod verum intelligatis, vbi ſolus amor fuit cauſa
dona.Si autem donans motus fuerit ad donandum &
tradendum rem ex frequenti petitione coniugis, cui
donauit, & ſic per importunitatem illius ex quibus
præſumitur illa donatio præceſsiſſe ex quodam calo-
re iracundiæ & tædio,moleſtia aut metu: cũ obtento
per importunitatẽ vel metum æquiparẽtur, ſecũdum
Inno.in c.petitio.de iureiur.talis donatio morte do-
nantis non cõfirmaretur, nec poſſeſsio ſaltem habẽs
iuris effectum,cùm nõ tradat,nec ſit apta nata trahe-
re ad ſe dominium:per mortem donatoris dicto caſu
non transferretur in donatarium,ſecundũ Bal.ſingu.
per illum tex.in l.j.C.de petitio.bo.ſubla.lib.x. quem
ſequitur Iaſon in d.§.ſi vir vxori.iij.col.ideo ſi in tali
donatione interceſsiſſet iuramẽtum,quod de iure re-
gulariter firmat inter cõiuges donationem, talis me-
tus ſeu importunitas donatarij eſt iuſta cauſa diſpen-
ſandi & relaxandi iuramentũ per epiſcopũ,vt ſingu.
decidit Guido Pap.q.ccxxiiij. Pari ratione crederem
idem eſſe in dona. per alterũ ex coniugibus alteri fa-
cta,vbi donatarius donatori in paſsiõe deſiderij car-
nalis conſtituto, carnis debitum denegaſſet: & vt ei
tunc obediret,talem dona.extorſiſſet,vt à ſimili dici-
tur de medico donationẽ ab infirmo extorquente vt
eũ ſanet.ff.de va.& extraor.cogn.l.medicus.vel aduo
cato pactũ de quota litis cũ ſuo clientulo faciente.l.ſi
qui aduocatorũ.C.de poſtu. aut iudice iuſtitiã vẽdẽ-
te.c.cũ æterni tribunal.de re iudi.lib.vj.cũ ex iuſtitia
ſit inter cõiuges debitũ carnis perſoluendũ.Nec ſine
cauſa vocatur debitum.& fortè idẽ ſi aliud ſeruitium
cõiugale negaſſet,quod fuiſſet cauſa dona. tales certè
cõparãtur meretricibus, de quibus dicit̃:Carnes car-
nifices,carnes vendunt meretrices. Pro quibus facit
quod ſ.dixi,ꝙ ſicut venalis concordia eſt inter cõiu-
ges prohibita,ſic etiã lucra importuna ſunt inter eos
reprobata.Crederẽ tñ,ꝙ coniuges ſine fraude blãdi-
loquio dulci & honeſto ad beneficiũ ſe mutuo attra-
here poſſunt.& ita limitarẽ deciſ.Bal.per l.fi.C.& ff.
ſi quis aliquẽ teſta.ꝓhib.quod eſt not. quod qualiter
intelligat̃ ponit pulchrè Bald.in j.parte conſ. ccxxiij.
incip.Pũctus infraſcripti conſilij.vel ſi hoc fieret cau
ſa remuneratiõis,vt quia plebeius nupſit nobili mu-
lieri,in cuius nobilitatis recõpẽſam recognouit ab ea
dotẽ recepiſſe,quã ei ſup bonis ſuis aſsignauit,ſecun-
dum Bart.in l.ſi diuortio.ff.de verb.obli.quia hoc fa-
ciendo videtur eã ſibi donaſſe,nec eam reuocare poſ
ſet.Idem eſſet vbi eſſet æqualitas perſonarũ, quia re-
uocari non poſſet vſq; ad mortẽ.vt ſingu. decidit Io.
And.in addi.Spec.in rub.de don.inter vir.& vxo. Nã
ſi fieret propter cõcordiã aliter inter cõiuges non ha
bendã, nõ valeret.Cõiugiũ enim,vt dixi,amore & ſo
ciali dilectione debet initiari,& inchoari, cõtinuari,
& obſeruari,ac interruptũ(vt ita loquar) recõciliari:
nõ importunitate,aut venalitate pretij,nec amore vo
luptatis ſed gratificæ ſocietatis ſub ſpe obtinẽdę pro-
lis.Ideo licet proles deficiat,& ex matrim.nõ ſequat̃.
ꝓpter hoc matrim.nõ diſſoluit̃, nec repudiũ tolerat̃.
Cũ ſolũ nõ dicatur cauſa prolis factũ,ſed vt fornica-
tio euitet̃, & ſufficit vnã de pluribus rationibus ma-
nere.inſtit.de nupt.§.affinitatis.Ideo Spurius Carbi-
lius,ꝗ ſterilẽ repudiauit vxorẽ,& primus Romæ re-
pudiũ introduxit,reprehẽſione non caruit, vt ait Va-
lerius lib.ij.titu.de inſtit.antiq.Nam inſtitutio matri-
monij ante peccatũ fuit tñ ad officiũ, vt ſcilicet natu
ra multiplicaretur, ſed nunc poſt peccatũ eſt ad offi-
ciũ,vt proles habeat̃,& ad remediũ, vt fornicatio eui
tetur,ſecundum gloſſ.in c.j.xxxij.q.ij.Quia,teſte La-
ctantio in lib.de vero cultu,tradunt ingenioſi poẽtæ
tres furias,quæ hominũ mẽtes exagitãt: qm̃ ita vltio-
nẽ deſiderat,cupiditas opes,& libido voluptates, ta-
mẽ Deus limites ſtatuit,quos tranſcendere non licet.
Nam in remedium iræ data eſt iuſtitia:in remediũ cu
piditatis data ſunt nobis neceſſaria: & in remediũ li-
bidinis coniugium pro ſobole propaganda.Vnde nõ
immeritò in tam ſanctæ & indiuiduæ ſocietatis ho-
norẽ,& ne tantus amor inter eos vertat̃ in odiũ pro-
hibuit lex turpẽ ſeu famoſam actionẽ inter tam con-
iunctos & amore cõglutinatos competere,qualis eſt
actio iniuriarũ,vt plenè Alex.in l.diuortio.§.ſi fun-
87 dum.ff.ſol.matr.†Et idem in actione furti. quod eſt
cõtrectatio rei alienæ.l.j.& ij.ff.de fur.Et quilibet cõ
iugum dicitur bonorũ alterius quodãmodo dñs.l.j.
& ij.ff.rerum amota.Ex quo dicit ibi Bar.ꝙ põt vxor
de bonis mariti & ecõtrà,moderatã facere eleemoſy-
nã.quem ſequitur Pan.in c.ſi quis.de furtis.Et ea quæ
ab ipſis actibus promiſcuis cõſumuntur nõ ſubiacent
repetitiõi:quę cõpẽſatio inter nullos alios fit ſocios,
niſi de cõcurrẽtibus quãtitatibus.Sed hîc etiã de exce
dẽtibus.l.fi.C.de pact.conuent.tam ſuper dote,quàm
propter nuptias dona.Vnde pro his & dotibus vir &
vxor ſecundum Franciæ conſuet.ſimul agunt & con
ueniuntur,vt dicit Io.Fab.in §.fuerat.inſti.de actio.
Imò oẽs actiones perſonales vxori cõpetentes etiam
cõpetunt marito ſecundum conſue.pro quibus ſolus
maritus expetitur.facit l.j.in fin.cum l.ſeq.ff.de iniur.
& l.j.vbi Io.Fab.C.de bo.mater.Imò dicit Io.Fab.in
88 §.prædicto.fuerat.inſti.de actio.†ꝙ maritus in Fran
cia facit & pręſtat homagium dño pro feudo vxoris.
Et homagium & cætera vxori debita recipit: ſed cui
tenetur vaſallus obedire & ſeruire, an vxori eius do-
minæ,



minæ,vel marito ſuo, videatis Aluaro.in c.j.an mari
tus ſuccedat vxori in feudo.Nec etiam repetitur quod
in alterius ægritudinem erogatũ eſt.l. quod in vxorẽ.
C.de nego.geſt.vbi dicit Bal.Maritũ lucro dotis fore
priuandũ,ſi vxori alimenta negauerit, aut medicinã
acſi eam interfeciſſet.l.ſi ab hoſtibus.§.fi.ff.ſol.matr.
Et ſi ei medicum adhibuiſſet, ſed non bonũ,vt plenè
dixi in verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Quia ſecundũ
Apoſt.ij.ad Corinth.j.Coniuges ſicut ſunt ſocij cõſo
lationũ,ita eſſe debẽt & paſsionũ,vt impleatur quod
ſcribitur eccleſiaſt. xxv. In tribus placitũ eſt ſpiritui
meo,quæ probata ſunt corã Deo & hominibus,con-
cordia fratrũ, amor proximorũ, & vir ac mulier ſibi
89 bene conſentientes. † Tenetur enim vxor virũ ſequi,
licet vagabundũ,quocunque vadat.l. Mæuia.in fi.ff.
de annuis lega.Si tẽpore quo contraxit cum eo,vaga-
bundus erat:& nunc ex honeſta & iuſta cauſa vagari
vult.l.ſi quis neceſsitate xxxiij.q.ij.glo. & doct.in c.j.
de coniugio lepro.& Bal.in l.qui manumittitur. ff.de
90 oper.libe. † Nam mulier nubens efficitur de familia
viri,ſecundũ Bar.per illũ tex.in l.fi.C. de verb. ſigni.
& illius ſortitur forum.l.cùm quædã puella. ff. de iu-
riſd.om.iud.Amborúmq; idem eſt domicilium.l.fin.
C.de incolis.lib.x. Coruſcant pariter fœminæ radiis
maritorum.l.fœminæ. ff. de ſenatori. ita quòd ſi ple-
beia nubat nobili. efficitur nobilis. l. quicunque. vbi
Bar.C.de re mili.lib.xij.Et ecõtrà nobilis nubẽs ple-
beio,nobilitatẽ perdit.l.j.C.de digni.eo.lib. Vnde vi-
demus, quòd ſibi inuicẽ coniuges ſingulari tã diuina
quàm humana ſocietate iuncti ſuccedunt in defectu
parentum,quacunque alia poſtpoſita ſocietate,qualiſ
cunque prærogatiuæ & priuilegij exiſtat: adeo quòd
etiam fiſcus excluditur, vt plenè dixi in dicto verbo,
*Et vxo.nomine Adel.* in iiij.arti.De hac ꝓfectò ſocie-
tate & indiuiduo amore,ſic dicit tex.in l.penul.C.cõ
munia vtriuſque iud. Quis enim ferat liberos à paren
tibus,vel à fratribus ſorores,aut viris coniuges ſepa-
rari? q.d.nemo.facit l.plerũque.ff.de ædili.edic.in fi.
quinimo nulla iuriſdictionis authoritas hoc põt, vt
ibi.Ideo videmus ſeruos mariti cõtra vxorẽ non tor-
queri,ſecundũ Bar.in d.l.j.§.ſi vir.ff.ad Sillana.Quia
ſi hoc fieret cõtra ſemetipſum torquerentur,cùm ſint
duo in carne vna,vt vidiſtis.Et pro tanto hæc omnia
dixi,quia natura,ratio, & lex coniugij fidelitatẽ po-
ſtulant,necnon amorẽ & cordialem ac inſolubilem,
ſocietatem & amicitiam:quæ præcipua eſſe debet in-
91 ter cõiuges,vt nobis exẽplo veteres oſtenderũt.†Nar
rat profectò Vale.lib.vj.tit. de fide vxorũ erga viros.
Quòd cũ Sulpitia Lentuli vxor à matre ſua Iulia di-
ligentiſsimè cuſtodiretur, ne Lentulum virũ ſuum à
duumuiris proſcriptũ in Siciliam ſequeretur: ipſa tñ
familiari veſte cum duabus ancillis & totidem ſeruis
clãdeſtinè fugiẽs ad ſuũ virum peruenit, nec ſeipſam
proſcribere erubuit, vt ei fides, amor, & amicitia in
cõiuge proſcripto cõſtarẽt:adimplẽs hæc optima mu
lier,quod ſuprà dictum eſt: Relinquẽt homo patrem
& matrem,& adhærebit vxori ſuæ,econtrà vxor viro
ſuo,Epheſ.v.Refert pariter ibidem, ꝙ Turia Quintũ
Lucretium virũ ſuum proſcriptũ inter cameram &
tectum cubili abditum,vna cõſcia ancillula ab immi-
nẽti exitio,nõ tamẽ abſque ſui magno periculo tutũ
præſtitit:ſingularíq; fide & amore id egit,vt cùm cę-
teri ꝓſcripti in hoſtilibus alienis regionibus per ſum-
mos animi & corporis cruciatus vix euaderẽt: ille in
cubiculo & coniugis ſinu ſalutẽ retineret.Portia Bru-
ti in Cæſarem coniuratoris vxor plus fecit: quæ cùm
poſt mortem Cęſaris audiſſet ſubtractum eſſe ſibi vi-
rum, & fugitiuũ exiſtere, nil ſibi lætum amplius exi-
ſtimans, cùm cultrũ nullũ haberet quo ſe perimeret,
ſtatim ignitos carbones (quos ſibi propinquos habe-
bat) gutturi iniectos exhauſit.A quib⁹ præcordia exu
rentibus ſpiritũ exalauit. Et Carthagine per Scipio-
nem deleta, Aſdrubale ibi tunc regnante transfugæ
dato, eius vxor ſe ſuoſque liberos in medium iecit in-
cẽdium, vidẽs mariti ſui amiſiſſe conſortium, ac ſuæ
caſtitatis inter hoſtes proſpiciens labyrinthũ. Et nu-
rus Heli ſummi ſacerdotis vxor Phinees prægnãs au
dito,ꝙ mortuus eſſet in bello vir ſuus, incuruauit ſe,
& prę dolore ſubito peperit.j.Regum iiij.quia,vt ibi
dicit Lyra, Dolor magnus & repẽtinus accelerat par
tum. De Hipſicratea vxore Mitridatis regis per Va-
lerium lib.iiij.ti. de amore coniugali habetur, ꝙ virũ
ſuum eo vſque dilexit, vt ſeipſam in habitum virilem
transformans,tonſiſq; capillis, decorem ſuum ex to-
to ſpreuit, vt ſui cõiugis periculis intereſſe poſſet: &
cum Mitridates fuiſſet à Pompeio deuictus, ipſeq; fu
geret, cum ſemper vxor inſecuta fuit, ſeſq; viri perſe-
cutionẽ alleuiãs,per omnia conſolata eſt.adeo ꝙ (vt
dicit Valerius vbi ſuprà) Mitridates cũ domo & pe-
natibus vagari ſe credidit vxore ſimul exulante. Fer-
tur inſuper in Aquileiana obſidione tempore Maxi-
mini imperatoris, fœminas Aquileiẽſes tãtæ magna-
nimitatis fuiſſe amoris & amicitiæ ad viros, vt cùm
nerui & funes ad ſagittas emittẽdas maritis ſuis deeſ
ſent,ſibiipſis capillos capitis præcidiſſe,& ex ipſis fu
nes arcuum feciſſe, vt poſtea in earũ gloriã templum
Veneri caluæ ſenat⁹ dedicauerit.Sic pudiciſsimę mu-
lieres Romanæ interdũ feciſſe legũtur, quæ maluerũt
capite deformato maritis conuenire,ꝗ integris crini-
bus hoſtibus ſeruire, ſecundũ Vegetium in lib. de re
mili.quẽ gl.refert in clem.attẽdentes. de ſtatu mona-
cho. In nullo prætermittẽtes memorandæ illæ mulie
res,quod dicitur in l.ſi cùm dotẽ.§.ſi maritus.ff.ſolu.
mat.ibi. Quid enim tã humanũ eſt,ꝗ vt fortuitis caſi-
bus mulieris maritũ vel vxorem viri eſſe participem?
quia eo modo plus alleuiatur dolor. Refert etiam Va
lerius eod.lib.iiij.& tit.alleg.ꝙ Myniæ cũ publicę cu-
ſtodiæ incluſi capitali aſſeruarentur ſupplicio, & ve-
teri ſtatuto Lacedæmoniorũ,nocturno tẽpore paſſu-
ri eſſent,ꝑ fideles eorũ cõiuges,quæ velut allocuturæ
perituros viros impetrando à cuſtodibus aditũ intra-
uerũt,cõmutatáq; veſte per ſimulationẽ doloris vela
tis capitibus liberati fuerũt.Ad hoc facit quod ſingu-
lariter decidit Floria.in quadã per eũ diſputata quæ-
ſtione incipiente. Inquiſitus de crimine capitali. vbi
quandam quæ de marito ſuo capitaliter accuſato, ſic
fecerat,excuſat mulierem dicẽs, quòd licet tale factũ
non fuerit commendabile, cùm non ſit illudendum
iuſtitię.l.ſi pretor.ff.de iudi.tamẽ moraliter loquẽdo
maximè propter rem boni exẽpli, & vt mulieres ad
maiorem coniugum dilectionem atq; amicitiam vi-
riliter excitẽtur,talis mulier nedum excuſanda, imò
præmianda erat. Et adeo quòd licet non poſſet aliàs
maritus conſtãte matrimonio donare vxori, vt dicta
l.j.ff.de donatio. inter virum & vxorẽ, tamen valebit
hoc caſu donatio, quæ non propriè eſt donatio, ſed
meritoria retributio, ſecundum eum, vbi ſuprà. In
his profectò mulieribus verificari poteſt,quod Deus
in primi parentis creatione dixit, Gene.ij. Faciamus
ei adiutorium ſimile ſibi. Verè enim fuerũt mulieres
iſtæ adiutorium maritis ſuis, quibus adaptari poteſt,
quod ſapientiſsimè ſcribitur, Prouerbio. xviij.in fin.
Qui inuenit mulierem bonã,inuenit bonum, & hau-
riet iocunditatem à domino.& Eccleſiaſt.xxxvj.Qui
poſsi-

poſsidet mulierem bonam,id eſt humilem,& mode-
ſtam,inchoat poſſeſsionẽ,id eſt incipit eſſe diues:po-
ſito ꝙ nihil plus haberet:& adiutorium ſecundum eũ
eſt,id eſt ſecũdum voluntatẽ viri ad bona multa pro-
curanda.Et columna, vt requies, ſcilicet ad ſuſtenta-
tionẽ domus cum viro.Ex quo dicebat Heſiodus ille
Philoſophus:Nil melius eſſe viro,quã cum vxorẽ na-
ctus fuerit bonã.Nam olim, vt refert Catholicõ,puel
læ nubentes inungebantur ſuaui & odorifera vnctio-
ne:& inde dicitur vxor quaſi vnxor, quia vnctio deſi
gnat lenitatem. Et odor bonã famam quæ debet eſſe
in vxore.Debet enim eſſe mitis & lenis , cõſolãs virũ
in tribulationibus & afflictionibus ſuis:ſicut fecerunt
92 mulieres præfatæ. †Sed nunquid econtrà viri vxores
dilexerunt? Certè ſic.Vnde narrat Valer.vbi s̃.ꝙ Ca-
ius Gracchus Corneliam vxorem ſuam eatenus dile-
xit, ꝙ pro ipſa à morte liberanda mori voluit , atque
ſeipſum interitu ſerpentis occidi ſuſtinuit. Cum ſibi
aruſpex dixiſſet , aliter vxorem à morte liberare non
poſſe.Similiter Quintus Plautius(cùm eius vxor Ore
ſtilla deceſsiſſet ) ea funerata & in rogum poſita inter
officium vngẽdi & oſculãdi diſtricto ferro incubuit.
Quem amici(ſicut erat)togatum & calciatum corpo-
ri cõiugis iunxerũt,ac deinde ſubiectis faſcibus vtrũ-
que cremauerũt.Ecce quãta cõiugũ dilectio,amor &
93 amicitia:quæ in beluis etiã demoſtratur.†Nã vt legi-
tur lib.xij.de propri. rerũ. Gallus & paſſer maſculus
valde zelat pro ſua vxore , pro qua pugnare cõſueuit,
ſecundũ Philoſ.Et ſimiliter facit aper, qui pro vxore
atrociter pugnat vt ibi dicitur lib.xviij.c.aper. ij. col.
Nec immeritò,q̃a cõiũx eſt pars corporis:vnde ipm
cõiugẽ ſicut ſeipſum defendere tenetur.Et qui cõtra-
riũ facit,crudelior eſt omni beſtia, vt d.c.admonere.
xxxiij.q.ij.facit tex.in §.patitur.inſti. de iniu. Pariter
bos & equus ſuos cõpares diligũt, ita ꝙ ſi vnus mute
tur,alius trahere iugũ neſcit. xxxij. q. v. horrẽdus eſt.
& inſti.de l.Aqui.§.itẽ ſi ex pari mularũ. Nã ſecũdũ
Aug.ij.de ciui.Dei xvij.c.Matrimoniũ fit inter hoĩes,
vt honeſta cõcordia inter eos habeat̃,& inſuper fide-
litas obſeruetur, ac dulcis amicitia. q̃ ſecundũ Philo-
ſo.viij.Ethic.Inter virũ & vxo.conſiſtẽs dicitur natu
ralis claudẽs in ſe honeſtũ,vtile,& delectabile.Si igit̃
gẽtiles & Bruta in cõiugio amorẽ tñ & amicitiã ſer
uauerũt:nũquid fidelibus eſt opportunũ , vt amicitia
in eis cõperiatur,cũ amicitia ſit mater proſperitatis?
facit tex.not.in l.Titiæ.in prin.ff.de auro arg.leg. vbi
dr̃,ꝙ maritus abſque ſimulatione & mẽdacio cũ vxo
re viuere debet. Quia vt dicit Aeſopus in fabula de
mure & rana : Omne genꝰ peſtis ſuperat mẽs diſſona
94 verbis † Tertiò dixi, ꝙ coniuges patienter viuere de
bent.Patiẽtia eñ matrimo. ſeruari & honorari debet
ſine qua lõgo tpe durare ſaltẽ honeſtè nõ põt tanquã
ſine pace,quæ dr̃ vinculũ charitatis.c. nouit.de iudic.
Non certè debet quiſquã eorũ turbare alterũ iniuſtè
facto,neq; verbo,vt dicitur j.Pe.iij.ibi, Viri ſimiliter
cohabitãtes ſecundũ ſciẽtiã , quaſi infirmiori vaſculo
muliebri impartiẽtes honorẽ tanquã cohæredibꝰ gra
tiæ & vitæ,vt nõ impediãtur orationes veſtræ.Sed in
fide vnanimiter compatientes &c.Inde dicit tex.in l.
medico.§.vxori.tit.præall.ff.de aur.& arg.leg.ꝙ ma-
ritus verbo & facto vxorẽ honorare debet. Sicut fecit
ibi teſtator,qui vocauit eam dominã.& l.Titia.§.qui
Marco.ff.de ann.leg.Et ſi alter ipſorũ aliquo defectu
præoccupatus fuerit,reliquus eum inſtruere debet in
ſpiritu lenitatis,cõſiderãs ſeipſum ne & ipſe tentetur.
Nam alter alterius debet onera portare,dirigere, be-
nignè reducere,& cõſolari,ſic adimplẽtes legẽ Chri-
ſti.Cùm eñ vnꝰ ipſorũ exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum
nihil ſit,ipſe ſe ſeducit dicit Apoſto. ad Gala.vlt.Qm̃
ſi dixerimus ꝙ peccatum nõ habemus , noſmetipſos
ſeducimus,& in nobis veritas nõ eſt.j. Io.j. Ideo non
debet alter ipſorũ de his quæ fidem cõiugij non con-
cernunt contendere cum altero: quia ſæpe ex conten
tione immodeſta excitantur iurgia: ex quibus ſecreta
ſæpius reuelãtur.Vnde contendere nulli ſapienti cõ-
gruit neque rei perfectæ: potius enim experimur res
quantò imperfectiores,tantò ad contentionẽ prõptio
res eſſe:cõtra quos clamat idẽ Apoſt.Fugite cõtentio-
nes. Re vera videmus dietim plurimos coniuges eſſe
impatientes,potius opinione propria,quàm vexatio-
ne extrinſeca , vel occaſione aliqua, nõ conſiderãtes
honorẽ matrimonij , nec cõmunium liberorũ fidem:
de quibꝰ loquitur tex.aureus in l. vnũ ex familia.§.fi.
ff.de leg.ij.Honor enim,inquit,bene tranſacti matri-
monij,necnon fides cõmunium liberorũ patrẽ indu-
cunt,id eſt inducere debent , vt de matre, ſcilicet eius
vxore,ſecus nihil præſumat. Licet eñ ſæpe cõtingat
mulieres eſſe duræ ceruicis,tamẽ aliàs pudicæ marito
95 vtiles domũ & familiã ſufficienter regẽtes. †Certè in
96 his quæ domi fiunt ſunt patienter tolerãdæ. † Cùm
triplici maledicto mulieres ſubiectæ ſint, ſcilicet ma-
ledicto opprobrij,quo ad non cõcipiẽtes: vnde dixit
poſt conceptum Rachel, Abſtulit Deus opprobrium
meum. Secundò , ſubiectæ ſunt maledicto peccati,
quo ad concipiẽtes.vnde in Pſal.l. Ecce enim in ini-
quitatibꝰ cõceptus ſum.Tertiò,ſubiectæ ſunt maledi
cto ſupplicij quo ad parturientes:vnde Gen.iij.In do
lore paries &c. Vnde cum virgo Maria quo ad hæc
omnia fuerit ſola inter mulieres benedicta, cuius vir-
ginitatis fœcunditas,& fœcunditati in conceptu ſan-
ctitas,& in partu ſanctitati iocunditas,adeo ſingula-
riter collata fuerint,meritò ſunt fœminę patiẽter to-
lerandæ : imò interdum conſulendæ. Exemplo im-
peratoris Iuſtiniani qui dominã eius vxorem Doro-
theam in negotiis etiã forancis conſuluit,à qua conſi-
lium ſalubre obtinuit.Merito cuius eam reuerendiſsi-
mam nominauit in §.hæc autem omnia.in Authẽ. vt
iudic.ſine quoquo ſuffra.colla.v. vt dixi ſuper verbo,
*Duas habens ſilias*.in j.fallẽ.Pariter legitur de Philip-
po Macedonum rege,qui vxorẽ habuit,quę ipſum in
cubiculũ intrantẽ excluſit : tamen excluſus iniuriam
tolerauit, atq; verſu tragœdico ſeipſum cõſolari ſtu-
duit.De Gorgia etiam traditur,cui eius vxor eo ꝙ ca
ſtus erat, ſibi iniuriabatur : & ancillæ quia pulchrior
erat inimicabatur:ex quo forſan conſuetudo orta eſt
pro pace habẽda,ꝙ vxores tenere nolunt ancillas eis
pulchriores.Et Socrates ſecundũ Hieron. duas ſimul
habuit vxores,quæ cũ crebro inter ſe iurgarentur , &
ille eas irridere erat ſolitus , ꝙ propter ſe fœdiſsimũ
hominẽ,ſimis naribus,recaluato frõte, piloſis hume-
ris,& repandis cruribus diſceptarẽt:nouiſsimè verte-
runt in eum impetũ:cúmq; autẽ reſiſteret,aquam im-
mundam ſuper ipſum proiecerũt,qui terſo capite pa-
tienter reſpõdit:Sciebã ꝙ hęc tonitrua imber ſeque-
retur. Ecce quãta antiquorũ virorũ patientia fuit er-
ga vxores. Calor enim mariti & impetus facilè ſæ-
uientis eſt profectò refrenandus.l.nec in ea.ff.de adul
97 teriis. †Sic econuerſo fœminæ ,nedum patientiam,
imò & reuerentiã ſuis debẽt & tenentur exhibere ma
ritis:ꝙ maior dignitas eſt in ſexu virili.l.j. ff. de ſena.
Vnde Sara prudẽs Gene.xvij. virũ ſuũ vocauit dñm,
in ſignũ reuerẽtię ei debitę.Et in l.ea q̃.ff.de do.inter
vir.& vxo.eũ vocauit dñm chariſsimũ. Et vxor Phi-
lonis Philoſ. in cœtu matronarũ interrogata cur au-
reãm



reãm corõnã ſicut cæteræ non ferret?reſpõdit ꝙ vxor
ſatis habet ornamenti viri virtutẽ & honorẽ.iuxta il-
lud Euripidis philoſ.Vxor,inquit,quæ ſapit,ſerua eſt
viri:ꝗ nõ ſapit, eũ ſpernit. Bonæ eñ mulieri ſemper
videri debet facies mariti reuerenda: ita ꝙ nullũ alte-
rũ exiſtimare debet marito ſuo pulchriorẽ,digniorẽ,
ſapientiorẽ,nec fortiorẽ,magis pudicũ,aut dulciorẽ.
Vir etiã de pudititia vxoris ſecus ſuſpicari nõ debet.
l.vnũ ex familia.§.fi.ff.de leg.ij.s̃.alle. vnde Bernard.
ſanctiſsimus in epiſt.de cura & regi.domus.De fœmi
nis, inquit,tuis ſuſpectis quid agant , ignorantiã non
ſcientiã quæras:quia poſtq̃ ſcieueris crimẽ malæ vxo-
ris à nullo medico curaberis. Dolorẽ de mala vxore
tunc mitigabis , qñ idem aut peiora de aliorũ vxori-
bus audieris.Cor nobile & altum nõ inquirit de ope-
ribus mulierũ. Malã vxorẽ potius riſu,q̃ baculo caſti
98 gabis.hæc ille. † Et ꝙ vxor debeat marito reuerentiã
docet tex.in l.alia.§.eleganter.ff.ſol. mat. Præſertim
in hoc regno Franciæ:vbi ex conſuet.mulieres in po-
teſtatem trãſeunt maritorũ,ſecundum Io. Fab.in §.
j.inſtit.ad Tertyl.& in l.non ſine.C.de bo.quæ liber.
facit quod dicit in l.j.C.de bon. mat.Idẽ dicit Maſuc.
in tit.de poſſeſſorio.§.item maritus. vbi de conſuetu.
inquit.Vxor dicitur eſſe in viri poteſtate , ſi vir ſit ſui
iuris.Idem de iure Lombardo & iure canonico,ſecũ-
dum Bal.in ti.ſi maritus ſuccedat vxori in beneficio.
circa fi.ſed viro mortuo ipſo facto vxor remanet ſay-
ſita, & in poſſeſsione rei dotalis:nec opꝰ eſt de nouo
apprehendere poſſeſsionem.hæc ille. Vide eundẽ in
tit.de dote & matri.§.item de conſuetudine vxor. Et
in tit.de præſcript.§.item & res dotalis.cum §. ſequẽ.
dicit poteſtatẽ coniugalẽ ſurrogatã eſſe loco patriæ
poteſtatis,quæ præſcriptionẽ impedit.l.j.C.de anna.
exceptio.Viri eñ Galli in vxores(Cęſare lib.vj.cõm.
de bello Gallico referente)vitæ necſſq; habebãt olim
poteſtatẽ.Imò cùm pater familiæ illuſtriore loco na-
tꝰ decedebat,eius ꝓpinqui cõueniebãt, & de morte,
ſi res in ſuſpicionem cadebat,de vxoribus in ſeruilem
modum quæſtionẽ habebãt. Et ſi cõpertum erat,igni
atque omnibus tormẽtis excruciatã interficiebãt.hæc
ibi.Sed quicquid ſit de iure aut Francorũ cõſuc.mul-
tos videis de facto eſſe in poteſtate vxorũ,nec mirũ:
qm̃ in Francia mulieres publicè negotiãtur , & plura
acquirunt maritis bona & officia, vt dicit Barba.in c.
j.de peculio cle.allegat.Bal.in l.j.C.de eden.& in l.cũ
oportet.C.de bo.quę libe.Et in omnibꝰ mobilibꝰ,&
acqueſtis immobilibus ſunt ſocij,ſecũdũ Io.Fab.in §.
j.in fi.inſti.de acquiſi. per arroga. niſi vnus alteri ius
illud renuntiaſſet,prout facere poteſt.Cùm ex hoc re-
nuntians non efficiatur pauperior:& ſic locũ non ha
bet ratio l.j.ff.de do.inter vir.& vxo.ſecundũ Rotã in
antiquis deciſio.dcccxliij.inci.Cõſuetudo eſt in quo-
dã loco de quo plenè dixi in verb. *Et vxorem nomine*
*Adel*.in iiij.ar.Pro Io.Fab.ꝙ vxor ſit in poteſtate vi-
ri,facit tex.Gen.iij.vbi Deꝰ poſt hoĩs lapſũ ad fœmi-
nã.In dolore,inquit,paries filios,& ſub viri poteſtate
eris.Et j.Pet.iij. Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis. quia
ordo eſt naturalis in oĩbus , vt ſeruiãt fœminæ viris.
99 xxxiij.q.v.c.eſt ordo.†Et in ſumma vxor eſt in pote-
ſtate mariti quo ad vendicationẽ : quia eã à ſcholari
vel alio retentã vẽdicare poteſt.l.j.§.per hãc.ff.de rei
vendi.Secũdò,quo ad forũ ſortiendum.d.l. cũ quædã
puella.ff.de iuriſd.omn.iud.quod ſecus eſt in cõcubi-
na,vt not.in l.de iure.ff.ad municipa. Tertiò, quo ad
operas:quia viro operari tenetur, ſecũdũ ꝙ decet mu
lieres ad ornamẽta cõiugij,vt eſt ſuere , colos regere.
l.ſicut.iuncta gl.ff.de ope.libe.Quarũ operarũ cõmo-
dum eſt mariti:ſecus de operis, quæ ꝓpriè nõ ſunt ex
officio & operis naturalib.mulierũ.vt ꝙ ſit bona me
dicatrix: quia tũc quo ad illud cõmodũ iure cõmuni
dicitur in poteſtate patris.l.ſi vxorẽ. C.de cõdi.inſer.
100 Tñ † in dubio quicquid acquirit vxor præſumitur
acquiſiuiſſe de bonis mariti , vt euitetur ſuſpicio tur-
pis quæſtus.l. Quintus.ff.de don.inter vir. & vxor. &
l.etiã.C.illo eod.tit. quæ p̃ſumptio etiã locũ habet in
cõcubina, vt oĩa acquiſiuiſſe præſumat̃ ex bonis ama
ſij,ſecundũ Bal.ſing.in l.j.C. de nat.libe.Sed in acqui
ſitis per filiã de quibus cõſtat eã acquiſiſſe , cẽſetur in
poteſtate patris. Et idem quo ad alia & actus iuris ci
uilis, vnde filia maritata patre viuẽte teſtari non poſ-
ſet,nec ſine eius cõſenſu donare cauſa mortis.Pręter
ea cẽſetur in poteſtate viri quo ad debitum carnis, &
ecõuerſo,vir in poteſtate vxoris:ex ſtatuto tñ & con
ſue.Toloſa.filia maritata velut ſeorſum à patre habi-
tãs,cẽſetur & habetur pro emãcipata , & pariter filiꝰ.
Ideo nihil patri acquirunt. de quo vidiſtis ſup verbo,
Matrẽ inſuper Clerã. Nec in Francia ratione poteſta
tis cõiugalis, qua ſoluta per mortẽ viri non recidit in
poteſtatẽ patris : quod ſecus foret in ſimplici ſponſa,
ſecundũ Maſue.alleg.ti.de dote & matrimonio.§.itẽ.
101 de conſuet.vxor. †Vnde reſtat mulieres eſſe vbique
ſubditas viris ſuis,adeo quòd viri eas leuiter caſtigare
poſſunt,quoties expedierit. Nec poſſent ipſæ talẽ ca-
ſtigationẽ propulſare,ſicut nec filius contra patrẽ eũ
moderatè corrigentẽ,ſecundũ Bald.in l.vt vim.ff. de
iuſti.& iur.& dixi ſuper verb. *in eod.teſta.relinquẽs*. ij.
Nõ autẽ debẽt eas flagellis verberare: quod ſi facerẽt
à viris licitè diuertere poſſent,ſecundũ Bal.in l.cũ ſa-
tis.C.de agri.& cenſi.lib.xj.tex.in Auth.vt cũ de app.
cog.§.q̃a verò plurimos.Facit tex. in c.ex tranſmiſſa.
& c.literas.in fi. de reſti.ſpol.& bona gl.in c.j.vt lite.
nõ cõte.facit l.cõſenſu.C.de repu.& in Aut. vt liceat
matri & auiæ.§.cauſas.col.viij. Ergo in leui caſtiga-
tione ſunt viris ſubditæ,& cõſequẽter ad maiorẽ pa-
tientiã habendã tenẽtur,vt in omnibus ſint dulces, &
patiẽtes,prout fuiſſe leguntur antiquæ mulieres , quæ
plus q̃ viri propter eorũ reuerentiã patiẽtiſsimæ fue-
runt. Nam tradit nobis barbatus ille Hieron.contra
Iouinianum, ꝙ Diullius vxorẽ tantæ continentiæ &
patientiæ habuit, vt omnibus poſteris eſſet exẽplum,
vt cum iam ſenex & tremẽti corpore in quodã iurgio
audiſſet ſibi improperari,ꝙ os fœtidum haberet,con
feſtímque ad vxorem rediiſſet,ipſam redarguens, cur
tantis tẽporum luſtris ꝙ matrimoniũ durauerat, ſibi
nõ intimaſſet,reſpõdit, feciſſem, niſi putaſſem oĩbus
viris ſic os olere.Ecce quanta mulieris pudicitia, quæ
nunquã alterius viri flatũ ſenſerat. Et quanta patiẽtia
tanto tempore,vitium copulationi coniugum valde
oneroſum ſubticuiſſe,& patienter toleraſſe. Terentia
Emilia glorioſi Scipionis vxor,vt Valer.lib.vj.tit. de
fide vxorũ erga viros.in prin. Mulier ſiquidẽ ſanctis
etiam vſq; in cœlũ extollenda laudibus , quæ præter
morẽ vxorũ cùm iam ſenem vidiſſet ſuum virum in
ſuæ ancillulæ concubitũ incidiſſe, quantũcunq; ei vi-
deretur difficilimũ : id tamen conſtanti animo velut
inclyta mulier pertulit , exiſtimans diſcretæ mulieri
nimium indecens , ꝙ vir ſuus qui ſua ingenti virtute
tot reges & validas nationes Romano ſubegerat im-
perio,dici & ſcribi ꝙ amore ancillulæ detineret. Vn-
de quo ad vixit crimẽ ſilentio oppreſsit,vt nedũ alter
ſed nec etiã vir ipſe vnquã perpẽdere potuit eam ſcĩ
ſiſſe quid ageret. Et non ſolùm hoc arcanũ Scipione
ipſo viuente ſeruauit: ſed & eo defuncto ad tollẽdam
eius infamiam ſtatim ancillam liberali animo manu-
miſit,

miſit,deinde eam cuidã liberto ſuo coniugẽ dedit,ne
102 magnifici viri fama inclyta macularetur.✝Plus tradit
Frãc. Petrac. de Griſilde fœmina nullius nobilitatis
genere inſignita,ſed aliqualis pulchritudine ineffabi-
lis,tñ modeſtiæ,obedientiæ, patientiæ, & fidei ſplen-
dore erga maritum. Quæ cum Valtero Salutiarũ mar
chioni cõiugata foret, & filiam pulcherrimã, deinde
filiũ peperiſſet, & lactaſſet, Valterúſq; vt ſuæ vxoris
experiretur fidem & patientiã, finxiſſet ſe illos inter-
fici velle, & cuidam ſatelliti duos iuſſiſſet eos ſecreto
modo Bononiã deferre ad ſororẽ videlicet ſuã,q̃ illic
cuidam militi nupta erat : ex qua liberorũ amiſſione
Griſildis nunquã mutati animi demõſtrauit indiciũ.
Vnde Valterus vt acriùs Griſildim experiretur,è Ro
ma fingẽs iterum nubẽdi licentiã obtinuiſſe,imò pro
quiete populi pręceptum Griſildis,& ſi triſtis in cor-
de incõcuſſa tñ ſtetit animo, publicè Valtero reſpõ-
dẽs:Nouę tuę cõiugi volẽs cedo:ac ſic veſte pręclara
ſe exuẽs, anulum quo eã ſubarrhauerat eidẽ reſtituit:
& cum ſola camiſia Valterus eã in domum paternam
abire fecit.Sed cum filiã è Bononia iã ętatis xij.anno-
rum & vltra venire feciſſet,& Griſildim ſimiliter pre-
parãdi cõuiuij cauſa mãdaſſet:q̃ cùm puellã eius filiã
vidiſſet,arbitrãs illã eſſe Valteri nouã vxorẽ,cúmque
ſereno vultu intrãti puellę obuiaſſet:eámque ſic (be-
ne venerit domina mea) ſalutaſſet.Atque ita tã ipſam
q̃ reliquos comites lęta frõte & mira verborũ ſuauita
te recepiſſet,ac cũ vidiſſet Griſildis nouã ſpõſam pul
cherrimã,nec min⁹ præclarã adeſſe, ad Valterum ait:
Obſecro mi dñe,ne hãc tenellã ſponſam illis aculeis
agitare velis,quibus me agitaſti. Quod audiens Val-
terus,& talia dicentis alacritatẽ intuens,ipſius miſera-
tus,& ferre eius patientiã & tolerantiã diutius nõ va-
lens, dixit: Griſildis mea ſatis mihi cognita eſt fides
tua,Tu ait,mea ſola vxor es.Hæc autẽ quam tu ſpon
ſam meã exiſtimas,filia tua eſt. Et cùm hæc dixiſſet,
charã cõiugem læto ſtupore perfuſam cupidis vlnis
103 amplectitur.hæc ille. ✝Heu me vbi nunc temporis
huius mulierum modeſtia,dulcis amor,fidelitas & pa
tientia erga maritos,honor,humilitas,reuerentia, &
modeſta concordia?Reſpondet Eccleſiaſtici vij.c.in
fi.Virũ de mille vnũ reperi,mulierẽ ex omnibus non
inueni.Et Prouer.xxxj. Mulierem fortem (ſcilicet ad
reſiſtendum vitiis & virtuosè omnino viuẽdum) quis
inueniet? q.d.nullus.Et ſi vna reperiatur,pro miracu-
lo reputatur. Vnde de filio Seſoſis Aegypt. regis ſu-
perexcellentis rege poſt obitum patris effecto, ꝙ niſi
vnam pauperculam reperire pro ſanitate oculorũ nõ
potuit.ſic refert Diodorus li.j.de antiqui.geſtis.De-
functo Seſoſi,eius filius regnũ capiẽs aſſumpto patris
nomine,nulla in re gloriã paternã eſt imitatus.Sed eo
dẽ quo pater caſu afflict⁹ eſt:oculis enim captus,coa-
ctus eſt ad Deorum auxilium confugere.ac plurimo
tempore variis peractis ſacris ad placanda numina,
nulla ope adiutus eſt. Decimo poſt anno reſponſo ei
reddito,vt placato Deo, qui in Heliopoli coleretur,
faciẽ mulieris inſpiceret, quæ nullum niſi proprium
noſſet virũ:ab vxore propria incipiens cũ multas ex-
pertus eſſet,nullam reperit incorruptã, præter hortu
lani eiuſdã:quã viſu reſtituto vxorem cepit. Reliquas
oẽs in villa quadã viuas cõbuſſit. Quem locum poſt
Aegyptij ſacra in glebã vocitarunt. Deo autem He-
liopolis gratias ſecundũ oraculum acceptũ reddens,
duos erexit vnius lapidis obeliſcos, latitudinis octo,
altitudinis cubitorum centũ.hęc ille.Sũt profectò ali-
quæ etſi caſtæ ſint,per latera domus furibundæ cur-
runt,maritos ſpernunt, familiã ſeditioſè concitãt, vt
vix in anno diẽ pacis celebrare permittãt. De quibus
vbi ſ̃.inueni,inquit, amariorẽ morte mulierem, quæ
laqueus venatorũ eſt,& ſagena cor eius,vincula ſunt
manus illius, qui placet Deo, effugiet illã:qui autem
peccator eſt,capietur ab illa.De qua dicĩ Aenei.iiij.

*Illa dolos dirúmque nefas in pectore verſat.*

Vnde interrogatus Simonides quid erat vxor: Viri,
inquit,naufragiũ,domus tẽpeſtas,quietis impedimẽ-
tũ,vitę captiuitas,pœna quotidiana,pugna ſũptuoſa,
beſtia cõtubernalis, canis ornata, malũ neceſſarium.
Melius proculdubio eſſet habitare in terra deſerta, q̃
cum muliere rixoſa & iracũda,Prouer. xxj. Sed prô
dolor aliæ ſunt adeò garrulæ, ꝙ etſi reuera non ſint,
zelotypiã fingẽdo occaſionẽ quærunt quomodo vi-
ros cõtriſtare poſsint.iuxta illud Eccl.xxvj.In mulie-
re zelotypa flagellum linguæ omnib⁹ communicans.
Dolor cordis & luctus mulier zelotypa, quæ aliud q̃
104 garrulare neſcit.✝prout faciunt præſertim ſteriles vt
d.l.ſi cum dotẽ.§.maritus.ff.ſol.mat. Nequaquam ad
uertentes ſanctiſſimam illam totius ſeculi exẽplar Sa
ram cõſorti ſuo Abrahæ dixiſſe allegato Geneſis xvj.
c.Ecce concluſit me dñs ne parerẽ: ingredere ad an-
cillam meam, ſi fortè ſaltẽ ex illa ſuſcipiam liberos.
105 xxxij.q.iiij.dixit Sara. ✝Ex quo tex. ſumitur ſingula-
ris modus adoptandi liberos: quia licet de iure fœmi-
næ non poſſint ſibi filios adoptare, niſi ex diſpenſa-
tione hoc eis permittatur in ſolatiũ liberorũ natura-
lium in acie principis amiſſorum. §.fœminæ.inſti.de
adopt.tamen olim habuerunt poteſtatem mulieres,vt
de licentia vel poteſtate ipſarũ, viri poſſent accedere
ad ancillas ſuas,& filij ita nati dicebantur potius filij
dominæ,quã ancillæ. Sed erat legalis filius dominæ,
& carnalis filius ancillæ.& ita ſecũdum legẽ Moſai-
cam fœminæ poterant adoptare: ſecundum glo.in c.
Iſmael.lvj.diſtinc.Raræ ſunt aut nullæ, quæ tali mo-
do adoptionis vtãtur. Nec hoc dixi, ꝙ ſuadere velim
adulteria cũ tẽpore illo plura permitterentur ſimul-
tanea coniugia,quæ hodie ſunt lege Chriſti prohibi-
ta,& etiam lege ciuili punienda.l.cum qui duas.C.de
adult.imò quod plus eſt,poſſet eccleſia eos tales tam
virũ quàm mulierẽ adulteros dehoneſtare publicè,&
abſcindere pãnos ſeu veſtes ante & retro ad maiorẽ
ignominiam.xxxij.qõ.j.c.de benedicto.iuncta gl.ibi,
ſuper verbo.caluatos.facit ca.epiſcopi.xxvj.quę.v.ita
ꝙ in quibuſdam locis mitrantur in cap. vel aliam i-
gnominiam patiuntur ſecundum Panor.in cap. cùm
haberet. de eo qui ducit in matrimo. quam prius pol-
luerat per adult. Et ſunt infames, ſiue teneant ſimul
duas vxores,ſiue duas concubi.aut vnam vxorem &
vnam concubi.Et ſic ferre non poſſunt teſtim.ſecun-
dum Bal.in l.j.C.de inceſt.nupt.licet Bar.in l. j. circa
fi.ff.de his qui not.infa.dicat tenẽtes cõcubi.non eſſe
infames.Tamen pro Bal.facit tex.in Auth.de trien.&
ſemiſ.col.iij.§.conſideremus.verſi. ſi autem confuſa
concupiſcẽtia. ibi, odibilis quidẽ nobis eſt.vbi æqui-
paraĩ habẽs plures cõcub.habẽti plures vxo.Et ꝙ te-
nens ſimul duas cõcub.ſit infamis,tenet idẽ Bal.in d.
l.j.in fi.de his qui not. infa. Ego ſæpe vidi Tholoſæ
viros tales cõiugatos cũ aliis ignorantibus cõtrahen
tes,per ciuitatẽ nudos cũ duabus colis ad nẽdũ para
tis,vna ĩ quolibet latere, acriter fuſtigari:in quos mu
lieres aliq̃ñ lapides trahebãt in maiorẽ eorũ cõfuſio-
nẽ: cũ hodie vt dixi,ſunt talia prohibita. Sed mulierũ
illarum arguo impatientiã & malitiã proteruam, qua
domus non modicæ iampridẽ corruerunt, & dietim
proſternũtur, ſed nõ abs re:quia ſcriptũ eſt,Eccleſia.
xxv.Non eſt caput nequius ſuper caput colubri:Nec
eſt ira



eſt ira ſuper iram mulieris.Cõmorari leoni & draco-
ni placebit,q̃ habitare cũ muliere nequam. Nequitia
em̃ mulieris immutat faciẽ eius, & obcæcabit vultũ
ſuũ tanq̃ vrſus,& quaſi ſaccũ oſtendet in medio pro-
ximorũ:Mulieris ira,irreuerẽtia, & confuſio magna,
ingemuit vir eius,& audiẽs ſuſpirauit modicũ: Sicut
aſcenſus arenoſus in pedibus veterani, ſic mulier lin-
guata homini quieto. ob quod dicit Chryſoſtomus,
ꝙ qui vxoris tulerit improbitatẽ,mercedẽ à Deo ma
gnã velut martyr expectet.& ſubiũgitur alleg. xxv. c.
Breuis oĩs malitia ſup malitiã mulieris: ſors peccato
106 rum cadat ſuper illam.hæc ille. ✝ Quorum omniũ,vt
ſ̃.dixi,mariti ſunt in cauſa: ſunt enim plures ita miſe-
ri & triſtes,ꝙ neſciũt ſibi extrahere ſarabulas, niſi de
mãdato vxorũ,ſecundũ Cy.in l.curatorẽ.C.de inter-
dic.matri.inter pup.& tut.& Ang.in l. j. C.de his qui
parẽtes vel libe.occi.ſicut legiĩ de Clodione pulchro
equite Ro.qui militare decus muliebri imperio, ſcili-
cet Fuluiæ vxoris ſubiectũ habuit, vt refert Vale.lib.
iij.ti.de his qui à maior.degen.Alij verò eas vltra mo
dum ornãtes, & in ocio exquiſitis cibariis laſciuiosè
nutriẽtes,& copiã earũ paſsim oĩbus tolerãtes (cõtra
legalẽ doctrinã. l.optimã.C.de cõtrahẽ.ſtip.)nõ co-
gitãtes ꝙ Candaules rex Lydiæ vxoris ſuæ pulchritu-
dinis eximiæ ꝑditio fuit:quã oĩbus prædicare ſolebat:
nec cõtentus voluptatũ ſuarũ etiam matrimonij reti-
cenda prædicabat,ac nudam ſodali ſuo Gigi oſtẽdit.
quo facto & amicũ ad adulteriũ vxoris ſolicitauit, &
hoſtem ſibi fecit,vxorem quoq; veluti alteri tradito
amore à ſe alienauit:& breui poſt tẽpore cædes Can-
dauli nuptiarũ præmiũ fuit: & vxor mariti ſanguine
dotata regnum viri,& ſe pariter adultero tradidit.Vr-
ſus & leo vna ſola cathena vinciuntur, manſueſcunt,
& domantur:ſed mulieres hodie cathenis in collo tri-
bus,cathenatæ in brachiis, cathenatæ in lũbis,cathe-
natę in tibiis:& quod maritis demẽtius eſt,cathenan-
tur nũc in fronte,& circuitu fimbriarũ capitis. vt cũ
Ouidio dicãt lib.j.de remediis.Decipimur cultu, gẽ-
mis auróq; teguntur oĩa. Tñ quantò plus ligãtur,tã-
tò furioſius & ferocius ſicut canes ligati eleuantur. l.
hæc actio.iũcta gl. in fi.ff.ſi quadru.pau.feci. dicatur.
& viros contẽnunt: quorũ expenſis ſic ornantur: qui
ſi ſtatum cõtinuare non poſsint, aut nolint, periculũ
eſt,ꝙ alios quærãt ipſi diſpẽſatores,quos mariti, hoc
faciẽdo incitarũt ad appetitũ & libidinẽ.vt factũ fuit
in c.ex literis.de diuor.Nõ cõſiderantes ꝙ ex inauri-
bus aureis quas vxores filiorũ Iſraël in aurib⁹ porta-
bant, formatus fuit opere furioſo vitulus conflatilis,
principiũ idolatriæ in Iſraël: ex quo xxiij.millia ho-
minũ ceciderũt,Exo.xxxij.De talib⁹ certè dici poteſt
quod Vale.lib.ix. c.j.tit. de luxuria recitat. Non pro-
uiderunt, inquit,ſeculi illius viri,ad quẽ cultũ tende-
ret inſoliti cœtus pertinax ſtudiũ,aut quò ſe vſq; effu
ſura eſſet legũ victrix audacia. Quod ſi animi mulie-
bris apparatus intueri potuiſſent, quibus quotidie ali
quid nouitatis ſumptuoſi⁹ adiectũ eſt,in ipſo introi-
tu ruẽti luxuriæ obſtitiſſent.hæc ille. Aſsimilatur em̃
vxor viti,vt dicitur pſal. cxxvij. vxor tua ſicut vitis a-
abundãs:& ſicut vitis ex ſe tendit ad terrã,nec aſcen-
dit ſicut cæteræ arbores, ſed curuaĩ ad terrã: ita vxor
debet eſſe humilis in aſpectu, vt non erigat ceruicem
vel oculos ſuper homines, Humilis in veſtitu, vt non
portet veſtes cũ lõga cauda,& varios ornat⁹: humilis
in affatu,vt ſcilicet loquatur parũ non contendendo,
& verbis ſuperbis marito reſpondẽdo,ſed ſe ei humi-
liando,ſicut Sara, quæ Abrahã maritũ vocabat domi
num ſuũ,vt ſuprà dixi.vt habetur j.Pet.iij.Et econtra
Vaſthi regina propter ſuperbiã, quia noluit obedire
Aſſuero regi marito ſuo, repulſa fuit ab eius cõiugio
& regno,vt dicitur Heſter ij. Et vt vitis bonũ vinum
afferat,putari debet, & palmites eius amputari & re-
ſtringi,vt videtis per vſum.Sic mulier ſtrictè teneri,&
diſcretè verbo & exẽplo,acſi opus fuerit facto caſtigã
ri,vt prædictos fructus marito reddat, ſicut vitis ma-
giſtro ſuo.Si autẽ vitis nõ putaretur,nec palmites ab-
breuiarẽtur, maximè ſi pergulis vel in arboribus tra-
heretur in altum,tũc non curuaretur in terrã, nec bo-
nũ vinũ produceret ſoli magiſtro ſuo:ſed vltra arbo-
res altiſsimas eleuaretur, etiã ſuprà cedros libani, de
cuius fructu & racemis comederẽt plura volatilia cœ
li,nec per magiſtrũ poſſent oẽs propter vitis altitudi-
nem colligi.Sic de vxore, ſi permittatur & toleretur
eleuari,certè ſine menſura eleuabitur,niſi eius palmi-
tes,id eſt appetitus muliebres putentur & tollãtur.Et
ſi ad pergulã vel arborem trahatur per alta & pretio-
ſa ornamẽta,quæ viſionẽ ſui copiam requirunt in pu-
blico?ſ̃.omnia orbis animalia quantuncũque indomi
ta eleuabitur,& volatilia cœli,id eſt viri laſciuioſi ad
inſtar volatiliũ de fructu vitis ſaturabuntur,nec à ma
rito ſolo vindemiari poterit propter cordis altitudi-
nem. Nam vitis ſi permittatur eleuari, tendit ſemper
tangere cœlũ. Sunt igitur mariti ſoli cauſa elationis
& ruinę ſuipſius & mulierũ,& ſunt cauſa cauſæ ſecũ
dum Ang.conſi. cxliiij. & ſic fatui & beſtiæ & inter-
dũ in domo garrulantes & iracundi plusquàm vxores
ſe inuicẽ contriſtantes & velut regnũ diuiſum conte-
rentes,domum & familiã turbantes & perdentes,vipe
rarum exẽplo.de quibus lib.xviij.de proprieta.rerum
c.vipera. legitur, ꝙ maſculus ſuo ore inſerto in os vi-
peræ cõſortis ſuæ ſemen expuat:illa autẽ ex volupta-
te libidinis in rabiẽ verſa caput maris præſcindit:fœ-
mella verò cum venter eius apud partũ intumuerit,ac
ingemuerit,catuli, nõ ſpectãtes maturã naturæ ſolu-
tionẽ,corroſis eius lateribus cum matris interitu erũ-
punt.itaque fit,vt parẽs vterque pereat,maſcul⁹ dum
coit, & fœmina dum parit, vt tetigi ſuprà in verbo,
*In eodem teſta.relinquens.* ij.loquendo de filiis ingratis
erga parẽtes.maſcul⁹ tñ ſemper eſſe debet prudentior
vxore, vt animi ſui motũ nõ propalet, ſed ad tempus
retineat.Vxori quanquã bonæ ſemper cõſidere noli,
ne facilis referas verbũ quod noueris omne. Nam de
Vlyſſe ponit Homerus, Nunquã ſe Penelopę quan-
quã fideliſsimæ niſi poſtremò manifeſtaſſe,in Theo-
gonia prudenter conſiderans,ꝙ quiſquis cõfidit mu-
107 lieri,fraudibus hæret ſecundũ Heſiodum.✝Vnde ca-
uere debet ſuper omnia maritus, ne adeo vxorẽ dili-
gat,ſeu ornando amoris ſignum & animum, aut pa-
tientiam indiſcretam oſtendat, vt coram ea(ſicut ef-
fœminati & ſtulti faciunt)proſternatur. quoniã ſcri-
ptũ eſt alleg.Eccleſiaſtici xxv.ca.Mulier ſi primatum
habeat, contraria erit viro: quod non eſſet inter me-
diocres plagas, vt legitur Eſaiæ iij. Populum meum
exactores ſui ſpoliauerunt. Sed mulieres dominatæ
ſunt eis,ſcilicet in pœnã maximam. Mulieres enim
ſunt(niſi ab initio regulẽtur)animalia indomita, ful-
gur & tempeſtas ſuper terram: de quarum bonis &
malis cõditionibus dixi in verbo, *Duas habens filias.*
Nam in tenera ætate domandæ ſunt ab initio coniu-
gij,prius quàm tauri aut boues effectæ intumeſcant,
iuxta illud Poetæ in Georgicis.

*Iam*,inquit,*vitulos hortare,viámque inſiſte domandi,*
*Dum faciles animi iuuenum,dum mobilis ætas.&c.*

& alibi dicit Ouidius, (quem glo.refert in cap. ſuſci-
tatus.de reſcript.)

*Principiis obſta,ſerò medicina paratur,*
*Cùm mala per longas conualuêre moras.*

108 Ideo†ſanè intelligatis patientiã eſſe in cõiugio ne-
ceſſariam,vbi nõ agitur de fide Chriſti aut matrimo-
nij:quoniã aliâs nõ debent ſe cõiuges adeo cõpati,vt
ea quæ ſunt fidei ad Deum vel fidei matrimonij diſſi-
mulẽt vnus alteri: pręſertim maritus vxori,cuius ma-
gis intereſt de pudicitia & caſtitate vxoris,vt ſ̃. vidi-
ſtis loquendo de fidelitate matrimo. quã tolerare nõ
debet,ſi ſciat eã eſſe fornicariã:imò debet ei quoq; ira
ſci,quę matrimoniũ eius violauit, vt d. l. mariti leno
ciniũ.in prin. de adult. aliâs præſumeretur leno,cum
duplex ſit lenociniũ.Vnum manifeſtũ,vt qñ dat ma-
ritus operã ꝙ vxor ſua adulteretur, vt inde aliquid lu
cret̃.Aliud eſt,qñ vxorẽ ſciẽs eſſe adul. retinet. l.ij.§.
lenocinij.vbi Bar.ff.de adul.Et nedũ iraſci debuit v-
xori, ſed & adultero, plus quã ſi filiũ eius occidiſſet.
109 † Cùm deterior ſit offenſa aliquem concurbitare,
quàm eius filium occidere.l.codicillis.§.matre ſecun
dũ intellectũ Bald.ibi.ff.de leg.ij.Adeò ꝙ dicit Bal.in
c.j.col.vj.de pace tenẽ. ꝙ pro opprobrio cucurbita-
tionis põt alicui indici duellũ: quod aliâs eſt iure pro
hibitũ, vt ſ̃. vidiſtis. Tamen hoc caſu permittit̃ ſicut
in crimine læſæ maieſt.inſti.de hær.ab inteſt.§.inter-
dũ verſi.per cõtrariũ.Præterea dicit idẽ Bal.in l.ij.C.
ſi cõtra ius vel vtil.publ.ꝙ virtute ſtatuti bãnitũ occi
dere permittentis,nõ eſſet licitũ adulterari mulierem
bannitã,cùm caſtitas præferatur vitæ,vt d.l.ij.§. ini-
110 tiũ.ff.de origi.iur.†Ob quod dicit Io.Fab.in §.pati-
tur.inſti.de iniur.ꝙ magna ſit marito iniuria , qñ vo-
catur cucurbita:pro qua iniuria poteſt nedũ ipſe, ſed
etiã vxor cõtra regulã illius tex.agere actione iniuria
rum.Et vere non eſt cõtra illũ tex.quia vxor tũc plus
agit pro ſua iniuria:quia vocãs maritum cucurbitam,
ſatis dicit mulierẽ adulterã. Et ſicut frangitur & vio-
latur ſecuritas alicui præſtita,ſi occidatur aut verbe-
retur,vel aliâs offendatur,ſic etiã ſi cucurbitetur tan-
gendo vxorẽ,quæ pars corporis dicit̃, cũ ſint duo in
carne vnã.Idem ſi talia fierent in filia vel ſorore etiã
ipſis volentibus.l.j.C.de rapt.virg.ſecundũ Io. Fab.
in l.denũtiamus.C.de his qui ad eccleſ.confu.Ideo ſi
ſit adultera poteſt eam maritus de adulterio accuſare
criminaliter, ſi nõ fuerit ipſius leno.vt d.§.lenocinij.
quod facere non poſſet vxor,quæ ex adulterio mariti
non tñ damnificatur,ſicut maritus ex adulterio vxo-
ris,vt ibi dixi.Nec poſſet eũ in adulterio deprehẽſum
impune occidere , nec criminaliter accuſare cùm to-
111 rum non habeat,vt d.l.j. † Non dico tñ,ꝙ eum tole-
rare omnino & ſuſtinere debeat,quem ſcit fornicato
rem eſſe:qm̃ talis patientia nõ eſſet diſcreta,ſed noci-
ua:imò ſecundum Auguſt.in ſuis Homiliis.Debet vi-
rum fornicatorem quatuor modis coercere.Primò eũ
charitatiuè monẽdo.Secundò,eum obiurgando.Imò
poteſt officiũ iudicis impetrare cõtra maritum , quo
cogetur cõcubinã dimittere, ſecũdũ Panor.in l.iuſti-
tia.in fi.ff.de iuſtit.& iur.& l.ex ea parte.§.mulier. ff.
de verb.obl.Etiã cogi poſſet ad hoc cenſura eccleſia-
ſtica per iudicẽ eccleſiæ,vt ait gl.in c.j.de ſentẽ.excõ.
lib.vj.Tertiò,eccleſiã interpellando.Quartò ad Deũ
recurrẽdo. Solebant profectò olim in vrbe Romana
fœminæ ad Deũ recurrere, & deam Viriplacã adire.
de quo Vale.lib.ij.tit.de inſti.antiquis ſic dicit,Quo-
ties verò inter virũ & vxorẽ aliquid iurgij interceſſe-
rat, in ſacellũ deæ Viriplacæ, quod eſt in palatio, ve-
niebant,& ibi inuicem locuti quæ voluerant,conten-
tione animorum depoſita concordes reuertebantur.
Dea nomen hoc à placãdis viris aſſecuta fertur.Ve-
neranda quidem,& neſcio an præcipuis & exquiſitis
ſacrificiis colenda , vtpote quotidianæ ac domeſticæ
pacis cuſtos,in pari iugo charitatis : ipſa ſui appella-
tione virorũ maieſtati debitũ ac fœminis reddẽs ho-
112 norem.hæc ille.†Sed prôdolor,viri hodie trib⁹ ratio
nibus vxores ad tacendũ inducere conantur. Prima,
nos ſumus viri,& vos fœminæ.Sed reſpondeant ipſę,
Si vir es,vince libidinẽ tuam.Vnde Aurelius Aug. in
li.de verbis Domini tractatu xlviij. ad viros loquens:
ducturi, inquit,eſtis vxores,ſeruate vos vxoribus ve-
ſtris:quales vultis eas inuenire, tales & ipſe inueniant
vos.Quis viuens eſt,qui non caſtã velit ducere & ha-
bere vxorem? Et ſi accepturus eſt virginem, quis non
intactã deſideret? Intactã quæris?intactus eſto. Purã
quæris?purus eſto.Non enim illa poteſt,& tu nõ po-
tes?&c.Secũda ratio eſt,quia dicunt viri. Nos ſumus
domini & vos ancillæ. Sed reſpondeãt ipſæ,ſecundũ
Apoſt.j.ad Corinth.vij. Vir nõ habet poteſtatem ſui
corporis,ſed mulier, & econtra. Ideo non poſſet vir
cauſa fornicationis dimittere vxorẽ , ſi ipſe fornica-
tus fuerit,vt elegànter dicit Aug.ipſe in lib.de ſermo-
ne dñi in monte.Nihil,inquit,iniquius eſt,quàm cau-
ſa fornicationis dimittere vxorẽ, ſi & ipſe cõuincitur
fornicari.Occurrit enim illud , In quo alterum iudi-
cas,te ipſum condemnas. Eadẽ enim agis quæ tu iudi
cas. Quapropter quiſq;s fornicatiõis cauſa vult abii-
cere vxorẽ ſuam, prior eſſe debet à fornicatione pur-
gatus,& immunis.Quia iniquũ valde eſt, vti quiſque
de alio iudicare velit, & iudicari de ſe nolit. ſecũdum
eundem in epiſt. ad Parentium comitem Arrianum.
Quia vt ait Cato,Turpe eſt doctori,cum culpa redar
guit ipſum. Et Alibi , Patere legẽ quam tuipſe tule-
ris.c.cùm omnes.de conſtitut.& ff.quod quiſq; ius in
alterum ſtatuit.per totum. Tertia ratio virorum eſt
quia dicunt,Nos ſumus capita,& vos mẽbra. Sed re-
ſpondeãt ipſæ:ſi caput es,duc:ſed vide quò eas , vt te
ſequatur pediſſequa tua. De quo idem Aug. in lib. de
adulterinis cõiugiis.indignantur,inquit, mariti ſi au-
diant adulteros viros pendere, id eſt ſuſtinere ſimiles
adulteris fœminis pœnas.Cùm tantò grauius eos pu-
niri oportuerit , quãtò magis ad eos pertinet & virtu-
te vincere,& exẽplo regere fœminas, &c. quia, vt ſ̃.
dixi,vir eſſe debet mulieri author colendi bonos mo-
res.l.ſi vxor.§.ſi iudex.ff. de adul. Aliter eñ non ſunt
113 viri ab adulterio per vxores coercendi.†Nec excuſa-
retur vxor, ſi ex vltima ratione ſequendo mores viri
ipſa adulteraretur dicendo: ex quo vir fidẽ mihi non
ſeruat,nec ego ei ſeruabo.l. cũ proponas. C. de pact.
audiat eundẽ Aug.ſic dicentẽ.Nolite pudiciſſimę fœ
minæ imitari viros veſtros:aut vobiſcũ viuant ſcilicet
continẽter , aut ſoli pereant ſcilicet adulterando.Nã
impudico viro non debet mulier pudicitiã, ſed Chri-
ſto. Vnde propter mariti abuſum nõ debet Chriſtus
pati iniuriã.cõcordat deciſio Pañ.in c. peruenit.le.ij.
114 in fi.de iureiur.†Licet enim quatenus tangit amborũ
coniugũ priuatã vtilitatẽ, adulteria mutuo compẽſe-
tur , vt ſcilicet vxor adultera dote non priuetur , nec
vir donatione propter nuptias.l.viro. & l. cũ mulier.
ff.ſol.mat.vt ex vtraque parte ſeruet̃ æquitas & pœna
æqua lãce.l.fi.C.de repud. Cum quo ad intereſſe par-
tium priuatum locum habet etiam in delictis com-
penſatio.l.ſi ambo.§.quoties. ff.de compẽſa. & tenet
Panor.in cap.ſicut le.iij.vj. col. in fine de iureiurã. &
Salicetus in l.fina.xiij.oppoſitione. C.de compenſat.
Pro quibus in propria noſtra materia eſt text. in l. ſi
vxor.§.ſi iudex.ff.de adulteriis. Tamẽ quo ad Deum
& peccatum mortale incurrendum, vel pœnã corpo-
ralem



ralem aut pecuniariam criminalem putà fiſco appli-
candã etiã in foro contentioſo,nulla fit in delictis cõ-
penſatio:imò venit vterque puniẽdus:tamẽ magis eſt
puniendus qui conflictum incepit,ad quẽ inuaſus di-
cere aliqualiter poteſt, quod Salluſtius cõtra Cicero
nẽ inuehebat.Grauiter, inquit, & iniquo animo ma-
ledicta tua paterer ; ſi te ſcirem iudicio magis quàm
morbo,animi petulãtia iſta vti.Sed cũ in te neq; mo-
dũ,neque modeſtiã vllã animaduertero,reſpõdebo ti
bi. Vt ſi quam malè dicendo voluptatẽ cepiſti , eam
115 malè audiendo amittas,&c. †Inuadẽs enim nullã oc
caſionem habet malè loquendi aut faciẽdi, ideo plus
punitur ſecũdum Pañ.in d.c.ſicut. & clarè in c.olim
ij.col.de reſcri.& in c.cũ tex.xj.col.de re iud. & in c.
intelleximus.in fin.de adult.& plenè Feli.in c.dilecti.
vj.col.de except. qui ſic debet intelligi. Super omnia
tamẽ ſint cautæ mulieres: ne faciliter credant viros in
lege matrimonij peccaſſe:ſed conſiderent, ꝙ primus
adulterorũ inſult⁹ ergà ipſas eſſe ſolet,ꝙ mariti adul-
terantur, vt vel ipſæ zelotipia motæ cum detractore
ſimiliter adulterentur: vel in vindictã eas inducant ad
cũ aliis adulterandũ in maritorum ignominiã & notã
perpetuã,ſicut fecit Naulus ex regibus Græciæ vnus
qui vt Guido de Colũna refert.in c.de nece Agamẽ-
nonis. In vindictam Agamẽnonis regis de bello Tro
iano redeũtis perſuadere fecit Clytemneſtræ reginæ
eius vxori dictum Agamẽnonẽ maritum ſuum quan-
dam de filiabus Priami regis Troiani vehemẽter dili
gere:ſecúmque deducere in regnũ vt(amore ipſi⁹ Cly
temneſtræ oblito)illam reginam cõſtituat.Vnde hoc
credẽs Clytemneſtra in matrimonij ſui fœdus irrum
pens,eius pudore poſtpoſito matrimonialem torum
cum quodã Aegiſto nomine, licet regiæ nõ eſſet ori-
ginis,nec ducis,nec comitis nobilitate decorus,viola-
uit.Per quẽ dictũ virum ſuum prima nocte qua ap-
plicuerat in lecto dormiẽtem iugulari & occidi fecit.
Sed inulta non remanſit,quia poſtea per Oreſtẽ ipſi⁹
& dicti Agamẽnonis filium fruſtratim dilacerata vitã
exhalauit , & Aegiſtus per ciuitatem tractus patibulo
116 fuit ſuſpenſus. † Ex ſupradictis ſi maturè cõſideren-
tur,reſultat altum illud & probabile dubium , an nu-
bere expediat,& matrimonium contrahere, vel non?
Et videtur ꝙ nubere expediat , propter multa ipſius
matrimonij bona:de quibus ſuprà vidiſtis. Sed in cõ-
trarium,ꝙ non expediat, facit : quia maxima ſunt in
matrimonio pericula, quæ pariter reſultãt ex præmiſ-
ſis.Ob quod dicit tex.iũcta gl.in c.nos nouimus xvij.
q.ij. ꝙ ſicut nauigans ſubiicit ſe variis periculis , nec
proprio motu regitur,ſed ventis.Sic habens vel habe-
re volens vxorem , cùm dubium ſit an bona vel mala
fuerit vxor.Nam refert Liuius primæ Deca.lib. vj. ꝙ
cùm Metellus Numidicus ad matrimoniũ capeſſen-
dum hortaretur in ea oratione quam ad populum de
deducẽdis vxoribus dixerat,ita ſcriptum recitauit. Si
ſine vxore poſſem⁹ Quirites eſſe,omnes ea moleſtia
careremus.Sed qm̃ ita natura tradidit , vt nec cũ illis
ſatis cõmodè,nec ſine illis vllo modo viui poſſit , ſa-
luti perpetuæ potius quàm breui voluptati conſulen-
dum eſt:quaſi velit non eſſe expediẽs nubere. Pariter
recitat Hieronym⁹,ꝙ licet Epicurus voluptatis ama-
tor eſſet,cuidam tamẽ interrogãti an vxorẽ duceret:
reſpondit,ꝙ ſapienti coniugiũ non cõuenit ſeu con-
gruit,quia multa ſunt nuptiis miſta incommoda.Sub-
iungens graue eſſe viro ſapienti venire aut cadere in
dubium , vtrum bonã vel malã ducturus ſit vxorem.
quia ſicut ſcribit Herodotus: Mulier cũ veſte verecũ-
diam deponit. Præterea Melanthius vxorẽ licet caſtã
repudiauit:& cùm argueretur ab amico ,pedẽ à lecto
tãquam læſus eſſet,depoſuit, ſic dicẽs:Lectus inquam
quem cernis,nouus & elegans eſt: ſed nemo ſcit præ-
ter me,vbi me premit.Paulus Aemilius(Plutarcho re
ferente.Cùm amici familiaréſque diuortium eius gra-
uiter improbantes ei dicerent : Nónne hæc modeſta?
Nónne formoſa?Nónne fœcũda? Porrexit ille pedẽ,
& calceum oſtẽdẽs.Nonne pulcher hic calceus?Nõ-
ne nouus eſt inquit? Sed nec quiſq̃ veſtrũ nouit , quã
ex parte meum torquet pedẽ. quaſi diceret,ꝙ ſic erat
de vxore.Cui cõuenit illud Eccleſiaſtici xxv.Mulier
aſcẽſus arenoſus in pedibus veterani.Vnde Alexãdri
des,Nuptiarũ diem dicit multorũ malorum initium.
Si pauper diuitem duxeris,dominã non vxorem acce
peris.Si pauperem,onus vitæ ferre non poteris : cùm
pro vno duos ſis nutriturus. Si turpẽ, dolebis : ſi pul-
chrã, cõmunẽ habebis. Ob quod Hipponaſtes duos
dixit vxoris dulciſſimos dies, nuptiarum videlicet &
mortis. Præterea Heſiodus ex Pãdora ab Epimetheo
ficta dicit peſſimũ gen⁹ fœminarũ fluxiſſe : felicém-
que vocat expertẽ cõiugij.Nam fœmina omniũ deo
rum dono eſt fulcita, cui Mercurius ingeniũ & aſtu-
tiam dedit,Pallas artes muliebres, Venus ornamenta
monilia.Cúmque homines felices & abſque malis vl
lis prius degiſſent,ex ea nata in mũdo concupiſcẽtia,
& omnium labes malorũ: quæ mala Iupiter in dolio
pri⁹ incluſerat,quo ab illa detecto irruerunt in orbẽ
præter ſpẽ quæ in ſũmo ore remanſit:quæ ſi quis ani-
maduerterit , multam in hac fabula Euæ ſimilitudinẽ
inueniet,à qua initium cœpiſſe peccati accepim⁹, iu-
xta illud Liuij ſuprà relatum.Initiũ turbandi omnia
à muliere cœpit.Idcirco Socrates , vt refert Valerius
lib.vij.tit.de ſapienter dictis & factis, cuidã adoleſcẽ-
ti vtrũ vxorẽ duceret quęrenti,reſpõdit:Quodcũque
feceris noueris te pœnitentiã acturũ. Nam continere
carni pœnoſum eſt,ſolitudóque te affliget:& ſi vxo-
rẽ duxeris ſolicitudo perpetua te concitabit.Cõiugiũ
ꝓfectò eſt ſimile ſenectuti:vtrunq; enim aſſequi cupi
mus,adſecuti tandẽ dolemus atque angimus,vt Theo
dectes dicit.Ob quod Apoſt.j.ad Corin.vij. Alligat⁹
es,inquit,vxori?noli quærere ſolutionẽ. Solutus es ab
vxore?noli quærere vxorẽ:quia,vt ibi,dicitur bonum
eſt homini mulierẽ nõ tangere. Cùm dicat Auguſti-
nus in ij.ſoliloquiorũ,ꝙ nihil ſic deiicit ab actu veri-
tatis cognoſcẽdæ,ſicut tactus iſte corporũ : ſine quo
vxor haberi nõ poteſt:& cui tenetur vir carni redde-
re debitum,in quo abſorbet̃ intellectus.Ob quod po
pulo legẽ diuinã accepturo præceptũ fuit Exodi xix.
Ne appropinquetis vxoribus veſtris. Pariter Theo-
phraſtus lib.ſuo quẽ de nuptiis fecit , matrimonium
diſſuadet:quia impedit ſtudium Philoſophiæ,& ſum-
ptus exigit,variáque onera.Et vxori ſi domum regen
dam cõmiſeris,ſeruus eris.Si autẽ tuo arbitrio aliquid
reſeruaueris, fidẽ ſibi habere nõ putabit,& ſic iurgia
quæret,& venena diffundet.Si pulchra ſit,cito adama
bitur,vt vidiſtis , & difficiliter cuſtodietur. Si autem
fœda,moleſtum eſt poſſidere,quod nemo habere di-
gnatur.Ex quibus oſtendit moleſtias nuptiarum plu-
res eſſe.Præterea per matrimonium ſubiicit̃ quis per-
petuæ ſeruituti vxoris. Or ſeruitus eſt ſemper amara,
præſertim hoc caſu: vbi nõ ſolum reſpectu corporũ,
ſed etiam eſt reſpectu & ex parte bonorum exterio-
rum, quorum occupatione multũ implicat̃ matrimo-
niũ tam pro ſe quàm etiã vxore & liberis, ſecundum
Lyrã ſuper dicto Apoſtoli, ſ̃.allegato. Vnde non abs
re Cicero rogatus ab Hircio , vt ſororẽ ſuam duce-
ret in vxorem,reſpondit, ſe non poſſe vxori & Philo-
ſophię

ſophiæ operam dare. Et propter alia plura incõmoda
quæ Hieron. in tota ferè illa ad Euſtochium epiſtol.
narrat, videtur expediens non eſſe matrimonium con
u7 trahere. ✝ Sed his non obſtãtibus ſemper putaui & o-
pinor, matrimonia eſſe licita, & bonũ eſſe cõtrahere
illa dũmodò licitè, & cautè contrahantur. licet caſti-
tas ſit præhonoranda. Et illa puto coniugia eſſe ſolũ
onerosa, quæ decenti non contrahuntur amore, ſcili-
cet perſonarũ ad finẽ prolis ſuſcipiẽdæ & voluptatis
euitandæ, ſed cauſa tantum libidinis explẽdæ: ita ꝙ li-
bido eſt vltimus finis. Videatis tex. & gl. in c. j. xxxij.
q. ij. Tales enim qui cõiugium ita ſuſcipiunt, vt Deũ
à ſe & mente ſua excutiant, & ſuæ libidini ita vacent
ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, habet
poteſtatem dęmonium ſuper eos, Thobiæ. vj. Idem ſi
cupiditatis cauſa fiant, putà bonorum temporaliũ, vt
ſuprà in prin. plenè fuit demonſtratum: quia non do-
tibus, ſed affectu matrimonia contrahi debent, vt ibi
dixi. Et ſi ſecus fiat, talia matrimonia triſtes vt pluri-
mum ſortiuntur euẽtus, atque multa incommoda ſe-
quuntur, odij ſcilicet & oneris, & interdum carentia
prolis, ac ſumma paupertas, iuxta illud Ouid. libr. de
remedio amo. Turpe vir & mulier iũcti modò proti-
nus hoſtes. Quia neceſſe eſt, quod malo principio ſeu
intentione iunctum eſt, malo terminetur fine: pluri-
máq; incõmoda ſequantur. Per quæ cõcluditur expe-
diens eſſe matrimonium contrahere cum muliere ſi-
bi pari, ſufficienter pulchra, bene morigera & de ho-
neſtis & bonis parẽtibus nata. Nam filia leuiter ſequi-
tur parentũ mores, præſertim matris. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi
mancipium. ff. de ædil. edi. vnde Tul. libr. ij. de Offic.
Prima, inquit, adoleſcẽtis cõmendatio proficiſcitur
à modeſtia & diſciplina parentũ ſuorum. Et de facili
in bonũ deflectitur, ſi cum bonis & honeſtis aſsiduus
fuerit. Cùm ergo hoc modo matrimonium amore li-
cito contrahitur, amicitiáque fidelitate & patientia,
non molli, ſed diſcreta vt vidiſtis continetur, nhil in
orbe delectabilius inuenitur, nec fœcundius, ac ſecu-
rius: quia ſecundum Euripidem nec diuitię, nec quic-
quam aliud tãtum voluptatis habent, quantum vir &
vxor boni. Coniuge autẽ proba nihil extat dulcius.
Præterea, vt legitur Eccleſia. iiij. Melius eſt duos eſſe
ſimul, quàm vnum. habent enim emolumentum ſocie
tatis ſuæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli:
quia cùm ceciderit non habet ſubleuãtẽ ſe. Et ſi dor-
mierint duo, fouebuntur mutuò: vnus autem quomo-
do calefiet? Et ſi quiſpiam pręualuerit contra vnum,
duo reſiſtunt ei. funiculus multiplex difficile rumpi-
tur. hæc ibi. Nam in hoc mundi naufragio nemo eſt
ſibi ſatis. ſed mutua eget dum viuit alter alterius ope.
quia ſecundum Philoſ. ſolitarius aut Deus, aut porrò
beſtia. Ideo Lacedæmonij tres de coniugio leges tule
re. Prima, damnabant eum, qui vxorem non duceret.
De quo dixi plenè ſuper verbo, *Qui cum alia matri-
monium contra.* circa prin. vbi ponitur dictũ Mercurij
Trimegiſti, & hiſtoria Vale. Maxi. Secunda, qui ſerò.
Tertia, qui non bene. Cõtraria autẽ locũ habẽt & ve
rificãtur in viris eccleſiaſticis, & contẽplatiuis: quibus
matrimonium eſſet ſummè oneroſum, imò ſtatui eo-
rum cõtrarium; pariter eſſet valde dubium non licitè
contrahentibus, zelo ſcilicet inordinato, faſtu ſuper-
biæ ſolo domũ extollere cupiẽtes, de quibus loquitur
Vale. li. vij. c. ij. Splẽdidis cõiugiis, inqt, manus iniicis
ad hoc, vt aliquãdo illuſtrẽt iſta nonnũquã quę fun-
ditus domos euertũt &c. Aut hoc faciũt euentu incau
to & non præmeditato, potius intuitu bonorũ quam
perſonarũ, nimiæ pulchritudinis ſolius quàm morũ.
Et idem ſi matrimoniũ reiteraret ille qui cum prima
vxore ſatis ſtetit, præſertim ſi ex ea prolẽ habeat: con-
ſiderare enim debet diſcretus vir, fœminas eſſe ſicut
nuces, quarum prima prodeſt, ſecũda nocet, & tertia
mors eſt, ſecũdum Phyſicos. Præterea licet quo ad in
diuiduũ, bonũ ſit homini mulierẽ nõ tãgere, vt dicit
Apoſt. vbi ſ. cùm per hoc melius conſeruetur indiui-
duum. Tamen bonũ nõ eſſet quantum ad cõſeruatio
nẽ ſpeciei, quę ſine vi generatiua cõſeruari nõ poſſet,
quæ in tactu mulierũ conſiſtit. Ideo omnes rationes
contrarias matrimonia diſſuadentes, ſciens Chriſtus,
atq; futuros præuidẽs hæreticos, nec non alios forni-
cationibus & adulteriis vacaturos, qui matrimonia
modis prædeductis diſſuaderẽt, & poſſe tenus impe-
dirẽt, de quib⁹ loquitur Apoſt. j. ad Tim. iiij. c. nuptiis.
in Cana Galileæ intereſſe voluit, & interfuit, Ioan. ij.
Et tales ſunt anathematizati per conciliũ generale in
c. ſi quis nuptias. xxx. diſtin. Contra quos Aurel. dicit
Augu. Nuptiarũ bonũ, ſemper bonũ eſt, quod bonũ
in populo Dei ſemper fuit. Sed aliquãdo fuit legis ob
ſequium, nunc eſt infirmitatis remediũ. In quibuſdã
verò humanitatis ſolatiũ. xxvij. q. j. nuptiarũ. Et for-
tè hæc omnia conſiderãtes tutores Adiectæ Raynutij
filiæ, & ꝙ Apoſt. dixerat. j. ad Corinth. v. Volo adole
ſcẽtulas nubere: abſq; eo quod teſtator hoc expreſsè
diſpoſuiſſet: Adiectam eius filiã quanuis impuberem
dicto Petro cum omnibus bonis ſuis nuptui tradide-
rũt, vt hîc videtis. Quæ omnia vobis ſufficiãt pro nu-
ptias ornãdo & matrimonia: de quorum materia &
ſubſtãtia nihil dico. quoniã textualiter & abũdè eam
habetis per diſcurſum quarti libri huius voluminis.

Laus Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Finit ſecunda Pars Repetitionis Capituli, Raynutius,
Gulielmi Benedicti, Iuris vtriuſque docto-
ris celeberrimi.

Lugduni.